This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

BODLEIAN LIBRARY

The gift of

Miss Emma F. I. Dunston

A 162

F. W. Dunstan,
From his Son T. W. Duns

24 dec 1901.

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIA,

CUM

COMMENTARIO

PETRI BURMANNI.



LEIDAE,

Apud { CONRADUM WISHOFF,
DANIELEM GOETVAL,
ET
GEORG. JACOB. WISHOFF, FIL. CONRAD.

MDCCXL.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

AEQUO ET ERUDITO
LECTORI.

LOngi & alte repetiti prooemii, de Lucani codicibus manu exaratis, & a renatis literis editionibus magno numero repetitis, gratiam mihi facient tot eruditorum Dedicationes & Praefationes, quas diligentiſſimus Oudendorpius collectas editioni ſuae adjecit, & de illis ampliter & erudite ipſe diſſeruit: in quibus & de ipſo Lucano, ejusque meritis, quae ſint diverſa judicia, nobis prodiderunt, & ſimul quisque de ſuis conatibus rationes & inſtituta omnia, quae ad rem facere videbantur, congeſſerunt. Neque etiam, quum notis a me ſolo profectis Poëtam hunc ornare conſtituerim, de priorum commentatorum cura & labore multa verba facere decrevi, quum, ſi quid laudabile, vel minus adprobandum mihi videatur, ad ipſa Poëtae verba, candide & ſimpliciter exigere & expendere ſatius duxerim. Omiſſis ergo omnibus, quae jam occupata videbam, in duo hanc praefationem capita digerere viſum fuit: in quorum primo cauſſam & rationes lectori reddam, quibus impulſus novam nunc, poſt tot curatas, editionem, quam olim integra & vigente aetate deſtinaveram & promiſeram me curaturum, in haec deterioris aevi, & ad metam feſtinantis ſenectutis tempora diſtulerim. Altera vero parte meam de Lucani ingenio, Poëtica facultate, doctrina & meritis ſententiam ferre ex aequo & bono decrevi.

Simul atque ab heredibus Heinſianis copia mihi facta fuit, ſcrinia ejus, & in iis ſcripta, partim ſummam manum adepta, partim in liturariis jacentia, & inchoata & affecta tantum, inſpiciendi, curam illis concinnandis & in lucem proferendis adhibere coepi, & ante annos jam fere quadraginta quaedam, quae paratiora videbantur cum erudito orbe communicavi, quae, grato animo a literatis & Heinſiani nominis amatoribus accepta, hic enumerare nihil attinet.

Reperiebam inter alia editionem Lucani a Sebaſtiano Gryphio Anno 1542. curatam, ad cujus oram variantes plus quinque & viginti codicum lectiones, & ſimul, quae inter legendum & conferendum ipſi natae fuiſſe videntur, conjecturas ſuas Vir illuſtris adleverat. Ad quarum conſpectum & examen, ſtatim impetum ceperam, aliis tunc curis diſtrictus, nudum Poëtam, & ſolis tot exemplarium diſcrepantibus lectionibus ornatum, proferre; eumque in finem exemplar typis committendum jam paraveram. Sed quum inter hanc meditationem, ut fieri ſolet, & mihi quaedam illuſtrandis Poëtae verbis ſubnaſcerentur adnotationes, eas digerere & Heinſianis conjecturis admiſcere incepi, & conſilium, quod prius intenderam, repudiavi, & in tempus aliquod, quo maturerent magis cogitationes, Lucani editionem diſtuli: maxime vero manum retrahebat inopia otii, quod omne fere publici labores, quos Academiae patriae novus profeſſor impendere muneris religio juberet, eripiebant; & deinde curae, quas Ovidio, Quinctiliano, Valerio Flacco & aliis quibusdam ſcriptoribus, inſumebam, nullam me Lucani rationem habere permittebant. Quare ſchedae diu in muſeo abjectae & neglectae jacuerunt, niſi quod ſaepe eas inſpiciendi & conſulendi, quoties ad partes Lucanum advocare neceſſe erat, occaſio ſuboreretur, & ita quotidie fere acceſſio quaedam adnotationibus meis fieret. Simul vero a reliquis laboribus aliquid laxamenti daretur, ad Lucanum recurrebam, neque ulla ſubceſiva hora dabatur, qua non aliquid in chartam conjicerem, & curis non ſecundis & tertiis, ſed ſaepius ad examen revocatis, Lucanum accuratius expenderem. Sed quum jam ſerio in ordinem redactis meis, & aliorum in Lucanum adnotationibus, edendi Poëtam ad exemplum & formam Ovidii & aliorum a me curatorum Poëtarum, conſilium caperem, ecce praeter exſpectatum rumor, & deinde literae a celeberrimo Bentlejo ad me ſcriptae veniunt, quibus ſe jamjam Poëtam typis exprimendum daturum nuntiat, ſimulque ex ſcriptis meis edoctus me ab Heinſio collectas tot codicum varietates poſſidere, has & meas quoque notas ſecum communicari petebat. Varias in partes animum meum hic nuntius diducebat, & diu dubitaſſe me non diffiteor, an ad, amicum ſe adhuc mihi profitentem, virum eruditiſſimum Heinſiana excerpta tranſmitterem, & ipſe omnem de

Lu-

Lucano curam abjicerem, quum non deficerent alia, quae me otioſum eſſe non paterentur. Sed quum ita omnes meas in Lucanum elaboratas curas in ſpongiam incumbere debere viderem, & in primis ex ſpecimine uno & altero, quod literis adjectum, emendationes & conjecturas, licet ingenioſas, audaciſſimas tamen, & nulla codicum auctoritate firmatas, exhibebat; proſpicerem, ſi meas cum viro docto adnotationes communicarem, quas perlegere antequam ſuas ederet optabat, ut ſcilicet eas refellendi facultas daretur, non longam inter nos amicitiam futuram: ſin negarem Heinſiana excerpta, offenſionem viri ſatis irritabilis me incurſurum providebam. Mediam ergo viam inſtituere cogitabam, & editionem Cl. Bentleji, acuti quidem, ſed ſaepius infelicis & nimis temerarii Critici praevertere, ut ſi quid ab eo diſſentire me videret, nondum viſis ejus emendationibus, ulla carpendi aut refutandi libidine ablatum me jure non poſſet queri. Hinc re diu multumque mecum reputata, quam potui honeſta oratione, & verbis mollioribus concepta epiſtola, me Heinſianorum excerptorum, quibus ipſe uti decreveram, copiam ipſi facere non poſſe, reſpondi. Aegre hoc tuliſſe virum inſignem inde facile colligere potui, quod ab eo tempore minus familiariter mecum egerit; & accedentibus deinde aliis cauſſis, quas commemorare non attinet, omne epiſtolarum commercium ceſſaverit. Jure tamen meo, integra etiam amicitia, uti potuiſſe arbitror, neque ullam a me alteri injuriam inferri, ſi, licet poſſideam quaedam ad adjuvandos aliorum conatus adminicula, ea petentibus negem, quum in eumdem campum mihi decurrere eſſet deſtinatum. Nec aequum poſtulare quemquam, ut ipſe, ab incepto deſiſtens, arma & inſtrumenta mea aliis, etiam amicis, ſuppeditem. Hinc relictis omnibus, quae ſub manu erant, ad notas meas & aliorum digerendas me accingebam, jamque Typographum circumſpiciebam, quum pro certo mih adfirmatur, Bentlejum, ſi non projecta, certe dilata Lucani editione, ſe ad alias curas convertiſſe, quod eventus, quum in hunc uſque diem ceſſaverit, confirmavit. Quo cognito impetus etiam meus paullulum retardatus fuit, & quia multa etiam in Lucani obſcuris & corruptis verbis ſupereſſent, ad quae haerebam, immo ex quibus poſt toties in manus reſumtum Poëtam, me expedire nequibam, a nullo metuens, qui me

praeverteret, lente feſtinabam. Sed dum cunctor, & fama etiam ad omnes, qui literas noſtras excolunt, conſilii mei de edendo Lucano pervagaretur, & ipſe hic & illic in ſcriptis meis me id agere profiterer, ecce iterum alia mora, unde minime expectaveram, injicitur. Duo enim Juvenes, ingenio & doctrinae incrementis inſignes, & mihi etiam amicitia conjuncti, conſilium ineunt in eodem ſtadio decurrendi. Franciſcus Oudendorpius, quem ex diſciplina mea prodiiſſe gloriari poſſum, & praeter alios uſu & conſuetudine carus erat, & Gotlieb Cortius, praecocis admodum frugis adoleſcens, & qui ab aliquo tempore amicitiam meam per literas ambierat, & officia etiam ſingulari ſtudio praeſtiterat, in eamdem Lucani edendi curam incumbere ſe mihi ſignificant, & ambo ſimul a me Heinſiana excerpta ſecum communicari deſiderant.

Ipſi vero inter ſe aemulatione & quadam rivalitate, accenſi, nulla mei & conſilii mei habita ratione, alter alterum praevertere properabant. Percuſſit, diſſimulare nolo, haec juvenum inter ſe non multum grata contentio vehementer animum. Quum enim tam latus & amplus in aliis antiqui aevi ſcriptoribus induſtriam exercendi campus pateret, mirabar quid potiſſimum ſibi Lucanum, in quo tam diu me ſudare non ignorabant, elegiſſent. Eadem vero apud ipſos, qua antea apud Bentlejum, excuſatione uſus, me minime eorum conatus improbare, nec obfuturum oſtendebam; mecum tamen doluiſſe non diffitebor, tot ſimul editionibus ſubito emergentibus, novae, quam ipſe meditatus jam eram, gratiam & cupidinem viris doctis diſceſſuram, nec patienter orbem literatum laturum, ſe tot ejusdem Poëtae exemplaribus proditis onerari, in primis, quod & meis adnotationibus aliorum quoque adjicere deſtinaveram. Sed favens etiam illorum ſtudiis, & ad alia me convertens, ſatius ducebam mea differre, & feſtinatos illos foetus exſpectans, diſpicere, quid duumviri hi Lucano illuſtrando contuliſſent, & quid etiam, ſi commune quid haberent, mihi praeripuiſſent, quod lubens illis tranſcribere, & mea, ſi congruerent, una ſpongia delere, paratus eram. Ut vero non idem Typographis, ſolum lucrum venantibus, quod viris doctis, famam & laudem ſpectantibus, conſilium ſedere ſolet, Lipſienſis bibliopola, videns, ſi duabus, magnae molis & pretii,

edi-

editionibus Lucani officinae implerentur, alteram alteri obſuturam, nec Germanicas formas Batavorum elegantiam & nitorem aequare, Cortio renuntiat, ſe in aliud tempus editionem differre ſtatuiſſe. Hinc felicior Oudendorpii fortuna viſa, qui nactus paratiorem & lucri certiorem typographum, Poëtam hunc e manu emiſit, cujus labor & diligentia, ita deterruit Typographum Lipſienſem, ut aperte Cortio ſe operam daturum detrectaret. Urguenti vero Cortio, hoc ſolo gratificatur, ut dum Oudendorpiana editio operas exercet, minoris formae editionem, quae ſubjectas ex plus ſexaginta codicibus, ut jactat, varietates & breves quasdam notulas & conjecturas Cortii exhiberet, promeret.

An vero ſatis famae conſuluerit Cortius, quum emendationes plurimas & ineptas & incertas, immo ipſi legi metricae, accurate a Lucano ſervatae, adverſantes, properanti manu effuderit, viris doctis expendendum relinquo, & ſuis iocis oſtendam. *Et licet* in praefatione earum ſe rationem in uberioribus notis redditurum promittat, & omnia, quae in hac minore editione infirmiora videri poſſint, effecturum, ut lector pro certiſſimis habeat, magnus mihi, ſi haec magnifice promiſſa praeſtiterit, Apollo habebitur. Nunc vero brevi nos de iis, quid effecerit, certiores futuros, fama jubet, quae jam non typis modo uberiores notas ſubjectas, ſed paene abſolutas, & brevi exituras ni lucem nuntiavit. Interea dum & majorem Oudendorpii, & Cortii minorem editionem diligenter excutio, varie me animo adfectum fuiſſe ſenſi, non modo quod quaedam praecepta, & occupata ab illis viderem, ſed & hic & illic quaedam, quae vel aperte vel oblique ad me pertinerent, & quae facile omitti potuiſſeni, deprehendiſſe viderer. Quum vero mihi maxime conſcius eſſem, nullo umquam tempore aut loco male de illis meritum fuiſſe, & multa etiam officioſe & amice in eorum gratiam feciſſe, non aliam illis conquerendi de me cauſſam dediſſe, niſi quod Heinſiana excerpta mihi reſervaverim, fingere poteram.

Neque etiam me illum eſſe ipſis perſuaſum eſſe putabam, qui aegre ferre ſoleam, vel a tirone erroris admoneri: quum & ipſe ſaepe deprehenderim, & publice profeſſus fuerim, me in multis, quae olim edideram, in errorem lapſum, & mutaſſe etiam ſententiam;

riam; immo ſi ſecundas, in primis in Petronium & Ovidium; curas prodere liceret, aliter me nunc, atque olim de multis locis ſentire, lectorem experiendo diſcere poſſe, oſtenderim. Ex his vero editionibus facile quivis colliget, notis a me olim elaboratis acceſſiones aliquas factas, & etiam, ut ingenue agam, non parum me adjutum fateor, tot codicum, quos diligentiſſimi juvenes contulerunt, varietatibus, quamvis multas inter illas ex iiſdem exemplaribus, quae Heinſius, & deinde Oudendorpius & Cortius contulerant, depromtas viderem. in Cortii etiam manus Rottendorfianos, Langermannianos, & forte Hamburgenſes, libros veniſſe certis indiciis deprehendi. His ergo novis auxiliis copias meas inſtruenti, in hanc molem, quam vides, Lector, notae excreverunt, quam deminuere tamen omni modo tentavi, & quas Oudendorpius indicavit varietates, ex codicibus etiam Heinſio inſpectis, abjeci, niſi quum diſcrepare inter ſe viderem. Cortianorum vero codicum lectiones, quia ejus editio ob jejunitatem notarum a paucis teritur, & hic terrarum minus nota eſt, & ad hunc uſque diem ignorabam, an uberiores notae prodituraе eſſent, quantum potui excerpſi, in quibus multa ab aliis diſcrepantia animadverti, & ſemina quaedam emendationum, quae in majori editione in magnam ſegetem exitura praevidi. De quibus ſi nunc conjecturam capere licet, & ex ejus in Salluſtium notis judicare, multa quidem egregia doctrinae documenta, ſed non minori copia ſupervacanea, & aliis jam animadverſa & nova exemplorum cumulatione ampliata nos viſuros, animo praecipere licet. Qua vero ſpecie non audaces modo & temerarias conjecturas, ſed certiſſimis metri legibus adverſantes, probaturum ſe doctis perſuaſurus ſit, exputare non poſſum; niſi vel ipſe ante mortem ſententiam mutaverit, vel amicus ejus, qui edendi curam ſuſcepit, quaedam molliendo & corrigendo famae ejus conſulendum exiſtimaverit.

Facile vero, Lector, ex his omnibus efficere licebit, multa mihi in hac parte curarum obveniſſe, quae a nova editione Lucani deterrere potuiſſent; & multi jam mihi ſe mirari oſtenderunt, me & aetate longe provecto, & ſimul operoſiſſima Virgilii editione impedito, vacaſſe ad hunc laborem exhauriendum.

Sed haec ipſa cauſſa maturandi operis fuere: nam & ad metam

tam vitae me adpropinquare ſentiens, & lentiſſimas in Virgilio excudendo operas, quas neque prece neque minis ad properandum commovere poſſum, ſummo cum taedio experiens, nolui in illud tempus, quo Virgilio ſumma manus ſit impoſita, & quod forte videre non continget, differre Lucanum. Neque ex duplici hac duorum Poëtarum curatione, aliam moleſtiam, niſi ex taedii plena & multum temporis eripiente ſpeciminum typographicorum emendatione, ſubiturum me videbam: nam numquam, multorum more, inter ferventis praeli feſtinationes, ſcripta mea concinnare ſoleo, ſed nullum umquam opus typis commiſi, quod non a capite ad calcem ita paratum & deſcriptum ſit, ut, ſi me ſuprema deprehenderet hora, non a quocumque, modo non plane literarum noſtrarum rudi, profligari & confici poſſet. Quare nunc potius, dum aliquis etiam vigor reſtat, laborem hunc ſubire, quam in incertum caſum proferre, *conſultius* viſum eſt. Neque etiam deterrere me potuit faſtidium multorum, qui tot ejusdem Poëtae editionibus evolvendis ſe non vacare querentur; nec Typographorum faſtidioſa natio, qui non tam avide divendi poſſe novam hanc editionem jactant, & ſimul prioris Bibliopolae invidia & anxietas, ne mea Oudendorpianae editionis pretium deminueret, me movere potuerunt. Nam & aliis ſatis animi ſupereſſe deprehendi, ad incertam lucri aleam ſubeundam, & alterum ſecurum detrimenti notae meae praeſtabunt, quas qui perlegere & exigere ad aliorum cogitata velint, Oudendorpiana ſe carere non poſſe experientur.

Ut vero accuratius quam olim, Lucanum excuterem, diligentius iterum iterumque excerpta Heinſiana recognovi, & varietates omnes fere notis meis inſerui: nam non potui a me impetrare, ut novum illum morem varias lectiones, medio ſpatio inter Poëtae verba & notas, minutiſſimo charactere expreſſas collocandi, ſequerer. Tum quia gracilitas illa literarum meos, & forte aliorum, oculos ita fatigat, & obtundit omnem aciem, ut ſaepe dolorem inde oriri ſenſerim, & alios querentes audiverim. Praeterea notas & ſigna, quibus codices, quorum catalogus in libri initio exhibetur, una vel litera vel numero deſignantur, ſaepe a typographis perperam nec ſuo loco poſita deprehendi, & hinc etiam ſaepe me ita turbatum vidi, ut ter quaterque nunc

ad notas; nunc ad Poëtae verba recurrere debuerim. Neque etiam quemquam tam tenacis memoriae eſſe puto, qui magnum codicum numerum, una litera indicatorum, ita teneat, ut non ſaepe ad pleniorem catalogum reſpicere cogatur: in primis ſi in aliis auctoribus verſans, ex intervallo loca quaedam Lucani in conſilium adhibere cupit, jam oblitus ſignorum, quae olim Poëtam perlegens potuit in numeratis habere. Et in eamdem etiam errandi facilitatem in Heinſianis excerptis nunc etiam poſt accurate ſatis, ut putabam, relectas varietates, incidiſſe me aliquoties poſt deſcriptum Lucanum vidi. nam quum ſingulis univerſi Alphabeti literis codices ſuos ſignaverit Heinſius in libri ſui margine, ſaepe accidit, ut hunc pro illo codice ſcripſerim, aut quia memoria fallebat, aut quia quasdam literas inter ſe ſimiles ita effinxerat, ut non ſemper diſtinguere poſſem, an K & R confuſae, Rottendorſianum ſecundum, an Richelianum, indicarent, quia K, ſuperiori parte nullo fere ſpatio relicto, in R tranſiiſſe videretur; & H etiam & N, & O & D ſaepe vix diſcrimen oſtenderent, quaedam etiam literae male ſcriptae, quaedam lituris oblitae ſaepe incertum facerent, ex quo codice deſumtam varietatem notarem. Hoc praemonere viſum fuit, ne quis poſtea alium codicem, atque a me laudatum, inveniens, malae fidei reum agat: ſed certus tamen ſit lector nullam, niſi ex veteri codice, differentiam a me eſſe prolatam. His incommodis accedere videbam, eaſdem ſaepe varietates codicum in notis illis brevioribus, & deinde in majoribus iterum repeti, ubi vel emendatio firmari, vel explicatio illuſtrari poſtulat, & ita easdem epulas, comtulis & plus juſto politis hodie ingeniis, majori cum faſtidio bis adponi. Quare ego unico contextu, & MSS. lectiones non unica litera notatas, ſed una vel altera ſyllaba expreſſas, exhibere ſatius duxi, ut ita lector & ſtatim libros, ex quibus depromtae ſunt, agnoſcere, & uno oculi ictu earum uſum & momentum perſpicere poſſit. Non vero in cumulandis his eruditorum deliciis, curandos clamores illorum credidi, qui, ſi jam aliquas variantes lectiones memorari poſſe patiuntur, omittendas eſſe tamen ineptas & primo adſpectu obſcuriſſimi ſenſus, & abſurdas, cenſent: ſed recte & ordine Cortium & Oudendorpium feciſſe, & exempla doctiſſimorum virorum ſecutos cenſeo, qui omnes fere, quas in libris antiquis repererunt, varietates

nobis

nobis adnumeraverunt, & poſteros labore denuo easdem membranas conferendi levarunt. Et hanc ſectam ego in hac mea editione ſequi inſtitui, quia ex corruptiſſima etiam ſcriptura, uſu peritos Criticos veſtigia verae lectionis quaerendo inveſtigaſſe conſtat: nec Clerici, maledicentiſſimi hominis, calumnia, qui *aſinos membranis onuſtos* redire ex peregrinationibus viros eruditos, qui codices MSS. coemerunt, jactat, ab inſtituto hoc demovere debet adoleſcentes, ut haec ſpolia noſtris bibliothecis, in uſum doctorum, inferant. Immo ſi quid mea vota valerent, juvenibus, qui ſacris noſtris operantes aliquem ſibi uſum manu exaratorum codicum fecerunt, has partes mandari vellem, ut ex prioribus editionibus, quotquot nanciſci poſſent, & MSS. varias lectiones collectas, nudas ab omni commentario & notis, adſcriptas, minoris formae in libello ederent: ut ita eruditis ambulantibus & iter facientibus comites tales adeſſent, qui inter legendum conjiciendi & emendandi veteres ſcriptores facultatem darent: quum nunc, quoties adnotationibus locupletatas editiones curare velint, moleſtiſſimo, tot editiones & codices inter ſe comparandi, labore defungi debeant. Specimen hujus inſtituti, licet non omnibus numeris abſolutum, olim in Juſtini minore editione, eo tantum conſilio dedi, ut illos, quibus majus otium, & facultas bibliothecas inſtructiſſimas perluſtrandi contingeret, ad ſimile tentandum excitarem, & ut doctorum in Britannia virorum, qui quosdam veteres utriusque linguae auctores, hac ſola dote ditatos, prodiderunt, inſtitutum aemularentur. Sed de utiliſſima hac ratione amplius in praefatione Juſtini quum diſſeruerim, hic verbum non amplius addam. Neque me umquam inſanis doctrinae omnis expertium, in hanc ſterilem & jejunam, ut jactant, ſtudiorum partem conviciis, a ſententia abduci patiar, quin juratis Criticae ſpinoſae & horridae hoſtibus, robur pectoris bene confirmati, & calumniatoribus ſiccae & aridae cumulandi varietates libidinis, ut vocant, fortiter opponam. Immo indignatio major quotidie animum mihi ſubit, ubi politulos illos vernaculae & urbanioris elegantiae jactatores, & ephemeridum menſtruarum compilatores ſemidoctos, nullam fere videam veteris auctoris editionem recenſere; quin in doctiſſimos viros, quos injurioſo, ut credunt, nomine Grammaticos & Criticos

ticos appellant, debacchentur, & ad Clerici & ejus ſequacium exemplum, gentem horridam, hiſpidam & ſilveſtrem (*heriſſé* amato ſibi ſemper verbo) infamare conſueverunt. ſed quod ridiculum maxime, ipſi illi inepti cenſores, ſaepe criticos agere non verentur, & in ephemeridibus loca veterum adfecta illotis manibus contrectantes, tam puerilibus conjecturis vexant & corrumpunt, ut tironibus noſtris ludibrium debeant: in primis ubi Poëtas quoque tangere non erubeſcunt, & emendationes, quae legem Pediam temerant, nobis obtrudunt. Contra vero, ubi ſcriptores veteres, a comtis & concinnis elegantiae Gallulae arbitris, verſos & notis illuſtratos nobis commendant, immenſis & invidioſis laudibus populares ſuos onerare non deſiſtunt. Hoc etiam praecipue nomine eos ſupra omnis aevi doctos evehunt, quod inutili hac varietatum farragine abjecta, vulgatis adnotationibus, Geographicis, Hiſtoricis, & neſcio quibus nugis, ad ſeculi ſui, & deliciarum Francicarum guſtum ſcriptores accommodaverint, ut jam milites & feminae inſanire impune poſſint. Si luberet, & operae pretium videretur, nihil facilius foret, quam has vernaculas verſiones & adnotationes, impudentiſſimo furto ex prioris aevi commentatoribus, quos nemo elegantiae hodiernae ſtudioſus inſpicere dignatur, tranſlatas, & ab Horatii, Virgilii, & aliorum interpretibus, Lambini, Torrentii, Pieri, Cerdae & aliorum ſcrinia eſſe compilata oſtendere; ſed Virgilianae praefationi talia fraudis & plagii expreſſiſſima exempla reſervo. Unum modo nunc hos reipublicae literariae Dictatores vitio creatos interrogare libet, an, quum vertendis veteris aevi auctoribus manum admoveant, nullas umquam varietates vel codicum manu exaratorum, vel editionum veterum, in conſilium adhibere ſoleant. An vero unam tantum, quam fors objecit, & quae vulgi manibus cum maxime verſatur, ante oculos editionem habuerint? ſi bona fide, ſe non contentos una editione hoc opus ſuſcepiſſe, ſed alias etiam notis virorum doctorum criticis inſtructas conſuluiſſe, profiteri velint, amplius rogatos vellem, qua fronte quotidie ſtudium hoc criticum, unde profecerunt, calumniari audeant: & unde didicerint, unam prae aliis maxime ſibi placentem lectionem eligere, & ita lectori perſuadere ſe Virgilium, Horatium, Lucanum & alios popularibus ſuis, non ineptum a-

liquem Poetaſtrum legendum in manus dediſſe. Sed hoc, ne genium ſeculi iratum habeant, diſſimulare ſolent, & furtim ſubrepentes in labores a Criticis in conferendis codicibus exhauſtos, degeneri animo non modo confiteri nolunt, ſed ipſum laborem codices conferendi infamant, & ad horridos grammaticos, hi elegantioris ſcilicet doctrinae cultores noſtri, relegant. Sin vero uni acquieviſſe editioni, maxime vulgo probatae, negare non ſuſtineant, rogare ulterius libet, quo modo certi, aut quo oraculo edocti eſſe poſſint, ſe vera & genuina ſcriptorum verba in vernaculam linguam vertiſſe? Sed quum de hoc argumento pluribus nunc agere non vacet, hoc unum modo addere ſufficiat, interpretes illos vernaculos, tam Francicos, quam ineptos illorum aemulos aliarum gentium, inſigni plerumque linguae Latinae & elegantiae ignorantia ſe viris doctis deridendos praebere; quam ſolo Lexicorum uſu & ope ſublevare ſolent & poſſunt. *Manifeſta* hujus inſcientiae exempla in verſionibus, quae prae aliis jactantur, ſi recenſere vellem, librum ingrati argumenti implere poſſem; videat modo lector ſpecimen in celebrato maximis elogiis interprete Taciti, in Miſcell. Obſerv. Critic. II. Vol. Tom. II. pag. 253. & IV. vol. I. pag. 136. & in Virgilio interpretando, pudendos errores admiſiſſe Catroeum, & noſtratem etiam Vondelium, ſuo tempore probatum dabimus. Ignaviae vero & fugae laborum, qui in his ſalebris & ſenticetis veterum membranarum perreptandis, majores, quam credi poteſt, exhauriendi ſunt, patrocinium quaerunt, in tralatitia rudium & ineruditorum querela, de temeritate & audacia Criticorum, quorum ex congeſtis tot codicum diſcrepantiis, & raro inter ipſos commentatores conſenſu, incertiorem lectorem dimitti, quam antea, quum vulgatam ſequeretur, adfirmant. Fateor in hanc partem & olim & hodie ſaepe peccari, & modum & certum finem, ut omnibus artibus, ita etiam Criticae ponendum eſſe ſemper judicavi. Nec juvenibus modo, qui nondum largo eruditionis variae flumine inundati, ſtatim tyrocinium in Criticis deponere properarunt, hunc praecipitem impetum male ceſſiſſe experimento ipſos poſtea deprendiſſe ſcio, ſed & conſummatae doctrinae viros, libidine omnia novandi, & prurigine etiam ſana loca vitiandi, famae ſuae nocuiſſe, & pro auctoris antiqui

verbis & ſententiis, ſua nobis ſomnia obtruſiſſe, numquam negavi. Immo vix quemquam tantae eſſe confidentiae animo concipere poſſum, ut neglecta codicum, & editorum, & ſcriptorum auctoritate, Poëtas edere ſuſtineat, & dictatorio faſtu verſus nobis obtrudat numquam ab auctore profectos, alios magno numero, ut ſpurios ejiciat, & ita plane novum nobis Poëtam in manus det. Cujus audaciae inſigne documentum in multis, & in primis Manilio ſuo, exſtare voluit doctiſſimus Bentlejus. Sed de hac infelicium & inconſultorum Criticorum ſecta, quae magis magiſque invaleſcit, hic verba non perdam, quum in praefatione ad Phaedri fabulas, modeſtae Critices, quam ſemper probavi & exercere tentavi, cauſſam egerim, & non medicorum, ſed carnificum, qui plura antiquis vulnera imponunt, quam ſanant, temeritatem & confidentiam tam vehementer contuderim, ut irritabilis hujus turbae etiam iram provocaverim. Salubris vero & placidae Critices documentum in his in Lucanum notis dare in primis ſtudui, quum licet inter tot diſcrepantes inter ſe lectiones uberrima mihi corrigendi & conjectandi ſeges oſtenderetur, quoties vulgatae tolerabilem aliquem ſenſum poſſe dari viderem, ab omni verborum immutatione manum abſtinuerim; ſi vero ulcus ſubeſſe conſtaret, propoſitis mea & aliorum ſententiis, intactum illud felicioribus ingeniis reliquerim, aut eligendi arbitrium lectoribus ipſis tulerim. Nullum vero inter antiquos ſcriptores nobis ſupereſſe puto, cujus tot codices manu exarati, licet pauci ultimae antiquitatis, in bibliothecis reperiantur: quod unice depravato Monachorum & Eccleſiaſticorum judicio & guſtui, qui nec hodie exolevit, adſcribendum puto. Placebant illis ſcholaſtica illa Poëtae acumina, declamationes intempeſtivae, vibrantes ſententiolae, quas memoria tenere, & ſcriptis, quae pietatem ſpirabant, & concionibus ad populum inſerere, pulchrum & laudabile judicabant. Libertatis etiam ſtudium, & Pompejanarum partium, quas ipſius reipublicae eſſe Lucanus ſaepe jactat, pronus & immodicus favor, & in Caeſarem, patriae hoſtem judicatum, & deinde Tyrannum, odium capitale & inveteratum, commendatum Poëtam poſteritati tradebant. Et hinc non modo plebs, ſed principes viri hunc perpetuum ſibi comitem habebant, & eruditos etiam ſtimulabant, ut illum dignum cura ſua haberent,

rent; & notis ornarent. Inter quos, praeter alios amore Poëtae noſtri incredibili flagraſſe Sereniſſimum Electorem Palatinum, Carolum Ludovicum, olim ex Cl. Graevio, & aliis audivi: cujus aulae quum inſerviret vir, omni eruditionis genere & & copiis inſtructiſſimus, Ezechiel Spanhemius, non ceſſabat Princeps quotidianis non tam juſſis & precibus, quam conviciis ab eo commentarios in Lucanum flagitare, ita ut jam manum admoveret Vir illuſtris; ſed antequam multum profligaſſet, morte Electoris interveniente, omnem de hoc Poëta curam abjiceret, magis judicio ſuo, quam inconſiderato Domini ſui fervori obſecutus.

Atque hinc jam ad alterum praefationis caput aggredi tempus eſſe video, in quo non tam virorum omnis aevi judicia congerere, quod jam multi, & in primis Oudendorpius noſter diligentiſſime praeſtitit, quam quae mea de Lucani genio ſcribendi, & a Virgilii & Auguſtei ſeculi ſcriptorum longe diſcedenti ſtilo ſit ſententia, & quam ipſi ſingularia quaedam, & inepta etiam placuerint, lectori breviter oſtendere conſtitui: & quum in notis multa in hanc rem jam non ſine animadverſione congeſſerim, hic quaſi per ſaturam exſtantiora quaedam depravati judicii & ingenii nugacis argumenta congerere decrevi; ut, ſi non viri eruditi, praejudicatis opinionibus ablati, certe juvenes, noſtrae & aliorum mecum ſentientium doctorum diſciplinae commiſſi, diſcant, inter veteres auctores diſcrimina intereſſe magna: & ſimul ut os impudens cenſoribus vitio creatis, & Ephemeridum indoctis confectoribus obſtruatur, qui ſemper Criticos & commentatores tam ſtulte auctoribus a ſe editis favere calumniantur, ut nihil in illis vitioſi, nihil niſi excellens & divinum ſe deprendere, nihil inepti hos umquam molitos jactare, profiteantur, & qui, omnia ad rationis & decori trutinam poſſe exigi, perſuaſum illis eſſe, mentiri non erubeſcant.

Ut vero de pervulgato illo eruditorum, ab ipſa Lucani aetate, ad haec uſque ſecula, judicio incipiam, Lucanum Poëtarum choro eſſe ejiciendum, & ad Hiſtoricorum turbam ablegandum, quia res geſtas ordine & ſerie temporum digeſtas verſibus enarravit, non male eos judicaſſe, facile mihi perſuadere poſſum. Ut enim ſummum in hiſtorico vitium eſſe conſtat, tumore

re

re ſaepe plus quam Poëtico efferri, audaciſſimis tranſlationibus & figuris, declamatorio faſtu & adfectatione putida, leges ſimplicis & naturalis candoris & veritatis transgredi, quod vitium in Floro invictis argumentis Cl. Graevius oſtendit; ita in Poëta, licet verſibus comprehendat res geſtas, omnis etiam tumor, & ſupra naturam exaggeratio, & rerum narratio, quas contigiſſe narrat, & tamen contingere poſſe omnes negabunt, & impudentiſſima congeries & cumulatio incredibilium: omni conatu ſunt evitanda: & valere hic debet lex illa perpetua, & nulli Poëtae violanda, quam, dictante communi & ſano ſenſu, tulit olim Petronius, Lucanum in primis tangens, cap. CXVII. Capitale vero & nullo colore excuſandum a Lucano peccatum eſt commiſſum, in materia & argumento, quod ſibi elegit: Poëta enim, quum a faciendo & creando nomen apud Graecos acceperit, in primis Epicus, ipſe facere & fingere debet materiam, &, ſi veri ſimilia, & quae contingere poſſunt, dicat, de certa facti veritate laborare non debet. Quis enim pudor Poëtae ſibi appellationem vindicanti incuti non debet, qui res tam exiguo ante ſuam aetatem tempore geſtas, ut hoc civile bellum, Poëticis ornamentis, & commentis & fictis adtributis augere & exaggerare, aut impudenter res, ut vere geſtas, lectoribus obtrudere audeat, quum ex publicis monumentis, & patrum, qui interfuerunt, memoria & traditione, falſi convinci poſſit? Non etiam, ſi recentis memoriae hiſtoriam carmine epico enarrare velit, ordinem rerum geſtarum invertere, nec per ambages & Deorum miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum praecipitare liberum ſpiritum poterit, quum intra certos fines & Hiſtoriae leges continere ſe cogatur. Jam vero contra ipſam rerum tam nuper geſtarum veritatem peccaſſe Lucanum paſſim in notis oſtendimus, & hinc in judicio de argumento ſibi eligendo, aberraſſe confitendum eſſe effecimus. At Virgilius, qui Juliae gentis nobilitandae, & ejus originem ab ipſis Diis alte repetendae gratia, laborem ſibi injunxit, & omne Poëma ad ſplendorem & venerationem gentis Auguſtae accommodavit, non Julii Caeſaris, aut ipſius Auguſti res geſtas, ordine exſequi ſibi propoſuit, ſed Aeneae, a quo ſive vere, ſive perſuaſione vulgi, ſive gentis Juliae jactatione inani & ſuperba, genus deduci opinio invalue-

rat,

rat; pietatem, fortitudinem & alias virtutes ſibi celebrandas ſumſit. has vero, velut hereditate ad poſteros transmiſſas, omnibus ornamentis artis Poëticae extulit, & ubique per excurſus ea inſeruit, quae ad ſui temporis heroas referri poſſent: & modo vaticinationibus, modo reſponſis Deorum, & aliis futuri temporis ſignificationibus, Domus Auguſtae majeſtatem, & imperium totius orbis fatis deſtinatum, in Aenea tam vivis coloribus depinxit, ut Principatum Romani imperii ad juſtiſſimos ſucceſſores Aeneae & Aſcanii, quos conditores Romanae originis & arcis ſemper menti lectoris offert, poſt tam longum temporis intervallum quaſi poſtliminio, rediiſſe divinitus credi poſſet. Nec originis tantum cauſſa Aeneam elegit, ſed temporis etiam obſcuri & fabuloſi rationem ideo iniit, ut nihil certi ex verae hiſtoriae monumentis ipſi jure objici poſſit, quin parata eſſet reſponſio, fabuloſo iſti aevo, nec temporis certum ordinem & doctrinam, nec Heroum & eorum poſterorum ſeriem conſtare; ſed per diverſas mythicorum narrationes, omnia ita turbata, confuſa & contraria etiam inter ſe fuiſſe memoriae prodita, ut quamcumque veteris & fabuloſi ſcriptoris auctoritatem ſequeretur, etſi a vulgari perſuaſione abhorrerent quae narraret, numquam tamen falſi convinci poſſet; & ideo nec mentiri, ſed ex diverſis ſententiis illam elegiſſe, quae maxime conveniret argumento ſuo, judicaretur. & hic valet dictum Servii ad 1. Aen. 279. *in Deorum ratione fabulae ſequendae ſunt; nam veritas ignoratur.* Adde etiam in Heroum rebus geſtis: nam non ignorabat Virgilius in idem ſaepe tempus conjici, avos, patres, nepotes, & ultra, ſine ullo aevi diſcrimine, & parentes, uxores, filios, & filias, aliis ſaepe majoribus editos, maritis diverſis easdem mulieres, & hos contra aliis & aliis uxoribus conjunctos narrari; cujus confuſionis temporum & hominum maniſeſtiſſima exempla in catalogo Argonautarum, editioni Valerii Flacci praemiſſo, produxi: & ubi diverſis ſeculis florentes Heroas, in unam & eamdem expeditionem concurriſſe, ex fabuloſae hiſtoriae monumentis probavi. Et ideo pro arbitrio & judicio ſuo Maro potuit Didonem & Aenean in idem tempus conveniſſe, & conjugio conjunctos fingere, quia & conditor, & origo urbis Carthaginis non minus atque ipſius

*** Ro-

Romae, & aliarum illuſtrium poſtea urbium, vel ignota vel incerta eſſet: & in quamcumque fabuloſi temporis partem eam Poëta contuliſſet, numquam ex certis hiſtorici temporis monumentis refelli poſſit: quum nulli ſupereſſent, vel ſi qui fuiſſent urbis, olim exiguae & ignobilis, ſed longo poſt tempore demum illuſtris, annales, eorum auctores, neque de tempore, neque de primo conditore, idem tradidiſſent. Denique everſa & incenſa a Romanis urbe, omnia publica acta & monumenta periiſſe credi facile poſſet. Jure ergo, quod Poëtis Epicis ſemper fuit conceſſum, Virgilio licuit Urbis tam celebris, & Romanorum ſemper aemulae, & quae ſola fere fuit, quae illis ambiguum fecerat orbis imperium, originem ſuo judicio fingere, & ſimul oſtendere diſcrimen & pericula, quae Aeneas ſubiit fraude & dolis Junonis, Carthaginis numinis, quae hanc reginam gentibus eſſe jam tum tendebat & fovebat, ut averteretur Teucrorum Rex Italia. Hunc Aeneam, gentis Auguſtae auctorem, quum Juno fatis obſtantibus toties fruſtra tentaviſſet de medio tollere, tandem comminiſcitur eum per nuptias Didonis regno Carthaginienſium imponere, & Veneris auxilio ita illigare amoribus, ut omne Italiam petendi conſilium omitteret: ſed Venus, a Jove jam confirmata, ridebat dolis repertis, & quamquam omnes hos conatus irritos fore ſciebat, tamen, ut perpetui odii ſemina inter duas gentes ſereret, Aeneam implicari ita amoribus ſinebat, quos ſemper fovere credebatur, ut non niſi Jovis, ſummi deorum, juſſu Didonem relinquere cogeretur. Hic enim Veneri promiſerat, ex ſuo genere Romanum Imperium oriturum, & Caeſarem, Trojanum origine, naſciturum, qui Oceano & aſtris terminaret imperium, ſed quod niſi exciſa Carthagine, & aemula civitate funditus everſa, numquam Romani potuiſſent acquirere. Non ergo, ut inepti quidam & Poëtices vim & naturam ignorantes ſemidocti jactant, Didonis & Aeneae amores carmini ſuo intexuit, quia ſine amore nullum Epicum carmen componi poſſe arbitrabatur, ſed quia unicum dominationis Romanis obſtaculum fuiſſe ſciebat Carthaginienſium virtutem, & tria de imperio orbis geſta bella: adeoque internicini odii cauſſas repetere, magna veri ſpecie, a deſerta & ſpreta Didone voluit, quae moriens diris omnibus devoverat Aeneam & ejus omnem poſteritatem,

Tyrioſque jubet ſtirpem & genus omne futurum aeternis exercere odiis, & arma armis contraria, & pugnare ipſos & nepotes cum Aeneae progenie mandaverat. Nullum vero vehementius odium excogitari poſſe ſciebat, quam ex magno feminae amore, quae ab amante in ipſo fervoris initio deſerta docet nos, quid furens femina poſſit. Et quum Dido retinere amantem nullo modo poſſet, poſt exſecrationes & diras, ſibi mortem inferens, in omnem poſteritatem illud odium inveteraſcere & confirmari volebat, quod non exſtingui, niſi, ut divinitus quaſi Cato cenſebat, deleta Carthagine poſſet: qua aemula ſublata facilis & prona erat de aliis regibus & rebus publicis victoria, & ſummi imperii ſub Auguſto conſummatio. Quid his ſimile aut par in Lucano deprehendimus? cui rem tam exiguo ante ſuam aetatem tempore hiſtorici more narranti, & fingenti res fere incredibiles, ſtatim certae auctoritates, & monumentorum & annalium fides, opponi quum poſſint, ſemper mentiri potius, quam fingere, ut Poëtam decet, cenſendus eſt. Et hinc ſimul efficitur, quam inepte & pueriliter hodie, Poëticam artem ſe callere & exercere credentes, in materia, a carmine epico plane abhorrente, verſentur, qui aut Reges & Principes avorum memoria illuſtres, aut etiam viventes, carmine celebrare ſtudent; & nobis Henriada, Gulielmeida, & ſimiles hiſtorias verſibus comprehenſas, pro Epico carmine in manus dantes, dum Virgilium ſuperare ſibi perſuadent, Lucani furorem aequare non erubeſcunt. Longe vero ineptiores, qui his carminibus, ambages & excurſus longe quaeſitos, miniſteria Deorum, Nympharum, aut Heroum, quos nemo ſani capitis hodie rerum humanarum curam agere credit, intermiſcent, & ita carmini ſuo ornamenta inſignia accedere, &, quia verſibus hiſtorias comprehendunt, ſe Poëtas eximios eſſe jactant, & falſo ſibi perſuadent. Atque haec de argumento, perperam & contra communem ſenſum a Lucano electo ſufficiant, quae & rationum majore pondere, & auctoritate veterum, & recentiorum Poëtices peritorum, confirmari amplius poſſent, ſi latius in haec excurrere liberet: hoc ipſum verbo tangere libet, me ſemper miratum fuiſſe illos Poëtas, qui veritatem hiſtoricam carminis fundamentum eſſe putant, non meliora potuiſſe diſcere in Jeſuitarum ſcholis, qui in multo gravioris ponderis capitibus, ar-

bitrio cujusque relinquunt, ſi diſſentiant ſacrorum antiſtites, eam ſententiam, quam *probabiliorem* quisque cenſet, ſequi. hoc ſolis Poëtis licere, & Servius ſaepe obſervat, & docet ex diverſarum & contrariarum ſectarum opinionibus pro libitu illis amplecti licere, quam convenire inſtituto ſuo quisque credit. vid. eum ad Virg. x. Aen. 467. & contraria & repugnantia ſaepe tradentes immerito accuſari oſtendit H. Steph. de Criticis. pag. 140. Sed male ſibi argumentum, nec humeris ſuis aequum pondus, elegiſſe, concedamus, inquiunt Poëtae hujus inſani admiratores; ingenii tamen & doctrinae, quae magnifice praedicant, laudem nemo illi denegabit. Neque nobis obtrectare famae, quam longi temporis quaſi poſſeſſione ſibi acquiſivit, libet. Nimis tamen ingenio calido & praecipiti indulſiſſe, quod & Ovidio vitio datum eſt, nemo negabit. Semper fere magniloquentia, exaggeratione, & odioſa cumulatione rerum & verborum, ineptis declamatorum acuminibus, ſententiis extra corpus eminentibus, obſcuris loquendi modis, excurſionibus, quas ἐπεισόδους vocant, nihil ad rem attinentibus, adfectatione Polymathiae, Scholaſticae ſapientiae, & Stoicorum dogmatum oſtentatione, & ſimilibus vitiis, quae verae & ſimplici Poëticae adverſantur, & quae non modo nihil veri, ſed nec veriſimilis ſpeciem habent, omnem ſibi fidem derogaſſe, certiſſimis exemplis & rationibus paſſim in adnotationibus meis adfirmare non neglexi, quae hic odioſe repetere neceſſe non eſt. Quia tamen plures eſſe novi, qui praefationes librorum leviter percurrere, quam ipſum opus & notas evolvere amant, exſtantiora quaedam ſpecimina, ne me praejudicata opinione, & odio ipſius Lucani, a multis laudati, transverſum agi ſibi perſuadeant, in medium producam.

Liti ſummo Scaligero a Palmerio motae me non immiſcebo, & an jure Scaliger imperitiam Aſtronomiae & Geographiae objecerit, an etiam Palmerius vindicem ſe egregium praeſtiterit, illis relinquam, qui motus aſtrorum diligentius me ſpectare ſolent. Sed in ſitu regionum & locorum, ſi non graviter ſaepe offenderit, obſcura certe & tam intricata oratione ſenſus involviſſe, ut crucem interpretibus ſaepe fixerit, in notis etiam apparebit. Suis vero finibus ſe continere debuiſſet Palmerii patrocinium, non vero, judicium ſuum de Poëtica Lucani facultate interponendo,

ſto,

ſtomachum literatoribus moviſſe. Quis enim humanioris diſciplinae & Poëticae facultatis non penitus rudis, riſum continere poteſt, ubi legerit, Lucanum Virgilio, ſi non ſuperiorem, certe parem probari: & Virgilium non ingenio & eruditioni ſuae, ſed Auguſto, cui ut adularetur Poëma ſuum elaboravit, omnem famam debere: qui, quum ſe & genus ſuum a Diis repeti gauderet, immenſis laudibus & praemiis vatem proſecutus eſt, & Principis judicium amici & aſſentatores, ſerviliter ſecuti, ad poſteritatem hanc principis inter Poëtas loci praerogativam transmiſerunt: Lucano vero, invidiam moviſſe Neronis aemulationem, ut qui ſe meliorem Poëtam crederet: & hinc etiam conſequi, Neronis vituperationem, adulatorum imperatoris adſenſu divulgatam, aliis etiam placuiſſe. Sed haec levia & puerilia: nam ſi non vera fuiſſent iſtius temporis judicia, eorum morte, poſt quam odia & gratia ceſſare ſolent, mutata fuiſſent. Quis enim umquam etiam in Francia hodie Poëtas Franciſco I. & Henrico IV. amatos aliquo in numero habendos ideo cenſet, quia ab illis regibus amor & honor eſt iſtis habitus? Acceſſiſſe, ait, Pompejanarum partium in Lucano ſtudium, quas laudare, & bonam cauſſam appellare ſemper conſuevit. Sed & hoc ſine ullo pondere argumentum: nam facile concedere poſſemus haec judicia veritati obfuiſſe, dum ex gente Julia aliquis rerum potiretur. Sed omni metu deinde Tyrannorum ſublato, & imperio ad diverſi generis & originis principes transmiſſo, viri eruditi de Lucano, ex animi ſententia judicium ferre non metuerunt. Et nunc certe, poſt tot ſecula, eruditis, quibus nihil cum factionibus procerum, nec cum ipſa Repub. Romana, aut Tyrannide negotii eſt, ceſſante omni favore & odio, ſententias libere pronuntiare licet. Si autem vere ſit dictum, *de Poëta judicium ferre non decere, niſi ipſe ſit Poëta*; vel certe Poëticae facultatis & ſuavitatis non omnino expers, Palmerium, licet doctiſſimum virum, in hac lite judicem non ferrem: nam licet ab eo carmina edita non viderim, depravati tamen judicii notas edidit, ubi de ipſo Lucani poëmate, & ejus cum Marone comparatione, agere incipit, & hinc tironibus etiam ludibrium ſemper debebit, & ſibi non conſtare, aperte apparebit. Nam qui in Virgilio *dulcedinem verſuum, metri ſuavitatem, fictionum apte diſpoſi-*

tarum varietatem agnoſcit, & praeterea *majeſtate*, *pompa decenti*, *libertate omnes ſuperaſſe*, *inſtar fluvii placidi labi*, *ripas leniter adluere*, &c. fatetur & adfirmat, an ille non Virgilium omnes numeros artis poëticae impleſſe ſimul confiteri cogetur? & hinc jam efficitur corrupti guſtus & judicii eſſe, qui tali poëtae non conferre modo, ſed praeponere conatur Lucanum, quem tamquam *Iſtrum aut Euphratem violentius per devexa ferri*, *& narrationis veritate*, *& ſtyli brevitate*, *non ſine ſtrepitu*, *ſed grato tamen ruere potius*, *quam fluere*, pronuntiat. Quae inepta, ſibi contraria, & magnam partem falſa, ſi quis conferat cum dulcedine & majeſtate & ſimul ſimplicitate Maronis, nae ille furioſum & delirum hominem ſani cerebri viro anteponet, aut certe corpus aqua intercute tumeſcens, & pallidum, caſtigato & ſani coloris praeferre non erubeſcet. Quam vero Epici carminis peritus fuerit Palmerius, inde efficitur, quod *apte diſpoſitis fictionibus*, praeferat *narrationis veritatem*, quae vel unica omnem Poëtae Epico laudem detrahit, cui ſufficit veroſimilia ex tempore obſcuro proferre. Ad ſenes garrulos tales ablegandi, qui acta ſe pueris, aut accepta a patribus in circulis & conviviis, narrare & centies repetere ſolent. Praeterea ipſum Lucanum, contra veritatem peccaſſe, & multa finxiſſe in hoc bello, quae ex actis publicis falſi argui poſſent, jam diximus, & in notis ſaepe oſtendimus. Denique quae inſania Palmerium transverſum egit, ut placido & tam perſpicuo Maronis ſtilo, ut *tamquam in fundo fluvii latentes gemmae non lateant*, anteferre audeat, *obſcuriorem ſenſum*, *& optabilem non perſpicuitatem*, *tamquam in fluvio limum*, *quo turbantur quidem undae*, *ſed pingueſcunt ingeniorum agri*? Agnoſcis in ipſis verbis Lucani faſtum, & adfectationem putidiſſimam. Sed ita certe ranae longe felicius aevum, quam olores, qui lucidis amnibus delectantur, agerent. ſed haereant cum Palmerio ſuo Lucani encomiaſte in limo & luto ſuo, nobis limpidi magis fontes & fluvii placebunt.

Palmerio fere ſuccinit ejus amicus Moſantus Brioſius, cujus epiſtolam Oudendorpius Lucano ſuo adjecit, & ſaepe eum ad partes vocavit. Ille, inter alia late exſpatiatur in Lucani laudes, & abreptus ſapientiae & Philoſophiae praeceptis, de Poëta ſe agere obliviſcitur, & quum, poſt multa elogia, tumidum

dum tamen ejus dicendi genus agnoſcere cogatur, exemplis Statii & Claudiani eum tuetur. Sed & hi eodem in valetudinario jacent, licet Claudianum non aeque ac Statium inſanuiſſe conſtet, & hinc, quid de judiciis Statii & Martialis, qui Lucanum invidioſe laudaverunt, ſtatuendum ſit, facile eſt colligere, ſi, ut optime obſervat Barthius ad Stat. II, Silv. VII, pr. hos paraſitos & coenipetas Poëtas, ideo Lucanum tam degeneri animo laudaſſe conſtat, ut gratiam Pollae, ejus viduae, mulieris ditiſſimae, captarent, quum neuter eorum ſit melior Poëta Lucano: quare laudari a laudato viro ut pulchrum, ita a ſtulto & nequam ignominioſum. Addit vero non male Barthius, Pharſaliam laborare denſitate ſententiarum & acumine, & non errare eum, qui Satyricam tragoediam diceret, hexametris verſibus conſcriptam. Vides, Lector, quam difficulter opiniones inveteratae, de Lucani praeſtantia, radicitus evellantur, quum viri etiam eruditi, licet vitia agnoſcant, tamen illum aliis dotibus ea compenſaſſe credant. In his etiam fuit Rol. Mareſius, qui lib. I. Ep. 8. poſtquam in eo agnoviſſet tumidum & adfectatum dicendi genus, declamatoriam etiam rerum minimarum ad oſtentationem amplificationem, & frequentes & propoſito minus congruentes excurſiones, ut omniſcius eſſe videatur, de rebus tamen, addit, acres & ſanas habere opiniones, de virtute non aliter ac Zenonem loqui, graveſque de ea ſententias ubique inculcare; quae, ſi paedagogus ille Poëtices aliquem ſenſum habuiſſet, vituperare debuiſſet. Lipſius ad Vellej. Pater. II. 51. ſe amare Lucanum, ſenſuum & honeſti acuminis cauſſa, profitetur, quod nemo mirabitur, qui Lipſii dicendi & ſcribendi genus noverit. Denique, Montagne in ſpeciminibus moralium lib. II. cap. 10., ſe quoque amare Lucanum & ſaepe legere, non propter ſtilum, ſed virtutis cauſſa & propter veritatem opinionum & judiciorum. Sed a talibus laudari Poëtam, in ejus dedecus cedere exiſtimo, neque, quum hodie quiſquam eruditior ſit, qui ſimile ſcribendi genus probet aut ſequatur, longius ulterius in expendendis plurium judiciis morabimur: quorum magnam partem quum induſtrius Oudendorpius collegerit, ex illis ſolam praeferendam cenſemus Broeckhuſii, ſummi Poëtae & optimi de Poëtis judicis, ſententiam, ab eodem Oudendorpio prolatam. Sed ne haec generatim dicta, & detre-

ctandi Poëtae, tam invidioſe a multis laudati, cauſſa protuliſſe videar, nunc per ſpecies quaedam, quae in illo minime probanda eſſe cenſemus, in medium adferamus.

In ipſo carminis principio ſemper Epici Poëtae ſolent rem, quam canere inſtituerunt, paucis verbis proponere, & deinde numen aliquod invocare, cujus quaſi inſtinctu & inſpiratione reliqua exſequantur. In initio noſtri Poëmatis non haerebo circa reprehenſionem, quam ſuſcepit Abramus, ad Ciceron. pro Marcell. cap. II. quod *bella per Aemathios campos* dixerit, quum proelium unum hoc fuiſſe conſtet, nec an Cl. Graevius hanc vituperationem bene diſcuſſerit, quia *bellum* pro proelio, non in Lucano modo frequenter, ſed & apud alios, reperitur poſitum, & quia in Aemathiis campis decretorium de imperio certamen fuit commiſſum, potuiſſe hoc primum proelium quaſi totius belli caput praedicaſſe. haec potius ad Grammaticorum diſquiſitionem ablegabo. ſed animadvertendum puto, ſtatim Poëtam nimium partium Pompejanarum ſtudium oſtendere, & quum ipſe *commune nefas* in utraque parte adgnoſcat, cauſſam tamen Caeſaris, quam ipſe *Diis placuiſſe* poſtea dicit, *ſcelus* vocare: quo titulo centies Caeſarem & ejus partes ſequentes infamat, etiam ubi virtutem inſignem, ut Scaevae libr. VI. quam etiam in hoſte laudare debuiſſet, memorare & augere ſolet. Ipſum etiam Caeſarem, quoties virtutes eximias, clementiam, fidem & juſtitiam exercet, nobis ſemper ut ſceleratum depingit, quum bellum hoc civile cantaturus debuiſſet ſe, in initio certe, medium gerere, & non niſi poſt facinora utriusque factionis narrata judicium vel Diis vel hominibus relinquere, & ita Ciceronem imitari, qui in Oratione pro Ligario hoc non tam *bellum*, *quam ſeceſſionem*, *non hoſtile odium*, *ſed civile diſſidium*, nec umquam ipſum Pompejum, ſed *ſolum & primum Tuberonem* hoc *ſcelus* appellaſſe adfirmat. Sed ſcio Ciceronem haec cauſſae, quam dicebat, dediſſe poſſe reſponderi; ſed tamen auſum fuiſſe hoc de Tuberone, Caeſare audiente, impudenter adfirmare non putem. *bellum plus quam civile* acumine declamatorio vocare, in notis oſtendimus, & quod videtur Ovidio ſublegiſſe, qui de Neptuno lib. XII. Met. 583.

Exercet memores plusquam civiliter iras.

id eſt, Tyrannorum in morem; quod noſter uni Caeſari adtribuere

buere inde conſtat, quia poſt propoſitionem, injurioſam ſoli Caeſari, omittit omnia, quae apertum bellum praeceſſerunt, & quae cauſſam tam crudeli diſſidio dederunt. Nihil de Pompeji immoderata ambitione & ſuperbia, nihil de omnibus, quae Caeſar ante tentavit ad pacem & concordiam ſervandam, nihil de rejectis inſolentiſſime a Pompejanis conditionibus, quas ferebat Caeſar, nihil de SCto, (unde incepit commentarios ſuos de bello civili,) quo Caeſar a factione contraria hoſtis erat judicatus, & provinciis & exercitu privatus, & qui nihil reliquum ſibi videbat, quam armis tueri dignitatem ſuam: nam ſi dimiſiſſet exercitum, & privatus Romam veniſſet, ſine dubio de medio ſublatus fuiſſet, aut certe capitale judicium ſubiiſſet. Quae omnia, ſi non ſoli Pompejo juſtas belli cauſſas adſcribere voluiſſet, debuiſſet carminibus ſuis inſerere: ſed Caeſari numquam pacis cupidum animum tribuere intendens, ab eo ſolo originem belli arceſſere voluit, quum Caeſar poſt omnia tentata, & dimiſſas duas legiones, quum nihil mitius ſecum agi videret, deſperata ſalute ſua bellum ſuſceperit, quod *ſcelus* dici, niſi utriuſque culpa contractum, non meruit, quum pro expedienda ſalute omnia honeſta eſſe cenſeantur: & in primis hoc Hiſtorico Poëtae, qui ut nihil falſi dicere, ita nec quidquam veri ſilere debet, agendum fuiſſet.

Praeterea, omnes Epici Poëtae vel ante, vel poſt propoſitionem, vel miſcentes utrumque, numen aliquod invocare ex lege carminis ſolent, a quo doceri & inſpirari precantur: quia multa mirabilia narraturi non ſua fide, ſed ex Deorum monitu & praeceptis auctoritatem acquirere & conciliare volunt rebus, quas magnificas, & vulgi perſuaſionem ſuperantes, narrare & amplificare intendunt: ita ut, recte judicante Petronio, totum Poëma *furentis potius animi vaticinatio, quam religioſae orationis ſub teſtibus fides appareat.* Sed Lucanus conſcius ſibi, ſe in utramque partem peccare, & argumentum elegiſſe, in quo nullas Diis partes adtribuere, & ita nec Poëtae perſonam ſuſtinere poſſet; & etiam veritati vim intuliſſe, ut nec Hiſtoricorum in numero haberi poſſet, ſtatim impetu ingenii & factionis inconſulto ſtudio & favore ablatus, Deos invocare, & mendaciis ſuis inſcribere non ſuſtinuit; ſed oblitus ſe promiſiſſe Poëtam acturum, (nam *canimus* inquit) prope-

ret ſe declamatorem & Philoſophum ineptum exhibere: & hinc cauſſas belli, quum a triumviratu, & rupta concordia poſt mortem Craſſi, deinde ab aemulatione duorum ſuperſtitum leviter perſtrinxiſſet, neglectis omnibus, quae a Caeſare & Pompejo acta erant, & quanto conamine Caeſar bellum effugere voluerit, & quas conditiones obtulerit, intolerabili ſuperbia rejectas a Pompejo, uno ſaltu Caeſarem ex Galliis, ad Rubiconis ripas, quaſi per aëra vectum, transfert. Ibi demum incipit, non originem & cauſſas motuum, ſed ipſius hiſtoriam belli, quaſi a ſolo Caeſare & primo auctore, trajecto Rubicone, commiſſi. In quo ſi Pompejus viciſſet, multo crudelius exercuiſſet victoriam, ipſo Cicerone Pompejano divinitus hoc praedicente, & duriore deinde ſervitute oppreſſos ſe vidiſſent Romani, ſi regendos filiis ſuis tradidiſſet: nam inter illos neuter Auguſto comparari ullo virtutum genere potuiſſet: nec Pompejus, aut ejus filii, Poëtae, Virgilium aemulanti, materiam umquam tam divini carminis praebere valuiſſent. Nec actum tunc fuiſſe de libertate Romae conſtituenda conſtat, ſed certatum tantum, uter Caeſar an Pompejus tyrannidem obtineret, & ita non minori ſe ſcelere Pompejus, quam Caeſar obligaſſet. Quare ſi bonum nobis civem in Pompejo exprimere voluiſſet, debuiſſet eum, conditionibus a Caeſare oblatis acquieſcentem, & legitimis honoribus contentum, vel etiam privatam vitam tam cruento bello praeferentem, deſcripſiſſe.

Libr. I. vſ. 392. & ſequentibus, magnos auctores, Homerum & Virgilium, aemulatus, nobis dat catalogum populorum & militum, ex quibus Caeſar exercitum ſuum confecit, & inter illos non paucos, quos Caeſar numquam evocavit: tantum ut ſe noſſe illos populos & ſitus terrarum peritiſſimum jactaret. Scrupulum poſſet quis merito movere, quod, quum dixiſſet, Caeſarem evocaſſe *ſparſas per Gallica rura cohortes*, videri poſſet transalpinam Galliam intellexiſſe, quia deinde ſingulas gentes recenſens Ciſalpinarum nullam habet rationem. Sed ſcio qua ſpecie hoc defendi poſſet, ut nimirum ex his cohortibus, quae in hibernis ibi erant, fecerit unam legionem, quam ſe ſubſequi juſſerit, ut ipſe narrat lib. I. B. C. cap. 8. & ita adfluentibus deinde aliis militibus, aucto exercitu Pompejum inſecutus fuerit. Sed nusquam

men-

mentionem facit Caeſar in hoc primo incurſu peregrinorum auxiliorum, aut Gallorum, nec patiebatur tempus anni, nec celeritas Caeſaris, ut ex ultimis partibus Galliae Tranſalpinae milites exſpectaret. Noſter tamen Lingonas, Santones, Biturigas, Belgas, & neſcio quos in exercitu ejus fuiſſe jam canit, qui certe volare debuiſſent, ſi in tempore adeſſe voluiſſent. Sed noluit hanc occaſionem amittere jactandi ſibi exploratos & cognitos fuiſſe omnes omnino Galliae populos, quos per LXXX. fere verſus enumerat, quod melius certe diſtuliſſet ad Caeſaris trajectum in Epirum, ubi militibus indigebat Caeſar, quem hoc articulo temporis praeter cives Romanos nullos peregrinos, aut certe pauciſſimos habuiſſe comites ex commentariis ejus apparet: immo ſi hoc tempore jam confluxerint tot milites in Gallia, illos ante Pharſalicum proelium vel domum remiſſos, vel deletos & occiſos fingere debemus: nam Noſter ipſe lib. I. 451. Caeſarem Gallos pacem colere & quieſcere juſſiſſe, & 402. ſtationibus Romanorum ſolviſſe narravit, nullos vero vel paucos natione Gallos ſecum militare voluiſſe: & tantum legiones civium Romanorum pugnaſſe in Pharſalia vidimus ad lib. VII. 232. Eumdem, ſed multo impudentiorem, errorem in recenſione Pompejani exercitus commiſit, libr. III. a vſ. 170. uſque ad vſ. 298. ubi loquacitatem intolerandam exercens, & Geographiae peritiam putide oſtentans, non modo magno numero Graeciae populos, ſed ex toto oriente multos, nomine tantum cognitos Romanis, certe nondum devictos, aut foedere aliquo devinctos, & auxilia dare coactos, enumerat. Arabes (quos intactos Horat. III. Od. 24. tempore Auguſti ait) Perſas, Bactros, & ipſos Indos a Gange, Indo & Hydaſpe uſque, Moſchos, Scythas, & Colchos acceſſiſſe Pompeji viribus mentitur. immo tantum eorum auxiliarium numerum dat, ut ſi ſingulae gentes cohortem modo miſiſſent, & XVIII. Legionibus civium Romanorum, qui ſub Pompejo militabant, conjuncti veniſſent, Xerxis exercitum numero potuiſſent ſuperare, aut certe aequare. Florus, qui etiam omnia exaggerare amat, hic modeſtius & fidelius lib. IV. 2. copias Pompeji nobis adnumeravit. Praeterea plerique hi orientis populi tunc ſub imperio Parthorum erant, quos hujus belli ſpectatores, & inter partes medios fuiſſe ſcriptores produnt. Deinde noſter iterum obli-

tus ampliſſimi hujus & fabuloſi catalogi, victum Pompejum lib. VIII. 209. fingit, Dejotarum miſiſſe ad Parthorum regem, ut ſibi auxilia ſubmitteret, oratum: quum ſi vel quarta pars militum e Parthico regno antea Pompejo militantium ſuperfuiſſet, magnum ſatis exercitum inde reparare potuiſſet. Oblitus etiam ſui poſtea in mandatis Dejotaro datis, vſ. 222. ut meritum inſigne erga Parthos jactat, quod poſt bellum Mithridaticum illis reliquerit Orientis imperium, & foedere inito certos fines adſignaverit, intra quos ſe continerent. Immunes ergo a Romanorum imperio erant Parthi relicti, nec illis imperari milites poterant. Praeterea jubet nuntiari Parthis,

> *Nunc* (ſcil. poſt proelium Pharſalicum) *Parthia raptis*
> *Excedat clauſtris vetitam per ſecula ripam &c.*

haec inter ſe congruere mihi oſtendant Lucani admiratores, & ejus ingenii & doctrinae vindices.

Eodem libro I. a vſ. 523. uſque ad 584. plus quam ſenili garrulitate, quaſi augur & haruſpex omnibus collegis doctior, & vaniſſimae artis peritiſſimus eſſet, tot prodigia, oſtenta & omina cumulat, quae praenunciarunt Caeſaris adventum in Urbem, quot vix ab ipſa origine Romae accidiſſe veriſimile eſt, & illa omnia uno die edita fingit. Et ſimili incogitantia lib. VII. 151. & ſeqq. enumerat Pompejo cladem portendentia, quum ipſe Florus pauciſſima Pompejo & exercitui oblata mali eventus omina fuiſſe tradat. Deinde, quod manifeſte obliviosum & ineptum Poëtam prodit, vſ. 484. & ſeqq. fugam totius Senatus Magiſtratuum & civium tam operoſe deſcribit, ut penitus & ultra fidem deſertam urbem credere debeamus. ſed vſ. 592. prodigia illa ſacris luſtricis expiata narrans, nobis enumerat omnia Sacerdotum Collegia, quae ſollemni pompa amburbalia ſacra comitantur. Unde ergo in tanta ſolitudine, in deſerta urbe a magiſtratibus & Senatoribus, ex quibus fere ampliſſima illa Sacerdotum collegia conſtabant, tot Sacerdotes, qui in publico illo pavore & conſternatione, eodem ordine & cerimoniis haec ſacra peragerent, ac ſi plena pace Urbs frueretur, & iis ſacris non tantum vacaſſent, ſed Auguribus & Haruſpicibus otium fuiſſet, omnes partes muneris ſui, & in auſpiciis capiendis, & in extis conſulendis, aut aliis ritibus, qui alias obſervari ſolebant, obeundi, & tempus otio-

ſe conterendi? Quae omnia in unum conjicit diem, plenum terroris a Caeſare adventante, ut ſcilicet lectoribus ſcientiam harum artium, & ſe vaniſſimae diſciplinae arcana omnia habere cognita & perſpecta, jactare poſſet. Nec hoc ſine eruditionis inanis oſtentatio ſe continet, ſed deinde, ubi conſultum de futuro Figulum Mathematicum inducit, ſiderum eum ſcientiſſimum facit, & longam ipſi orationem adtribuit, qua, tamquam domi in ſchola aut ex pergula diſcipulis dictata daret, omnes Aſtrologiae partes exhaurit, & quae ab omni aevo in aſtris & coelo ſigna apparuerant, enumerat, quaſi & Figulo haec docere, & populo in tanta conſternatione putidiſſimam orationem vacuis auribus excipere vacaret.

Lib. II. vſ. 16. Juſtitium edictum narrans, oblitus quae libro priore de deſerta urbe dixerat, *omnem honorem*, id eſt, magiſtratus omnes, mutaſſe veſtes, & ipſos Conſules ſine purpura & faſcibus latuiſſe domi, & reliqua, quae tali tempore in plena pacis urbe, juſtitio edicto, fieri ſolebant, coacervat: quum non modo totum ſenatum deſeruiſſe urbem narraverit, ſed ipſe Caeſar lib. I. B. C. 14. Lentulum & Marcellum Conſules, ex urbe profugiſſe memoret.

Non videtur Lucanus rationem vidiſſe, qua hujus belli hiſtoriâ decem libros impleret, ideoque ſubſidium ab excurſibus & loquacitatis ſupervacuae auxilio ſibi paraſſe, patet, praeter alia in oratione illa ſenis, natura ſua in loquacitatem proni, quam nobis, ſcilicet decorum ſenilis vitii ſervans, exhibet lib. II. a vſ. 67. ad 232. cui in praecipiti hac ab urbe fuga tantum otii ſupereſſe credebat, ut querelas de temporis hujus infelicitate effunderet, & deploratum hunc urbis ſtatum & Caeſaris adventum compararet cum Marii & Sullae in urbem irruptione. Quem campum ingreſſus, omnia infanda facinora & caedes per hos tumultus perpetrata, tamquam ex libello recitavit. ubi etiam in Baebii & Scaevolae fatis erraſſe interpretes jam animadverterunt. Sed omnem ſenilis delirii ſtultitiam ſuperat querela hujus ſenis vſ. 219. & ſeq. de cadaveribus a Sulla in Thybrim projectis, ubi ita obſtructum fluvium corporibus caeſorum ait, ut nullus aquae tranſitus daretur, donec vi ſanguinis, qui ut rivus ex urbe defluebat in flumen, adjuta aqua partim ripas ſupergreſſa, partim per-

rupta mole, in mare tanto impetu illata ſit, ut ab aqua maris diſcerni potuerit: quum, ſi jam obſtructum fluvium fingere libuiſſet, certe color ſanguineus, per tot millia paſſuum ſecundo fluvio aqua defluente, jam perdidiſſet ſpeciem, antequam in mare influeret. hi ſunt furentis ingenii foetus, & ſi quis ſimilia acci- diſſe umquam Poëta nobis perſuadere voluiſſet, ille, ne inſaniret, adhibuiſſet tamquam ex machina aliquem Deum, qui tantam rerum naturae commutationem credibilem faceret, & vix tamen perſuaderet.

Eodem libro vſ. 326. & ſeq. in ſcenam producit Marciam, quam facile potuiſſet domi relinquere. Hanc Cato, ſublata ex ea prole, utendam dederat Hortenſio ſobolis quaerendae cauſſa, poſt cujus mortem rediit ad Catonem, nec, libidinis & incontinentiae aeſtu percita, rogat concubitum, ſed inane connubii & uxoris nomen, ut tumulo ſuo inſcribi poſſit, MARCIA CATONIS. Conſentit in renovatas nuptias Cato, ſed quia erant tempora aliena toris, ſolo auſpice Bruto celebratur matrimonium. hoc ſi contentus fuiſſet Lucanus, nihil magnopere erat, in quo vituperaretur. ſed ut omnium ab omni aevo rituum nuptialium, quorum magna pars jam Lucani tempore exoleverat, ſola comprecatione & votis domi conceptis, vel etiam ſolo uſu contentis pleriſque Romanis, peritiſſimum & antiquitarium ſe oſtenderet, non narrat nobis quid in matrimonii renovatione factum ſit, ſed quid non fuerit, & ultra viginti verſus impendit enumerandis ritibus, quos neglexerunt hi novi mariti, & quos nec primis nuptiis adhibuiſſe credibile eſt. Sic ſolent putidi Rhetores, & ſaepe etiam hodierni concionatores, auditores ſuos diu detinere memorando illa, quae non facta ſunt, & in expoſitione locorum & verborum ſcriptoris, etiam ſacri, moleſti nobis eſſe, dicendo quid non ſignificent verba, ut ſcilicet inutiliter, ultra olim poſitos concionibus terminos, tempus extrahere poſſint.

Vſ. 392. Fugam Pompeji in Campaniam narrans, eum belli ſedem in Apennino monte, ubi altiſſimus eſt, collocaſſe dicit, & hac captata occaſione totum, quo extenditur hic mons, ſpatium non tantum deſcribit, ſed ſimul omnia fere flumina, quae ex utroque latere montis orta in ſuperum & inferum mare exeunt, nobis adnumerat. Vaniſſima, & nihil ad hanc belli partem, quod

quod in Campania videbatur jam eſſe gerendum, attinente magnifi-loquentia: nam in quacumque Italiae, quam totam dividit Apenninus, regione caſtra poſuiſſent, vel Caeſar vel Pompejus, hujus montis potuiſſet nobis ſitum, ampliter deſcriptum obtrudere: ſed nusquam intempeſtivius quam hoc loco: nam & Campania, campeſtris regio, non montana erat, & Capua, ad quam ſe Pompejum confirmaſſe & collegiſſe ſcribit Caeſar I. B. C. cap. 14. in plano ſolo, & procul ab Apennino, qui jam in Apuliam jugum porrexerat, erat ſita. Et ſi Italiae & regionum peritum ſe oſtendere voluiſſet, potuiſſet montem non admodum editum, Tiſata hic memorare, (qui proximus collibus quibusdam urbi imminebat, teſte Livio lib. VII. 29. & XXVI. 5. ſed minime hic conjunctus Apennino eſt;) & hinc digredi in res ibi a Mario juniore geſtas, quas narrat Vellej. Paterc. II. 25.

Vſ. 479. leges hiſtoriae verae in Domitio, & ejus ingenio deſcribendo negligit, & eum magno animo & pugnacem hic & lib. VII. 229. & 600. toties repetito elogio, fuiſſe narrat. Milites quoque magnifica oratione exhortantem, & ferociter minas Caeſaris non curantem, inducit. Sed a militibus proditum, denique omnia in eo fortis viri & conſtantis indicia fuiſſe prodit, ut minime timidum & puſillanimum eum (quod & Oudendorpius animadvertit) poſteritas crederet, & lectori perſuaderet eum pugnaciſſimum fuiſſe. Sed Caeſar eum omnia trepide & timide adminiſtraſſe, & clam, cum paucis communicato conſilio, fugam meditatum fuiſſe, ſed divulgato hoc propoſito, milites, qui vere pugnaces erant, & ſtrenue Corfinium defendere volebant, eum coëgiſſe ſe & Corfinium Caeſari tradere, ſcribit; qui inſigni clementia uſus, illum & omnes Senatorii ordinis incolumes dimittit. Quae longe diverſa ſunt a magnifica illa ad Caeſarem oratione, qua victoris patientiam tentat, &, veniam petere dedignatus, ferrum ſibi, ut ſervitutem effugeret, & nullo nomine Caeſari obligatus viveret, repoſcit. Eant nunc Virgilii vituperatores, qui foedam ipſi erga Auguſtum adulationem objiciunt, quum Lucanus haec omnia mentiri non erubuerit, ut gratiam iniret a Nerone, crudeliſſimo Tyranno, qui ab hoc Domitio genus ducebat, teſte Suetonio Ner. 1. qui etiam hunc Domitium ingenio quidem truci, ſed non ſatis conſtanti fuiſ-

fuiſſe addit, cujus documentum etiam dedit in obſidione Maſſilienſi: quo quum naves quasdam adduxiſſet, & adventu ſuo obſeſſos confirmaſſet, repente eos deſtituit. In acie etiam Pharſalica dextro cornui praefuiſſe, fortiſſime pugnaſſe, & mille in vulnera lapſum egregio cum elogio Lucanus canit lib. VII. 599. & ſimul ineptum in modum, & Homerico more, quaſi ſingulari pugna cum Caeſare congreſſus fuiſſet, ante mortem plenos libertatis, & magni animi indices, ſermones commutaſſe fingit, & ita ſumma cum virtutis laude cecidiſſe. Quum longe diverſa prodiderit Caeſar, nec eum dextro cornui praefuiſſe, nec eo in proelio multis vulneribus confectum occubuiſſe, ſed cum reliquis fugiſſe in caſtra, & poſtero die ex illis in montem refugiſſe, & ibi non ex vulneribus (quae fugere prohibuiſſent) ſed ex ipſo fugae impetu & laſſitudine, quum vires eum deficerent, Caeſare non praeſente, ab equitibus fuiſſe interfectum, quod Antonio videtur adſcribere Cicer. II. Philip. 29. qui multos fugientes, quos Caeſar ſervari voluerat, juſſit occidi. Nonne, dum haec ſcriberet, tacito pudore ſuffundi debuit Poëta, turpis adulator ejus monſtri? & dubitari poſſit an non ipſi Poëtae, ut de alio Domitio dicit Suetonius, fuerit *os ferreum, & cor plumbeum*, qui tam facile a ſuae aetatis hominibus, apud quos recens erat belli hujus luctuoſiſſimi memoria, & qui Caeſaris commentarios evolvere ſolebant, mox ſplendidi mendacii convinci poterat. ſed haec incommoda ſequi Poëtas ineptos debent, qui vera, & non longa antiquitate obſcurata argumenta ſibi ſumunt verſibus enarranda.

Inſignem etiam mentiendi libidinem, & odium in Caeſarem capitale declarat in deſcribenda aerarii expilatione lib. III. a vſ. 115. ad vſ. 168. ubi & in notis jam quaedam animadvertimus. Licet vero demus, bellum hoc a Caeſare nullo jure erga Pompejum fuiſſe motum, conſtat tamen aeque in hac parte hunc debuiſſe reprehendi, quam illum: Quum enim nullum bellum ſine pecunia, ejus nervo, geri poſſit, Pompejus Lentulum miſerat ad pecuniam publicam ex aerario rapiendam, quod certe ſceleris nomen aeque mereri poterat, ac Caeſaris furtum. Sed Lentulus metu adventantis Caeſaris, non aperto aerario, aufugerat, claveſque ſecum abſtulerat. Quod Cicero noto illo dicto, quaſi Cae-

Caeſar ſecures non haberet, irridebat. Caeſar ergo, ut ſtipendia militibus ſuppeterent, ipſe preſſus inopia pecuniae, quum a diripiendis civitatibus ſe dedentibus abſtinere milites juſſiſſet, ſolum aerarium ſanctum, in quo aurum viceſimarium ad ultimos reipb. caſus reconditum ſervabatur, effregit. Noſter, ut ſcelus hoc augeret, omnes illum gazas, jam a bellis Punico, Macedonico, Epirotico &c. illic repoſitas abſtuliſſe, impudentiſſime mentitur; nec his contentus, omnia tributa ex Creta, Cypro & toto Oriente collecta ſimul Caeſarem corripuiſſe, lectoribus ſuis perſuadere conatur. Quaſi per tantum temporis ſpatium illi theſauri intacti fuiſſent, nec in neceſſitates reipublicae erogati, aut novis quotannis ſubſidiis repleti. Denique ſolum aerarium ſanctum attigit Caeſar, commune vero, in quod omnes reipb. vires, reditus & vectigalia inferebantur, & quod poene inane fuiſſe hoc tempore veriſimile eſt, inviolatum reliquit.

Notum eſt, omnibus Poëtis morem eſſe, ubi proelia & varias in iſtis caedes deſcribunt, in ſingulorum ſaepe mortibus, & vario vulnerum, ex quibus occubuerunt, genere luxuriari: in armorum quoque & telorum, diverſis corporum membris ingeſtorum, vi & mortiferis ictibus miracula quaedam, & quae rariſſime contingere ſolent, narrare. Sed tamen eum modum ſervant, ut licet raro, poſſe tamen talia vulnera infligi, lector ſibi fingere poſſit. Noſter omnes in proelio navali ad Maſſiliam magniloquentia & exaggeratione Poëtas poſt ſe relinquere conatus, libr. III. a vſ. 563. ad 752. tot miranda pugnarum genera, tot incredibilis modi inflicta vulnera, tot mortes portentoſas nobis depingit, ut omnes Hiſpanorum & Romanenſium, ut vocari ſolent, fabulas longe ſupergrediatur. Quis umquam vidit, aut videre potuit, mare non modo infectum ſanguine, ſed cruore ita concretum, & quaſi cruſta indurata inductum, & cadaverum congerie contectum, ut naves inter ſe concurrere aut conjungi nequirent? quaſi vero nullum cadaver in fundum ierit, ſed omnia ſupernatarint, etiam armis onerata. Omnia non modo tela in navium propugnatores miſſa, certa fuiſſe, & ſi qua irrita & trans naves caderent, in mari inveniſſe ibi natantes, & ſemianimes confixiſſe. Tagum in navi, quae a duabus aliis in concreto illo aequore cingebatur, egregie pugnantem accepiſſe uno & eodem

 mo-

momento duplex vulnus in pectore & tergo: quod forte fieri potuiſſe quis credet; ſed duo ita ingeſta tela noſter fingit duobus ſibi recte contrariis locis, ut in viſceribus concurrerent, & ſanguis diu incertus ſteterit, & cunctatus fuerit, per quod foramen exiret, donec tandem ex utraque plaga tanto impetu erumperet, ut animam ſimul & tela exſpueret. Scio ſimile quid a Silio lib. IV. 569. nobis narrari, ut & Cl. Drakenborchius notavit: ſed licet ille minori verborum pompa hoc miraculum, forte ex Lucani imitatione, prodat, non tamen ejus auctoritatem eſſe tantam putem, ut recte fictum eſſe credam. Non credibilius miraculum fati, quo Gyareus periit, videtur, qui dum irrepere in alteram cupit puppim (ergo prope junctae in concreto illo cadaveribus mari naves fuerunt) ipſo illo momento telum hoſtile eum deprehendit, & adfixit lateri ſuae navis, unde pependit, telo illum retinente: ſed & hoc ita junctas naves fuiſſe oſtendit, ut clam irrepere potuerit ex ſua in ſociam Gyareus. De geminis deinde fratribus monſtroſa certe narrat: quorum uni, navi hoſtili, propinquae ergo, manum injicere conanti, illa amputatur, quae a corpore divulſa, ut in capta nave, adhaeſit; & deinde laeva manu amiſſam alteram rapere tentanti, haec quoque abſcinditur, & tandem trunco ſolum reſtante, fratrem loco clypei protegit, donec perfoſſus multis telis (tantum enim virium etiam ſupererat) in hoſtilem navem tranſiliret. Hoc certe ipſius Cynaegiri factum, immenſum in modum ab aliquibus, ſed non ab Herodoto, qui una manu abſciſſa cecidiſſe narrat, auctum, ſuperat. Tam grave etiam pondus fuiſſe huic trunco ait, ut navi, jam cumulatae ſtrage virorum, & ictibus ita perforatae, ut mergeretur, etiam nocuerit. Lycidas, a manu ferrea comprehenſus, tractus fuiſſet in mare, ni propere ſocii cruribus adprenſum retinere tentaſſent, donec ferrea manu ſuperiorem corporis partem trahente, & ſociis eripere eum pedibus conantibus, corpus medium, in duas partes divelleretur; quarum inferior vacuos artus tradit leto, ſumma, in qua vitalia erant, diu palpitans mori totum corpus prohibebat, donec longum luctata mors cum viſceribus, tandem omnia membra tulit. qualia ſi fieri poſſent, non certe opus foret, ut duobus curribus, vel ut alii quadrigis, Mettus Fuſetius & alii diſtraherentur, ſed militibus modo, his ſummum

cor-

corpus, illis crura ſi darentur divellenda, in duas partes rapientibus, crudelioni etiam ſupplicio & lentiori exſpirare potuiſſent.

Alius natans in mari, quia navis, in qua pugnabat, pondere militum in unum erat latus inclinata, & ſubverſa (credamus etiam hoc) a duobus roſtris inter ſe concurrentibus medio pectore figitur, & retro cedentibus navibus, & aqua per geminum vulnus irrumpente, egregius pugnator perit. Viderat, credo, ſaepe roſtratas naves Lucanus, & duplici ratione proris adfixa roſtra, ſed neſciebat ſcilicet, vel ſupra mare elata, tribus dentibus aereis, armata, vel etiam ſub mari, vel recto mucrone, vel prono, ſub aqua tridentibus roſtris inſtructa, ut videre licet apud Schefferum de Militia Navali II. 5. quamvis Harduinus ad Virgilii v. Aeneid. 142. hic, ut Pſeudovirgilium eſſe probet, inepte tricetur; ſed ſi exſtantia ſuper aquam fingamus roſtra, quibus in navium hoſtilium latera inferebantur, quis concipere *poſſet tridens* illud roſtrum, quod latius humano corpore patebat, ita perforaſſe ictu corpus natans, ut non fuerit dilaceratum & fere divulſum: in primis concurrente alterius navis roſtro? grandius hoc certe miraculum priori, quo uno telo utrimque vulneratum Tagum nobis dedit: niſi fingamus gigantea mole hoc corpus fuiſſe, quod amplitudine ſua ſuperabat ſpatium roſtrorum, & ſimul inlaeſis lateribus, medio corpore tribus cuſpidibus fuiſſe perforatum. Sin depreſſa ſub aqua roſtra fingamus, vetera monumenta nos docent illa in unum corpus mucronibus ſuis concurrere non potuiſſe, quum non recta fronte exirent, ſed prona & in mare inclinata conſpiciantur; ergo unum roſtrum potuiſſet caput, alterum pedes ferire. Talia monſtra riſu excepiſſe nautas & claſſiarios Romanos, nec minus lectores, qui quotidie roſtratas naves ante oculos habebant, credibile eſt. Haec eſt inſania noſtri Poëtae, de rebus incredibilibus multo etiam incrediliora narrantis, ſpiritu fere plusquam Hiſpanico, ut recte de eo judicavit Brouckhuſius, olim noſter.

Reliqua in hoc proelio, quum jam in notis ſaepe notaverimus, commemorare taedet, & uno tantum defungar, quod de Tyrrheno narrat vſ. 709. & quod omnem fidem ſuperat. Huic, quum Balearis fundae glande duo oculi eſſent excuſſi (quod illaeſo naſo & fronte debemus fingere factum), & quum ſenſiſſet

 reli-

reliquis membris conſtare vigorem, caecus tamen, a ſociis recto corpore compoſitus, non ceſſat tela in hoſtes mittere, & tam certa vulnera infligere, ut Arruns in imo ventre plaga accepta procumberet; ſed quum non alte ſatis vulnus deſcendiſſet, concidens ille adjuvat telum, ita ut profundius & ipſis viſceribus immergeretur. An non abſurdum hic Arruntem, levi vulnere accepto, ſtatim concidiſſe fingere, alium vero, de quo ſupra egimus, duabus manibus amiſſis vires tantas retinuiſſe, ut in navem hoſtilem potuerit tranſilire?

Libr. IV. vſ. 50. per centum & triginta fere verſus ingenio infreno immittit habenas, & ingentes illas aquas, quibuſcum Caeſar in Hiſpania conflictatus fuit, ita deſcribit, ac ſi grave Pyrrhae ſeculum rediiſſet, & Deucalioneum vix huic eſſet diluvium comparandum; rupes & ſilvas abſorptas, & decreſcente aqua colles emerſiſſe, plane Ovidii luxurians ingenium ſecutus, narrat; ita ut caſtra Caeſaris non modo natare, ſed ſubmerſa cum omni exercitu credere debeamus: quae poſita inter Sicorim & Cingam, ubi nulli leguntur montes fuiſſe, in quos ſe reciperent milites, ſed in aequo campo inter duo flumina collocata fuiſſe inde patet, quia aquae tantum ripas ſupergreſſae, & pontes inde rupti fuiſſe dicantur; nec ullum verbum de ſubmerſis caſtris Caeſar ipſe faciat, ſed omnem difficultatem ipſi objectam ex pontibus ruptis, ita ut trajicere exercitum non poſſet, ad quos ſtatim reficiendos, primo naves fieri, easque carris ad ripas devehi juſſit (unde non omnino inundatum fuiſſe campum colligitur) deinde refecto ponte advehi curavit in caſtra commeatus: Praeterea tantam & tam terribilem hiemem nobis offert, qualem vix ſub axe boreali ſenſiſſe incolas credibile eſt; qua in ſerenitatem veris amoeniſſimam reducta, & ſubita rerum mutatione facta, tam intolerabilem aeſtum & calorem ſucceſſiſſe, quali nec Arabia, nec Africa, nec India umquam exarſit: quo fervore nivibus ex Pyrenaeis montibus ſolutis, & aquis Sicoris ſuperfluentibus, omnia circum loca, montes & colles ita tectos fuiſſe, ut inde fames tam dira & violenta orta fuerit, ut exercitus Caeſaris fere inedia moreretur. Hunc furibundi ingenii aeſtum, qui conferre velit cum vera Caeſaris narratione lib. I. B. C. cap. 41. & ſeqq. videbit ineptias Lucani. Nihil ibi de ſaeva illa hieme; nihil

nihil de illa veris ſerenitate, aut ardore flammeo leget, ſed biduo, quo res cum Afranianis geſſerat, ingentem tempeſtatem coortam, & nivibus ex montibus ſolutis aquam ripas ſuperaſſe & pontes ruptos, & complures dies (intra menſem tamen) manſiſſe, & fabricatis ex levi materia navibus, flumen trajeciſſe partem exercitus, partem pontibus refectis tranſiiſſe, nulla deinceps facta incommodi ex aqua commemoratione: immo decreſcente flumine vadum repertum, per quod pedibus transgreſſi Caeſariani Afranianos perſecuti ſunt. Deinde in Afraniano exercitu, qui in altiore terra caſtra locaverat, tantum inopiam aquae fuiſſe, ut milites gladiis ſuis (nam dolabrae & alia ad fodiendum inſtrumenta, quibus metatores ſemper inſtructos habebant Romani, deerant) puteos effodiſſe, qui tam alte depreſſi fuerunt, quantum non metallorum ſcrutatores ſe immergere ſolent. Nihil tamen aquae repertum, ita ut ſiti inexſtincta fere enecti fuerint. Caeſar vero nihil aliud, quam Afranianos *aegre aquatos* fuiſſe, quod longe abeſt a puteis per gladios effoſſis, ait, & tandem undique obſeſſos Afranianos ad pacta de deditione deſcendiſſe.

Eodem libro vſ. 590. Curionem tranſmiſſo in Africam exercitu caſtra collocaſſe ad Bagradam vere narrat; ſed ad hujus fluvii mentionem, ut ſe etiam Hiſtoriae fabuloſae peritiſſimum oſtenderet, interjecit Antaei fabulam, quae huc nihil pertinet, quum omnes, quantum noverim, eum longe hinc in Mauritania, ad oppidum Tingi, ſedem habuiſſe tradant. vide modo P. Melae lib. I. cap. 5. Hanc autem fabulam omnibus eloquentiae ſuae coloribus exornandi partes dat *rudi*, vel ut nos legendum credidimus, *ruris* iſtius incolae, quem ex ultima antiquitate & remota a vulgo ſcientia repetentem omnia, & ita multis fabularum ſcriptoribus apud Romanos & Graecos eruditiorem inducit. Quanto facilius & veriſimilius finxiſſet, Curionem, ſi ille haec ignoraret, aliquem ex Africanis, vel deſertorem, vel captiuum ex illuſtribus Mauritaniae viris, qui inde oriundus ſub Juba militaret, hanc fabulam narrantem, patienter auſcultaſſe. Huic tam intempeſtivae fabulae centum fere verſus impendit, & eadem opera, ſitus locorum ignoratione, Jubae regni amplitudinem ultra verum modum extendit, & ad occidentem Atlante vicino Gadibus, unde tamen longius diſtat, a meridie Hammoniaca regione & Syrti-

bus (etiam inter ſe longius diſtantibus) terminat.

Levius eſt, quod lib. v. 28. contra omnium annalium fidem, Camillum Vejos habitaſſe, tradere jam alii interpretes animadverterunt, ad Lucanum & Flor. lib. I. 22. ideoque in eo non morabor. Nec etiam circa Maſſilienſes, quos aliquoties, ut lib. III. 340. & IV. 256. Phocenſes facit, quos Phocaenſes fuiſſe facile evicerunt viri eruditi, nec Henricum Valeſium hujus erroris patronum quis adducat, quum id peccatum non Henrici, ſed Hadriani eſſe, Vir Cl. Jacobus Gronovius recte oſtenderit.

His ergo miſſis ad inſaniorem procellae lib. v. 504. deſcriptionem, etiam ipſa Hiſpanica, tranſeamus. Temerarium ad arceſſendas ſub Antonio copias in Italia haerentes, mare Hadriaticum trajiciendi conſilium & conatum, cujus ipſum Caeſarem puduiſſe credo, quia in Commentariis nullam ejus mentionem fecit, deſcripturus, nobis obtrudit ducentos fere verſus, & fingit Caeſarem intempeſta nocte ſolum caſtris egreſſum, fefelliſſe vigiles, & veniſſe ad caſam in litore poſitam Amyclae, pauperis nautae, & non privati hominis ſermone poſtulaſſe, ſed imperantis modo brevi oratione compuliſſe, ut cymba ſua ſe transveheret. Senem hunc tantum otii habuiſſe, ut omnia omnino, quae a nautis ubique fere terrarum obſervari ſolent, ſigna & prognoſtica futurae tempeſtatis, quae vix toto ſeculo ſimul apparere poſſent, in unius nocturnae hujus tempeſtatis ſignificationem congeſſerit, & Caeſarem, licet morandi tempus non eſſet, haec patienter audiviſſe, ſine ullo pudore fingit. Inter illa vero plurima recenſet, quae certe nocte per tenebras videri non poterant; ut in notis probavimus. Deinde ipſam tempeſtatem tanta verborum atrocitate, & exaggeratione inſaniſſima ſubito ortam deſcribit, ut ſimilem a nato orbe humanum genus non ſenſerit; tam denſas fuiſſe tenebras, ut nulla, niſi a fulminibus, lux appareret, ita ut ipſa natura Chaos rediturum timeret: tam ingentes & altos fuiſſe fluctus, ut aequarent Leucadium ſcopulum, & mox tam profunde deſidiſſe undas, ut malus navis (nota ineptam & incongruam ſcopuli Leucadii, & cymbae parvae mali comparationem & oppoſitionem) non cerneretur: ſed a quibus, quaeſo? an a ſtantibus in litore per tam intenſas tenebras? nam nauta & Caeſar certe propiores, ſi quid cernere poſſent, illa vix conſpicere potuiſſent. Denique navem elatam tetigiſſe

ſide-

ſidera, depreſſam vero fundo maris illiſam, quod nec Hortenſius concoquere potuit. Quid autem in tam inſano mari & furioſa procella Caeſar? ille ſecurus ſalutis irridet Deos, qui tam parva ſedentem navi tanto mari & tempeſtate petant: & impavidus ipſam mortem provocans, hoc impietatis praemium fert, ut ſtatim a decumano fluctu incolumis terrae imponatur. Quid vero interim in caſtris ejus milites? hi inter haec inſana ventorum proelia dormiunt, nec excitati Caeſarem deſiderant, & abſentem ignorant: nulla ibi tentoria dejiciuntur vi ventorum, ſed quaſi malacia & tranquillitas ſumma in vicino mari eſſet, ad lucem placide quieſcunt. Qua jam propinqua redeuntem Caeſarem amplectuntur, temeritatem ejus increpant, quum certe decorum magis fuiſſet, ipſos excitatos tam horribili procella debuiſſe exſomnes reliquam noctem exigere, & deſiderato Caeſare per caſtra diſcurrere.

Lib. VI. 45. munitiones & vallum, quibus Caeſar ad Dyrrachium obſedit Pompejum, & opera, quae certe priorum omnium ducum circumvallationes ſuperarunt, intolerabili magniloquentia exaggerata, incredibilia facit. Comparat enim moenibus non tantum Trojae a Diis exſtructis, & Babylonis muris, (qui tamen ex cocto latere fuere:) ſed tantum terrae ſpatium complexum fuiſſe Caeſarem, quantum Tigris & celer ambit Orontes: & quaſi hoc parum eſſet, adjicit, quantum telluris Eoae in regnum Aſſyriis ſufficit, clauſiſſe illud opus: potuiſſe ejus milites, hoc opere exacto, Seſton Abydo jungere, & Iſthmum Corinthium ingeſta terra elidere &c. Tot etiam flumina intra hanc circumvallationem orta fatigaſſe curſus ſuos, antequam in mare evolverentur, tot contra intra opus merſa. Quibus omnibus ita exaggeratis, ineptius eſt quod ſubjungit, Caeſarem non potuiſſe uno die haec circuire, ſed mediis intermanere agris debere; quum, ſi verum illud ſpatium fuiſſet, & aequaviſſet Syriae, Aſſyriae & Babyloniae regna, toto menſe, immo vel anno opus fuiſſet.

Ibidem a vſ. 144. ad 263. Scaevae admirabilem certe virtutem & conſtantiam odioſiſſima loquacitate, in immenſum auget & extollit. Quae ſi conferas cum Suetonii elogio, qui excuſſo oculo, transfixis femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portae commiſſi caſtelli retinuiſſe dicit; & cum Caeſaris

ſaris lib. III. B. C. 51. is qui paucissimis verbis, laudatum, praemiis & ordinis promotione remuneratum refert, videbis noſtrum vehementius juſto buccas inflaſſe, qui narrat, illum ſcuto, galea, & omnibus armis multitudine telorum fractis & perforatis, nudum pectus oppoſuiſſe hoſtibus, quod etiam jaculis, haſtis & telis ita fuerit percuſſum, ut ſilvam telorum denſam pectore ferret; & comparat deinde Elephanto, qui multitudine venatorum, & telorum oppreſſus, mota cute (quaſi cutis humana belluae denſitatem & duritiem ſuperaret) haſtas excutit haerentes. Nondum tamen ſuccubuiſſe Scaevam, ſed, ut ſenſit etiam ſagitta oculum percuſſum, illum ſimul cum ſagitta extractum pedibus calcaſſe, & deinde ad dolos & ſtrategema converſum, finxiſſe deditionem, quam ut acciperet, accedentem incautius Aulum, mucrone furtim erecto & per fauces acto, interfeciſſe. Quis non miretur tot vulneribus confecto, tantum animi & virium ſuperfuiſſe, ut mucro illius enſis, quem antea Lucanus jam hebetem nec aſperum, & ſanguine hoſtium concreto obductum dixerat, poſt tot occiſos hoſtes, ipſi ſuffecerit ad caedem? Hac vero caede refecto Scaevae ſuperveniſſe Caeſarem, & liberaſſe tam fortem caſtelli propugnatorem. Quae ſi ipſe Lucanus credere potuit, & aliis ſe perſuaſurum mente concepit, nae illum ad furioſorum fabularum Hiſpanicarum conditorum claſſem eſſe ablegandum arbitrarer. Sed intolerandum certe, poſt tot heroicae virtutis ſpecimina edita, quae ipſe incredibilem in modum auxit, hunc Scaevam ideo nobis in omne nefas infamari, quum ipſa virtus in civilibus bellis *ſcelus* eſſet. Quî vero haec congruunt? praeſertim quum in Pompejanis, qui tot millia civium etiam contra jus belli jugularunt, nullum ſcelus agnoſcat, niſi in ſolis Afranianis, qui hoſpites inermes in ipſis caſtris, quae pacis & amicitiae integrandae cauſſa intraverant, interfecerant. Ubi ipſa foeditas & violati foederis ignominia veritatis confeſſionem extorſit Poëtae. In ceteris ubique Pompejanorum virtutem, amorem patriae & libertatis commendat, quibus impune & laudabiliter licet jugulare, ſine ulla ſpe veniae, cives ſuos, & qui, ſi victoriam reportaſſent ultra dimidium rempublicam civibus orbaſſent. In Caeſarianis non tantum omnia, quae fortiter & feliciter geſſerunt, *ſceleris* opprobriis dedecorat, immo in ipſo Caeſare, ex diſciplina & lege militari, ſeditioſos milites,

ſed

ſed pro clementia ſua, paucos puniente, *crudele ſcelus* vocare non erubeſcit lib. v. 369. ſimulque ait, in militibus nil magis timuiſſe, quam ſceleri adſuetas mentes ſe perditurum. Praeterea Caeſarem ſcelerum Superos & Inferos Deos invocaſſe, & tamen litaſſe ait lib. VII. 168. ipſe impius Lucanus, qui Deos ſceleri inſcribit, & qui non ignorare debuerat, victoriam numquam ab inferis cuiquam datam, quam impudentiam miratur etiam Hortenſius.

Tot jam ſtolidi & furentis Poëtae ineptiis memoratis, tranſire liceret errores, quos vſ. 349. & ſeqq. declamatoria vanitate & ſtilo committit in Theſſaliae locis cumulandis, quos etiam alii interpretes animadverterunt. Sed tamen tranſire non poſſum operoſam Sexti Pompeji ad magam Theſſalam aditus deſcriptionem, quam a vſ. 416. ad finem libri quadringentis fere verſibus extendit, & tot anilibus & puerilibus nugis & ſuperſtitionibus implet, non alium in finem, quam ut ſe myſteriis his initiatum, & omnia magicae artis arcana perſpexiſſe lectoribus perſuaderet. Utinam aureum illud Ciceronis lib. II. de Orator. 4. monitum ſibi in carmine hoc componendo propoſuiſſet aliquoties, qui *omnium ineptiarum, quae ſunt innumerabiles, ſe haud ſcire*, ait, *an ulla ſit major, quocumque in loco, quoſcumque inter homines* (addo quibuſcumque in ſcriptis) *viſum eſt, de rebus difficilibus, aut non neceſſariis argutiſſime diſputare.* Noſter a vſ. 420. ad 570. non tantum vaniſſimae & impiae ſuperſtitionis omnes partes delibat, ſed quaſi harum omnium peritiſſima Theſſalis maga omnes ſuas artes uno & eodem tempore adhibere debuiſſet, cunctas, quae nihil ad rem pertinent, cumulat; & uni mulieri omnia opera magica, quae diverſis in orbis partibus ſagae peregiſſe creduntur, & quae vel ipſe audita, lecta, vel ſtulta vulgi opinione jactata noverat, attribuit. Illam etiam Perſarum Magos, & Aegyptiorum ſapientes ſuperaſſe, & tam efficacis potentiae fuiſſe, ut non inferis modo imperaret, ſed ipſos ſuperos de coelo detrahere, & omnibus ſimul oraculis ſilentium indicere potuerit: invito & ignaro Jove elicere fulmina, Nilum prohibere creſcere, Maeandri curvos fluctus corrigere, & totum alveum mutare, Rhodani rapidiſſimum curſum ſiſtere, & contra quietiſſimum Ararim praecipitare, & neſcio quae alia portenta, & contra naturam monſtra nobis producere valuerit. Nec

 his

his contentus, ubi ad uſum venenorum in magicis deſcendit, omnia venenorum & pharmacorum genera, quae toto terrarum orbe naſcuntur, enumerat. & quum vſ. 438. dixiſſet ſolas, quas in Theſſalia producit, nocentes herbas per ſe ſufficere, ita ut ipſa Medea Colchicis venenis non ſatis ſe armatam credens, Theſſalicas etiam efficaciores herbas legerit; tamen exteras etiam enumerare non ſuperſedit: quum, ſi Theſſalicarum tanta fuerit potentia, unusquisque videat, quam putidum ſit hic tot peregrinas cumulare, quarum nulla uteretur ſaga. Ridiculum vero maxime ſe praebet Lucanus, ubi, ut praeſentiſſimam futura noſcendi viam eligeret, animam recens interfecti (quum tamen nullius proelii aut caedis in his campis mentionem fecerit) & nondum Tartara ingreſſi, ſed primo pallentis orci hiatu haerentis, ſagam evocaſſe narrat. Cui deinde longam dat orationem, qua omnia, huic mulieri, quaſi hoc tam omnipotens anus ignoraret, quae gerebantur apud inferos, & etiam in campis Elyſiis, exponit. ad quos quum a primo illo hiatu conſpectus pertinere non poſſit, fingit umbras ducum in felici illo & interiore receſſu jam habitantes, rumore bellorum excitatas, ſedes beatas reliquiſſe, & ipſi omnia, quae ibi gerebantur, enarraſſe. ſe Decios, Camillos &c. vidiſſe, & haec omnia tam exiguo temporis ſpatio, quod inter ejus deſcenſum ad orcum, & inde evocationem interceſſit. Stulta omnia & vulgi perſuaſioni contraria, qua in Elyſios campos traductos remeare non poſſe, niſi paucis & Dis genitis conceſſum eſſet, credebatur. Certe Aeneam nobis multo prudentius & cautius ad inferos deſcendiſſe finxit Maro, & quum per omnes inferorum partes tandem eum ad Elyſios campos deduxiſſet, ibi eum Heroas vidiſſe, & cum illis ſermones commutaſſe narrat. Denique an tanti erat, maximam hujus libri partem impendere conſultationi Magicae, ut ſciret Sextus futura & eventum belli, quem alii Poëtae breviſſima oratione, & ex multis magarum artibus una electa abſolviſſent.

Scientiſſimum rei militaris, ut ubique ſe jactat, Poëtam, ſi viveret, rogare cuperem, an umquum a ſummo imperatore exercitus inceptum proelium audiverit vel legerit, niſi eum ſtolide ferocem & barbarum exhibere vellet? recte quidem has partes videtur dare Caſtrino, qui primus emiſſo pilo vulneraverit hoſtem,

ſtem, & ita commiſerit, id eſt, principium dederit pugnae; ſed mox oblitus, quaſi hoc ingens ſcelus, & contrarium diſciplinae militaris eſſet, & furioſi hominis opus, graviter deinde exclamat, lib. VII. 474.

O praeceps rabies! quum Caeſar tela teneret,
Inventa eſt prior ulla manus.

quaſi prior Caeſar debuiſſet emittere telum, antequam ullus miles vel ſtringere ferrum, vel ejicere telum auderet. & *rabiem* vocat, magni animi & virtutis opus, & ut in notis oſtendi, ex militari lege & juſſu imperatoris, ſignum pugnae dantis. Simili fere ἀβλεψίᾳ, & inconſiderantia, quum in hoc proelio Pharſalico multa nefanda perpetrata dixiſſet, quorum memoriam poſteris prodere puderet Romanos ſcriptores, ſe ſaltem tot ſcelerum praeconem fore negat, & exclamat,

Quidquid in hac acie geſſiſti, Roma, tacebo.

& tamen quum multis verſibus illa enarraſſet, eligit etiam maxime nefanda & execrabilia crimina, & in quae declamatorius ſtilus late exſpatiari poſſit, nulla tamen a Pompejanis ſcelera admiſſa agnoſcens, ſed omnia in Caeſarem tranſcribens,

Hic furor, hic rabies, hic ſunt tua crimina, Caeſar.

& mox

Hic Caeſar, rabies populi, ſtimulusque furorum.

& quae ſequuntur. deinde quum fratres fratribus, filios parentibus oppoſitos & contra nobis ex utraque parte dediſſet, illos diu torpore quodam conſtrictos tenuiſſe pila, deinde mutuis cladibus ſaevientes vivis caloribus depingit: ſed pietate tamen Pompejanorum ſalva, quibus laus & decus ex caede filiorum, fratrum & patrum acquirebatur; quum omnia a Caeſarianis fortiter geſta, ſcelera eſſe toties ingeminet. Sed praecipuum Caeſaris ſcelus & crimen fuit viciſſe Pompejum, & quia per ignaviam & terrorem Pompejanorum plurimis in acie deſideratis, reliqui fuga ſalutem quaeſiverint, laudari hoc flagitium meruiſſe videtur. Hic debuiſſet meminiſſe antea lati de Pompejo judicii lib. I. 131. *dedidicit jam pace ducem*, cujus inertia, & male inſtructa acie, & quiete militibus, jam incurrentibus Caeſarianis, imperata, tanta fuit caedes edita, ut ipſe poëta, nec hic ſpiritum cohibere valens, canat tot occiſos, ac ſi totum humanum genus fuiſſet ex-

 ſtin-

ſtinctum, & omnis ſpes poſteritatis & ſeculorum praeciſa: tot virorum luget necem, qui potuiſſent urbes implere vſ. 415. ſed deinde, ſibi iterum contrarius, ſuperfuiſſe tamen ſatis magnam turbam, unde reparari ſoboles poſſit, miſera exclamatione queritur vſ. 642.

Proxima quid ſoboles, aut quid meruere nepotes?

Unde vero illa ſoboles & nepotes, ſi ſublati hoc proelio ſint, qui potuiſſent illos producere? viris enim occiſis, nulli filii, nulli nepotes poſſunt adſcribi, niſi ante proelium genuiſſent, quod repugnaret querelae noſtri, & aliis ſcriptoribus, qui exercitum Pompeji maximam partem ex adoleſcentibus conſcriptum adfirmant, quum Caeſar veteranos, & bellis Gallicis exercitatos & induratos haberet.

Poſtquam turpem Pompeji fugam ſplendidis mendaciis excuſaſſet, & adventum in Lariſſam, de quo in notis ſatis egi, narraſſet, eum nave ex Theſſalia fugientem inducit: in qua otioſe ſedens, & quaſi poſt tam inſignem cladem, nulla cura & ſollicitudine agitaretur, rectorem conſulens de curſus inſtituendi ratione, tam inepte ignarus rei navalis exhibetur, quaſi poſt tot navales expeditiones & victorias de Piratis, per omnes maris mediterranei partes, annonamque ex omnibus provinciis transmarinis congeſtam, nunc a nauta ſubito & forte reperto, diſcere debuerit navigandi & curſum dirigendi artem, quam Ducem, qui tot maria peragraſſet, ignorare turpe videri debuiſſet. Sed haec occaſio captanda erat, ut ſe, ipſo Pompejo rei nauticae & gubernandi navis peritiorem, nihil ignorare hujus quoque ſcientiae navalis oſtenderet. Et hinc forte memor illius dicti, *Navita de ventis* &c. gubernatorem nobis inſigniter garrulum, & Pompejum in hac rerum perturbatione diligentem auditorem exhibet, & omnium aſtrorum, ad quae ſolent curſum dirigere, motum, & quae praeterea obſervare in coelo & mari ſolent nautae, peritiſſime diſſerentem inducit. O lepidum caput, ſi cerebrum habuiſſet!

Vſ. 743. Narrat Cordum, trunco Pompeji occiſi in mari fluctuante, & in terram attracto, ſollicitum admodum fuiſſe de juſtis tam magni viri manibus ſolvendis. Vidiſſe eum procul parvos ignes vile ſuis corpus cremantes; hinc eum rapuiſſe ſemiuſta

ro-

robora & flammas, ut, ex illis tumultuario rogo conſtructo, cadaver Pompeji combureret. Rogare lubens vellem Lucanum, an hoc vile corpus alicujus Romani, ibi forte mortui, an Aegypti incolae iſtius litoris fuerit? quum vero Romanum cadaver fuiſſe nullo verbo vel nota indicet, credibile eſt Aegyptium fuiſſe: & hoc colligi poſſit, ex eo, quod corpus vile *ſuis* dicat, id eſt, cognatis (vid. Serv. ad Virg. VI. Aen. 611.) qui ibi ſedem habebant, negligenter & ſine multa cura rogo impoſitum, & ſine cuſtode relictum: quum, ſi Romanus aut miles, aut peregrinator mortuus illic loci fuiſſet, ille *ſuos* ibi habuiſſe vix credibile videatur. Atqui ſi Aegyptium fuit cadaver, quid reſponderet Lucanus tot ſcriptoribus, & in primis Melae, qui lib. I. 9. Aegyptios *mortuos nec cremare nec fodere fas eſſe putare*, nobis tradidere. An hoc Panſophus noſter ignoraverit, aut crediderit haec tantum de regibus & illuſtribus viris, quorum corpora uncta & medicata in conditoriis recondebantur, (*vid. lib.* IX. 153. & ſeq.) intelligenda, vilia vero corpora in ignem impoſita? neſcio, nec niſi idoneo auctore probetur credam. Certe Poëtae partes, toties extra fines carmini praeſcriptos evaganti hic licuiſſet modum ſepeliendi apud Aegyptios nos docere, & ita potuiſſet in omnium gentium ritus, quibus cadavera tractant, divagari.

Omnium artium jam peritiam ſuam ſaepe oſtentantem Poëtam vidimus, ſed deerat rerum etiam naturalium ſcientia, quam in eo*ne* aliquis deſideraret, efficit diligens inquiſitio lib. IX. a vſ. 303. ad 318. in cauſas, quae Syrtim tam vadoſam fecerant, quum vicinum ipſi mare, cujus ſinus eſt, ſatis ſit profundum. Noſter pro principio certo ponit, ſolem ſe paſcere ponto & aqua inde ſubſtracta; & hinc conſequi, Syrtes, quae olim pleniores aqua fuerant, ſenſim ſicciores factas ipſo ſibi vicino pelago: magnam vero fuiſſe aquae in Syrtibus copiam inde efficitur, quod per tot ſecula nondum exhauſta ſit omnis aqua, ſed diu repugnaverit ſoli attrahenti, tandem tamen tempus ſore vaticinatur, quo *tellus Syrtis erit.*

Atqui rogare vellem, an ſolis Syrtium aquis ſol ſe paverit & ſatiaverit, & nihil, mitto maria alia, ex vicino ponto attraxerit, quia id ſimile Syrtium decrementum non ſenſit? Atqui omnis aevi rerum naturalium periti docent vapores calore ſolis

in altum extractos, & in nubes contractos, iterum per pluvias reddi terrarum orbi, & hinc perpetuum humorem, licet quotidie multum in ſublime abeat, maribus & fluminibus ſufficere: immo eo uſque in his arcanis naturae cognoſcendis hodie profligatum eſt, ut ad calculum revocato aquae ad nubes cogendas adſcendentis modo, & comparato cum imbrium decidentium copia, calculis ſubductis vix gutta aberrare poſſimus, ſpecimine nobis ex Ponto Euxino exhibito; unde ſperamus per aliquot ſecula exhalationum & pluviarum comparatione inſtituta, tandem mortalibus hujus arcani certam rationem conſtituram. Sed praeterea rogarem, an nullae ergo pluviae in Syrtes, aut fluvios in eas exeuntes cadere ſoleant, ſed naturam imbribus certos limites conſtituiſſe, inter mari mediterraneo vicinas Syrtes, & os ejus, maris tangens partem? & an eadem cauſſa tot vadoſas & brevibus infeſtas marium per totum orbem partes faciat? Ego rudis omnis hujus ſcientiae hoc tamen adfirmare audeo, Lucanum infelicem fuiſſe vatem, Syrtes olim tellurem futuras, quum omnes, qui eas hodie poſt tot ſecula viderunt, teſtentur Syrtes manere Syrtes vadoſas, nec earum ſitum & conditionem ab ingenio & natura veterum multum differre.

Ne vero ſolius Naturae arcana perrepſiſſe credant poſteri, legant quam perite & docte nobis Stoicae ſapientiae dictata ore Catonis prodat, quem, multo ſcilicet prudentior, Labienus, hortator ſcrutandi voce deorum eventus, conſulit, Cato vero Deo plenus, quem mente gerebat, & brevi oratione, ut ſapientem decet, oſtendit lib. IX. 566. vanitatem Oraculi Jovis Hammonis. Hanc certe partem Poëmatis injuria aliquis reprehenderet, niſi ipſum Spinoſiſmum in verbis illis,

Juppiter eſt quodcumque vides, quodcumque videris,

deprendiſſe ſe putaſſent verae religionis antiſtites.

Denique, nam manus de tabula tollenda eſt, ſterilem & arenoſam Africae partem, per quam Cato exercitum magno cum labore duxit, deſcripturus, a vſ. 610. ad 950. inter alia fabuloſa, quae jam attingere non libet, recenſum agit omnium, qui a mundo condito ad hoc aevum cogniti fuere, & in omnibus orbis partibus reperti, ſerpentum, a quibus infeſtatus fuit Catonis exercitus. Quaſi ita natura tuliſſet, ut in hac parte Africae tam noxio-

noxiorum animalium prima incunabula fuerint, & inde haec, quaſi mater, terra emiſerit colonias ſerpentum in diverſas orbis partes, manentibus tamen uniuscujusque generis in natali ſolo poſteris, qui quo magis naturali ſolo adhaeſerint, eo magis noxii ſuperfuerunt. Haec legat, quaeſo, diligens animalium inſpector, & ſimul miretur, prodigioſa & incredibilia varii generis vulnera, a noxiis his beſtiis, militibus Catonis inflicta, quorum quaedam in notis excuſſimus, & mecum judicet, an ineptior & garrulitate inſignior umquam Poëta exſtiterit, qui, quum non ſatis materiae reperiret ipſi bello civili decem libris enarrando, tot excurſus putidos, & ἐπεισόδους, faſtidia lectori moventes, interſeruerit, ut minimam fere partem ipſum civile bellum ſibi vindicet.

His omnibus, quae longo ſatis ordine, licet plura omittere, ne taedium moverem lectoribus, viſum eſt, rite ad examen revocatis, mirari tamen non deſinent quidam, Romanam eloquentiam & nitorem, tam brevi tempore degeneraſſe, & tam ſolutae, quam ligatae orationis, decus & majeſtatem deminutam & obſcuratam. Quaecumque enim ante Ciceronis & Virgilii aetatem literis conſignata ad nos pervenerunt, horrore quodam & impolitia deformata, minime numeris ſuis abſoluta deprehendimus. Sed quidquid munditia & elegantia liberi & ſimplicis ſermonis poſteritatis laudes meruerit, a Ciceronis tempore ad Auguſti fere obitum fuiſſe circumſcriptum, omnes eruditi agnoſcunt. Idem quoque Poëtices fatum fuiſſe videmus; nam quicumque epico carmini manus ante Virgilium admoverunt, antiquiore ſermone & horridioribus verbis, & ſqualore obſiti, eniteſcere non potuere, nec ad poſteritatem carmina ſua inculta & incompta proferre. Qui vero poſt auctorem & principem perfectae & conſummatae artis, & exemplar unicum ad imitandum propoſitum, idem tentaverunt, longius ab eo receſſerunt, quam ipſe Maro priores poſt ſe reliquerit. Cujus corruptionis & depravationis praecipua cauſſa quaerenda videtur, in humani ingenii vanitate & gloriae inanis cupiditate: dum enim prioris aevi Poëtas & Oratores anteire ſe poſſe quis ſperat, & in eodem ſpatio decurrens, ulterius tendere & ad novam palmam adſpirare properat, laborat quidem & ſudat, ſe, tamen plerumque non modo victoria

ex

excidere, ſed inglorium contemni & abjici dolet. Hinc multi Ciceronem & Virgilium aequare, eorum veſtigiis inſiſtere ſi velint, deſperantes, in nova ſpatia ſe conjecerunt, & diverſum ſcribendi genus ingreſſi ſunt, ut in illo ſaltem primi eſſe poſſint. Sic Seneca, ſuperbiae & gloriae vaniſſimae verum & expreſſum exemplar, deſperans famae celebritatem, ex ſimili Ciceronis ſcribendi & dicendi genere, ſe conſequi poſſe, primus eloquentiam perdidit, & contaminavit, ſplendidis ſperans vitiis, quibus tamen teſte Fabio. lib. VIII. 3. *virtutis nomen imponunt*, adoleſcentum mentes facile poſſe decipi, & aliis in eamdem fraudem illectis, ſe ſectae novae conditorem celebrari. Vide recte de eo judicantem Quinctilianum lib. X. cap. I. ſub finem, cui plane adſentior. Alter, quaſi hoc ita fato datum eſſet, ex eadem Annaeorum gente, Lucanus, ſimilibus gloriae falſae ſtimulis agitatus, quia Virgiliani conſummatiſſimi operis laudes adſequendi nulla ſpes adpareret, divinam Poëſin inquinare, & Heroicum carmen, omni majeſtate & ſplendore ſuo ſpoliatum, ad declamatoria acumina, & Hiſtoriae verae humilitatem, temporis ſeriem & rerum ordinem, demittere eſt aggreſſus. Unde ſaepius animum admiratio & ſtupor inceſſit, potuiſſe multorum, etiam eruditorum mentes ita occaecari, ut quum plurimi ignorent quid ſit Poëſis & Heroicum Carmen, Virgilio Lucanum, Silium, Statium & Claudianum comparent, aut praeferre non erubeſcant. De Silio & Statio agendi partes illis relinquam, qui hos Poëtas cura ſua dignos cenſuerint, de Claudiano, ſi vita ſuperſit, agendi alia occaſio dabitur: ſed Lucanum, nunc notis illuſtranti neceſſarium viſum, in diligentiorem disquiſitionem vocare, & non cum vulgo omnis elegantiae & nitoris rudi, ſed cum doctis etiam viris, certare propoſui, quos transverſos egerunt adfectata illa ſententiarum ſublimitas & crebritas, notae & characteres tam dure expreſſa, ut extra corpus emineant, verſuum ſonororum magnifica facilitas, & quae plura invidioſis laudibus extollere ſolent. Hoc unum modo juvenes animadvertere moneo, in ipſa verſuum ſtructura magis pompae, quum numerorum & modorum, ſtudioſum fuiſſe Lucanum: duriſſimum & obſcuriſſimum ſaepe in conſtructione verborum, quod & Hortenſius ad lib. VII. 691. & alibi notavit, Epitheta longiſſime petiiſſe, & ſaepe ſonan-

nantia verba propriis & rei congruis praetuliſſe, hemiſtichia, ſenſu jam perfecto, ſubobſcura & prioribus non cohaerentia, ſupplendo verſui adſuiſſe, ut idem Hortenſius ad lib. VII. 384. & alibi animadvertit. Reliqua, quae in notis paſſim obſervata dedi, vitia hic in ordinem digerere, aut amplificare non libet nec vacat.

Sed moleſtum jam aliquem mihi oggerentem audire videor: Quid talem & tam ineptum Poëtam edere & novis iisque ſatis amplis notis illuſtrare attinet? Quid te in primis movit, ut eum cura & labore, ſatis gravi & diuturno, dignum cenſeres? cur non omnes potius, ſi quae tibi ſuperſunt, ingenii & doctrinae vires ſoli Maroni, unico & principi Poëtae, impendere pergis? Fateor, amice Lector, me ab ipſa adoleſcentia ſaepe dubitaſſe, an mereretur Lucanus tam operoſum & ſollicitum commentatorem, ut nunc me evaſiſſe praeter omnem exſpectationem video, & aliquoties *ad prius* conſilium edendi nudum, & ſolis variis lectionibus comitatum, hunc Poëtam, animum intendiſſe; ſed quum per otium ſubinde eum evolverem, & quasdam etiam ingenii & doctrinae dotes, quas alii nimis magnifice extulerunt, agnoſcere cogerer, natas mihi deprehendebam quasdam obſervations, quas non inutiles tironibus & Poëticis deliciis operantibus credebam. Praeterea ex ſubſidiis, quae & Heinſiana ſcrinia, & codices ab aliis collati ſuppeditabant, aliorum conjecturas excutiendi, eaſque confirmandi, ſi verae apparerent, vel refutandi, ſi temerariae eſſent, voluntati reſiſtere me non potuiſſe fateor; & juventuti etiam veram viam Poëtas legendi & intelligendi, pro meo captu, monſtrare non alienum a profeſſione mea cenſebam.

Quidquid vero ſit de hoc meo conſilio & inſtituto, quidquid etiam de aliorum judicio & exiſtimatione, prodeat Lucanus, & ſi quid in eo illuſtrando, emendando, aut carpendo peccavero, lubens errores meos refelli non a doctis modo, ſed etiam tironibus aequo animo pati poſſe, re ipſa documentum dabo. Dum vero haec ſcribo, & jam typis deſcripta fere praefatio haec eſſet, ex ephemeridibus publicis diſco, ſocietatem quamdam iniiſſe bibliopolas aliquot, omnes auctores claſſicos minori forma, & ſolis variis lectionibus ornatos, edendi. Quod conſilium quum ipſe in prima praefationis parte laudaverim, & in Juſtino jam ſpecimen, li-

cet non exactum ſatis & perfectum, ejus inſtituti dederim, culpare aut improbare minime poſſum. Sed quum ſimul curam auctores prodendi uni, docto licet & peritiſſimo, viro ſe mandaſſe nuntient, vereor ut tanto oneri pares vires unus aliquis, licet ultra centum annos aetas extendatur, adferre poſſit. Scio magnum Poëtarum & Hiſtoricorum numerum ludimagiſtrum Anglum in lucem prodidiſſe, ſed ſi illius negligentiam, & ſupinam ignorantiam ſuperare nolit vir ille doctus, nae ille inutili editionum mole nos onerabit. Quae vero aetas, quis labor, quae contentio tot ſcriptorum editiones & codices accurate excutiendo ſufficere poſſit? Quae non vis dijudicandi, & eligendi optimas lectiones, quae variationes non modo codicum, ſed innumerarum editionum, ab ipſa artis typographicae origine ad noſtra tempora, colligendi & digerendi, dexteritas requiritur? Quale & quantum faſtidium & taedium tum ingrato & ſervili operi non ſubrepere debebit? Sed tam magnifica promiſſa ſi quis ſua opera, moleſta ſane & laborioſa, praeſtare, & dignum tanto hiatu elaborare aliquid poſſit, nae erit mihi magnus Apollo, & immortali potius, quam humana vi praeditus videbitur. Sed ne praejudicata opinione peccemus, exſpectabimus inſani hujus moliminis ſpecimina, & ſi bene adminiſtretur haec provincia, non inter ultimos laudatores nomen meum profitebor.

Jam dimittendi lectorem tempus eſſe video, nec diutius morabor, verbum modo de codicibus, quibus Heinſius & ego uſu fuimus, & de indicibus, addam. Vidit & contulit codices Heinſius tres Voſſianos, quatuor Thuaneos, tres Rottendorfianos, quatuor Hamburgenſes, unum Sixianum, (qui deinde, in Wittii, viri ampliſſimi & eruditiſſimi, manus quum deveniſſet, cum Oudendorpio fuit communicatus,) unum Langermanni, unum Puteaneum, unum Georgii Turriani, unum integrum S. Germani, & alterius fragmentum ad Lib. IV. 406. ſingulos Barberini & Gizelii, & duos tresve, quos ipſe poſſidebat. Ego vero ex illis, quos Oudendorpius, ut Voſſianos, habuit, varietates notare omiſi, niſi ubi diverſum quid Heinſius ex illis dedit.

Indicem novum forte quidam non deſiderabunt, qui jam editum ab Oudendorpiano poſſident, qui amplus & plenus ſatis videri poterit, ſed Typographis obſequendum fuit, qui & hanc editio-

nem

nem hac acceſſione commendari poſſe credebant. Ego vero hoc ergaſtulo concludi nolui, & hanc alii moleſtiam & curam mandari facile ſum paſſus, qui ex Grotii & aliarum editionum indicibus ſuum concinnavit: nam Oudendorpianum deſcribi nolui, ne rixarum & litium cupidis bibliopolis bilis moveretur, qui furti nos crimine differrent. Facile tamen fuiſſet illis fucum facere, & hic & illic vocibus quibusdam mutatis, additis vel ſubſtractis, pro novo venditare, quum indices ejusdem auctoris, ſi recte & ordine digeſti, & accurati plerique eſſe poſſent, eadem verba & eodem ordine exhibere debeant; neque hanc partem libri magis, quam alteram in unius bibliopolae poſſeſſione cenſeri fas ſit. Sed crabrones non irritare melius noſtri bibliopolae putaverunt. Vale, & fave, amice Lector. Dabam Leidae Idibus April. CIƆIƆCCXL.

M. AN-

M. ANNAEI LUCANI PHARSALIAE

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Proponit primus liber, invehit, invocat, atque
Cauſſas exponit curſus properantis ad Urbem
Caeſaris, & nimios hinc narrat in Urbe timores.

Bella per Emathios plus quam civilia campos,
Juſque datum ſceleri canimus, populumque potentem
In

1. *Plusquam civilia*] Licet omnia, quae Viri Docti, & in primis J. F. Gronovius lib. IV. obſ. 5. adferunt, vere poſſint dici de hoc bello *plusquam civili*, ego tamen acumen potius declamatorium, ex aevi hujus conſuetudine, qua paradoxa & παρακινδυνευτικὰ, (*periclitantia* vocat Fabius,) amabant, obſervandum eſſe credo: nam in Sullanis & Marianis bellis, omnia iſta ſcelera. quae in hoc, acciderunt; aeque cognati & fratres inter ſe coïerunt & ſaevierunt; immo plus ſcelerum in illis commiſſum, & ſanguinis fuit fuſum, etiam *in pace ſtrictis gladiis*, ut Flor. III, 21. Hic, niſi in acie, nemo fere caeſus; ibi poſt victoriam crudelius ſaevitum, quam aperto Marte; quam ſaevitiam aequaturos, ſi non ſuperaturos, Pompejum & ejus ſequaces, ſi viciſſent, ſaepe augurabatur divinus Cicero. Denique clementia Caeſaris priorem furorem multum mollivit, quum Sulla & Marius iras & ſaevitiam continuam exercuerint. ergo hoc minus fuit civilibus prioribus bellum.

2. *Juſque datum ſceleri*] Illuſtravi multis hoc loquendi genus ad Albinovani Eleg. ad Liviam verſ. 54. *jus* enim ſaepe conſuetudinem, quae frequentiam ſcelerum & illicitorum facinorum impunitatem inducit, notat; unde quae olim puniebantur, nunc impune ferrent ſcelerati inf. VIII, 642. *Nam cui jus alii ſceleris?* Hinc Lactantius de mortibus perſecut. cap. V. *uſitatum & fere licitum conſuetudine malorum.* & Claudian. lib. II. in Stilic. 117.

In ſua victrici converſum viſcera dextra:
Cognataſque acies: &, rupto foedere regni,
Certatum totis concuſſi viribus orbis
In commune nefas: infeſtiſque obvia ſignis
Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.
Quis furor o cives? quae tanta licentia ferri,
Gentibus inviſis Latium praebere cruorem?

Quum-

——— ——— *Quod jam firmaverat annis*
Crimen, & in legem rapiendi verterat uſus.

Tale illud *jus regium* eſt intelligendum, quod Samuel populo Iſraëlitico oſtendit; non ut jure Reges facerent omnia, ſed quia impune ferrent omnia, quae conſuetudine imperii committerent. vide & ad Sueton. Neron. cap. xvi. male Obrecht. ad Dict. Cret. ii. 25. ſcelus auctoritate juris munitum explicat.

4. *Cognataſque acies*] Copula deeſt Richeliano codici. *foedus regni* odioſe vocat triumviratum, ut infr. vſ. 86. *Dominationem* Florus appellat lib. iv. 2. Ubi malim legere, *Decem annos traxit illa dominatio, quoniam mutuo metu tenebantur. Exinde Craſſi morte &c.* ne miretur quis, diu potuiſſe illam ſocietatem durare, addit, mutuo metu retentos, ne prius rumperent foedus. Nulla vero neceſſitas tranſponendi verba, *& regni foedere rupto*, ut placebat Cortio. mox *certatim* dabat Hamburg. primus.

7. *Pares aquilas.*] Recte quidem huc advocatur locus Valerii Fl. ex lib. vi. 404. ſed vulgata lectio, *eademque parentis Rura colant*, an de fratribus poſſit intelligi, dubito: hiulca tunc oratio foret, quae ſuppleri deberet per, *qui* eadem rura colant. *Agmina* enim, quod praecedit, ſubaudiri non poteſt, ſed *colunt* ad *legiones* & *Reges* ſpectat, vel potius ad ſolos *Reges*. Quare nondum lectionem, quam dedi, damnare poſſum. *Quorum &c. eademque parentes rura colant*, ut intelligat, *Reges*, id eſt, ut centies, Regii juvenes, quorum parentes ſunt inter ſe cives ejuſdem patriae, & ejuſdem regionis rura colunt, & ita vicinitate, quae in propinqua parte amicitiae eſt, conjuncti.

9 *Latium praebere cruorem*] Lambinus ad Horat. i. Od. 2. citans haec verba, neſcio an ex MSS. an editione antiqua, dat nobis, *praeſtare cruorem.* Ego nihil varietatis, quae ſaepe in his verbis, etiam apud Lucanum, ut l. viii. 615. & alibi, animadvertitur, inveni, & vulgata ſane melior eſt. vide ad Phaedr. ii. fab. viii, 16.

10. *Babylon*] Atqui illa longe a Parthia. Sed quia Parthi tunc poſſidebant omne imperium, quod olim Aſſyrii, Medi & Perſae tenuerant, Poëtae omnes has regiones Parthis adſcribunt. vide Barth. ad Stat. viii. 286. & quae diximus ad Virg. iv. Georg. 290. ſic & Babylonem memorat lib. viii. 426.

11. *Umbraque erraret Craſſus inulta.*] Credidiſſe noſtrum cum aliis inſepultos fuiſſe Craſſos, patet ex lib. viii. 394.

Craſſo quaerente ſepulchrum.

& ix. 64.

O bene nudi
Craſſorum cineres!

Sed de Craſſorum poſt necem fatis egi ad Ovid. i. Art. Amat. 179. & ex hoc loco ibi legi poſſe oſtendi, *Craſſi gaudete bis ulti.* *Ultus* & *inultus* paſſiva ſignificatione poni notum eſt. Vid. ad Ovid. Ep. v. 134. & viii. 120. & alibi.

15. *Unde venit Titan, & nox ubi ſidera condit.*] Ortum & Occaſum ſollemni Poëtarum more, orbis terrae ſpatium deſcribentium, intelligi ſatis manifeſtum eſt. Sed, ſi vocis *condere* vis inſpiciatur, dubito, an recte dicatur, *nox condere ſidera*, id eſt, ſtel-

las,

Quumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropaeis
Auſoniis, umbraque erraret Craſſus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos.
Heu! quantum potuit terrae, pelagique parari
Hoc, quem civiles hauſerunt, ſanguine, dextrae!
Unde venit Titan, & nox ubi ſidera condit,
Quaque dies medius flagrantibus aeſtuat horis,

Et

les, quae ſole cadente prodeunt, & ſe ſpectanda praebent, obſcurare & occulere: neque nunc occurrit alius ex veteribus locus, unde ita locutos fuiſſe Poëtas appareat. Nox enim adveniens *prodit* ſidera, praecipitans vero, aurora adveniente, poteſt recte dici *condere*, & quaſi auferre ex oculis hominum *ſidera*: quo modo illa apud Virgil. II. Aen. 9. *cadentia ſidera* capi debent, ubi Servius notat per *ſidera* noctem notari. Sol enim luce ſua condit & obſcurat minora illa ſidera, quae tunc *cadere* vel *occidere* videntur. Poſſet vero aliquis per *ſidera* hic non ſtellas, ſed ipſum ſolem, quem nox condit, intelligere. Sed novi quidem centies Poëtas *ſidera ſolis* dicere, ut Ovid. XIV. Met. 172. & paſſim, ſed ſimpliciter *ſidera* plurali numero dixiſſe nondum mihi conſtat. Sed *ſidus* ſæpius ita dici ad illa Petronii cap CXIX.

— *Qua ſidus currit utrumque*,

adnotatum vidi, aliosque id obſervaſſe novi. quare, ut in multis Lucani locis videbimus, vel eo recurrendum erit, ut ſuo quaſi jure dixerit *ſidera* pro ſole, quum alii *ſidus* maluerint: vel ſi per *ſidera* ſtellas & aſtra, nocte conſpicua, intelligamus, verbum *condit* mutandum erit in aliud, quod *oſtendere*, *proferre* notet; & quia Heinſius ad illa Ovidii Remed. Am. 465.

At ne forte putes nova me tibi condere jura,

docet, hoc verbum ſaepe commutari cum cognato *prodere*; & ex Arundeliano ibi producit, *prodere jura*, hic quoque audacior aliquis emendaret, *vel nox ubi ſidera prodit*. & hoc firmari poſſet ex lib. IV. 282.

Subſtituit merſo dum nox ſua lumina Phoebo.

ubi *nox* pro Luna capi poteſt: ſiquis vero antiquarium Lucanum facere vellet, poſſet *nox* capere pro *nocte*, de quo archaiſmo Palmer. in Spicileg. pag. 626. Facis Critic. & Lipſ. II. Antiq. Lect. cap. 7. Ubi quum in Plauti loco viderem eum pro *mox* reſcribere *nox*, ſubiit cogitatio, an & hic poſſet legi,

Unde venit Titan, & mox ubi ſidera condit,

ſua nimirum ſidera Titan. ita *nox* & *mox* variant lib. IV. 473. nihil tamen novare audeo, ſed eruditis hunc diligentius excutiendum locum relinquo: aliud eſt, ubi agitur de ortu ſolis & occaſu diurno apud Virgil. I. Georg. 437. *Sol quoque & exoriens, & quum ſe condit in undas.* ubi poſſet *ſe condere* capi, pro ſua ſidera condere. ſed alia ibi res eſt, hic de quatuor mundi cardinibus ſive regionibus agitur. quae tamen diurno curſu ſolis diſtinguuntur, & ideo ſimilia eſſe poſſunt, & Virgil. d. l. vſ. 457. ſubjicit,

At ſi quum referetque diem, condetque relatum.

16. *Quaque dies medius flagrantibus aeſtuat horis*] Hic ſine dubio *medius dies* eſt meridies, quod multis locis probavit Oudendorpius. Quo tamen vindice vix puto opus eſſe in verſu Ovidiano adſerendo ab emendatione Heinſii, qui lib. III. Met. 144. volebat,

Jamque dies medias rerum contraxerat umbras,

quum vulgo *medius* legatur. In ſimilibus enim locis, ubi Epitheton aliquod occurrit, quod utrique nomini ſubſtantivo poteſt adcommodari, unicuique patent ſimiles conjecturae, quae ſaepe nihil agunt, quam ut librariorum lapſibus obſequantur, ut jam in Obſervationibus Miſcellaneis vol. I. tom. I. pag. 24. & centies aliis in locis a Crititicis eſt

Et qua bruma rigens, ac neſcia vere remitti,
Adſtringit Scythico glacialem frigore pontum:
Sub juga jam Seres, jam barbarus iſſet Araxes,
Et gens ſi qua jacet naſcenti conſcia Nilo.
Tunc, ſi tantus amor belli tibi, Roma, nefandi,

Totum

animadverſum; vid. & infr. interpretes ad verſ. 247. & quia ſaepe talia occurrent in ſequentibus, hic exemplis aliquot illuſtrare placet, & ſemel hac moleſtia defungi in hac voce *medius*. Ita ex codice Turriano hoc in Lucani loco aliquis poſſet obtrudere,

Quaque dies mediis flagrantibus aeſtuat horis,

& firmare illo Ovidii I. Amor. v. I.

Æſtus erat, mediamque dies exegerat horam.

Ubi etiam in codicibus eſſe *mediuſque dies* eſt adnotatum. Nec offendere deberet obloquentes, quod duo epitheta, *mediis flagrantibus*, uni adjungantur ſubſtantivo, quum hoc non raro fieri, & in primis ubi alterum eſt participium, docuerit vir doctus in Obſervationibus Miſcellaneis Vol. I. tom. I. pag. 10. deinde lectionem illam etiam lectori poſſet approbare ex lib. VI. 337. *Et medios ignes coeli &c. ſubmovet Othrys*, & ex Virg. IV. Georg. 401.

—— *Medios quum ſol oſtenderit aeſtus.*

ubi nulla eſt variatio in ſcriptis, quum tamen etiam potuiſſet dicere *medius ſol.* Recte vero interpres a conjectura ſua, qua *horis* mutare volebat in *auris*, pedem refert: nam *flagrantes horae* illud ſignificari tempus notant, quod maxime torret terras & homines; ut ita & *horae* de nocturno tempore, quo omnia tacent, occurrunt apud Valer. Fl. II. 38. & 60. *it tacitis ratis ocyor horis*, id eſt, ſilentio noctis. Vidi & manum Heinſi, qui in hoc Lucani libro vſ. 579. emendarat,

—— *Tantum nox atra ſilentibus horis Edidit*

Ubi codices *auris* & *umbris* praeferunt. Sic & ſimiliter apud Virgil. III. Aen. 512.

Necdum orbem medium nox horis acta ſubibat.

& ita Ovidius *horam noctis* pro nocturno tempore dixit XIX. Epiſt. 33. Juvenal. Sat. VII. 222.

—— *mediae quod noctis ad horam Sediſti.*

Ut de quocumque ſive diei, ſive noctis, tempore Poëtae hac voce uti ſoleant.

Bruma rigens] Carrion ad Val. Fl. IV, 722. dat *bruma ingens*, nec, unde habeat, docet; ſed *rigere* paſſim hiems, etiam noſtro lib. VI. 478 & IX. 874. dicitur.

18 *Aſtringit Scythicum glaciali frigore pontum*] Et hic verſus documento eſt in ſimilibus locis unumquemque arbitrium & jus ſibi arrogare epithetorum flexionem commutandi; nam pro vulgato,

Adſtringit Scythicum glaciali frigore pontum,

non pejori ſententia & elegantia ex multis MSS. poſſet arripi,

Scythico glacialem frigore Pontum.

quod & Cortio & Oudendorpio in omiſſis placuit: & quae lectio neſcio quomodo ſuavius ad aures accidit, quia duo epitheta a ſuis ſubſtantivis interpoſita voce ſeparantur. praeterea magis Poëticum credo *frigus Scythicum*, id eſt, quale in Scythia eſſe ſolet, vocare, quam *glaciale*. nam epitheta a locis, quibus res illae quaſi propriae ſunt, multo ſunt elegantiora, quam illa, quae nihil fere addunt rei ubique eidem & ſimili: ſic *Sithonia*, *Gallica nix*, & ſexcenta talia apud Poëtas occurrunt: Vide Serv. ad Virg. III. 332. & IV. 345. apud Noſtrum etiam lib. VI. 325.

Extremum Scythici tranſcendam frigoris orbem.

& Ovid. I. ex Ponto. III. 37.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore pejus?

Arctoum frigus dixit & Lucanus lib. X. 250. & ipſam *Scythiam glacialem* dicit Ovid. VIII. Met.

Totum ſub Latias leges quum miſeris orbem,
In te verte manus: nondum tibi defuit hoſtis.
At nunc ſemirutis pendent quod moenia tectis,
Urbibus Italiae, lapſiſque ingentia muris
Saxa jacent; nulloque domus cuſtode tenentur,
Rarus

Met. 788. ſed in re notiſſima morari diutius non libet, & unicuique judicium ſuum permitto: ſimilem tamen mox epithetorum permutationem vidi in verſ. 26. ubi in codice optimo Rottendorffii legebatur,

Nullaeque domus cuſtode tenentur,

ubi vulgo & melius, ut puto, *nulloque* circumfertur. De verbo *adſtringere*, quo & inf. v. 436. utitur, videndus Heins. ad Claudian. Praefat. in lib. II. Rapt. Proſ. 18. qui vulgatam Lucani lectionem profert.

19 *Jam Seres*] *nunc* e Voſſiano tertio notavit Heinſius. *eſſet Araxes* vitio operarum, credo, eſt in Gryphiana Ed. A. 1542. Servius ad Virg. II. Geogr. 121. *Seres* ſingulari numero capit, quia *eſſet* ſequitur. male.

20 *Et gens ſi qua jacet naſcenti conſcia Nilo*.] in variis lectionibus pro *jacet* ex codice Wittiano profertur, *manet*: cujus nulla recte habita eſt ratio. Nam & hoc lib. 481.

Hunc inter Rhenum populos Alpeſque jacentes.

& de AEgypto etiam lib. II, 416.

Non minor hic Nilo, ſi non per plana jacentis
AEgypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas,

& ita centies vulgo apud veteres. Maxime vero placet, quod ex uno codice Rottendorfii notatum a manu prima vidi,

Et gens ſi qua jaces.

Heinſius olim correxerat, *ſi qua latet*, ſed induxerat: in eodem Wittiano ſive Sixiano erat, *naſcentis conſcia Nili*. ſed *naſcenti c. Nilo* habet antiquus interpres Horat. lib. IV. od. 14.

21. *Belli tibi Roma*,] *Belli, Romane, nefandi* margo Hortenſii: ut lib. X. 268. *Quae tibi noſcendi Nilum, Romane, cupido eſt*.

23. *Nondum*] *nullus* Hamb. pr. ſed Scholiaſtes Horat. ad Ep. VII. *nondum* agnoſcit.

24. *At nunc ſemirutis*] *diruptis* Hamb. pr. ſed nihil muto: & ſaepius ex Lucano, ut & Virgilio & aliis videbimus compoſita ex *ruo* & *rumpo* permutata, ut *obrutus*, *obruptus*, *prorutus &c.* & ita Obrechtus ad Dict. Cret. V. II. pro *ſemiruptis moenibus*, reſtituit *ſemirutis*. ſequens enim *pendent* rectius congruit τῷ *ſemirutis*. inf. verſ. 494.

Aut jam quatiente ruina
Nutantes pendere domos.

Eadem ratio eſt in operibus nondum peractis & ſemiperfectis. Sic Virg. IV. AEn. 88.

—— *pendent opera interrupta*.

& ita paſſim. *pendent quoque* Turriani cod. *quod inania* Hortenſius, quem refutavit Cl. Drakenb. ad Silii libr. XIV. 210.

25. *Urbibus Italiae*] ſuſpectus hic verſus Heinſio fuit, & vitioſus etiam viſus viro, neſcio cui docto, (credo Gronovio) qui teſte Cortio conjiciebat, *uſta*, vel *vaſta per Italiam*. Sed hoc eſt urere & ſecare: aliquid ſcabri ineſſe patet, quia mox. vſ. 27. repetitur *urbibus*: quo iterationis vitio, niſi laboraſſe Lucanum multis in locis oſtendiſſet Oudendorpius, vix temperarem manum, & reſcriberem, *Arcibus*: qua voce ſaepe urbes ipſas notari, & eas etiam voces centies a librariis inter ſe commutari ſolitas, obvium & nulli literato ignotum eſſe puto: ſic lib. IV. 585.

Inter ſemirutas magnae Carthaginis arces.

Heinſ. in ora codicis conjecerat, *turribus Italiae*: ſed neſcio, an alicui haec conjectura ſe facile approbare poſſit: licet *turres* etiam pro urbibus explicet antiq. Schol. Horat. I. Ep. III. 4. frequentius enim *Arces regionis*, quam *turres*, quae magis urbi ſingulari ſunt propriae, occurrent: *Arces* vero *Italiae* vel *Italas* dixit, ut ſaepe *Romanas arces*, non de ſola urbe Roma, ſed de toto imperio, cujus caput & arx erat Roma, ponunt. ita antiquus Scholiaſtes Horatii lib. I. od. 12. explicaturus, *Parthos Latio imminentes*, unde

Rarus & antiquis habitator in urbibus errat:
Horrida quod dumis, multosque inarata per annos
Heſperia eſt, deſuntque manus poſcentibus arvis,
Non tu, Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor
Poenus erit: nulli penitus deſcendere ferro
Contigit: alta ſedent civilis vulnera dextrae.
Quod ſi non aliam venturo fata Neroni
Invenere viam, magnoque aeterna parantur
Regna deis, coelumque ſuo ſervire Tonanti

Non

longe remoti erant, illud capit de ipſis imperii finibus, & illuſtrat Virgilii verbis ex II. Georg. 171.

Qui nunc extremis Aſiae jam victor in oris
Inbellem avertis Romanis arcibus Indum.

& *Romanas arces* de imperio Romano explicat, ut etiam Servius ad VI. AEn. 396. ita IV. AEn. 234.

Aſcanioque pater Romanas invidet arces,

id eſt, imperium Romanum, quod poſteri eſſent condituri. vide Richard, ad Petron. bell. civil. vſ. 291. ubi magnificentius & Poëticum magis eſſe docet, *arces Romanas* &c. dicere, quam *Romam*. vid & Heinſ. ad Claudian. III. in Stilic. 124 & VI. Conſ. Honor. 617. & ita *arces Italiae* pro Italia ſumi poſſent: fateor tamen, me nondum *arces Italiae*, pro Italia legiſſe: ſed ſi *Actaeas arces* de Athenis liceat cum Ovidio II. Met. 720. & IV. ex Ponto I. 31. dicere, quum *Actaea* regio Athenienſis ſit, & urbs *Athenae*: & quod propius accedit, *Latias arces* V. Met. 582. & I Faſt. 79, non video, quo minus *Italiae arces* dicantur. *Eoas arces* dixit Claudian. I. in Rufin 173. de imperio Orientis, cujus caput Conſtantinopolis. Sed deſino plura adducere: unum addo Florum, poëtice saepius loquentem, qui lib. IV, cap II. 18. *prima civilis belli harena Italia fuit*, *cujus arces levibus praeſidiis Pompejus inſederat*. ubi etiam munita loca, & aditus intelligi poſſe non negem: & ita ille *Ciliciae arcem* Iſaurum vocat lib. III. VI. 5. & *Africae* Clypeam II. II. 19. ſed haec permitto judicio doctorum. pro *lapſiſque* Hamb. pr. habebat *clauſiſque*: deinde, pro *nulloque*, *nullaeque d. c. tenentur* Rottend. pr. *tenetur* erat in octo ſcriptis. *tuentur* tert. Rottend.

28. *Horrida quod dumis*] *in dumis* Sulp. in notis. an voluit, *Horridaque in dumis*? *horridaque & dumis* Turrian. & mox, *manus poſcentibus artus*, vel *arva* Hamb. pr. qui & praecedenti verſu, *inarata per agros*: ſed haec omnia vitioſa: *multos* tamen duo exhibent.

30. *Non tu*, *Pyrrhe*] *Parthe* Turrian. a manu ſecunda: non ſequor. nam rectius Pyrrhus Hannibali jungitur, qui uterque Italiae viſceribus inhaeſit, non Parthus.

31. *Poenus erit*] in ſeptem ſcriptis *erat* inveni. Heinſius malebat *eras*, ut ſaepe in his ſibi placebat. Grammaticorum vero diſceptationes quid praeferendum ſaepe ſit, *erit* vel *erat*, vix tanti ſunt, ut iis immorari ſit operae pretium. vid. inf. II, 168. IV. 219. VI, 745. ſaepe utrumque locum habere poterit, pro materia ſubjecta. Sic apud Martial. IX. 3. variantibus libris & editionibus, utraque lectio defendi poteſt,

Haec erit (*erat*) *haec cultris mentula digna tuis.*

vide quae dixi ad Ovid. I. Ep. 108. & I. Art. Amat. 670. ideoque ubi nihil variant codices, ut infr. vſ. 93. & apud Ovidium & alios, nihil temere mutem.

31. *Diſcindere*] quod Heinſius non monuit ad Ovid. III. Met. 67. *deſcendere* erat in ſecundo Rottend. pro varia lectione, & in tertio *deſcindere*. adde & Barth. ad Claud. Bell. Get. 601. & ratio, cur hoc verbum hic praeferri debeat, eſt, quia agitur

de

Non niſi ſaevorum potuit poſt bella gigantum:
Jam nihil o Superi querimur: ſcelera ipſa, nefasque
Hac mercede placent: diros Pharſalia campos
Impleat: & Poeni ſaturentur ſanguine manes:
Ultima funeſta concurrant proelia Munda.
His Caeſar, Peruſina fames, Mutinaeque labores
Accedant fatis: &, quas premit aſpera, claſſes,
Leucas: & ardenti ſervilia bella ſub Aetna.
Multum Roma tamen debet civilibus armis,

de alto vulnere, quod *non in ſummo eſt*, ut loquitur Quinctil. decl. x. cap. 10. ubi vide; ſed ad viſcera deſcendit. ita noſter lib. VIII. 305.

Vulnera parva nocent, fatumque in ſanguine ſummo eſt;

ubi vide adnotata: & ita Scaeva, qui tot vulnera acceperat, ſed in carne haerentia, tandem unum accepit arundine, quae *deſcendit* in oculum. lib. VI. 216. & hoc exigit etiam verbum ſequens *ſedent.* priora enim vulnera levia vix cutem perſtrinxerunt, haec alta deſcenderunt penitus, & in imis offibus & viſceribus ſederunt. Ovid. III. Met. 88.

Plagamque ſedere
Cedendo arcebat.

I. Faſt. 576.

Ter quater adverſi ſedit in ore viri.

Martial. XI. Epig. 85.

Haec quaecunque meo numeratis ſtigmata mento,
In vetuli pyctae qualia fronte ſedent.

& Ep. 91. *tenero ſedit in ore lues.* & quae plura obvia. debet vero ſuſpleri per *ſed.* ut ſit, ſed vulnera alta &c. *ſedent.* quae ellipſis ſaepe occurret.

37. *Scelera iſta*] undecim e noſtris *ipſa* habent, quod quum ſenſus exigat: recte viri docti praetulerunt: & firmat imitatio Aratoris, qui initio libr. I.

Scelera ipſa, nefaſque
Hac potius mercede placent.

imitatus & partim Claudian. Bell. Gild. 260.

Mercede placebit
Proditio.

Merces hic notat fructum, utilitatem, quae ex tanto malo rediret, ſi Neroni per haec ſcelera via ad imperium pararetur. vid. ad Phaedr IV. I.

39. *Poeni manes*] ſine dubio Carthaginienſes veteris aevi intelligit, ut praecipue patet ex ſimili loco lib. VI. 339.

Nec Juba Marmaricas nudus preſſiſſet arenas,
Poenorumque umbras placaret ſanguine fuſo
Scipio.

ubi Scipio hujus ſeculi placat umbras Carthaginienſium a majoribus ſuis caeſorum: alia res eſt libro VII. 691. ubi Africa, Munda & Aegyptus junguntur, & clades hoc bello acceptae & datae intelliguntur. *per diros campos* neſcio an inferi innuantur, quos cladibus bellicis impleri paſſim Poëtae fingunt. vide Petron. bell. civ. mox in Thuaneo pr. codice erat, *funeſtae c. p. Mundaë. Saturantur*, quod Cortius in ſcriptis & editione veteri exſtare adfirmat, nuſquam reperi, neque etiam Oudendorpius.

41. *His, Caeſar, Peruſina fames &c.*] ita qui diſtinguunt, videntur *Caeſar* vocativo caſu poſitum eſſe cenſuiſſe, quaſi eum adloqueretur. & ita etiam citat Oudendorpius ad lib. VII. 872. Sed diſtinguendum,

His Caeſar, Peruſina fames &c.

Jul. Caeſar in curia occiſus intelligendus, ex cujus caede deinde orta reliqua illa bella, quae memorat.

42. *Premit*] Heinſius volebat, *premat.*

43. *Servilia*] non habenda ratio librorum, qui *civilia* dant; nam omnes noſtri vulgatum tuentur. Manil. I. 917.

Reſtabant profugo ſervilia milite bella.

44. *Multum*] *multa* Richel.

Quod tibi res acta eſt. Te, quum ſtatione peracta
Aſtra petes ſerus, praelati regia coeli
Excipiet gaudente polo: ſeu ſceptra tenere,
Seu te flammigeros Phoebi conſcendere currus,
Telluremque, nihil mutato ſole timentem,

Igne

45. *Quod tibi res acta eſt. Te, quum ſtatione peracta Aſtra petes &c.*] Non admodum delicatas aures formidaſſe Lucanus eſt credendus, quaſi non raderet eas inſuavis ille in *acta* & *peracta* ſimilis ſonus. Cortius nobis ex ſuo codice profert, *ſtatione relicta*: ſed quae lectio nimis abit ab aliorum codicum ſcriptura, neque firmatur etiam membranarum, quas alii magno numero inſpexerant, conſenſu. Sed, ut ſaepe obſervavi, librarii hujus menti, ſi non ab ipſius Cortii eſt conjectura, obverſatus eſt locus ex lib. VII. 235.

Illo forte die Caeſar: ſtatione relicta &c.

Ubi tamen ipſe Cortius legit, *ſtatione ſoluta.* libro etiam VI. 149. pro *marte relicto* Thuan. cod. *peracto* habebat. Cortio vero videtur in memoria haeſiſſe ille Ovidii verſus ex II. Triſt. 219.

Scilicet imperii, Princeps, ſtatione relicta &c.

quare hanc emendationem auctori ſuo, ſi viveret, vindicandam relinquerem; &, quia dubito, an Latine quidem ſatis dicatur, *peracta ſtatio*, eo ſenſu, quo tempus illud imperio deſtinatum obierit imperator, magis accederem conjecturae Illuſtris Heinſii, qui legebat *ſtatione parata*: quem, etſi non adſcripſerit modum, quo haec verba explicat, credo eo ſenſu cepiſſe, ut Poëta, adulandi artifex, licet non ſine ſale, dicat Neroni locum jam in coelo paratum, in quo poſt mortem, ut Caeſar, Auguſtus & alii conſecrati, tamquam ſidus novum fulgeret: quae firmatur ſententia ſequentibus, ubi imitans Maronem, nondum quidem certum Neroni locum in coelo adſignatum dicat, ſed quemcunque velit legere, eſſe jam paratum. Confer haec cum Virgilianis lib. I. Georg. 24. & ſeq. & Statianis ex lib. I, 27. quem etiam interpres adduxit, & opportune; & Eumen. Panegyr. Conſtantino dicto VII. 3. & ita paullo ante dixerat,

Magnoque aeterna parantur
Regna Deis. & ſine dubio imitatur Virgilii illa IV. Georg. 562. *Viam adfectat Olympo*, quae Servius explicat, *praeparat ſibi divinos honores.* Jam vero *peractum* & *paratum* permutari, indicio ſunt loca ex Noſtro lib. VIII, 32. & IX. 1027. & ex aliis paſſim a Criticis notatis. ſed quia tot ſingularia habet Lucanus, non audeo mutare *peracta ſtatione*, & debet capi pro imperii munere & tempore exacto. pro *res acta eſt*, *aucta* pr. Rottend. quae eadem varietas infra vſ. 107. obſervatur.

46. *Praelati*] recte Oudendorpius a *praefero* deducit. vid. inf. 443. & V. 347. nec minus turpis adulatio Statii, imitantis haec, firmat, qui lib. I. Silv. I. in f.

Certus ames terras, & quae tibi templa dicamus,
Ipſe colas, nec te coeli juvet aula &c.

in Thuaneo quart. erat, *aſtra petas* in Turriano a. m. pr. *petens.* Virgilius deos querentes inducit, quod Auguſtus tamdiu praeferat terras & honores humanos regiae coeli: I. Georg. 503. O ingenioſi adulatores, & turpia aulae mancipia!

50. *Igne vago luſtrare juvat &c.*] *juvet* multi ſcripti. Scholiaſtes codicis Voſſiani, loco expoſitionis habet, *latenter carpit Neronem, quod ſtrabo fuit*, quod & ad vſ. 55. obſervatum fuit ab eo, & aliis: quamquam Jo. Jov. Pontanus lib. XIV. de Rebus Coeleſtib. & Hortenſius ſine figura ſimpliciter exponant. Vidi & qui ad incendium Romae a Nerone excitatum referebat. Sed haec omnia vana, & praeter mentem Lucani accepta putem. non enim ſtrabonis oculus magis vagus eſt, quam cujuſcumque. Jam vero ſidera, & eorum lucem paſſim *vaga* dici a Poëtis nemini, in eorum ſcriptis exercitato,

latet.

Igne vago luſtrare juvat: tibi numine ab omni
Cedetur: jurisque tui natura relinquet,
Quis deus eſſe velis; ubi regnum ponere mundi.
Sed neque in Arctoo ſedem tibi legeris orbe:
Nec polus adverſi calidus qua vergitur Auſtri;

Unde

latet. neque tamen vox illa ſatis mihi umquam placere potuit; unde lectio alia in Codice pr. Rottend. reperta, *Igne novo luſtrare juvat*, ſtatim mihi adriſit: ut etiam Caeſare occiſo ſtella nova effulſit, teſte Suetonio in Caeſ. cap. LXXXVIII. Hoc maxime argumento conſecratio & Apotheoſis vulgi animo perſuaderi ſolebat. vid. Comment. ad Val. Fl. I. 19. &, qui hoc obſervarunt, alios plures. Hinc Lucanus adulans Neroni immanem in modum, ut certe ab irriſione parum abſit, Neronem non more vulgato novam ſtellam poſt fata terris proditurum, ſed ſolem quemdam novum oriturum, magnifice praedicat. Modeſtius Maro lib. I. Georg. 32. Auguſto blanditur,

Anne novum tardis ſidus te menſibus addas &c.

Iterum ſarcaſmum, & figuram in Neronis corpus, deprehendiſſe ſe credunt interpretes antiqui & recentiores quidam in vſ. 58.

Pars aetheris illa ſereni
Tota vacet, nullaeque obſtent a Caeſare nubes.

quibus verbis obeſum Neronis corpus derideri putant, quaſi pars illa aetheris vix ſit capiendo Neroni. Sed cur non ſimplex potius & propria verborum vis placeat? *Serenum* enim *coelum vacare* recte dicitur, vel quia a nullo alio ſidere occupatum eſt, ut immani hic magniloquentia Lucanus Maronem ſuperet, qui locum Auguſto vacuum inter Erigonen & Chelas *pandi* fingit; vel quia nulla parte obnubilatum eſt, ſed purum & liquidum, ut cepit Scriverius ad Martial. VI. Epig. 42. cui reſtituit veram lectionem,

Nuſquam tam nitidum vacat ſerenum.

cujus verbi expoſitio a Gloſſatore adſcripta variam lectionem peperit *micat*. & hoc jam ſequentia,

Nullaeque obſtent a Caeſare nubes,

probant, quae idem fere ſignificant, ſed clarius mentem Poëtae exponunt. Scilicet ne nubes impediant novi numinis, & jam ſideris, vel ſolis, ad nos ſplendorem perveni-re. Sic Stat. I. Sylv. II. 23.

Dominae niveis a vultibus obſtat.

& lib VII. Theb. 445.

Nullique aliis a montibus obſtant
Deſpectus.

Et hunc elegantem praepoſitionis *a* uſum docuit Gronovius ad Liv. XXXI. 24. & ad illa Apulej. in Apol. *ita & tibi umbra nobilitatis a probatore obſtitit*, Scipio Gentilis pag. 108. vide & Barth. XXV. Adv. 5. Similis etiam vis praepoſitionis in illis Statii lib. IV. Theb. 564.

Oppoſitis Semelen a ventre lacertis.

& apud Frontin. I. V. 20. *univerſi a limite obſtiterunt*, ut recte legit & explicat Oudendorpius.

51. *Jurisque tui natura relinquet*] ita & plerique codices noſtri. Sex vero, *jurique tuo*, quod ſecutus eſt Cortius & alii, ſed recte explicat vulgatum Sulpitius. Nam *relinquere juris* recte dici credam, ubi ita veteres locutos viderim. Sed *natura juris tui*, id eſt, tibi parens, cui tu imperas, relinquet tibi quis vel qualis Deus eſſe velis. & ita capienda verba ex lib. VII. 55.

Qui tot ſimul undique gentes
Juris habere ſui vellet.

id eſt, habere gentes ſui juris, ut ita centies *juris Romani* urbes & gentes occurrunt. pro quo hodie dicunt *ditionis Romanae* perperam. Sic Juſtin. XXXIV. I. *ut ſingulas urbes proprii juris facerent.* Sic *Roma ſui juris* inf. lib. VI. 302. quod rectum eſt, ſed *relinquere*, *habere juris* dici non puto, niſi addatur *hoc*, *aliquid*, *nihil*, *tantum juris*, vel ſimile quid; ut lib. VI. 490.

Hoc juris in omnes
Eſt illis ſuperos.

VI. 537.

Hoc civibus eripe juris.

& promiſcue dici, *hoc jus*, & *juris habere*, *dare &c.* docuit Heinſius ad Ovid. I. Amor. I. 5.

52. *Ponere mundi*] *Romae* Turrian. a. m. ſec. *mundi* hic eſt coeli, ut centies.

53. *Orbe*] agit de recipiendo Nerone inter Deos, qui neſcio an in *orbe* ſedes poſ-

B ſint

Unde tuam videas obliquo ſidere Romam.
Aetheris immenſi partem ſi preſſeris unam,
Sentiet axis onus. librati pondera coeli
Orbe tene medio: pars aetheris illa ſereni
Tota vacet, nullaeque obſtent a Caeſare nubes.
Tunc genus humanum poſitis ſibi conſulat armis,
Inque vicem gens omnis amet: pax miſſa per orbem
Ferrea belligeri compeſcat limina Jani.
Sed mihi jam numen: nec, ſi te pectore vates
Accipiam, Cirrhaea velim ſecreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumque avertere Nyſa.
Tu ſatis ad dandas Romana in carmina vires.
  Fert animus cauſſas tantarum expromere rerum:
Immenſumque aperitur opus, quid in arma furentem

Impu-

ſint dici habere. Nec *orbem arctoum* de polo ſeptemtrionali poni ſcio, ſed de regione ſub arcto. quare vellem, ſi codex adjuvaret, legere *axe*, quae vox ſaepius cum *orbe* a librariis eſt permutata, ut infra ad lib. VI. 325. VIII. 200. notae docebunt. forte quis huc adduceret Virgilii locum ex lib. VIII. 97.

Sol medium coeli conſcenderat igneus orbem.

ubi medius orbis coeli, ut extremus orbis in arctoo polo. Sed & ibi in Rottend. codice erat, *axem*. & Ovidii IV. ex Ponto IX. 112.

Eoo quoties ſurgit ab orbe dies,

quod, quamvis de Oriente, ubi ſol oritur & primus ab incolis videri ſolet (ut etiam lib. V. Faſt. 557. occurrit) recte explicari poſſit, Heinſius tamen *axe* praefert ex uno codice: quod licet non probem, quum *axis* frequentius de polis (licet & de meridie alii utantur, vid. ad lib. III. 69.) dicatur, oſtendit tamen librarios ſolere haec confundere. Denique apud Germanic. in Phaenom. vſ. 30.

Pronas rapit orbis in ipſos
Declives humeros.

ubi Grotius ex ſcriptis *axis* videtur praeferre. quidquid hujus ſit, defugiam libenter auctoritatem, ubi *Arctoum orbem* pro axe arctoo quis dici me docuerit: neque quis mihi hic fingat, *orbem* poſſe pro ſtella ſumi, ut lib. IX. 9. nam frequentius *orbes* novi de ſideribus dici: Sed *arctoum orbem* oſtendi mihi poſtulo. licet Lucanus forte hoc ſibi licere crediderit, ut mox *medium orbem* etiam dixerit.

54. *Adverſi*] Heinſ. ad Virg. VI. Aen. 32. *averſi*. ſed retineo *adverſi*, id eſt, oppoſiti alteri arctoo polo, ut ſaepe in noſtro & aliis occurrit. vid. ad Valer. Flac. I. 493. & ab orbe medio aeque averſus eſt Arctous, atque Auſtralis, ſed hi duo ſibi ſunt adverſi, id eſt, oppoſiti; lib. VIII. 337. *adverſi poli* recte. ſed IX. 876. *adverſi axes*, in quos *imus*.

54. *Vergitur*] Hanc veram eſſe lectionem praeter conſenſum codicum docent gloſſae adſcriptae Richel. & Turriano, id eſt, *inclinatur*. in Hamb. pr. erat, *jungitur*; in uno tantum *vertitur* apparebat. vid. Barth. XXVII. Adverſ. 3. *calidus* excuſari forte poſſet, quia veteribus ad Auſtrum non ulterius cognitae fuerant partes orbis, quam ad Africam ardentem & ſiccam plagam: & voce *Poli* latius uti ſolent Poëtae, quam hodie coeli metatores. Sic pro toto coelo poni docet Serv. ad Virgil. I. Aen. 708. & ita Maro, Naſo, Valer. Fl. & alii paſſim.

61.

Impulerit populum, quid pacem excuſſerit orbi.
Invida fatorum ſeries, ſummiſque negatum
Stare diu; nimioque graves ſub pondere lapſus,
Nec ſe Roma ferens. ſic quum compage ſoluta
Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis
Sidera ſideribus concurrent: ignea pontum
Aſtra petent: tellus extendere litora nolet,
Excutietque fretum: fratri contraria Phoebe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poſcet ſibi: totaque diſcors
Machina divulſi turbabit foedera mundi.
In ſe magna ruunt. laetis hunc numina rebus
Creſcendi poſuere modum. nec gentibus ullis
Com-

61. *Inque vicem*] vid. ad Ovid. IV. Met. 72.

63. *Sed mihi jam*] aliis demum poſt Apotheoſin futurus, mihi *jam* praeſens Deus. *jam* enim excludit moram & dilationem. vid. ad Ovid. VII. Met. 306. Et ſic Auguſtus *ſemper Deus* Tityro dicitur apud Virg. Eclog. I. 7. ubi vide Serv. hunc Lucani locum adducentem.

63. *Nec ſi te*] *nec te ſi* Rottendorf. pr. *pectore toto* ex Thuan. quarto praetulimus ad Val. Fl. VI. 673. Forte, *ut vates* ab aliquo gloſſatore adſcriptum fuit. *accipio* etiam MSS. Servii ad Virg. I. Aen. 42. *excipiam* Var. lect. Grot.

65. *Avertere*] *attollere* tertius Hamburg. an *avellere*? ſed praeſtat nihil novare. vid. Virg. I. Aen. 38. *Nec poſſe Italia Teucrorum avertere Regem*. vide ad eumdem lib. IV. Aen. 106.

66. *In carmina vires*] hoc latinius cenſet Heinſius, quam *in carmine*. vid. ad Ovid. I. Am. I. 5. XV. Met. 20. & alibi. vid. inf. lib. V. 505.

67. *Expromere*] *promere* Thuan. quartus.

68. *Furentem*] *furentum* Turrian. & mox idem, *expulerit orbi*, vitioſe. Rottend. ſec. *qui pacem*.

72. *Sic*] *ſi* Turrian.

73. *Coëgerit*] Gron. obſerv. in Script. Eccleſ. cap. XIX. explicat, finierit, clauſerit. ut *agmen cogere* & ſimilia.

75. *Ignea*] *omnia* Hamb. quartus; male & repetitum, ut ſaepe, ex praecedenti verſu.

76. *Extendere*] *exponere* Hamb. pr. quod an pro *expandere* irrepſerit neſcio. certe ita ſolent variare ſaepe codices. vide Heins. ad Ovid. Ep. XV. 159. ſed quid opus ſana tangere? vid. infr. lib. VI. 273.

77. *Contraria*] *contagia* Richel. de *bigis* Lunae vide quae dixi ad Rutil. Iter vſ. 511. *diem poſcit* Rottend. ſec. mox, *foedera regni* tres codices. ſed ſequitur mox 86. unde petitum, vel ex vſ. 4.

81. *In ſe magna ruunt.*] vide Heinſ. ad Vell. Paterc. II, III. pro *laetis rebus* Heinſ. correxerat, *Latiis*, quia ſaepe *Latias res* dixerunt alii, ut Sil. Ital. XIII. 869. & Juven. XI. 115. ſed & paſſim *res laetae* de proſpero ſtatu & florente occurrunt, ut ap. eumdem Sil. Ital. X. 380. XI. 23. Virgil. II. Aen. 783. *Illic res laetae*: ubi plura diximus, & quem locum ipſe adſcripſerat

Commodat in populum, terræ pelagique potentem,
Invidiam Fortuna ſuam. tu cauſſa malorum
Facta tribus dominis communis, Roma, nec umquam
In turbam miſſi feralia foedera regni.
O male concordes, nimiaque cupidine caeci,
Quid miſcere juvat vires, orbemque tenere
In medio? dum terra fretum, terramque levabit
Aër, & longi volvent Titana labores,
Noxque diem coelo totidem per ſigna ſequetur;
Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas

Impa-

rat Heinſius, ut & Senecae Troad. 3. Livius lib. VII. 27. *ne nimis res laetae eſſent peſtilentia civitatem adorta.* & certe *laetae res* hic rectius, quia non de ſola Roma, ſed generatim de omnibus, quibus proſpera fortuna contingit, agit. *laetiſque* erat in pr. Hamb.

82. *Nec gentibus ullis &c.*] Intricatior verborum ſenſus, quem eſſe hunc puto: non adſcribendum Fortunae, invidenti incrementis Romanis, & quae etiam apud alios populos illis facit invidiam, quod minus felices videantur. Notum enim Romanos, ſi ſibi clades & calamitates inciderent, non ſuae culpae, ſed Fortunae invidenti adſcribere ſolitos: vide Flor. I. 13. & paſſim alios. *commodat* vero eleganter dixit, ut apud Ovid. I. Am. VIII. 86. Venus *ſua numina commodare* dicitur. vid. ad Petron. cap. CXI. *ſuam* ergo, ſibi propriam *invidiam*, nunc non commodat aliis, ut aeque invideant Romae atque ipſa, & everſam cuperent rempublicam nimis potentem, ſed omnia mala adſcribenda ſunt cupiditati & ambitioni Triumvirorum, non Fortunae invidenti.

86. *In turbam*] non ſollicitandus locus, qui integer & planus, idem dicit, quod paſſim de πολυκοιρανίη occurrit, regna ſocios non ferre. Monarchia, inquit, optima, ſed ſi communicat cum pluribus imperium; certa inde mox bella ſurgent. Conſtructio vero talis eſt; Roma facta tribus dominis communis, & feralia foedera regni, miſſi in turbam, (id eſt, Triumviratus) numquam antea (nam *nec umquam* eſt pro & *numquam*) cauſſa fuiſtis, ut nunc, malorum. *In turbam* vero dicit, quia tres faciunt turbam. vid. Serv. ad Virg. III. Aen. 233. & quae notantur ad Ovid. XIX. Ep. vſ. 154 *mittere in turbam* dictum, ut *mittere in caſus* VII. 239. *in pericula* VII. 101. *in populum*, *in famam*, *in ſecula* & ſimilia. vid. ad Val. Flac. II. 439.

88. *Quid miſcere*] *Quos miſcere* Thuan. pr. a manu prima, quod tolerari poſſet. Cortius librarium pro *quo* hoc ſuppoſuiſſe credit. vid. & inf. 318. ſed nihil muto. *in medium* quatuor ex noſtris.

90. *Volvent*] *volvant* Thuan. tertius. dein *ſequentur* quart. & Rottend. ſec. *ſequatur* Rott. tert. & Hamb. quart.

92. *Regni ſociis*] de hoc loco egi ad Ovid. I. Amor. IX. 6. quae typis jam deſcripta fuiſſe ante editum a doctiſſimo Abr. Gronovio Juſtinum, norunt illi, qui folia a proelo recentia verſaverunt. Memoriae vero vel librariorum vitio ibi ex Statii lib. X. 5. locum producit, quem ex lib. I. Theb. 130. citaveram, unde hic recte adductum video. *ſociis regni* ſec. Hamb. ſed tunc, niſi hiatum velis, *regnis* legendum. *conſortis eris* Rottend. tert. a m. ſec.

93. *Nec gentibus ullis*] ſuſpectus poſſit eſſe locus, quia eadem verba modo habuit verſ. 82. ſed nihil variantibus codicibus nec nos aliquid movebimus. *non longe* malebat Heinſius,

Impatiens conſortis erit. nec gentibus ullis
Credite; nec longe fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.
Nec pretium tanti tellus, pontusve furoris
Tunc erat: exiguum dominos commiſit aſylum.
Temporis anguſti manſit concordia diſcors,
Paxque fuit non ſponte ducum. nam ſola futuri
Craſſus erat belli medius mora. Qualiter undas
Qui ſecat, & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos,
Nec patitur conferre fretum: ſi terra recedat,

Jonium

ſtus. *factorum* Turrian. *fatorum* habet Lut. ad Stat. v. 120. *ne* Guyetus, & ſequ. vſ. *nec longe.*

96. *Pontuſque*] *Pontuſve* Oiſelianus, quod non deterius vulgato. ſed & vulgata poteſt manere, quum totus Orbis, ut ſaepe noſter, id eſt, tellus & pontus, Caeſari & Pompejo erat pretium ſceleris propoſitus. vid: ſupr. vſ. 13 & 83.

98. *Temporis anguſti manſit concordia diſcors.*] Dura iterum conſtructio, ſimilis illius, de qua vidimus ſupr. 51. *relinquere juris*, ut multi volunt. nam ſi hic *temporis* conſtruas cum *manſit*, exemplum poſcerem, ubi *manere longi* vel *brevis temporis* aliquid dicitur. Sin vero ita ordines verba, *concordia diſcors temporis anguſti manſit*, poſſet intelligi, quaſi illa concordia, quae eſſe ſolet temporis anguſti, nunc raro exemplo manſerit diu inter eos, quod menti Poëtae non puto convenire. nec etiam additur, quamdiu manſerit, quod inconcinnum videri poteſt. quare neſcio an non recipienda eſſet lectio Hamburg. quarti. *temporis anguſto manſit c. d.* ut *anguſtum temporis* ponatur pro *anguſtiis temporis*, ut Cicero & alii amant loqui: & ita paſſim *in anguſtum cogere* & ſimilia occurrunt. & ita Ovid. XIII. Met. 887.

Et intra

Temporis exiguum rubor evaneſcere coepit.

qui ſaepe alibi *tempus exiguum* dixit. ut noſter etiam ambigua ſignificatione, vel pro brevi, vel, ut alii volunt, pro extremo periculo dixit *tempus anguſtum* lib. IV. 477. & ita *anguſtum* eſt certis terminis & fine non longo circumſcriptum, unde Quinctil. XI. de Inſt. Orat. cap. I. *liberum* & *anguſtum tempus* inter ſe opponit. ſic *anguſta nox*, *dies* & ſimilia apud Ovidium & alios. ſic *anguſti pulveris hauſtus* Statius X. Theb. 422. ubi vide Barthii notas. In notis Ciofani ad Ovid. I. Met. 433. legitur *anguſti* in edit. Plant. quod nos correximus, ut lapſum librariorum: forte illum in errorem duxit Scholiaſtes Horatii, qui ad l. II. Od. I. dedit, *tempus ad Auguſti.*

101. *Et geminum*] *& medium* Richel. Cortius vero hic nobis contra omnes ſcriptos & editos dat, *geminum male ſeparat*, ut *geminum* ad *fretum* referatur. non probo: ſi enim *male ſeparat*, id eſt, vix & cum periculo, ne perrumpatur Iſthmos, contra veritatem & conſtantiam naturae loqueretur: nam Iſthmos in hunc diem bona fide ſeparat geminum mare, nec, licet aliqui conati fuerint, perfodi potuit. quare vulgata ſervanda, nec opus innumeris veterum locis geminum illud mare, Aegaeum & Jonium, quod bimaris Corinthus videt, illuſtrare. Offendit, credo, Cortium, quod *undas*, *mare*, & *fretum* dixerit ita continuo verborum ordine Lucanus: ſed nec Poëtis inſolitum, de mari agentibus, ſaepe idem diverſis vocibus, *undae*, *aequor*, *fretum*, *pontum*, *ſalum* &c. exprimere oſtendi ad Nemeſiani Cyneg. vſ.

Jonium Aegaeo frangat mare: ſic, ubi ſaeva
Arma ducum dirimens, miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras,
Parthica Romanos ſolverunt damna furores.
Plus illa vobis acie, quam creditis, actum eſt,
Arſacidæ: bellum victis civile dediſtis.
Dividitur ferro regnum: populique potentis,

Quae

276. vid. inf. II. 435. (& ibi Oudend.) 707. & 726. IX. 349. quare hic quoque nihil mutandum, quum Iſthmos ſeparet mare geminum, nec patiatur concurrere, quod ſi fieret, ex Iſthmo fretum crederemus factum, ut in freto Siculo, ubi *gemino tellus eliſa profundo* eſt, ut noſter lib. II. 437. ait. *Conferre* poteſt etiam abſolute capi, pro *ſe conferre*, ut millies per ellipſin in *ferre*, *inferre* &c. illud pronomen ſubintelligitur, & ita hic commentatores pro conferri, in unum convenire, commiſceri recte ceperunt. Gujetus *freta* vel *fretis*. ſed credo voluiſſe *freto*.

103. *Jonium Aegaeo frangat mare*] editi & ſcripti aliquot, *franget*. Thuan. pr. *frangit*. a m. pr. *Jonium Aegaeum* Thuan. quartus. Oudendorpus ad IV. 68. explicat *franget*, id eſt, receſſu ſuo cauſſa erit, cur frangatur terra. videamus an verum ſenſum poſſimus adſequi. Lucanus, hic ruptam triumvirorum concordiam morte Craſſi deſcribens, utitur comparatione ſumta ab Iſthmo Corinthiaco, qui, medius inter Jonium & Aegaeum mare, prohibet haec duo aequora, quae a Poëtis ut atrocia, tempeſtuoſa & irata paſſim deſcribuntur, coire; ſed, ſi Iſthmus iſte perrumperetur & tolleretur, ſaeva haec maria, inter ſe commiſſa ingentes tumultus excitatura, canit, his verbis,

Si terra recedat,
Jonium Aegaeo frangat mare.

quo modo ſi legatur, neſcio an menti Poëtae ſatisfiat. nam *frangi mare* dicitur, quum ejus violentia objecto aliquo ſcopulo, litore, aut quocumque obice repellitur, & vis ejus retunditur. vide quae notant viri docti ad Ovid. Epiſt. VII. 169. ubi & *litus frangi fluctibus*, & *fluctus* vice verſa *frangi a litore* paſſim dici, eſt animadverſum. vid. infr. ad lib. V. 606. & ita h. l. vſ. 222. *fractum flumen* dicitur, turba equeſtri immiſſa ejus vado, quae curſum faciliorem & tranquilliorem facit. Sic ergo Iſthmus manens poteſt dici *frangi ab utroque mari*, & viciſſim *frangere* quoque & repellere *fluctus utriusque aequoris*. ſublato vero Iſthmo utrumque aequor irrumpens conferet fretum, & atrociſſimos ibi concurrentibus undis fluctus excitabit. Sic ſublato Craſſo, qui *medius* inter Pompejum & Caeſarem, *belli* civilis *mora* ſupra vſ. 100. dicitur, hi duo violentiſſimi & imperium adfectantes inter ſe exercebunt iras ſuas. Quae quum cogito, & ſimul millies a librariis praepoſitiones verborum omiſſas, aut abſorptas celeritate ſcribendi, ſollicitor valde, ut locum corruptum credam, & legam,

Si terra recedat,
Jonium Aegaeo infringat mare.

de quo verbo nihil hic addam, quum id ubertim Heinſ. ad Ovid. V. Metam. 81. & 85. & Petron. cap XXII. & ego ad Valer. Flac. III. 287. egerimus, ubi & hoc verbum ſaepe a Criticis in *impingere* mutari videbis. vid. & inf. VII. 154. hanc vero lectionem ſtabilire videtur ipſa duorum marium natura: nam Strabo lib. I. pag. 54. narrans conatum Demetrii Poliorcetae, Iſthmum Corinthiacum perfodere meditantis, repreſſum ait ab architectis, & locorum peritis, qui monebant Jonium mare in ſinu Corinthiaco longe altius eſſe Aegaeo in ſinu Saronico, ideoque ſi Iſthmus perfoderetur, tanto impetu Jonium mare irrupturum, ut Aeginam & vicinas inſulas aquis obrutas ſubmergeret; ſic ergo non Aegaeo mari frangi poterat Jonium, quod erat altius, nec immitti poterat Aegaeum Jonio, ut ejus fluctus atroces frangeret, ſed rupta terra infringeret Jonium altius & vio-

len-

Quae mare, quae terras, quae totum poſſidet orbem,
Non cepit fortuna duos. nam pignora juncti
Sanguinis, & diro ferales omine taedas
Abſtulit ad manes, Parcarum, Julia, ſaeva
Intercepta manu. quod ſi tibi fata dediſſent
Majores in luce moras, tu ſola furentem
Inde virum poteras, atque hinc retinere parentem;

Arma-

lentius in inferius Aegaeum. Et ita nunc factum. Craſſo enim, arma duorum ducum dirimente, ſublato, Caeſar, Jonium veluti mare, immiſſus in Pompejum, quaſi Aegaeum, facta via per mortem Craſſi impetu ſuo omnia obſtacula perrupit, & inferiores ſibi cedere coëgit. Sed praeter Craſſum altera mora belli inter Pompejum & Caeſarem adducitur a Lucano, Julia collocata *Pompejo*, quae, dum viveret, retinebat ſocerum & generum, ſed mortua ſolvit pignus illud adfinitatis. de quo mox vſ. 111.

106. *Parthica*] dedit nobis *Parthia* Cortius: in notis ſcilicet, ſed ſine MSS. auctoritate, oſtendiſſet multis ita ſolere alibi loqui, ut *Galliae mulieres* & ſimilia, ἄτα ... ad faſtidium uſque obſervata: & ita ſemper intrudit *Scythia*, *Pharſalia*, *Theſſalia*, pro *Scytica* &c. etiam nolentibus ſcriptis, quaſi hac forma numquam uſus fuiſſet Lucanus. *Parthica damna* recte explicat Scholiaſtes, a Parthis illata, ut apud Melam II. 7. *Aegates Romana clade memorabiles*, ubi vide Voſſium; ſed & haec pervulgata.

107. *Quam creditis*] *quam credimus* Langerm. ita & variatum lib. III. 220. *auctum eſt* idem & Hamb. tert. vide ſupra vſ. 45.

111. *Nam pignora juncti Sanguinis, & diro ferales omine taedas Abſtulit ad manes Parcarum, Julia, ſaeva Intercepta manu.*] *Pignora* illa capiunt interpretes de partu, vel potius abortu Juliae, quia paſſim *pignora* de filiis occurrunt. ſed quid, quaeſo, momenti adferret partus, vel immaturus, vel cito, poſtquam editus, exſtinctus? qui jam, ſi cum matre fuiſſet vitalis, pignus mutui amoris inter virum & uxorem potuiſſet fuiſſe, quo ſenſu millies occurrere vocem *pignus* nemo negabit. Sed concordiae inter Caeſarem & Pompejum pignus ipſa erat Julia & ejus matrimonium, quo ſanguis & genus Julii Caeſaris erat mixtum, ut lib. IX. 1048. ait, Pompejo: ſi illa ergo diutius vixiſſet, retinere potuiſſet hinc parentem, inde virum ſuum: & ejus morte, non infantis, ruptam fidem ſequentia probant,

Quod ſi TIBI fata dediſſent
Majores in luce moras, & inde, *Morte TUA diſcuſſa fides*. Ipſae ergo nuptiae, non partus (cujus tam parva ratio eſt habita, ut dubitent viri docti, an maſculus, an femina fuerit, vid. ad Suet. Caeſ. XXVI.) fuere pignus concordiae, quae rupta Juliae morte. & hoc ipſa Julia per quietem viſa Pompejo exprobrat lib. III. 33.

Abſcidis fruſtra ferro tua pignora.
ubi *pignora* ſunt foederis & amicitiae, contractae per nuptias, ubi in uno codice legitur *tua foedera*, quod eſt a Gloſſatoris manu: aut forte ex lib. IX. 1048 repetitum a librario. Neque opus eſt correctione Viri Docti, *tua vincula*. ſi quid mutandum, malim,

Abſcidis fruſtra ferro pia pignora,
quia *pius* centies a librariis in *meus*, *tuus*, *ſuus* tranſmutatum novi. Quod vero lib. V 474. mentio fit, ut creditur, partus Juliae, nihil ad hanc rem facit, ſed eſt tantum nota temporis, ut dicat poſt Juliam, pignus olim concordiae, ex partu ſive abortu mortuam, Caeſarem non vidiſſe Pompejum, niſi in acie Pharſalica, & deinde in Aegypto interfectum; ubi tamen poſt mortem Pompeji ineptus Poëta nepotem memorat lib. IX. 1049. Ibi enim non agit de cauſſa diſcordiae. *Jam pignora* Turrian. &, mox *feralis* Sixianus & Puteaneus.

115. *Tu ſola furentem Inde virum poteras, atque hinc retinere parentem*] Offendit rythmus ille, in quem duo verſus exeunt, &

licet

Armataſque manus excuſſo jungere ferro,
Ut generos ſoceris mediae junxere Sabinae.
Morte tua diſcuſſa fides, bellumque movere
Permiſſum eſt ducibus: ſtimulos dedit aemula virtus.
Tu, nova ne veteres obſcurent acta triumphos,
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne, times: te jam ſeries, uſusque laborum
Eri-

ſicet etiam ex omnibus fere Poëtis, & ipſo Marone poſſe ſimiliter deſinentium verſuum exempla produci, & ex noſtro etiam Lucano lib. v. 665. vii. 763. ſaepe tamen credo ſonum illum librariis deberi, qui ſui aevi delicias obtrudere amabant antiquis. vide ad Virg. iv. 256. & v. 385. ubi homoioteleuta in vulgatis occurrunt, ſed codices variant. ita & hic puto nobis librarios in primo verſu dediſſe, *furentem*, ut ſequenti congrueret, quum Lucanus ſcripſerit *furentes*. nam duobus ſingularis numeri nominibus, ut hic *virum & parentem*, ſive praecedant, ſive ſequantur, adjectivum pluralem aeque poſſe adjungi atque ſingularem, nemo in Poëtarum lectione verſatus negabit, & ingentem utriuſque conſtructionis copiam facile congerere poterit. vide Bentlej. ad Horat. i. od. 13. & 24. Interpretes ad Ovid. ii. Art. Amat. 81. & quos interpres doctiſſimus Lucani laudat infr. h. l. verſ. 422.

118. *Ut generos ſoceris*] *Generis ſoceros* Thuan. quart. *generos ſoceros* S. Germani.

119 *Movere*] Heinſius malebat, *moveri*, ſed centies activa paſſivis mutari in ſcriptis vidimus. ſic Liv. v. 49. *prohibuit migrare*, vel *migrari*, & paſſim alibi. vid. ad lib. i. 347. & ad Virg. i. Georg. 130. & ii. Aen. 3. *permiſſum eſt* legitur in Thuan. quarto & Hamb. tert. & ita in antiquis editionibus Servii ad Virg. vi. 831. Unde Maſvicius reduxit, quod P. Daniel expulerat. *permiſſum* vero debemus eodem ſenſu capere, quo in initio *jus ſceleri datum* eſſe vidimus.

121. *Tu, nova*] *Tum* Hamb. pr. *obſcurent facta* plurimi, & parum refert, & ſollemniter confunduntur hae voces. *fata* Hamb. tert. ut ii. 545. nec abſurde, ut fata Caeſaris nova vincant fata Pompeji. De fatis, ſibi contrariis, & magnis, ſaepe apud Lucanum videbimus. ſed hic *acta* praeferrem quia acta Pompeji ſaepe memorantur, quae Senatus diu confirmare noluit, teſte Sueton. Caeſ. xix. nunc nova acta Caeſaris in Gallia obſcurabant acta Pompeji. *Et victis cedet* Barber. & *cedat victis* Rott. tert. & *junctis c. p. l. Galliis* Turrian. mox, *jam te ſeries uſuſque laboris* idem.

126. *Quis juſtius induit arma ſcire nefas.*] Quum ex Grammaticorum dictatis debuerit Poëta dicere *induerit*, vidi in codice Heinſii, ejus manu aliter haec verba diſtingui, & in duo membra digeri, ut prius ſit interrogatio, *quis juſtius induit arma*? cui reſpondet Poëta ſequentibus, *ſcire nefas*. In Langermanni uno etiam codice vidi librarium, forte ferulam metuentem, dediſſe *induat*. ſed numquam potui mihi perſuadere, Poëtas ita ſervire ludimagiſtrorum canonibus, ut non ſaepius hoc obſequium librariis, quam ipſis ſcriptoribus ſit adtribuendum. certe noſter lib. viii. 644. ut in duobus codicibus deprehendi, & in uno nuperus Editor, & ut edidit Hortenſius,

Neſcis, crudelis, ubi ipſa
Viſcera ſunt magni.

ubi nunc *ſint* legi ſolet. Cicer. pro Muraena xxi. *neſcio quo pacto hoc fit*. Claudian. i. in Eutrop. 501.

Neſcis, quod turpior hoſtis
Laetitia majore cadit.

Non formidavit etiam paedagogos Ovidius, qui-

Erigit, impatiensque loci fortuna ſecundi.
Nec quemquam jam ferre poteſt, Caeſarve priorem,
Pompejusve parem. quis juſtius induit arma,
Scire nefas: magno ſe judice quiſque tuetur:
Victrix cauſſa Deis placuit, ſed victa Catoni.
Nec coïere pares: alter vergentibus annis
In ſenium, longoque togae tranquillior uſu

De-

qui lib. x. Metam. 637. dixit, *quid facit, ignorans*, ut meliores & numero plures codices exhibent, ubi nec opus *quod*, nec, *quidque agat* legere. Nolo ex corrupto apud eumdem loco Epiſt. x. 86.

Quis ſcit an haec ſaevas tigridas inſula habet.

argumentum capere, ſed tamen temere nimis Heinſium pronuntiare, Latine non dici, *quis ſcit an habet*, ſed dicendum *an habeat*, arbitror. Neſcivit ergo Latine Terentius, unicus elegantiae auctor, qui Adelph. Act. IV. v. 33. dixit, *qui infelix haud ſcio an illam miſere nunc amat.* & in eadem fabula ſimili conſtructione, Act. II. ſc. I. 41. *nunc vide, utrum vis, argentum accipere, an* (ſcilicet *vis*) *cauſſam meditari tuam:* in Hecyr. II. I. 20. *multo melius, hic quae fiunt, ſcio.* Adelph. V. IX. 33. *plus ſcis, quid facto opus eſt.* & Eunuch. III. III. 23. *dicat quid volt*, ubi Donatus docet: dictum eſt pro, *quid velit.* inf. IX. 563. *Quaere quid eſt virtus*, ubi male *et* Heinſius. Cicer. II. de nat. deor. 6 *animum illum ſpirabilem ſi quis quaerat, unde habemus*, ubi Daviſius, Latinitatem flagitare, *habeamus*, fruſtra contendit. Variant codices apud Maron. III. 109. *cuncti quae ſunt* (vel *ſint*) *ea moenia quaerunt.* Sine diverſitate Ovid. IX. Met. 79. *Deinde ubi ſunt digiti, dum pes ubi quaerit.* vid. & II. Faſt. 57. Ita poſt verbum *adde* fere ſemper indicativum video ſequi, ſecus atque nunc fieri ſolet. Sic apud noſtrum lib. V. 776.

Adde quod adſueſcis fatis.

ubi virum doctum voluiſſe *adſueſci* notat Cortius. lib. I. 223.

Adde quod omne caput fluvii &c. tumeſcit,

& ita centies Ovidius, ubi per librarios licuit, ex quo unum & alterum locum, in quibus corrumpendis nullum jus datur, producam. lib. XIII. Met. 117.

Adde, quod ille tuus, tam raro praelia paſſus,
Integer eſt clypeus.

lib. IV. ex Ponto. X. 45.

Adde, quod hic clauſo miſcentur flumina ponto.

Sic & Noſter Libr. III. 321.

Adde, quod innumerae concurrunt undique gentes

ubi unus modo codex, *concurrant.* vid. & lib. III. 50. ſed exemplorum modus eſto, quae ſemel cumulare libuit, ut inde diſcant Critici, non temere ſemper praeceptis Grammaticorum eſſe obtemperandum, nec mutanda quae illis adverſari videntur. Hanc etiam in hac conſtructione corrigendi libidinem aliquot exemplis caſtigavit Wopkens Lect. Tull. II. 5. ubi ex Severi Aetna v. 274. adducitur

Scire quid occulto naturae terra coërcet.

127. *Quiſque*] ponitur hic pro *uterque*, vide ad Ovid. XIX. Epiſt. 169.

128. *Deis*] *Deo*, quod ex Sarisberienſi adducit Cortius, ab ipſo, aut Chriſtiano aliquo profluxit. Nam licet *Deus* etiam ab Ethnicis ſaepe dicatur, ut vidimus ad Ovid. III. Art Am. 13. & ad Grat. Cyneg. 350. & Barth. ad Stat. V. Silv. III. 21. & alii notarunt, hic tamen non admodum placet; licet, quum praeceſſerit *judice*, non *judicibus*, defendi ſatis poſſet.

130. *Longoque.*] *longaeque* Thuan. quart. Male. Non enim an toga longa, vel breuis fuerit, hic Poëta ſollicitus fuit.

Dedidicit jam pace ducem: famaeque petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli, plauſuque ſui gaudere theatri:
Nec reparare novas vires; multumque priori
Credere fortunae. ſtat magni nominis umbra.
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuuias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona ducum: nec jam validis radicibus haerens,
Pondere fixa ſuo eſt: nudosque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram:
At quamvis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſilvae firmo ſe robore tollant,
Sola tamen colitur. Sed non in Caeſare tantum
Nomen erat, nec fama ducis: ſed neſcia virtus
Stare loco: ſolusque pudor non vincere bello.
Acer, & indomitus; quo ſpes, quoque ira vocaſſet,
Ferre manum, & numquam temerando parcere ferro.
Succeſ-

131. *Famaeque petitor*] *petitur* Richel. quod forte alicui placere poſſit, ut ſit pro, fruitur fama & gloria rerum ante geſtarum. Sed vulgata melius cohaeret ſequentibus.

133. *Plauſuque*] vid. ad Virg. II. Georg. 508.

135. *Stat magni nominis umbra.*] imitatum hic eſſe Maronem notat Cerda ad Virgil. XI. Aen. 223.

137. *Populi*] cujus populi? rogat Gujetus. ſine dubio ejus, qui illo in loco, ubi illa quercus ſtabat, bella geſſit, & victoriam reportavit: & ita de quocumque populo, etiam, ſi vis, de Romano poteſt capi. vid. infr. 239. iterum vero eodem redit, ſive *veteres*, ſive *veteris* legas. *populus* vero opponitur *ducibus*, ut ſaepe patribus vel ſenatui.

140. *Umbram*] *umbras* octo ſcripti. Sed Heinſius *umbram* interpretabatur *invidiam*; per truncum vero, non ſolum rectum arboris ſtipitem, ſine ramis, eſſe intelligendum, optime obſervavit Gronovius ad Senec. Herc. Oet. 384.

142. *Tot circum ſilvae*] *tot circumfuſae* Hamb. quart. ut quercus intelligantur circa illam, quae Pompeji erat imago.

144. *Nec fama*] *non fama* Thuan. quart. *ſed neſcia*, eleganti τ *ſed* repetitione, de qua vid. ad Ovid. V. Met. 17. & ſaepe alibi.

137. *Temerando*] *temerato* etiam Cantabrig. forte bene: temerato jam in bello civili, non parcebat ferro, ſed ſemel ſtrictum exercebat ſtrenue. Sic infr. 225. *temerataque linquere jura*. Pro *ferro* etiam Langerm. *bello*: ſollemni varietate. an reſpicit ad voces Caeſaris in pugna Pharſalica, *miles faciem feri*, & *parce civibus*? de quibus Flor. IV. II. 50. qui addit his vocibus editis, ipſum tamen *ſequi* adverſarios.

150. *Gaudensque*] *gaudetque* Hamb. ſec.
Poſſet

Succeſſus urguere ſuos: inſtare favori
Numinis: impellens quidquid ſibi ſumma petenti
Obſtaret: gaudensque viam feciſſe ruina.
Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem, populosque paventes
Terruit, obliqua praeſtringens lumina flamma:
In ſua templa furit, nullaque exire vetante
Materia, magnamque cadens, magnamque revertens
Dat ſtragem late, ſparſosque recolligit ignes.
Hae ducibus cauſſae: ſuberant ſed publica belli
Semina, quae populos ſemper merſere potentes.
Namque ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, & rebus mores ceſſere ſecundis,
Praedaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinae:
Non auro, tectisve modus: menſasque priores
Adſpernata fames: cultus geſtare decoros

Vix

Poſſet vero videri reſpicere dictum Catilinae celeberrimum, *incendium ſuum reſtincturum ruina* Flor. IV. I. ubi forte *ſua ruina* poſſet legi; videndi commentatores doctiſſimi Freinsh. & Dukerus, qui recte interpretatur illud dictum de aedificiorum ruina. Sed hic poſſet capi, ſe viam ſibi facturum per proſtrata hoſtium cadavera & cumulos occiſorum, ut ita & Septimius de Bello Trojan. II. 42. *Quum ſuper alium alius ruinae modo praecipitaretur.* & IV. 5. *ruinae in modum inrumpunt.* nam *viam facere* eſt obſtantia perrumpere. vid. ad Ovid. I. Triſt. II. 86.

152. *Impulſi*] *impulſu* etiam Turrian. *impulſu ſonitus* Hamb. quartus. mox, *populosque pavore* tres libri; *pavores* Barberin.

154. *Perſtringens*] Codices ſollemni variatione partim *praeſtringens*, partim *perſtringens*: in qua toties repetita a Criticis varietate taedet haerere. Heinſius vero volebat, *obliquae praeſtringens lumine flammae*.

155. *Vetante*] *vetanti* Richel. de quo ablativo participiorum videndus Servius ad Virgil. II. Aen. 610. & Cl. Drakenb. ad Liv. VI. XIV. 13. & VII. II. 9. inf. III. 104. & IX. 261. Sequendi codices.

158. *Hae ducibus cauſſae ſuberant*] *Haec* Puteaneus. licet vero recte *cauſſae ſubeſſe* dicantur, ut vidimus ad Ovid. IV. Faſt. 368. hic tamen malo diſtinctionem Voſſiani codicis, quam & Heinſius notavit, ſequi.
Hae ducibus cauſſae: ſuberant ſed p. b. Semina. nam eleganter ſemina *ſubeſſe* dicuntur, quae occulta primum, deinde creverunt in perniciem reipubl. *Subeſſe* idem eſſe quod *latenter ineſſe* docet Serv. ad Virg. II. Georg. 48. Sic antea luxuria latens malum, ſed invaleſcens ſubruit Romanum imperium. mox, *merſere potenter* Thuan. pr.

163. *Non auro tectiſve modus*] ſive capias haec ut ἓν διὰ δυοῖν, pro auratis tectis, ſive diſtinguas, & de ſupellectile aurea intel-

 ligas

Dedidicit jam pace ducem: ſamaeque petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli, plauſuque ſui gaudere theatri:
Nec reparare novas vires; multumque priori
Credere fortunae. ſtat magni nominis umbra.
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuuias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona ducum: nec jam validis radicibus haerens,
Pondere fixa ſuo eſt: nudoſque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram:
At quamvis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſilvae firmo ſe robore tollant,
Sola tamen colitur. Sed non in Caeſare tantum
Nomen erat, nec fama ducis: ſed neſcia virtus
Stare loco: ſoluſque pudor non vincere bello.
Acer, & indomitus; quo ſpes, quoque ira vocaſſet,
Ferre manum, & numquam temerando parcere ferro.
Succeſ-

131. *Famaeque petitor*] *potitur* Richel. quod forte alicui placere poſſit, ut ſit pro, fruitur fama & gloria rerum ante geſtarum. Sed vulgata melius cohaeret ſequentibus.

133. *Plauſuque*] vid. ad Virg. II. Georg. 508.

135. *Stat magni nominis umbra.*] imitatum hic eſſe Maronem notat Cerda ad Virgil. XI. Aen. 223.

137. *Populi*] cujus populi? rogat Gujetus. ſine dubio ejus, qui illo in loco, ubi illa quercus ſtabat, bella geſſit, & victoriam reportavit: & ita de quocumque populo, etiam, ſi vis, de Romano poteſt capi. vid. infr. 239. iterum vero eodem redit, ſive *veteres*, ſive *veteris* legas. *populus* vero opponitur *ducibus*, ut ſaepe patribus vel ſenatui.

140. *Umbram*] *umbras* octo ſcripti. Sed Heinſius *umbram* interpretabatur *invidiam*; per truncum vero, non ſolum rectum arboris ſtipitem, ſine ramis, eſſe intelligendum, optime obſervavit Gronovius ad Senec. Herc. Oet. 384.

142. *Tot circum ſilvae*] *tot circumfuſae* Hamb. quart. ut quercus intelligantur circa illam, quae Pompeji erat imago.

144. *Nec fama*] *non fama* Thuan. quart. *ſed neſcia*, eleganti *&* *ſed* repetitione, de qua vid. ad Ovid. v. Met. 17. & ſaepe alibi.

137. *Temerando*] *temerato* etiam Cantabrig. forte bene: temerato jam in bello civili, non parcebat ferro, ſed ſemel ſtrictum exercebat ſtrenue. Sic infr. 225. *temerataque linquere jura*. Pro *ferro* etiam Langerm. *bello*: ſollemni varietate. an reſpicit ad voces Caeſaris in pugna Pharſalica, *miles faciem feri*, & *parce civibus*? de quibus Flor. IV. II. 50. qui addit his vocibus editis, ipſum tamen *ſequi* adverſarios.

150. *Gaudenſque*] *gaudetque* Hamb. sec.
Poſſet

Succeſſus urguere ſuos: inſtare favori
Numinis: impellens quidquid ſibi ſumma petenti
Obſtaret: gaudensque viam feciſſe ruina.
Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem, populosque paventes
Terruit, obliqua praeſtringens lumina flamma:
In ſua templa furit, nullaque exire vetante
Materia, magnamque cadens, magnamque revertens
Dat ſtragem late, ſparſosque recolligit ignes.
  Hae ducibus cauſſae: ſuberant ſed publica belli
Semina, quae populos ſemper merſere potentes.
Namque ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, & rebus mores ceſſere ſecundis,
Praedaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinae:
Non auro, tectisve modus: menſasque priores
Adſpernata fames: cultus geſtare decoros

Vix

Poſſet vero videri reſpicere dictum Catilinae celeberrimum, *incendium ſuum reſtincturum ruina* Flor. IV. I. ubi forte *ſua ruina* poſſet legi; videndi commentatores doctiſſimi Freinsh. & Dukerus, qui recte interpretatur illud dictum de aedificiorum ruina. Sed hic poſſet capi, ſe viam ſibi facturum per proſtrata hoſtium cadavera & cumulos occiſorum, ut ita & Septimius de Bello Trojan. II. 42. *Quum ſuper alium alius ruinae modo praecipitaretur.* & IV. 5. *ruinae in modum inrumpunt.* nam *viam facere* eſt obſtantia perrumpere. vid. ad Ovid. I. Triſt. II. 86.

152. *Impulſi*] *impulſu* etiam Turrian. *impulſu ſonitus* Hamb. quartus. mox, *populosque pavore* tres libri; *pavores* Barberin.

154. *Perſtringens*] Codices ſollemni variatione partim *praeſtringens*, partim *perſtringens*: in qua toties repetita a Criticis varietate taedet haerere. Heinſius vero volebat, *obliquae praeſtringens lumine flammae*.

155. *Vetante*] *vetanti* Richel. de quo ablativo participiorum videndus Servius ad Virgil. II. Aen. 610. & Cl. Drakenb. ad Liv. VI. XIV. 13. & VII. II. 9. inf. III. 104. & IX. 261. Sequendi codices.

158. *Hae ducibus cauſſae ſuberant*] *Haec* Puteaneus. licet vero recte *cauſſae ſubeſſe* dicantur, ut vidimus ad Ovid. IV. Faſt. 368. hic tamen malo diſtinctionem Voſſiani codicis, quam & Heinſius notavit, ſequi.
Hae ducibus cauſſae: ſuberant ſed p. b.
Semina. nam eleganter ſemina *ſubeſſe* dicuntur, quae occulta primum, deinde creverunt in perniciem reipubl. *Subeſſe* idem eſſe quod *latenter ineſſe* docet Serv. ad Virg. II. Georg. 48. Sic antea luxuria latens malum, ſed invaleſcens ſubruit Romanum imperium. mox, *merſere potenter* Thuan. pr.

163. *Non auro tectiſve modus*] ſive capias haec ut ἓν διὰ δυοῖν, pro auratis tectis, ſive diſtinguas, & de ſupellectile aurea intel-

ligas,

Vix nuribus, rapuere mares: fecunda virorum
Paupertas fugitur, totoque arceſſitur orbe,
Quo gens quaeque perit. tunc longos jungere fines
Agrorum, & quondam duro ſulcata Camilli
Vomere, & antiquos Curiorum paſſa ligones
Longa ſub ignotis extendere rura colonis.
Non erat is populus, quem pax tranquilla juvaret,
Quem ſua libertas immotis paſceret armis.
Inde irae faciles, &, quod ſuaſiſſet egeſtas,

Vile

ligas, ſive de aediſiciis, certe *auro* mutari non facile debet, auctore maxime Petronio, qui in ſpecimine belli civilis plurima huic loco ſimillima habet, & vſ. 86.

Aedificant auro, ſedesque ad ſidera mittunt. ubi videndi commentatores. Ex eodem Satyrico diſcere poſſimus *ignotos* illos *colonos* vſ. 170. in quibus ſe miſere torquent interpretes.. Sunt vero ſervi, per quos latifundia colebant locupletes, & quorum tantam turbam in agris & etiam domi alebant, ut ipſi domino eſſent ignoti. Sic de Trimalchionis familia Petron. cap. XXXVIII. *Familia vero babae! non mehercules puto decimam partem eſſe, quae dominum ſuum novit.* ubi accommodate locus Senecae a Reineſio adducitur, quo dicuntur *ignoti domino ſervorum greges.* adde ejuſdem Satyrici cap XLVII. & LIII. & alibi. & hinc ignorabant ſaepe domini ſervorum ſuorum nomina, ut apparet ex Leg. XXVIII. ff. de Reb. dubiis.

164. *Decoros vix nuribus, rapuere mares*] Haec obelo notaverat Heinſius, ut ſolebat ſuſpecta ſibi loca, de quibus amplius cogitandum credebat. Adſcripſerat etiam jungenda eſſe *vix mares*, id eſt, ſemiviri, molles. *rapuere nuribus*, pro a nuribus. ut lib. II. 157. *morteſque cruento Victori rapuere ſuo.* Sed haec intricatiſſima & contorta neſcio cui placere poſſint; puto vero Poëtam innuere tenues & ſericas veſtes, de quibus multi multa ſcripſere, quibus indutae feminae ſe non nudas eſſe jurare vix auderent; has, indecoras etiam mulieribus, viri ſibi ſumebant. In Scholiaſte puto legendum, *ambitioſiores* veſtes, pro *ambitiores.* ut ita codices quidam lib. X. 488. *ambitioſa domus.*

170. *Longa*] *laxa* dat nobis Cortius, nullis codicibus, unde ſumſerit, laudatis. Scilicet quia praeceſſit *longos fines*; ſciebat praeterea vir doctus *longus* & *laxus* ſaepe permutari in ſcriptis. Sed ſi quid mutandum, cur non potius *lata*, ut millies *lata arva*, *lati agri* occurrunt. Sed *laxa rura* ego nondum reperi, ſed cupio doceri. Forte ex lib. II. 71. *laxas paludes*, huc retuliſſet, ſed & ibi *latae* in Turriano, & aliter explicandas eſſe ibi notabimus.

171. *Non erat is populus.*] *his* quatuor. *hic* Hamb. tert. ſed *is* eleganter pro, talis, ea conditione, eo ſtatu erat. Juſtin. V. 6. *ſed neque is miles erat, qui nomen Athenienſium tueretur, neque eae vires, quibus vincere conſueverant, neque ea ſcientia militaris* &c. Plin. I. Ep. 2. *ſi modo is ſum, qui excitari poſſim.* plura vide in commentario ad Phaedr. IV. 1. 5. & ad Ovid. VII. Met. 43. Male vero unus Hamburg. *quam pax.*

172. *Immotis*] intempeſtivum hic de *arvis* cogitare, quae licet *moveri* dicantur, quum coluntur, non minus freqnenter *arma*, *bella* &c. *moveri* occurrit. *Immota* vero *arma* ſunt non mota, quieſcentia & recondita. Sic *immotae paludes* lib. V. 435. *immotus portus* Virg. III. Aen. 570. & paſſim. Libertatem ergo ferre non poterant Romani, quin eam armis & civilibus tumultibus turbarent. Idem eſt, quod Phaedr. lib. I. fab. 2.

Pre-

Vile nefas, magnumque decus, ferroque petendum,
Plus patria potuiſſe ſua: menſuraque juris
Vis erat: hinc leges, & plebiſcita coactae;
Et cum Conſulibus turbantes jura Tribuni:
Hinc rapti pretio faſces, ſectorque favoris
Ipſe ſui populus; letaliſque ambitus urbi,
Annua venali referens certamina Campo:
Hinc uſura vorax, avidumque in tempora foenus,
Et concuſſa fides; & multis utile bellum.

Jam

Procax libertas civitatem miſcuit. Forte & reſpicit morem commovendi arma in ſacrario Martis, ut ſolebant imperatores bellum ingredientes, & clamantes, *Mars vigila:* de quo Servius ad Virg. VIII. Aen. 3. pace vero diu *immota* erant in templo Martis.

173. *Irae*] *ira* S. German. & mox idem, *magnumque decens.*

176. *Coactae*] ita omnes noſtri, praeter ſecundum Rottendorf. & recte ad *leges* retulit Oudendorpius. Centies enim adjectivorum genus adcommodatur remotiori ſubſtantivo. Ex pleno horreo manipulum dedi ad *Ovid.* IV. Met. 176. & Suet. Aug. LXVI. vide & Voſſium de conſtruct. cap. IV. Unum aut alterum locum adjiciam, quem librarii ad regulas Grammaticae redigentes, corruperunt. Sic apud Jul. Caeſ. II. de Bel. G. 28. in codice antiquo exſtat, *prope ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redacta.* nunc legitur *redacto.* apud Columell. praefat. § 25. *in arboribus vinetiſque, quarum infinita ſunt genera.* Ita optimus codex, vulgo editur, *quorum*, ſed perperam. Nam ſimiliter Cicero II. de Nat. Deor. 62. *Quid de vitibus olivetiſque dicam, quarum uberrimi fructus.* Idem V. ad fam. ult. *culpa & peccatum, qua caruiſti.* Gell. 17. 2. *Vim atque arma metuendam.* Sed haec nunc ſufficiant. *plebis ſcita* erat in Oiſel. Heinſ. malebat, *Plebei ſcita.*

178. *Sectorque favoris*] recte puto haec explicare interpretes. Cortius tamen monet, virum doctum legere, *ſervuſque favoris.* Saepe in notulis ſuis viros doctos, non nomine ſuo deſignatos, ignaris lectoribus obtrudit, ut neſciamus, an prioris aevi ſint, ex quorum ſcriptis id hauſerit, an vero amicos neſcio quos intelligat. Sine dubio legerat priores Barthii in Claudianum curas; ex illo ad lib. II. in Rufin. 8. Heinſius notaverat ex MS. eum proferre, *ſervuſque favoris.* Sed in altera editione, illa, ut alia multa, non conſpiciuntur, ita ut vel ſententiam mutaſſe, vel ad Lucanum ipſum, quem ſaepe editurum promiſerat, illuſtrandum ſervaſſe videatur. vid. ejus Adv. V. 4.

181. *Avidumque in tempora foenus*] in ſcriptis nulla variatio, niſi quod, *in tempora* quidam, alii *in tempore* habeant. *avidum* vero dici foenus, eo modo, quo *pallida mors* & ſimilia, forte ferri poſſet, ſed an *avidum in tempora* ſit, quo diutius manet, eo magis exedens homines, vehementer dubito. nam hoc *uſura vorax* notat, a qua *foenus* diſtinguitur. quae eſt ipſa ſors foenori data, ut docuit Salmas. de Uſuris pag. 24. & ſeq. & 121. & alibi ſaepe. Ex Scholiaſte poſſet colligi, eum legiſſe, *auctumque in tempora foenus*, quia explicat, *quia de die in diem augetur uſura*, & ſi illa in ſortem imputetur, tunc creſcit foenus in tempora, id eſt in longum tempus. Sic Liv. VII. 38. *in urbe inſidentem labem creſcentis in dies foenoris pati.* Haeſit ad hunc locum etiam Heinſius, cujus manu tritum codicem habeo, & adſcripſerat, vel, *avidumque irrepere*, vel, *irrumpere*:

ſed

Jam gelidas Caeſar curſu ſuperaverat Alpes;
Ingenteſque animo motus, bellumque futurum
Ceperat. ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas,
Ingens viſa duci patriae trepidantis imago,
Clara per obſcuram vultu maeſtiſſima noctem,
Turrigero canos effundens vertice crines,
Caeſarie lacera, nudiſque adſtare lacertis,
Et gemitu permixta loqui: *Quo tenditis ultra?*
Quo fertis mea ſigna viri? ſi jure venitis,
Si cives: huc uſque licet. Tunc perculit horror
Membra ducis, riguere comae, greſſumque coërcens
Lan-

ſed tamen ſibi non ſatisfeciſſe apparet, quod iterum induxerat: Quum nec mihi hic ſenſus ſatis conſtat, relinquam Lucano ſuas ſibi proprias & duras locutiones.

182. *Et multis utile bellum*] nihil hic eſt, quod morari poſſit lectorem. Heinſio tamen non placuit, qui conjiciebat, *& inultis utile bellum.* & ſane, quia in MSS. *in* & *m* centies ita ſcribuntur, ut utroque modo legi poſſet, ita in his vocibus ſaepe ea permutatio accidit, ut apud Ovid. IV. Met. 425. Liv. III. XXXVIII. 3. Salluſt. Jug. XXXI. & alibi. Sed ſenſum ex hac correctione aptum exire non video. quare ego per *multos* intelligo, quos, obaeratos inopiae & luxuriae vis urguebat, *quibus plane civili bello opus eſſe* ipſe Caeſar dicebat apud Sueton. cap. XXVII. Cogitaveram olim, *& nudis utile bellum.* id eſt, qui patrimonio ſuo evoluti eſſent, vel dignitate ſpoliati, ut ita *nudi equites* Ciceroni I. ad Att. 16. *nudati* Sueton. Caeſ. XLI. & *nudus* & *multus* varie dant ſcripti apud Stat. X. Theb. 161. ſed, quum ſenſus ſatis conſtet vulgatae lectioni, acquieſco.

186. *Ingens viſa duci patriae trepidantis imago*] nihil hic temere novandum puto: novi enim ſpecies & imagines in viſis & ſomniis obverſantes forma majori fingi apparere; novi etiam *ingentes* paſſim dici, qui adſpectu terribiles, irati, & incitati, ruentes & ſimiles apparent. vid. quae dixi ad Val. Fl. II. 104. praeterea Joh. Sarisber. lib II. de Nugis Curialium 15. *ingens* habet. Sed quum hic trepidet, & moeſta & gemens ſe Caeſari Roma offerat. & praeceſſerit etiam *ingentes motus*, non valde alienum me fateor a conjectura Heinſii, qui vitium hic, ut millies, oblatum verbo putat ex prima litera omiſſa, quae erat L. & deinde ex U mutato in I. legebat, *lugens viſa imago.* Ita Cicero pro Muraena in fine, *ut eam imaginem parentis ſui, quam paucis ante diebus laureatam conſpexit, eamdem deformatam, lugentemque videat.* quem locum Servius adducit ad Virg. III. Aen. 64. ut *maeſtas aras* Virgilii explicet. Nec tamen quia ſequitur, *vultu moeſtiſſima*, minus recipienda correctio videtur, quia *lugens* ad habitum, *moeſtiſſima* ad vultum referri poteſt. ut VI. 821. Non eadem felicitate, ut mihi videtur, Heinſius apud Claudian. IV. Conſ. Hon. 53. tentabat,

Cum Geticis lugens premeretur Myſia plaustris

pro vulgato *ingens*, quod ibi locum ſuum facile tueri poteſt, quia ibi non partem aliquam Myſiae, ſed totam, qua patet, premi dicit. & ita apud Val. Fl. IV. 210 *Ingens Aſiae plaga* occurrit. ſed dubitavi aliquando, an non idem vitii inſideret codicibus Virgilii lib. VI. 222. ubi legitur,

Pars ingenti ſubiere feretro.

nam illud epitheton *ingens*, neſcio quo modo,

Languor in extrema tenuit veſtigia ripa.
Mox ait: *O magnae qui moenia proſpicis urbis*
Tarpeja de rupe tonans, Phrygiique penates
Gentis Iuleae, & rapti ſecreta Quirini,
Et reſidens celſa Latialis Juppiter Alba,
Veſtalesque foci, ſummique o numinis inſtar,
Roma, fave coeptis: non te furialibus armis
Perſequor: en adſum victor terraque, marique
Caeſar, ubique tuus, (liceat modo) nunc quoque miles.
Ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hoſtem.
Inde moras ſolvit belli, tumidumque per amnem
Signa

do, vix arridet. praeſertim quum in optimo codice repererim *ingentes*, unde faciebam, *pars lugentes ſubiere feretro*, quia & ſequitur, *triſte miniſterium:* ſed haec tamen doctioribus dijudicanda permittimus.

189. *Caeſarie lacera*] nec hoc ſatis expeditum videtur: nam, quum proximo verſu jam *crines effuſos* dixiſſet, inconcinne hic iterum *caeſariem* adjicere videbatur. Quare aliam vocem de genis, pectore, veſte vel ſinu laceratis latere credebam, ut in luctu ſolitum notiſſimum eſt. perſequens vero ductum in hac voce literarum, ultimas *ſarie*, non multum a *facie* diverſis formis ſcribi potuiſſe divinabam, & hinc formabam,

Ac facie lacera, nudiſque adſtare lacertis.

Sed quum audax nimium haec emendatio videri jure poſſet, facile cum meliori, ſi cui in mentem venerit, commutarem. Non vero moverer, quia haec imago muliebri habitu adparuit, adeoque illi *caeſaries*, quae virorum eſt, ut Serv. notat ad I. Aen. 590. non apte videri poſſet dari. Nam & de muliebri coma dici oſtendimus ad Virgil. IV. Georg. 337. *nudis adſtare* erat in Rottendorf. ſec.

190. *Quo tenditis ultra*] *Quo tenditis, inquit* Oiſelianus. quod in ſuo etiam Hortenſius reperiſſe videtur, qui ita edidit. mox, *ſi jure vetitis* Hamb. quart.

193. *Membra ducis*] *duci* reſcribi poſſe dixi ad Ovid. VI. Met. 659. non conjectura ductus, ſed auctoritate Hamb. pr. qui ita exhibet.

194. *Tenuit*] *poſuit* Thuan. quart. & a m. ſec. Hamb. tert. Male. *Tenuit*, pro continuit, preſſit, nec ultra progreſſus eſt. vid. inf. vſ. 235. & II. 248.

195. *Urbis*] *Orbis* Richel. vitioſe. *magnas urbes* dici metropoles, & capita gentium, vidimus ad Ovid. VI. Met. 147. ubi etiam *magnum orbem* vulgo legitur. VII. 553. XI. 137. & ad Virg. XI. 226. & ita πόλις μεγάλη Straboni lib. XII. pag. 625. Sardes dicuntur. & Antiochia Philoſtr. vita Apollon. pag. 16. ubi v. Olear.

198. *Latialis Jupiter Alba*] *aula* tres codices. in loco Ciceronis pro Milone cap. XXXI. Heinſ. ex Scholiaſte profert *Latialis ſumme Jupiter*, pro *ſancte*.

201. *Perſequor*] *perſequar* Hamb. pr. *victor terraeque* S. German.

202. *Caeſar ubique tuus* (*liceat modo*) *nunc quoque miles*] non eleganter *ubique* & *nunc quoque* conjungi puto, ſed parentheſin producendam eſſe hoc modo,

Caeſar ubique tuus (*liceat modo nunc quoque*) *miles*

Ubique, id eſt, in Gallia, Germania, Britannia & alibi patriae ſe, non ſibi militaſſe, & nunc quoque, ſi liceat, ſe paratum eſſe militare non ſibi, ſed patriae, ſolito arma moventium praetextu, ait.

204. *Tumidumque per amnem Signa tulit pro-*

Signa tulit propere. ſic quum ſqualentibus arvis
Aeſtiferae Libyes viſo leo comminus hoſte
Subſedit dubius, totam dum colligit iram;
Mox ubi ſe ſaevae ſtimulavit verbere caudae,
Erexitque jubam, & vaſto grave murmur hiatu
Infremuit: tum torta levis ſi lancea Mauri
Haereat, aut latum ſubeant venabula pectus,
Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit.
Fonte cadit modico, parvisque impellitur undis
Puniceus Rubicon, quum fervida canduit aeſtas:
Perque imas ſerpit valles, & Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

Nunc

propere.] Licet *parvum* dixerit vſ. 185, & poſtea 213. *modico fonte cadere, & parvis impelli undis*, nihil forte hic mutandum, quia ut mox vſ. 217. addit, auxerat vires hiems, & ita recte *tumidus* poterat dici. praeterea potuit Poëta jure ſuo (de quo vidimus ad Val. Flacc. v. 180.) fluvium, licet parvum, tumidum facere, quaſi pro Roma ſe Caeſari opponere vellet. SCtis vero illis, quibus Rubiconem tranſire vetabantur, niſi hoſtes haberi vellent, nolim viros doctos auctoritatem dare; ſunt enim ſpuria & inelegantia. Quia vero hic Lucanus comparat Caeſarem leoni, qui primum viſo hoſte dubius ſubſidet, ſed mox, ubi ſe caudae verbere ſtimulavit, vaſto hiatu infremit, &c. hinc quoque languidus, & in ripa veſtigia tenens Caeſar primo conſtitit, & ſe erigens & excitans ſolvit moras belli, & deinde alacriter amnem ingreditur. quare forte praeſtaret legere,

Tumidusque per amnem
Signa tulit propere.

& haec optime prioribus reſpondent: quum enim ſe non ſibi, ſed patriae militare teſtatus eſſet, &, ſi adverſarii ullam pactionem admittere voluiſſent, regreſſurum etiam fuiſſe, nunc, quum nihil aequi ſe obtinere videret, *tumidus* & iratus, ut leo, cui comparatur a Poëta, tranſit fluvium, omnia vi acturus, qui jure agere prohiberetur. *tumidum* vero de irato dici notum eſt, ut ad Val. Flacc. vi. 2. Bulaeus & alii viri docti paſſim docuerunt. *timidum* habebat Turrian. an vero legendum ſit, *ſigna tulit* vel *movet*, parum quidem referre poſſit videri, cum utriusque locutionis exempla innumera adferre vel tyroni ſit facile: *movet* tamen melius diceretur ex caſtris vel urbe agmen ducens. Sed hic jam ad Rubiconem pervenerat Caeſar. Itaque per amnem tulit ſigna, jam ante mota per cohortes, quas praemiſerat, & quas modico comitatu conſequutus erat. Denique omnes ad unum codices *tulit*: quare male Cortius *movet*, ut vulgatam lectionem, adfert, quae Grotio debetur. nec majoris deliberationis eſſe videtur, an *ſubſedit*, an *ſubſidit*, ut variant etiam noſtri codices, legatur, quum illa verba ex *ſedeo* & *ſido* ſemper fere inter ſe commutaverint librarii, ut docuere Critici ad Ovid. Ibin. vſ. 318. & Quinctil. de Inſtit. Orat. II. I. & Petron. cap. XCVI. & alibi. *dum colligat* etiam in codice optimae notae deprehendi, ut eſſet, *dum* pro *donec*; ſed & poteſt capi pro *interim*, *dum colligit*. vide me ad Phaedr. III. 10. qui & ad Val. Fl. VII. 335. docui, quid ſit *colligere iras*.

209. *Jubam & vaſto*] ita quatuordecim ſcripti,

Nunc vires praebebat hiems, atque auxerat undas
Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu,
Et madidis Euri reſolutae flatibus Alpes.
Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem,
Excepturus aquas, molli dum cetera rumpit
Turba vado fracti faciles jam fluminis undas.
Caeſar, ut adverſam ſuperato gurgite ripam
Attigit, Heſperiae vetitis & conſtitit arvis,
Hic, ait, *hic*, *pacem*, *temerataque jura relinquo*;
Te, *Fortuna*, *ſequor*: *procul hinc jam foedera ſunto.*
Credidimus fatis, *utendum eſt judice bello.*
Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor

In-

ſcripti, ſed Hamb. pr. & Richel. *jubas & vaſto grave*. vitioſe. *& latum* Turrian.

214. *Puniceus*] Huic lectioni firmandae adſcripſerat Heinſius locum Sidonii lib. I. Ep. 5. *Unde progreſſis ad Rubiconem ventum*, *qui originem nominis de glarearum puniceo colore mutuatus*, *quique olim Ciſalpinis Gallis Italisque veteribus terminus erat*. &c. *Rubico* autem erat tantum in Thuan. tert. & a m. ſ. in pr. vid. ad Ovid. II. Amor. XIV. 33. & Quinctil. I. 4. & alibi.

216. *Diſterminat*] *Determinat* Thuan. quart.

217. *Tunc vires praebebat hiems.*] Leve eſt, ſed tamen praeſtat ex Hamb. pr. legere; *nunc*: de quo vide quae notavi ad Valer. Fl. IV. 606. & Ovid. XVIII. Ep. 95. & infr. l. IV. 816. VIII. 41. Hic autem verſus aut vitio deſcriptoris, aut operarum culpa, omiſſis quibusdam mediis verbis, in notis meis ad Val. Fl. I. 357. adſcribitur Gunthero, quum legendum dediſſem operis in hunc modum. Guntherus neſcio an hinc ſumſerit,

Lenis Arar placidas Rhodano quas commodat undas.

Sed praeivit Lucanus lib. I. 217.

Tunc vires praebebat hiems, atque auxerat undas.

quae omnia turbata ſunt.

218. *Gravido*] *Gravidas* Rottend. pr. vid. ad Valer. Fl. II. 56.

220. *Opponitur*] *Apponitur* Barber. *amne* Turrian.

221. *Mollitum*] Cortius dedit, *molli dum cetera rumpat*. Certe *dum* ex Mediolanenſi profert Oudend. ſed *rumpit* non mutandum, quia *dum* hic *interim dum* notare debet, non *donec*. *rupit* Thuan. quart. *Faciles*, ut apud Virg. I. Aen. 445. *facilis victu gens*, ubi vide quae notavimus. *Molle* vero *vadum* puto curſum fluminis tranquilliorem notare, quo facilior eſſet trajectus. Ita *molle aequor* lib. VIII. 98. *vadum* dici de fluminibus aeque atque de aqua marina &c. notum eſt.

225. *Hic ait*, *hic*] *Sic ait*: *Hic* Barberin.

227. *Credidimus fatis.*] Non ſatis haec capio, nec ubi Caeſar fatis crediderit, facile reperio: ſi diceret, credimus & permittimus nos fatis, & quia juris & aequi nihil mihi adverſarii reliquerunt, alea jacta eſto, & eventus litem dirimat, facilis eſſet ſententia. ita *tradere ſe fatis* dixit lib. VIII. 32. ubi *credere* Heinſius. Adjuncta etiam verba praeſentis temporis, *relinquo*, *ſequor*, *utendum eſt*, videntur & hic idem tempus requirere, licet ſciam ſaepe diverſa tempora in una periodo conjungi ſolere: Heinſius codici ſuo

D ad-

Impiger, it torto Balearis verbere fundae
Ocior, & miſſa Parthi poſt terga ſagitta:
Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes
Solis lucifero fugiebant aſtra relicto.
Jamque dies primos belli viſura tumultus
Exoritur: ſeu ſponte Deûm, ſeu turbidus Auſter
Im-

adſcripſerat, *Credimus en fatis*, ut ſubintelligatur *nos*, eodem modo, quo apud Ciceronem lib v. Tuſc. cap. 20. legitur *credebat eorum nemini.* ubi Bentlejus volebat, *credebat ſe eorum nemini*, quod Daviſius, more ſuo, in alteram editionem immiſit: & ita noſter lib. IX 1009.

Dubiis veritus ſe credere regnis.

Poſſet autem haec conjectura Viri Docti admitti, quia ſaepe *credere* ſimpliciter poſitum occurrit pro confidere, fidem habere: ut apud noſtrum ſupra vſ. 134.

Multumque priori
Credere fortunae.

v. vſ. 540.

Multa quidem probibent nocturno credere ponto.

VII. 705.

Longo fatorum crede favori.

Valer. Flacc. I. 332.

Nec de te credam noſtris ingrata ſerenis.

ubi vide adnotata. malim tamen, ſi per Codices liceret, *cedimus en fatis* ut ita paſſim *tempori*, *fortunae* &c. *cedere*, de quibus vide Graev. ad Cicer. I. Catil. 9. & nos ad Quinctil. Decl. VI. 16. inf. VIII. 573. *ſed cedit fatis.* Quum ergo fruſtra omnia tentaſſet Caeſar pacis obtinendae cauſſa, ſe jam, licet invitum & ab adverſariis coactum, fatis & neceſſitati parere profitetur. *Judice ferro* ex MSS. praefert Cortius. Noſtri nihil variant, niſi quod *vindice* duo habeant.

228. *Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor.*] Nihil quidem in hoc verſu eſt, quod morari lectorem poſſet, quum obvia ſit locutio *rapere agmen*, ut apud Curtium lib. III. 7. legendum videtur, *celeritate, quanta rapere tam grave agmen poterat.* ubi vulgo editur, vel *quantam capere*, vel *quanta poterat.* Noſter lib. IV. 717. *rapit agmina furtim.* Et ſimili modo *rapere iter*, *curſum*, *greſſum* & ſimilia illuſtravit interpres Lucani ad lib. III. 299. Sed quia in Thuan. tert. & Oiſel. hic loci vidi *tenebras*, forte ſcripſerit Lucanus,

Sic fatus, noctis tenebras rapit agmine ducto
Impiger.

& ita *ὁμοιοτέλευτα noctis tenebris*, & *ductor impiger* evitentur. *tenebras* vero *rapere*, eſt eis uti, & earum opportunitate, ut ita *diem*, *horas*, *tempus rapere* centies occurrit, de quibus vide, poſt alios multos, quae dixi ad Val. Flacc. II. 252. Et hoc poſſet firmari ex lib. X. 506.

Caeca nocte carinas
Inſiluit Caeſar, ſemper feliciter uſus
Praecipiti curſu bellorum, & tempore rapto.

Sic *rapere nefas* inf. lib. X. 428. id eſt celeriter, ſtatim peragere. Mox eadem manus Heinſii volebat, *impiger, intorto Balearis verbere fundae Ocior*, qua correctione facile carere poſſumus, cum *it torto* in quinque codicibus viderim, & id recte interpres receperit, & ita Edd. quaedam. *Et tortae* erat in uno, ſed perperam.

231. *Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes*
Solis lucifero fugiebant aſtra relicto.]

Ut, ſi codicum fide niteretur, ut nequaquam, eſſet quamprimum, ſtatim atque aurora effulſit. Gujetus, *Ariminon, ut jam Solem lucifero.* Eleganter vero *relicto lucifero* dicit, quia ille *diffugientibus ſtellis, earum agmina cogit, & coeli ſtatione noviſſimus exit*, ut Ovidius ait lib. II. Met. 114. unde etiam patet, male in Rottend. ſec. hic legi, *fulgebant aſtra.* Sed *et* eſt in omnibus, & eleganter, ut docui ad Val. Fl. VI. 320.

Vir-

Impulerat, maeſtam tenuerunt nubila lucem.
Conſtitit ut capto juſſus deponere miles
Signa foro, ſtridor lituum clangorque tubarum
Non pia concinuit cum rauco claſſica cornu.
Rupta quies populi, ſtratisque excita juventus
Deripuit ſacris adfixa penatibus arma,

Quae

Virgil. II. Georg. 80.

Nec longum tempus, & ingens
Exiit arbor. III. Aen. 9.
Vix inceperat aetas,
Et pater Aeneas ventis dare vela jubebat.

ubi Servius hac conjunctione velocitatem notari docet, ubi nos plura dicemus, & hic Oudendorpius recte explicuit. De velocitate comparata ſagittae, glandi Balearicae & *aliis vid.* comm. ad Gratii Cyneg. 204. De Caeſaris celeritate Cicer. ad Attic. VIII. 9. *hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.*

234. *Seu turbidus*] *Turgidus* S. Germ. a m. ſec. ſed & infra 498. *Turbidus Auſter* occurrit, & recte, ut & alias hoc verbo utitur noſter.

235. *Tenuerunt*] Hoc ſibi ſuſpectum verbum adpoſito obelo notaverat Heinſius, aliam tamen lectionem non ſupponit. ſed *Tenere hic* eſt, detinere, morari. Nubila effecerunt, ut tardius exoriretur lux, quia ſol obnubilatus erat: Sic *vaſa tenentia longe* explicuimus apud Gratium in Cyneg. 219. ſic *tenet intra limina greſſus* Val. Flac. VII. 110. inf. III. 390. *tenuit flagrantis in omnia belli Praecipitem curſum.* lib. II. 284. paullum alio ſenſu,

Inconcuſſa tenens dubio veſtigia mundo,

ubi eſt obtinens, eadem via pergens. v. 136. *& Phoebi tenuere vias.* ubi vid.

236. *Capto juſſus*] *Cepto viſus*, Hamb. pr. *captum forum*, eſt, ut *locus captus*, explicandum: de quo ad Ovid. I. Art. 234. ubi etiam *cepto loco* in MSS.

238. *Non pia*] Hic verſus deerat S. Germ. & ſuſpectus fuit Gujeto, qui ſubintelligit *fuit*, *auditus fuit* ſtridor & clangor. *non pia claſſica* diſplicebant etiam Heinſio, & refingebat *obvia*, vel *concita*. Sed *non pia* dixit, quia contra patriam, cui pietas debetur, bellum movebat. Sic *impias pugnas* vocat bella civilia Florus lib. II. 19. vide Freinsh. Indic. Liv. VII. 40. *Vos Ro. exercitus non deſtiteritis impio bello. Tum rauco* Rottend. tert.

239. *Populi*] Ita omnes noſtri. *populis* eſt in Ed. Gryph. quod recepit Cortius. Sed de ſolis Ariminenſibus hic agitur, & illud *s* adhaeſit, ex prima ſequentis vocis *ſtratis* litera, ut millies. forte nobis in notis oſtendiſſet *populos* de unius urbis incolis diei. ſed Servius ad Virgil. I. Aen. 225. nos docet, *Quum* populos *numero plurali dicimus, urbes* (ſcilicet plures) *ſignificamus: cum vero* populum, *unius multitudinem civitatis intelligimus.* ut ſupra vſ. 21. *populum late regem, belloque ſuperbum: de Romano enim intellexit.* vid. ſupr. 137.

240. *Deripiunt*] Ita & duo ex noſtris. Hamb. vero pr. *diſrupit*. Cortius, qui alibi pluralem numerum obtrudit ſimilibus locis, hic *deripuit* praefert. Parum referre puto, & parendum codicibus, qui omnes fere *diripuit*, pro quo *deripuit* legendum. Videtur vero imitatus Horatium, qui & *adfixa* & *derepta* in unum conjunxit lib. III. Od. 5.

Signa ego Punicis
Adfixa delubris, & arma
Militibus, ſine caede, dixit
Derepta.

mox, *quos pax* Langerm. quae lectio non plane inepta, ſi diſtinctio major tollatur poſt *dabat*, & conjungatur cum *clypeos fluentes*, ut ſit, invadunt clypeos, quos pax longa dabat jam fluentes nuda crate. nam longa pax non dat arma vel clypeos templis, ſed bella & iis ſuccedens nova pax, quando

 eme-

Quae pax longa dabat: nuda jam crate fluentes
Invadunt clypeos, curvataque cuſpide pila,
Et ſcabros nigrae morſu rubiginis enſes.
Ut notae fulſere aquilae, Romanaque ſigna,
Et celſus medio conſpectus in agmine Caeſar,
Diriguere metu, gelidos pavor adligat artus,
Et tacito mutos volvunt in pectore queſtus.
O male vicinis haec moenia condita Gallis!
O triſti damnata loco! pax alta per omnes,
Et tranquilla quies populos: nos praeda furentum,
Primaque caſtra ſumus. melius fortuna dediſſes

Orbe

emeriti ſuſpendunt Diis arma, quae longa pace, quaſi tabe aliqua, abſumuntur, & corium obductum ligno, ſive crate, putreſcit: ea enim vis verbi *fluere*. ut lib. II. 166. *Quum jam tabe fluunt.* & III. 507.

Et crudae putri fluxerunt pulvere cautes.

IX. 773. *fluunt viſcera*, ſcilicet tabe, ut praeceſſit. Veteres ergo clypeos intelligit, vacantes per pacem, & putrefactos, non quos pax dabat longa, ſed quos finito olim bello, pacis initio ſuſpenderant. & ita mox, *longa pace ſolutum ducem* dicit vſ. 311.

245. *Et celſus*] Et hunc verſum ignorabat Hamb. tertius a m. pr.

247. *Et tacito mutos*] Ita exhibent omnes fere noſtri codices, niſi quod in Rottend. ſec. ſit, *tacito multos.* Ut vero unicuique licet eſſe multo in epithetis variandis, ubi duo ſunt ſubſtantiva, ita & *tacitos muto*, & *tacitos muti*, videbis in notis. & etiam Cortius conjicit, *Ac taciti mutos.* Sed quum turba MSS. praevalere debeat, ubi nihil abſurdi inde exit, ego *tacito mutos* praefero, quia *tacitum pectus*, ut *tacitam mentem* Ovidium & alios dixiſſe ſcio; *mutum* vero *pectus* nondum reperi? ſed *mutos queſtus*, *gemitus* & ſimilia paſſim. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 732. Sic *latentem gemitum* mox vſ. 257. & lib. V. 104.

Haud illi tacito mala mota ſuſurro.

Concipiunt,

ubi etiam in MS. *muto.* vid. VI 821. *In pectore*, an *ſub pectore* legas parum referre puto, licet hic plurimi *in* habeant, & notante Heinſio pauci alii, *ſub*

249. *O triſti*] *Et triſti* Hamb. pr. & Oiſel.

252. *Sedem*] *Sedes* Hamb. ſec. Mox, *domus* erat in tribus.

254. *Cimbrumque ruentem Vidimus, & Martem Libyes, curſumque furoris Teutonici.*] *Curſus* ille *furoris* non admodum placet: nam diuturnitatem quamdam, & per latas regiones ſparſum bellum notat. quare hoc Hannibali inhaerenti per tot annos Italiae recte conveniret. Cimbros vero, quos ad Veronam cecidit Marius, ad Ariminum progreſſos vix credibile videtur. Teutones vero in ipſis Alpium radicibus diſſipati fuerunt. in Thuan. pr. & Hamb. pr. legitur, *Libyae*, ut ita paſſim apud noſtrum variatur. Sic inf. vſ. 368. *per calidas Libyae ſitientis arenas*, ubi ſcabrum admodum & metro repugnantem, ut & alibi id admiſit, nobis obtrudit ſonitum Cortius, legens, *per ſqualidas Libyes ſitientis arenas.* Cujus enim non aures raderent ſibilantes illae literae? Certe non placuerunt merito nupero editori, qui ibi videndus. Scripſiſſe ergo crediderim Lucanum,

Martem Libyae, incurſumque furoris.
Teutonici.

quod

Orbe ſub Eoo ſedem, gelidaque ſub Arcto,
Errranteſque domos, Latii quam clauſtra tueri.
Nos primi Senonum motus, Cimbrumque ruentem
Vidimus, & Martem Libyes, curſumque furoris
Teutonici; quoties Romam fortuna laceſſit,
Hac iter eſt bellis! gemitu ſic quisque latenti,
Non auſus timuiſſe palam: vox nulla dolori
Credita: ſed quantum, volucres quum bruma coërcet,
Rura ſilent, mediusque jacet ſine murmure pontus,
Tanta quies. Noctis gelidas lux ſolverat umbras:
Ecce faces belli, dubiaeque in proelia menti

Ur-

quod mutavit librarius, quem *Libyes incurſumque*, offenderat, & ut metro conſuleret, *curſum* dedit, eodem modo, ut ſupra vſ. 103. *Frangat* pro *infringat*. Jam vero putidum eſſet, *incurſum* & *incurrere* de ſimilibus bellis dici, multis probare. *Incurſiones Gallorum* dixit Florus I. 13. Val. Flacc. III. 110.

Sic agmine caeco
Incurrit ſtrictis manus enſibus.

& ita de impetu ferarum, ut de apro Ovid. VIII. Met. 340.

Sternitur incurſu nemus.

ubi vide notas. Sic *incurſum belli* noſter dixit lib. IV. 409. & VI. 268. *incurſum gemini Martis*. vid. VIII. 422. & X. 444. & alibi paſſim. Viderunt ergo Ariminenſes primum illum in vicinas ſibi regiones barbarorum impetum, qui ſemper per Alpes irrumpere in Italiam conſueverunt: nec forte viderunt, ſed audiverunt in vicinia: nam *videre* dicitur per exaggerationem, & ſaepe de omnibus, quae quocumque ſenſu percipiuntur. vid. ad Ovid. II. Amor. V. 19. Cortius hic violenter utitur Critico ferro, nos molliori manu vulnera tractanda cenſemus.

258. *Timuiſſe palam*] Id eſt, timoris indicia prodere: in Hamb. pr. erat *tenuiſſe*. ut ſolent variari haec verba. vid. VIII. 463. an pro *tremuiſſe*. Si MSS. auctores haberem, vellem *mutiſſe palam*, ut olim libri in ora notaveram: & ita in illo noto Phaedri IV. 25.

Palam mutire plebejo piaculum eſt.

nunc video ita conjeciſſe Gujetum; ſed maneat vulgata, quae notat, palam dare ſigna timoris.

259. *Cum bruma*] *Dum* Hamb. quart.

260. *Mediusque jacet*] An *jacet*, vel *tacet* legatur, parum intereſt, quum pro utraque lectione ſtent codices, & exempla aliorum. Quia tamen *ſilent* praeceſſit, *jacet* praetulit etiam Heinſius. Sed obelum appoſuit voci *medius*, rationem forte quaerens, cur potius medium, quam primum pontum, qui magis adſpectui hominum patet, *jacere* dixerit. Sed quum centies apud noſtrum & alios *medium mare*, *aequor* &c. occurrat, fingere potuit in hac comparatione nautas in medio aequore tempeſtate deprehenſos, cui ſucceſſit tranquillitas. quare nihil mutandum puto, nec quaerendum aliud. Gujetus legebat, *Tanta quies populis*. *Gelidas*, & hoc ex MSS. notavit Oudendorpius. Gujeto mox *dubiaeque* non placet, & legit, *devotae in praelia menti*, quod an Latine dicatur dubito, quum plerumque dativo jungi videam. vid. Virg. I. Aen. 712. & ibi Servium. & lib. III. 311. apud noſtrum dubia eſt conſtructio, nolo tamen hoc nimis urguere, quia forte, licet ego ignorem, exemplum producere aliquis poſſet. Sed *devotae* non opus erat addere:

Urguentes addunt ſtimulos, cunctasque pudoris
Rumpunt fata moras: juſtos Fortuna laborat
Eſſe ducis motus, & cauſſas invenit armis.
Expulit ancipiti diſcordes urbe Tribunos,
Victo jure, minax jactatis curia Gracchis.
Hos jam mota ducis, vicinaque ſigna petentes
Audax venali comitatur Curio lingua:
Vox quondam populi, libertatemque tueri
Auſus, & armatos plebi miſcere potentes.
Utque ducem varias volventem pectore curas,
Conſpexit: *Dum voce tuae potuere juvari*
Caeſar, ait, *partes*, *quamvis nolente Senatu*,
Traximus imperium, *tunc quum mihi Roſtra tenere*
Jus erat, *& dubios in te transferre Quirites.*

Sed

ſtimulos. *dubium trepidumque ad praelia* dixit noſter lib. v. 728.

267. *Jactatis*] Heinſius etiam *mactatis* praeferebat. Sed ego puto cum aliis, Curiam, id eſt, Optimates, & Pompejanos Senatores, minatos fuiſſe Tribunis, ſe ſublato jure interceſſionis, (id enim eſt *victo jure*) jactaſſe & oſtendiſſe fata Gracchorum, id eſt, ſe vim illis illaturos & auſuros eodem modo illos tractare, ſi intercedere perſeverarent. Unus Rottend. habebat pro varia lectione, vel *expulſis*, quod nihili eſt; Gracchi enim in ipſa urbe trucidati. *Jactare* autem hic eſt eorum fata & exempla proponere, ut lib. VIII. 48. de Achoreo, in conſilio Ptolemaei,

Meritumque, fidemque
Sacraque defuncti jactavit pignora patris.

ubi in laudem ponitur. *Jactare* ergo eſt, ſaepe & cum minis Gracchos illis in exemplum proponere. Et recte cepit, repudiatis aliorum conatibus, Oudendorpius. Nec facta ſolum, ſed & homines *jactare* dicimur, ſive laudemus, ſive, ut deterreamus, commemoremus aliquos. Sic priore ſenſu apud Ovid. I. Art. 741.

Hei mihi non tutum eſt, quod ames, jactare ſodali.

ut in Puteaneo codice pro *laudare* legitur.

268. *Hos jam mota*] *Hanc* Rottend. *nota ducis* Hamburg. unus. Sed Heinſ. malebat, *mota duci*, ſed nihil move. Hos tribunos expulſos Roma, & petentes exercitum Caeſaris, qui jam ſigna moverat, & urbi appropinquabat, comitatur Curio. Ita *vicina moenia* vſ. 468. Romae nimirum, dixit.

270 *Libertatemque tueri Auſus*] *Audax* praecedit modo, quod quum vitium & temeritatem indicet, qua ſpecie hic, quod laudis fuit, dicatur auſus fuiſſe libertatem tueri, vix capio. Manus Heinſii *niſus* emendabat, & certe in primis verſuum literis centies peccatum vidimus: quare ego malim *Viſus*. non animo recto & tenaci libertatem tuebatur, ſed viſus modo & conſpectus vindex libertatis, mox corruptus a Caeſare partes Optimatium deſeruit, quas ante defendere ſe ſimulaverat. Si quis *auſus* velit retinere, per me licet.

274. *Nolente*] *Volvente* Hamb. quart. *traximus* vero eſt, ut prorogaretur contendimus, & etiam diu effecimus, ne dimittere

exer-

Sed poſtquam leges bello ſiluere coactae,
Pellimur e patriis laribus, patimurque volentes
Exſilium: tua nos faciat victoria cives.
Dum trepidant nullo firmatae robore partes,
Tolle moras: ſemper nocuit differre paratis.
Par labor atque metus pretio majore petuntur.
Bellantem geminis tenuit te Gallia luſtris.
Pars quota terrarum. facili ſi proelia pauca
Geſſeris eventu, tibi Roma ſubegerit orbem.
Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi
Excipit, aut ſacras poſcunt Capitolia lauros:
Livor edax tibi cuncta negat: genteſque ſubactas
Vix impune feres: ſocerum depellere regno
Decretum eſt genero. partiri non potes orbem:

So-

exercitum cogereris. *roſtra tueri* Barber. *Fas erat* Oiſel. v. Gujetum hos verſus tranſponentem, & emendantem.

281. *Paratis*] *Paratas* Thuan. & Oiſel. *parata* Richel. quod tolerari poſſet, licet praeferam vulgatum. ſequenti verſu in Rottend. ſec. erat, *majore parantur*. repetito verbo ex proximo, licet poſſet defendi ex lib. I. 34. *magno aeterna parantur Regna.* ſed hic non admitto. *Petentur* Turrian. Ad Calpurn. Declamat. xxv. dixi ſimpliciter hic variare lectionem, non vero *vitioſe* (quod verbum mihi non bona fide attribuitur) alios exhibere *parantur*. Gujeto nothus verſus videtur.

287. *Aut ſacras poſcunt Capitolia laurus.*] Senſum quidem aliquem hinc commodum ſatis exire poſſe arbitror, licet obſcurius aliquantum dictum ſit. Negatur tibi, inquit Curio, triumphus per livorem Senatus, qui, quum vetet te triumphare, urbe & Capitolio prohibet, quod tamen poſcit, poſt tot victorias laurus reponendas in gremio Jovis. Ergo pompa te non excipit, nec Capitolium, ad quod tibi iter eſt praecluſum, poſcit laurus, quod alias in triumpho facere conſuerit, & quaſi vocare ad ſe triumphantes. Neque tantum Urbem & Capitolium tibi claudunt hoſtes tui, ſed pro triumpho ex tot gentibus ſubactis, te punire & hoſtibus dedere voluerunt, ut Sueton. cap. xxiv. narrat. hoc enim indicant illa, *vix impune feres*, quia ita cenſuerunt adverſarii tui, quaſi bella non juſta geſſiſſes, quibus ſubegiſti gentes: licet rebus bene provenientibus aliorum ſuffragiis tibi decretae ſupplicationes &c. Ut tamen planior ſit ſententia, credo pro *poſcunt* melius legi *noſcunt*: non pompa in triumphis ſolita excipit te curru invectum in urbem, nec capitolia *noſcunt*, aut vident. ut olim, laurus ſibi debitas. *noſcere* vero & *poſcere* confuderunt etiam librarii apud Val. Fl. v. 182. & facilis eſt aberratio. in Thuan. erat *ad ſacras*, forte pro *at*, ut Oudend. etiam conjecerat. Non pompa triumphi te excipit, id eſt, prohiberis triumpho a Senatu Pompejano; at Capitolium, & ipſe Jupiter poſcit triumphum & laurus gremio ſuo reponendas. *haud ſacras* marg. Gryph. *lauros* omnes fere ſcripti.

288. *Edax*] Ovidius non ſolum *inertem* dixit livorem, ſed & *edacem* lib. I. Amor. xv. I. & Remed. 389. & Martial. XI. 34.

289.

Solus habere potes. Sic poſtquam fatus, & ipſi
In bellum prono tantum tamen addidit irae,
Accenditque ducem, quantum clamore juvatur
Eleus ſonipes, quamvis jam carcere clauſo
Immineat foribus, pronusque repagula laxet.
Convocat armatos extemplo ad ſigna maniplos;
Utque ſatis trepidum, turba coëunte, tumultum
Compoſuit, vultu dextraque ſilentia juſſit:
Bellorum o ſocii, qui mille pericula Martis
Mecum (ait) *experti, decimo jam vincitis anno.*
Hoc cruor Arctois meruit diffuſus in arvis,
Vulneraque, & mortes, hiemesque ſub Alpibus actae?
Non ſecus ingenti bellorum Roma tumultu

Con-

289 *Depellere*] *Deponere* Langerm. *depellere regnum* Rottend. pr.

293. *Clamore juvatur*] Adducit haec Servius ad Virg. III. Georg. 102. ut oſtendat equos moveri gloria, & dolere, ſi victoria excidant. De viris dixit Val. Flacc. VI. 751.

Soliſque juvant clamoribus agmen.

ubi vide quae notavi.

298. *Compoſuit vultu*] lubens accedo illis, qui diſtinguunt poſt *compoſuit*: nam *vultu componere tumultum*, mihi duriter ad aures accidit, ſed *vultu*, id eſt nutu, & manu juſſit ſilentia. In vultu enim magna auctoritas; unde vultus ſaepe voci jungitur. vid. ad Val. Flacc VII. 32. in Rottendorf. ſec. erat, *ſilentia ſuaſit*, quod Oratoris & doctoris potius eſt, quam Imperatoris. Sed obverſatus forte librarii menti fuit Harpocrates, qui apud Ovid. IX. Met. 961. *digito ſilentia ſuadet.*

301. *In arvis*] *oris* Rott. pr. & Oiſel. unde forte ſupra verſ. 224. Cortius repetivit, *conſtitit oris*, ubi in omnibus MSS. eſt *arvis*, nec ipſe codices auctores laudat. Tales emendationes licet ubique venditare. Eadem prurigine novandi mox legit, *hiemes ſub pellibus actae*, quia MS. ſuo *que* deerat, quod tamen in omnibus noſtris & Oudendorpii exſtat. & ſane, *ſub pellibus* in hibernis agentes, non tantis incommodis adfectos fuiſſe eſt credibile, quum in media Gallia agerent, quam ſi ſub Alpibus frigore, nive & glacie torquerentur.

305. *Valido*] in multis eſt, *validae*, quod iterum adripuit Cortius, ut a vulgatis diſcederet. Sed ſi jam validae & plenae erant cohortes, quid opus *impleri*? at minus plenae novis Tironum validorum, id eſt, militaris & plenae aetatis, ſupplementis augentur. & ipſe Caeſar lib. I. de Bell. Civ. cap. 6. dicit, tota Italia delectus habitos.

306. *In claſſem*] *In claſſes* Turrian. male: licet ita Scholiaſtes legiſſe videatur.

308. *Ruerentque*] *ruerent* Hamb. pr. mox *agit* Thuan. pr. & Hamb. tert. a m. ſec.

314. *Scilicet extremi Pompejum, emtique clientes Continuo per tot ſatiabunt tempora regno.*] Perpetua fere inter Criticos lis eſt de confuſione vocum *extremus* & *externus*, & quaenam lectio ſit praeferenda, quum ex utraque ſaepe ſenſus ſatis commodus exire poſſit. Et ita, qui hoc loco *externi* praeferunt, intelligere potuerunt reges & duces, quos ex finitimis imperii Romani regionibus,

&

Concutitur, quam ſi Poenus tranſcenderet Alpes
Hannibal. implentur valido tirone cohortes:
In claſſem cadit omne nemus: terraque marique
Iuſſus Caeſar agi. quid? ſi mihi ſigna jacerent
Marte ſub adverſo, ruerentque in terga feroces
Gallorum populi? nunc, quum Fortuna ſecundis
Mecum rebus agat, Superique ad ſumma vocantes,
Tentamur. veniat longa dux pace ſolutus
Milite cum ſubito, parteſque in bella togatæ,
Marcelluſque loquax, & nomina vana, Catones.
Scilicet extremi Pompejum, emtique clientes
Continuo per tot ſatiabunt tempora regno?
Ille reget currus nondum patientibus annis?

Ille

& ex Oriente adjutores habuit Pompejus, ut Deiotarum & alios. Qui *extremi* retinent, capiunt pro poſitas in remotis orbis partibus ſedes habentibus, ut novimus ſaepe Gallos, Germanos, & alios ad Oceanum populos, etiam Aegyptios aliquando vocari: ut *Extremi hominum Morini* Virgilio dicti, & *Galli ab ultimis terrarum oris profecti* Floro lib. I. 13. vid. Bentl. ad Horat. I. XXXV. 29. Sed ſi ita explicemus, convicium hoc in ipſum Caeſarem recidere poſſit, qui in exercitu ſuo plurimos externos habuit. Quare rectius alii *extremos* viles & abjectos, qui opponuntur civibus honeſtioribus Romanis, interpretantur, ut apud Ovid. III. Faſt. 195.

Extremis dantur connubia gentibus, at quae
Romano vellet nubere, nulla fuit.

ubi certe non remotiſſimae, nec in ultima orbis parte poſitae, ſed finitimae gentes, at ſimul contemtiſſimae, intelliguntur, quas Romanis civibus conferre nefas. Et ibi quidam codices, *externis* prae ſe ferunt, ut fere ſemper variare ſolent. Et hac interpretatione poteramus eſſe contenti; ſed ut vidi manum Heinſii hoc loco emendantem, *ſcilicet heſterni* &c. magnam huic lectioni venerem ineſſe ſentiebam: nam & haec vox millies cum *extremus* & *externus* commutatur. vid. ad Ovid. V. Faſt. 507. I. Triſt. III. 44. Virg. VIII. 543. & paſſim. *Heſterni* vero *clientes*, ſunt non veteres Populi Romani ſocii & amici, ſed recentes & a Pompejo in Aſia emti; ubi illum innumeris dediſſe jus civitatis, & alia beneficia omnes ſcriptores teſtantur, & ideo ejus acta Senatum confirmare noluiſſe. Horum clientium, qui eum ut patronum colebant, ſuffragiis & ſubſidio tot per annos regnum continuaverat. Denique parum referre arbitror, quam lectionem quisque pro judicio ſuo amplectatur. Ut vero hic *emti clientes*, ita Petronio cap. CXIX. *emti Quirites* dicuntur. *Pompeji* etiam Thuan. *Satiabunt* etiam unice vera lectio. vid. Arntzen. ad Plin. Paneg. LVII.

316. *Ille reget currus nondum patientibus annis.*] Certum eſt, hic reſpici triumphum, qui adoleſcenti Pompejo, & adhuc equiti contra leges & inſtituta majorum decretus fuit. Sed an in adoleſcente annorum 24. requiritur tanta ars regendi currum triumphalem, quem in pompa & denſo comitantium agmine lento paſſu progredientem vel puer poſſet moderari? Si ageretur de Heroicis temporibus, quo ex curribus pugnarent, & quum

Ille ſemel raptos numquam dimittet honores?
Quid jam rura querar totum ſuppreſſa per orbem,
Ac juſſam ſervire famem? quis caſtra timenti
Neſcit mixta foro? gladii quum triſte minantes
Judicium inſolita trepidum cinxere corona,
Atque, auſo medias perrumpere milite leges,
Pompejana reum clauſerunt ſigna Milonem?
Nunc quoque ne laſſum teneat privata ſenectus,
Bella nefanda parat; ſuetus civilibus armis,

Et

opus eſſet ſumma dexteritate aurigandi, quali fuit Automedon & alii, aut ſi de Circenſi curru eſſet ſermo, recte hoc verbum *reget*, adhiberet Lucanus. Nam ut Ovid. I. Art.

Arte leves currus, arte regendus amor.

Sed quum hic notet Caeſar praecocem & immaturam Pompeji ambitionem, qui, nullo etiam geſto magiſtratu, auſus fuit triumphum petere, & hinc adſuetum imperio & honoribus colligat, eum numquam eo animo aut moderatione futurum, ut raptos ante tempus honores deponat, valde mihi blanditur Hamb. tert. ſcriptura, & quam Heinſius probaſſe videtur,

Ille roget currus, nondum patientibus annis?
Ille ſemel raptos numquam dimittat honores?

& fortaſſe tacito convicio hic Pompejum confert Phaëtonti, qui temeritate inſignis *currus paternos rogabat* apud Ovid. II. Met. 47. Sed objiciet forte quis, *ſatiabunt* praecedet, & *dimittet* ſequitur, quare non admittendum videtur τὸ *roget*; Sed variatio illa temporum & modorum multis exemplis poſſet illuſtrari. vid. ad Phaedr. IV. ult. ita praeſens & futurum apud Terent. Andr. III. IV. 15. *ibo ac renuntio*, ubi vid. Donat. & Vavaſ. de uſu verbor. p. 64. Munker. ad Hygin. fab. 148. & alios. Qui volet retinere vulgatam, ex hoc exemplo interpretari poſſet *regere currus*, pro adminiſtrare, gubernare rempublicam. Quod tamen durum videtur, nec exemplum novi, ubi ſimpliciter *currus regere*, pro reipublicae praeeſſe, ponatur.

318. *Quid jam*] *Quod* Thuan. ſec. unde faciebat Heinſius *quo*. vid. ſupra verſ. 88. Duriter autem dictum, *rura ſuppreſſa*, pro omni frumento totum per orbem ablato cultoribus, & vetito, ne alio quam Romam veheretur, ut ita ſublevaretur fames. Gujetus, *quid frumenta querar?* aut *rura ſupreſſa*, tamquam horrea clauſa explicat: certe captavit hic Lucanus argutias declamatorias, ut & in ſequentibus, *ac juſſam ſervire famem*, quod tunc poſſet explicari de ambitione Pompeji: quaſi inductam famem Caeſar invidioſe dicat arte Pompeji & ejus fautorum, ut annonae cum imperio poſſet providere: quo pertinet dictum Clodii a Grotio ex Plutarch. Pompej. pag. 645. laudatum, qui & ita cepiſſe videtur. Et eo tunc poſſet referri illud lib. III. 56. *Adſerit urbes Sola fames*: praecipue ſi *arces* cum Cortio legas. Male duo Thuanei, *ſervare*. poſſet forte legi, *ac juſſam ſaevire famem*, quae verba & confuſa videmus libr. V. 773. & apud Claud. II. in Ruf. 178. Stat. II. Silv. I. 19. & *ſaeva fames* paſſim occurrit etiam apud Noſtrum. lib. IV. 91. VI. 108.

320. *Neſcit*] *Non ſcit* Barber. *tam triſte* Hamb. quart. *micantes* tres, & duo pro varia lect. quod in textum recepit Cortius. *minaces* Oiſel. qualis varietas & in codicibus Ovidianis lib. XI. Met. 522. *trepidum judicium* & ad Milonem, & ad omnes, qui novam judicii formam viderent, quorum oculos terrebat, eſt referendum: undé Cicero ipſe in prooemio orationis pro Milone ab hoc timore & terrore exordium ſumſit.

322.

Et docilis Sullam ſcelerum viciſſe magiſtrum.
Utque ferae tigrès numquam poſuere furorem,
Quas nemore Hircano, màtrum dum luſtrà ſequuntur,
Altus caeſorum pavit cruor armentorum;
Sic & Sullanum ſolito tibi làmbere ferrum
Durat, Magne, ſitis: nullus ſemel ore receptus
Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.
Quem tamen inveniet tam longa potentia finem?
Quis ſcelerum modus eſt? ex hoc jam te, improbe, regno
Ille

322. *Perrumpere*] *Praerumpere* Thuan. quartus. *Prorumpere* Rottend. pr. ſed *irrumpere* quatuor alii, quod efficacius, quaſi obſtantes leges vi expugnaverit; quod vero quartum caſum, huic verbo dederit, ut & infr. vſ. 470. fecit ex more ſeculi ſui, quum priores praepoſitionem addere ſolerent. Non tamen facile *perrumpere* mutandum putem. vid. ad lib. v. 583.

323. *Clauſerunt ſigna*] *Caſtra* pr. Rottend. quod niſi praeceſſiſſet modo, *Quis caſtra timenti Neſcit mixta foro?* reciperem, quia dictum eſt multo invidioſius, quaſi in ipſa urbe poſitis caſtris obſediſſet forum, & ita miles irrupiſſet leges, quae gladios in urbe non tolerabant. Potuit ad caſtra praetoria, quae Tiberius in ipſa urbe inſtituit poſtea, reſpicere, quaſi jam Pompejus Tyranidis muniendae cauſſa caſtra in urbe poſuiſſet: eadem varietas mox vſ. 381. *cluſerunt*, quod Cortius exhibet, archaiſmi ſtudioſus, in nullis eſt codicibus.

326. *Scelerum*] *Sceleris* Rottend. pr. parum refert. *magiſtrum* vero vocat, & quia Pompejum juvenem docuerit tyrannidem, & quia Dictator, olim *Magiſter Populi* diceretur. Quo & pertinet dictum Caeſaris apud Sueton. LXXVII. *Sullam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit*; ut enim ludimagiſter, ignarus literarum, ludum deſerere debet, ita magiſter Populi, artem tyrannidis obtinendae neſciens, ſe abdicare coactus fuit.

327. *Furorem*] *Furores* Thuan. quartus, & mox, *cum luſtra* Turrian.

329. *Altus*] Gujet. *ater*. Sed & *altus* cruor occurrit lib. III. 572. & *altus ſanguis* II. 214.

330. *Sullanum ferrum*] haec reſpexiſſe videtur Petron. in ſpecimine belli civilis vſ. 97. *Ex quo Sullanus bibit enſis.*

331. *Nullus ſemel*] *ſimul* Hamb. quart. ſollemni varietate. Expreſſiſſe haec Claudianum lib. II. in Rufin. 8.

Pollutaeque negant areſcere fauces.

notaverat Heinſius. Ubi & librarii quidam, Lucani memores, dederunt, *manſueſcere*. hinc quoque noſter mox, *improbe* dixit, ut lupus ille *fauce improba* apud Phaed. I. fab. I.

334. *Quis ſcelerum modus eſt*] *Quisque modus ſcelerum, ex hoc te, improbe* Hamb. tert. unde Heins. *Quisve modus ſcelerum eſt! ex hoc jam t. i. r.* &, *ſceleris* Thuan. quart. vid. ad lib. IX. 706.

334. *Ex hoc jam te, improbe, regno Ille tuus ſaltem doceat deſcendere Sulla.*] Hic iterum tralatitia & communis inter Criticos concertatio, an *diſcedere*, *decedere*, vel *deſcendere* praeſtet, quae voces paſſim commutantur in membranis. Oudendorpius, quum antea pro *deſcendere* quaedam adduxiſſet, tandem pro *decedere* pronuntiat, & ſpecioſa, ut ſemper ad manum ſunt, exempla profert. Sed ad Nemes. Eclog. II. 89. defendi τὸ *deſcendere*, quam lectionem hic non ſolum copia Manuſcriptorum codicum tuetur, ſed ipſa ratio, quod in eo verbo nulla ſit ambiguitas, quum *decedere* & *diſcedere regno* etiam dici poſſit ille, qui extrà regni

 fines

Ille tuus ſaltem doceat deſcendere Sulla.
Poſt Cilicasne vagos, & laſſi Pontica regis
Praelia, barbarico vix conſummata veneno,
Ultima Pompejo dabitur provincia, Caeſar;
Quod non, victrices aquilas deponere juſſus,
Paruerim? mihi ſi merces erepta laborum eſt,
His ſaltem longi, non me duce, praemia belli
Reddantur: miles ſub quolibet iſte triumphet.
Conferet exſanguis quo ſe poſt bella ſenectus?
Quae ſedes erit emeritis? quae rura dabuntur,
Quae noſter veteranus aret? quae moenia feſſis?
An melius fient piratae, Magne, coloni?
Tollite jampridem victricia, tollite ſigna:

Viri-

fines proficiſcitur; *decedere* etiam, qui ſucceſſori tradit, quod de Sulla dici nequit. In loco Statii I. Theb. 317. poteſt ſane *decedere* tolerari: agitur enim ibi de annuo & alterno inter fratres regno, inter quos pactum erat, ut finito anno unus decederet, & alter ſuccederet. Nihil vero huc facit verſus 338. Lucani, ubi *provincia* ſumitur pro bello, quod Senatus mandaverat Pompejo in Caeſarem, ut centies vox *provincia* occurrit. Et licet Caeſarem, ultimum hoſtem, viciſſet Pompejus, non tamen ad exemplum Sullae depoſiturum imperium, ſed ſine aemulo & adverſario dictaturam perpetuam, ſive regnum, invaſurum fuiſſe, hac invidioſa oratione inſinuat Caeſar. Et hoc firmant ultima verba Caeſaris,

Detrahimus dominos urbi ſervire paratae.

Deſcendere nolentes, nos *detrahimus* (efficaciſſimo verbo) tamquam ex ſolio regio. Denique *τὸ deſcendere* firmat unicus ad hanc rem Senecae locus, quem forte ante oculos habuit Lucanus, ex lib. I. de Clement. 12. de Sulla, *Deſcenderit licet dictatura ſua, & ſe togae reddiderit.* video vero nunc Oudend. viſis forte meis ad Nemeſianum notis, ad Caeſar. VII. de Bell. Civ. 78. *deſcendere* praetuliſſe; quod & recepit Cortius. Pro *jam te* Gujet. *tandem*, & in codd. eſſe *tamen* ait, quod nusquam reperi.

336. *Laſſi*] & hic ſollemniter aberrantes ſcribae librarii, *lapſi* prodiderunt, ſed male. *Laſſi* eſt *longo bello feſſi*, ut Virg. II. Aen. 109. & alii paſſim. Flor. III. 5. de Mithridate agens, Romanis hoc dat epitheton. *in laſſos ſimul & diſtrictos ſubitus turbo Pontici belli erupit*, unde recte Freinsh. lib. II. cap. I. *Feſſum & ſaucium regem*, pro *fuſum* probavit. Recte hic explicuit Scholiaſtes. Sed quod *veneno vix conſummata* dicat, neſcio an hiſtoriae reſpondeat, quae non potuiſſe Mithridatem ex frequenti uſu antidoti male tentatum veneno ſpiritum expellere, tradit. vid. Florum III. 5. illud *vix* enim non poteſt id ſignificare, ſed debet notare, morte Mithridatis vix eſſe praelia conſummata; ſed ſuperfuiſſe poſt ejus mortem bella etiam Pompejo conſummanda, quae narrat deinde Florus & alii. Ille addit, rebelles Aſiae reliquias ſequentem, Armenios, Colchos, Iberos, Albanos &c. ſubegiſſe, & totam fere Aſiam, praeter Parthiam, provinciam feciſſe.

341. *Non cum duce*] *Mecum duce* Thuan. ſec. *nunc cum duce* Hamb. quart. *non conduce* Thuan. tert. *poſt bella juventus* Hamb. tert.

344. *Quae ſedes erit emeritis*] magno

nos

Viribus utendum eſt, quas fecimus. arma tenenti
Omnia dat, qui juſta negat: nec numina deerunt
Nam neque praeda meis, neque regnum quaeritur armis:
Detrahimus dominos urbi ſervire paratae.
Dixerat: at dubium non claro murmure vulgus
Secum incerta fremit: pietas, patriique penates
Quamquam caede feras mentes, animoſque tumentes
Frangunt; ſed diro ferri revocantur amore,
Ductoriſque metu. Summi tum munera pili
Laelius, emeritique gerens inſignia doni,
Servati civis referentem praemia quercum,
Si licet, exclamat, *Romani maxime rector*
Nominis, & fas eſt veras expromere voces;

Quod

nos beneficio obſtrinxeſſet novus locupletator elegantiae Latinae, Cortius, ſi demonſtraſſet bibliothecas, in quibus lateant iſti codices, manu exarati, ex quibus depromſit multa antea ignota, & in hoc loco lectionem, quam textui immiſit, *Emeritis quae ſedis erit*, & ſimul docuiſſet Veteres dixiſſe *ſedes* & *ſedis*, ut conſtat in uſu fuiſſe *vulpes* & *vulpis*, & alia quaedam ejuſdem notae, quae e Grammaticis vel antiquis codicibus protulerunt Critici. In noſtris nihil variatum video, niſi quod in Thuan. quart. ſit, *quae ſedes meritis fuerit*, ſed illius nunc rationem habendam nullam cenſeo.

346. *An melius fient piratae, Magne, coloni*] Languidus & inſipidus verſus, qui erigetur, ſi cum Rottend. tert. legatur, *fuerint*, & ex conjectura, invectivae ſaepe acerbae inſerviens particula *At*, ponatur pro *an*.

At melius fuerint piratae, Magne, coloni.

fiunt Piratae, o Magne Hamb. pr. *en melius* ex ſuis profert Cortius. quod vero ex Suetonio refert Servius hunc locum citans ad IV. Georg. 127. credo petitum ex aliquo illius ſcriptoris perdito libro, neque puto eo reſpici a Lucano, ſed de adſignata piratis urbe *Solis*, quae inde dicta Pompejopolis, teſte Mela lib. 1. cap. 13. & hinc invidiam hic fieri Pompejo, quod non civibus, aut emeritis militibus, ſed piratis adſignaverit ſedes. in Edit. Venet. 1484. & alia ſine loci & anni nota Virgilii vidi in Servio ad XII. Aen. 359. *an melius fierent. fiant* eſt in Cod. Urſini ad alterum Maronis locum. mox, *deerunt* octo ſcripti. vid. Heinſ. ad Virgil. II. Georg 200. & mox, *jam neque* Thuan. ſec.

352. *Dixerat, at dubium &c.*] in Hamb. pr. legitur, *& dubium:* quod, ſi in ſuis reperiſſet interpres, ſine dubio addidiſſet exemplis, quae producit ſupra ad vers. 231. & merito.

353. *Patriique Penates*] *Patriaeque* Rottend ſec. deinde, *quamvis* primus: quod forte mutatum, quia indicativus ſequitur: *feras animos menteſque* Oiſel. quod referri poſſet ad illa, quae diximus ſupra vers. 176. non tamen hic probo.

356. *Munera*] *Numina* Langerm. mox *inſignia domni* Hamb. a m. pr. *doni* a ſec. *domni* quart. *Emiritique* Richel. *Emeritum donum* hic capio pro *merito*, quod virtute ſua meritus fuerat. Sic lib. III. 622. *Emerita mors.* & Grat. Cyn. 282. *emeritam laudem* dixit. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 195. *ferens* duo Heinſii. *referuntem* Hamb. tert.

359. *Si licet &c. & fas eſt veras expromere*

mere

Quod tam lenta tuas tenuit patientia vires
Conquerimur. deeratne tibi fiducia noſtri?
Dum movet haec calidus ſpirantia corpora ſanguis,
Et dum pila valent fortes torquere lacerti,
Degenerem patiere togam, regnumque Senatus?
Uſque adeo miſerum eſt civili vincere bello?
Duc age, per Scythiae populos, per inhoſpita Syrtis
Litora, per calidas Libyae ſitientis arenas.
Haec manus, ut victum poſt terga relinqueret orbem,
Oceani tumidas remo compeſcuit undas:

Fregit

mere voces] Quamvis millies *fas* & *jus* commutentur in ſcriptis, & pro utraque lectione multa adferri ſolent, tamen ex ſollemni formula *fas* hic praeferendum: nam *fas* divinum, *jus* & *licet* humanum innuit. vid. ad Ovid. x. Met. 29. I. Faſt. 25. inf. IX. 244. & alibi ſaepe. Video quidem Bentlejum ad Horat. Art. Poët. 318, ubi multa de *veris vocibus* cumulat, praetuliſſe, *jus eſt*. eumque ſequi Cortium & Oudendorpium, etiam inf. x. 261. tamen credimus, *jus* jam per vocem *licet* exprimi. non diſſimulandum etiam, me in uno Hamb. codice reperiſſe, *magnas expromere voces*, quod non temere rejecerim. quum *magna dicta*, *verba*, *magnae voces*, *magna lingua* & ſimilia, quae militibus glorioſis propria, obvia & ita nota viris doctis ſint, ut hic illuſtrare illa nihil attineat. Qui *cauſſas* hic ſuppoſuere, repetiſſe videntur ex vſ. 67. h. l. ubi & *exponere*, ut hic duo Rottendorfiani.

361. *Lenta*] *Longa* Thuan. quart. *Quid tam* etiam Rottend. ſec. Deinde, *deeritne* Hamb. pr.

363. *Dum movet*] *Fovet* malebat Heinſius, ſed nihil novandum. *Haec* vero omnes fere codices, & recte interpres δεικτικῶς, mea & commilitonum. Sed apud Joh. Sarisberienſem de Nugis Curial. lib. III. cap. 5. in margine Edit. Leidenſis notatur, alios legere, *bis*, quae lectio non inelegans, pro *borum*, ut ſupra, vſ. 193. vidimus. Dubito tamen, an typographi non, *bis* pro *bic* perperam dederint, quia in Ed. Raphelengi (quam Maire ſe ſequutum profitetur) margine legitur, al. *bic*. aut credendum eſſet, Salmaſium, quem curaſſe hanc editionem volunt, *bis* praetuliſſe. Sequens verſus deerat in Hamb. tert a m. pr. ſed margini adſcriptus. Hi vero verſus a 361. *Quod tam lenta &c.* citantur ab Anonymo Lobienſi in Chronico, quod edidit doctiſſimus Hier. Pez. Tom. I. Rerum Auſtriacarum pag. 907. ubi vitioſe, *tam lenta duas t. p. vires*. ſed, *dum movet baec*. poſtea vero, *fortes torquere lacerti. Bellandum eſt:* quod addidiſſe Chronici auctor videtur. Mox, *patiare* Rottend. tert. & Hamb. tert.

367. *Per Scythiae*] *Scythicae* S. German. & *inboſpita* Oiſel. perperam, ſed ſollemni errore librariorum, quos, iterationem hanc praepoſitionum non ferentes, copulam ſuppoſuiſſe ſaepe vidimus ad Ovid. I. Art. Am. 69. & Suet. Tib. VI. & alibi. Turpiter vero ſe hic dedit Cortius, recipiens in textum, *per ſqualidas Libyes*, cumulans literam ſibilantem S. & vim faciens primae ſyllabae in *ſqualidas*, quae produci ſolet. Quia ſcilicet *calidus ſanguis* praeceſſerat modo, *calidas arenas* non potuit ferre.

369. *Relinqueret*] *Reliquerit* Rottend. ſec.

372. *Juſſa ſequi tam poſſe mihi, quam velle, neceſſe eſt.*] merito obſcurior hic verſus interpretibus eſt viſus, neque tranſpoſitio

ver-

Fregit & Arctoo ſpumantem vertice Rhenum.
Juſſa ſequi tam poſſe mihi, quam velle neceſſe eſt.
Nec civis meus eſt, in quem tua claſſica, Caeſar,
Audiero. per ſigna decem felicia caſtris,
Perque tuos juro quocumque ex hoſte triumphos;
Pectore ſi fratris gladium, juguloque parentis
Condere me jubeas, plenaeque in viſcera partu
Conjugis, invita peragam tamen omnia dextra.
Si ſpoliare Deos, ignemque immittere templis,
Numina miſcebit caſtrenſis flamma Monetae:

Caſtra

verborum *poſſe*, & *velle* aliquid lucis adfert. Ego arbitror, hic ellipſim eſſe unius vocis, quae primo membro reſpondeat; nam nulla neceſſitas fingi poteſt, quae efficere poſſit, ut *poſſet.* Sed ut *vellet* non poterat quidem, ſi ut Philoſophus loqueretur, cogi, ſed poterat & imperio, & etiam animo ſuo, Caeſari addicto in omnibus, adigi & cogi. Nam ut dicit lib. IV. 484. *non cogitur ullus velle mori*: & paullo poſt, *cupias, quod cumque neceſſe eſt.* & hinc etiam lib. III. 140. *libertatis* inquit Cotta,

Servaveris umbram,
Si quidquid jubeare, velis.

quare ita ſuppleri poſſe putem, tua juſſa poſſe ſequi eſt tam voluptas, tam gratum mihi, vel, eſt mihi tam facultas, ſunt vires ad exſequendum, quae jubes, quam neceſſe eſt me velle. multae tales locutiones, defectae uno verbo, vel nomine, ubi duo requirit ſenſus, a viris doctis ſunt notatae. vid. Graev. ad Florum. lib. III. 21. Daviſium ad Cicer. I. de N. D. 17. & II. 2. & Markland. ad Stat. I. Sylv. I, 82. & neſcio quos non. *poſſe* ſe autem, & voluptati vel facultati ſibi hoc eſſe, ipſa glorioſa militis jactatio oſtendit.

Haec manus, ut victum poſt terga relinqueret orbem,
Oceani tumidas remo compeſcuit undas &c.

velle vero neceſſe ſibi eſſe docet: propter devotum imperio tuo animum, hinc addit,

Pectore ſi fratris &c. id eſt, licet invitus, tamen hac dextra fratem, patrem ingulabo &c. templa ſpoliabo &c. ſi tu jubeas & cogas. *juſſa ſequi* dixit & lib. V. 533.

374. *Caſtris*] *Deſtris* Thuan. pr. a m. pr. ſic & alibi. immo & *teſtras* pro *dextras* lib. V, 355. in Var. lect. Oudendorpii.

376. *Si fratris gladium*] *Si gladium fratris* Rottend. pr. *parentum* Thuan. quart. Sed vulgatam dat etiam Sareſberienſis lib. VI. cap. 12. mox, *partus* Hamb. ſec. & Sariſberienſis, ut *plenus* genitivum regat.

380. *Caſtrenſis flamma Monetae*] Ambiguam facit ſententiam vox *caſtrenſis*, an jungenda ſit *caſtrenſis Monetae*, an *caſtrenſis flamma*. Primum elegit Scholiaſtes, qui nobis *Monetam caſtrenſem*, ſive *Junonem militarem* hinc finxit, quam ego nullam novi, ſed doceri cupio, quum nullam Junonem Monetam, niſi Romae in arce vel Capitolio, umquam fuiſſe legerim: vide Sulpiciae Satyr. vſ 53. quare *caſtrenſem flammam*, hic interpretor, ut ignem militari manu Capitolio ſe injecturum promittat, & inv[illegible]turum ſe numina Jovis, Junonis, & r[illegible] dis, quae ibi habebant templa, eadem ruina. Quid autem voluerit Cortius, qui *monetae* minoris formae litera, ne numen eſſe crederetur, edidit, non exputo: forte in notis lucem pleniorem adfudiſſet. Verſum 382. laudat Serv. ad Virg. II. Georg. 274.

381.

Caſtra ſuper Tuſci ſi ponere Thybridis undas,
Heſperios audax veniam metator in agros;
Tu quoſcumque voles in planum effundere muros,
His aries actus diſperget ſaxa lacertis:
Illa licet, penitus tolli quam juſſeris urbem,
Roma ſit: His cunctae ſimul adſenſere cohortes,
Elataſque alte, quaecumque ad bella vocaret,
Promiſere manus. it tantus in aethera clamor,

Quan-

381. *Caſtra ſuper Tuſci ſi ponere Tybridis undas.*] Et hic diſcedunt in partes membranae, his *ſigna*, illis *caſtra* exhibentibus, ut & ſupra vidimus vſ. 323. ſi *ſigna* placet, erit eo ſenſu, quo ſupr. 236. dixit *Signa deponere*, pro figere in foro. Si *caſtra* praeferatur, aptius conveniet voci *metator*. Quare rectius hoc Oudendorpium & Cortium praetuliſſe credo. Sed aliud eſt quod mihi ſuſpectam faciat vulgatam lectionem. An enim *ſuper undas* caſtra quis umquam poſita legit? ego certe nusquam. Sic recte mox 397. *caſtra ſuper rupem* occurrunt. An vero Thybrim hic pro regione circa Thybrim capiemus? ut ſaepe apud Poëtas flumina & montes pro regionibus poni conſtat, & probavi ad Gratii Cyneg. 100. 128 & 314. & ut mox vſ. 396. *Lemannum* pro Gallia ponit; Nec hoc diſpliceret, ſi dixiſſet, *ſuper Thybrim*, non *ſuper Thybridis undas*. An *ſuper* pro ultra poſſet capi? ut *ſuper Nicrum*, apud, vel ultra explicat Freherus in Auſon. Moſella vſ. 423. ſed ibi alia res eſt. Donec ergo doceamur ita locutos alios, tentabo audaciori quidem, fateor, ſed nulli invito obtrudenda conjectura, & legam,

Caſtra per Etruſci ſi ponere Thybridis undas.

id eſt tota, qua fluit Thybris, regione, vid. ad Virg. IV. Georg. 278. vel quia *unda* & *ora* centies permutentur, poſſet legi *Thybridis oras*, ut conveniret rectius ſequentibus *Heſperiis agris*. Non ergo ſe modo Rubiconem tranſiturum, ſed ipſam Romam oppugnaturum, ſi Caeſar jubeat, jactat & promittit. Cogitent acutiores. Cl. Drakenborchius, quocum conjecturam meam communicaram, malebat, *Caſtra ſub Etruſci*; ut illud *per* in *ſuper* natum ex primis literis *Etruſci* eſſet. Ita mox vſ. 405. pro *quaque ſub* in codice alio eſt, *qua ſuper Herculeo* &c. *ſub* autem hic *in*, *circa* notare poteſt, ut inf. lib. X. 66.

Leucadioque ſicut dubius ſub gurgite caſus.

vid. ad Ovid. I. Met. 689. & firmari hoc poſſet ex lib. IV. 690.

Nec Rheni miles in undis
Exploratus erat.

ubi in undis, eſt regionibus ad Rhenum ſitis, ad ripas Rheni. Ne quis capiat exploratos in aqua Rheni, ut ſolebant recens natos fluvio immerſos lavare populi barbari, ut notum. Verum lib. V. 289.

Rheni mihi Caeſar in undis
Dux erat. vid. & X. 130.

383. *Tu quoſcumque*] Saresberienſis d. l. *tu quocumque*, ſed in margine, al. *quoſcumque*. pro *effundere* Heins. malebat *extendere*. forte; quia Poëtae ſaepius de in terram proſtratis hoc verbo ſolent uti; & ſimilis variatio eſt apud Virgil. XII. Aeneid. 276. *fulvaque effundit arena*, ubi videndus Pierius: ſed Heinſius ibi *effundit* praetulit, & ex altero loco ejuſdem lib. vſ. 532. *effunditque ſolo* confirmat. Ita ſaepe Critici diverſis locis verba alia & alia praeferunt. Hic vero nihil mutandum puto, quia agitur de ariete, quo muri rupti non extenduntur, ſed effuſis ſaxis & compagibus diſperguntur, & ab alto dejiciuntur, & in ſolum procumbunt. Similis phraſis, ſed de Poplicola ſponte ſua deſtruente, apud Florum I. 9. *aedes in plana ſubmiſit* id eſt, jam vel aedificari in colle coeptas,

vel

Quantus, piniferi Boreas quum Thracius Oſſae
Rupibus incubuit, curvato robore preſſae
Fit ſonus, aut rurſus redeuntis in aethera ſilvae.
Caeſar, ut acceptum tam prono milite bellum,
Fataque ferre videt, ne quo languore moretur
Fortunam, ſparſas per Gallica rura cohortes
Evocat, & Romam motis petit undique ſignis.
Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno,

Ca-

vel materiam in alto ad aedificandum congeſtam, detulit in planum.

387. *Elatasque alte*] *Et latas alte* Thuan. ſec. ſed *Elatas* recte, ut in alia re *elata dextra* Val. Flacc. III. 139. VIII. 359. recte vero explicat Oudendorpius. vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 352. qui & lib VI. 661.

Vix unus Phlegyas, acerque Meneſtheus
Promiſere manus.

ubi idem Barthius videndus. & ita *dare manum* apud Val. Flacc. I. 41. ſi Heinſii conjectura placeret, eſſet explicandum. inf. lib. III. 311. *accipere devotas in proelia dextras. Ac tantus* etiam Thuan. ſec. *In aethera* quinque libri.

389. *Piniferae*] *Piniferi* eſt in Puteaneo, ita ut auctoritas non deſit Grotianae lectioni, quae placebat Heinſio. vid. Voſſ. de Analog. I. cap. 10 & Heinſ. ad Ovid. IX. Met. 165. & XIII. 770. & infra VII. 450. Hoc vero modo vitatur ὁμοιοτέλευτον in *ae*, *piniferae Oſſae*. *nubiferae* eſt in novem ſcriptis: deinde, *incumbit* Rotteud. tert *in aethere* Hamb. quart. *in aëre* Thuan. quart Cortius, *in aëra*.

393. *Fataque ferre*] *Fata ferre* Turr. Senſus non admodum perfectus hic videtur; quare quum centies illud *que* in *re* in compoſitis tranſierit, & contra; ut oſtendimus ad Ovid. XII Met. 121. & ſaepe alibi, ut & infra III. 235. & VI. 24. hic quoque forte, *fata referre videt* poſſet legi, hoc ſenſu; Caeſar ut vidit fata (invitus enim accingebatur ad civile bellum) referre bellum civile, *poſt* Sullanum furorem intermiſſum, nunc vero a Pompejo ejus diſcipulo, ut *ſupra dixerat*, renovatum, ſed quod non ipſe dederat, ſed acceptum tam prona militum voluntate gerere quaſi cogebatur, evocat cohortes, ne moretur fortunam ſibi omnia ſecunda promittentem. *Referre bellum* eſt iterum ferre, repetere omiſſum, ut *referre certamina annua*. ſupr. 180. & ita paſſim. Vulgata, ſi placet, debet exponi, cum Gujeto, ut videt bellum & fata ferre, id eſt poſcere, (ut ita *fert aetas*, *animus*, & ſimilia) ne moretur ipſe fortunam. ita *ſors fert* lib. VII. 122. & VI. 26. *ſi fortuna ferat*, & paſſim. Gujetus etiam ſubintellecto *ſe*, *ferre ſe*, pro *favere ſibi*, quod duriſſimum. magis tamen prius placet, ut illa connectantur aptius, *ne quo languore moretur* &c. *evocat cohortes*.

394. *Gallica*] *Bellica* Turrian.

396. *Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno.*] Deeſt hic verſus Thuan. ſec. a m. pr. Scio, *cavos* dici fluvios, & id me jam monuiſſe ad Ovid. Ibin. 228. & ita noſter II. 422. *Rutubam cavum* dicit, & omnia loca alta & profunda, teſte Servio ad Virg. I. Georg. 326. & IV. 427. ubi hunc Lucani locum advocat. & ita hic Omnibonus Lemannum profundum & altum interpretatur, quem ſequitur etiam Had Valeſ. in Notit. Gall. p. 229. Sed, quia non magis tentoria in lacu Lemanno figi poſſunt, quam caſtra in Thybridis undis, & quia, ut modo monui, fluvios & lacus ſaepe poni pro regionibus, quas alluunt, novi, malim hic de regione ipſa ad Lemannum, quae cava eſt, inter Alpes & Juram montes accipere. quo modo etiam Graecis regiones κοῖλαι, ut *cava Syria*, & aliae paſſim, dictae. Et hinc ſae-

Caſtraque, quae Vogeſi curvam ſuper ardua rupem
Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.
Hi vada liquerunt Iſarae, qui gurgite ductus
Per tam multa ſuo, famae majoris in amnem
Lapſus, ad aequoreas nomen non pertulit undas.
Solvuntur flavi longa ſtatione Rutheni:

Mi-

pe *cavae valles* & ſimilia, ut inf. IV. 185. & 723. vid. Oudend. ad lib. V. 196. Propert. lib. IV. El. I. 123.

Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo.

ubi videndus Paſſeratius pag. 569. *De rupe* vero, vel *ripa* (ut maxima pars ſcriptorum habet) *Vogeſi* vix eſt, ut decernam: neſcio enim an *rupes* aeque eleganter dicatur *curva*, ac *ripa*. *Cavam rupem* novi, ut mox vſ. 406. quae fluctibus excavata eſt. poſſet tamen eo ſenſu *curva rupes* dici, quo *curva antra*, *theatra* &c. ſaepe pro excavatis vel intro recedentibus poni certum eſt. itaque nondum mihi de lectione hujus loci liquere ſatis fateor. *Ardua* vero *caſtra*, etiam ripae convenire poſſunt, quia multa flumina ripas altas, praeſertim in regionibus montanis, habent.

398. *Pugnaces pictis cohibebant Lingones* (aut *Lingonas*) *armis.*] Anceps etiam pro varia lectione ſententia, nec quam ſequar potius, certus ſum. An illa caſtra Romanorum cohiberent pictis armis Lingonas pugnaces, an *Lingones pictis armis*, id eſt, picta arma gerentes, cohiberent Romana caſtra? *Lingones* habent noſtri fere omnes, & *Ligones* Hamb. pr. *Picta* etiam arma, neſcio an bene explicent quidam diſcoloria, de quibus tamen nihil nos docent. Quare in eam fere ſententiam inclino, ut *picta* illa *arma* ad Romanos referam, id eſt, ut Badius explicuit, inſignibus decorata: & intelligat Poëta veteranos milites, qui in ſcutis ſuis inſignia quaedam picta habebant, ut notum ex legione fulminatrice, quae fulmen in clypeis habebat, & ita aliae. Tyrones vero habuiſſe pura ſcuta, notum eſt ex Virgil. IX. Aen. 548 *parma inglorius alba.* Sed hi verſus etiam majorem lucem deſiderant, nec *picta arma* mihi valde placent. an *ſtrictis armis?* Ceterum *caſtraque Vageſi* eſt in Barb. *Vogiſi* pr. Hamb. *Vagiſi* alter. *pimaces pictis* S. German. *prohibebant* Hamb. tert. mox, *hic vada* Richel.

399. *Iſarae, qui gurgite ductus Per tam multa ſuo, famae majoris in amnem Lapſus.*] Non negem ſaepiſſime veteres paſſim dixiſſe *tam multa* pro *tot*, & etiam neutro genere *omnia*, *cuncta* reperiri pro omnibus locis; ſed an ſimilis locus produci poſſit, ubi fluvius dicitur ductus *per tam multa*. id eſt, per tot loca, ſpatia, aut ſimile, dubito: nam mihi duriſſime dictum videtur. Praeterea non eo inſignem praeter ceteros Galliae fluvios Iſaram credo, quod tam multa ſpatia percurrat, quum alii fluvii majora multo emetiantur, & in primis Rhodanus famae majoris amnis, in quem labitur Iſara, qui nec ipſe in aequor exit, unde ejus prae aliis amnibus brevitas intelligi & ſignificari a Poëta debet. Unde fere adducor, ut Lucanum ſcripſiſſe credam, *per tam culta*, ut infra lib. II. 425. *Radenſque Falerni Culta Siler*, ubi plura Oudendorpius attulit, qui hoc loco etiam ſibi prius quid mutandum viſum fuiſſe ſcribit, non vero exprimit, quid ſupponere voluerit. forte etiam *tot culta* praeſtaret, quod olim mutato prius *culta* in *multa*, mutavit aliquis in *tam multa*, quem *tot multa* offendebat, licet *tam culta*, pro valde culta, ut alibi obſervavimus, poſſet capi. Praeterea eſt aperta Virgilii imitatio, qui de Eridano IV. Georg. 372.

Quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior effluit amnis.

qui & eodem libro vſ. 126.

Qua niger humectat flaventia culta Galaeſus.

& ita paſſim. Quidquid ſit, non ideo *multa* poſſe dici pro multis locis, ut *omnia* & *cun-*

cta

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas,
Finis & Heſperiae, promoto limite, Varus:
Quaque ſub Herculeo ſacratus numine portus
Urguet rupe cava pelagus: non Corus in illum
Jus habet aut Zephyrus: ſolus ſua litora turbat
Circius, & tuta prohibet ſtatione Monoeci.

Qua-

cta, crediderim, nec ita poſſe capi putem, ut etiam inde ex Poëtae ſententia, pronuntietur, dici fluvium duci *per multa*, pro *per multa, vel longa ſpatia*. Nam & ubi *omnia* & *cuncta* pro locis occurrunt, figuratum eſſe loquendi genus exiſtimem, pro omnibus hominibus & incolis, qui in illis locis ſunt, ut, qui loca ab interprete adducta excuſſerit, facile videbit. & hinc recte Marius ad illa Ovid. I. Amor. II. 33. *Omnia te metuent*, explicat *omnes* te metuent, neutro poſito pro maſculino: ut ita τὰ πρῶτα, *prima ducum* & ſimilia ſunt obvia. & clarius ſententiam meam de his expoſui ad Nemeſ. III. Ecl. 55. Pro *famae majoris* reperi in Oiſeliano codice, *famae melioris*, ſollemni harum vocum permutatione, qualis obſervatur apud Claudian. VI. Conſ. Hon 294.

Omnibus oppeterem fama majore peruſtis.

vid. ad Ovid. XIII. Met. 102. & ad Lucan. infra VII. 141. & alibi paſſim. Apud Virgilium VI. Aen. 890.

Incenditque animum famae venientis amor.

Ubi Urſini & duo Heinſiani codices, *famae melioris*. Sed imitatio Auſonii in Moſell. 93.

Quam defluxiſti famae majoris in amnem, vulgatam vindicat, quae & ideo debet ſervari, quia non de bona, ſed de magna fama & celebritate agitur. Ovid. IV. ex Ponto XVI. 3.

Famaque poſt cineres major venit.

Valer. Flacc. I. 7.

Tuque, o pelagi cui major aperti
Fama.

& contra infra lib. IX. 753.

Fatique minorem
Famam Dipſas habet.

Sic magna tamen fama eſt Juvenal. VI. Sat. 55. & apud noſtrum IX. 593. vid. ad Suet. Tit. cap. IV.

403. *Mitis Atax*] *Mutis* S. German. *Arar* MS. Cortii, quod ego nuſquam reperi, ſed corruptum ex *Arax*, ut in Rott. tertio & aliis ab interpretibus adductis. *gaudens* ex tertio Voſſiano notavit Heinſius.

404. *Varus*] *Farus* Hamb. quartus. *Darus* Rottend. pr. *Gaurus* ſec. Miratur vero Valeſius in notitia Galliae pag. 586. cur *promoto* jam *limite*, id eſt imperii finibus ultra Varum prolatis, hunc fluvium faciat terminum Italiae, qui ſemper habitus fuit Galliam ab Italia diſterminare. Forte, antequam Gallia togata ſubacta fuit, Rubiconem ut ſupr. verſ. 215. fuiſſe terminum vult indicare, nunc vero ne ſibi obloqui videretur, hic addit *promoto limite*, ut recte Oudendorpius, conſentientibus quatuor ex noſtris: & ita jam Barth. XXIII. Ad. 26. ut jam non Rubicon, ſed Varus ſit finis duarum gentium. vid. ad Virg. I. Aen. 2. quae dixi.

405. *Sub nomine*] *Sub numine* novem ex noſtris. & licet parum referre arbitrer, *numine* tamen melius τῷ *ſacratus* convenire judico.

407. *Jus habet*] Haec illuſtrari poſſunt illis, quae dixi ad Petron. cap. CXIV. ubi *Italici litoris poſſeſſor Aquilo* dicitur. ut *auſter mare* dicitur *poſſidere*, infr. II. 454. ſic lib. IX. 118. *Eurus tenens pelagus*. Et hinc noſter Circio *ſua litora* adſignat, in quae ille regnaret, ut ita vidimus & Borean *habitare ſub Arcto* apud Ovid. III Triſt. X. II. Gujet. ſibi expoſita, vel *ſua* pro *ejus* capit, vel legit, *ſolus tua l. t. & t. c. p. ſ. Monaece.* In nomine *Monoeci* eaedem fere in noſtris varietates, quae in Oudendorpianis. *Moneſti* erat in duobus Rottendorf. & *prohibet tuta* etiam Hamb. tert.

Quaque jacet litus dubium, quod terra, fretumque
Vindicat alternis vicibus, quum funditur ingens
Oceanus, vel quum refugis ſe fluctibus aufert.
Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet,
Deſtituatque ferens: an ſidere mota ſecundo
Tethyos unda vagae lunaribus aeſtuet horis:

Flam-

409. *Quaque jacet*] Hic iterum contra omnes ſcriptos Cortius edidit, *quaque patet.* quae innumeris exemplis illuſtrare nullius eſt laboris; ſed quum litus ſit humile & inundationibus per aeſtum maris obnoxium, rectius *jacere* dicitur. vid. infr. ad lib. II. 416. Oudendorpium. Nec *patet* certe, cum opertum eſt fluctibus, & ideo *dubium litus* vocat, id eſt, quod nunc terra, nunc aqua eſt, ut ita recte *dubiam Syrtim* expoſuit infra idem interpres ad vſ. 686. vide & lib. II. 571. IX. 304. & 860. & ad Grat. Cyneg. 174.

410. *Alternis*] *Alterius* Langerm. mox, *refluis fluctibus* Thuan. ſec. & quart. ſollemni varietate. vid. ad Ovid. XVIII. Ep. 182. & X. Met. 42. Hunc locum indicat Servius ad VII. Aen. 225. ubi *refugo oceano* explicat *refluo. refugum mare* etiam Stat. XII. 634. & alii.

412. *Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet* &c.] Aliquid hic inconcinni in particula illa *ſic*, cui quod reſpondeat, nihil ſequitur, eſſe videtur. Novi equidem, poſſe facile pro *ab* reſcribi *an*, vel etiam *an* hic primo loco omiſſum poſſe videri, ut centies fieri ſolet. Sed tamen malim legere,

Ventus ab extremo pelagus ſive axe volutet,
Deſtituatve ferens.

Turbat etiam illud *ferens*, quod an hoc loco ita poſſit capi, ut vulgo *venti ferentes* dicuntur, vix mihi perſuaſum eſt. In duobus codicibus Thuan. quart. & Richel. vidi *deſtituatque fretum*, quod poſſet ita capi, ſive ventus mare in litus volutet, ſive fretum recedens deſtituat, id eſt, cum deſiuit volvere pelagus, quaſi illud deſtituat, & cogat recedere a terra, ut idem dicat, quod Manilius lib. II. 89.

Sic pontum movet, & terris immittit & aufert.

ubi plura, ex his Lucani verbis adumbrata notat Scaliger, & unde etiam forte *ſic* hic poſſet tueri locum. Cogitabam aliquando, *deſtituatveque feras*, ut recedens pelagus in ſicco litore marina animalia relinquat, ut ita Virgil. I. Eclog. 61.

Et freta deſtituent nudos in litore piſces.

Sed quia *feras* de belluis marinis dici nondum didici (forte ita uſurpatum aliquis reperiet) abſtineo manum. *Animalia marina deſtituere aut deprehendere terreſtria* dicit Mela lib. III. cap. I. de Oceano agens. ſed forte hic locus nondum eſt perſanatus, & *deſtituat ferens* dictum ſit, ut *glomeratque ferens* Virgil. II. Georg. 311. ubi vide quae dixi.

413. *An ſidere*] *In ſidere* S. German.

416. *Tollat*] Inter lectiones vitioſas ſaepe illas numerare licet, quae phraſes quaſdam uſitatiſſimas habent, ſed rei, de qua agitur, non ſatis accommodatas. Sic quum venti & tempeſtates paſſim fluctus ad ſidera tollere dicantur, hic librarius idem ſoli tribuit, qui, ut *alentes undas hauriat*, mare erigat, &, calore *ad ſidera ducat fluctus.* Ita enim quatuor ex noſtris, praeter codices notatos Oudendorpio, qui nec improbat, & Cortius etiam in textum merito recepit. *Ducere* enim bibentis eſt, & ſucum ad ſe attrahentis. & notum eſt, *ducere*, *educere*, *obducere*, *perducere* pro haurire, bibere, poni. vide inf. IX. 729. & Lambin. ad Horat. I. od. 17. Scriver. ad Martial. I. Epigr. 17. & quos non? *Ducat*, etiam apud Serv. ad Virg. II. Georg. 480. In Codice Leidenſi & aliis, *Portat* vel *ducat* erat in Hamb. quart. an pro *potat* vel *potet*, ſed hoc non quadrat.

419. *Nemetis*] Admodum variant ſcripti. *Mereris* Hamb. quart. *Nemetis* multi; alii

alis-

Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas,
Erigat Oceanum, fluctusque ad ſidera ducat,
Quaerite, quos agitat mundi labor: at mihi ſemper
Tu, quaecumque moves tam crebros cauſſa meatus,
Ut ſuperi voluere, late. Tunc rura Nemetis
Qui tenet, & ripas Aturi, qua litore curvo

Mol-

aliter. Errat vero Cortius, qui *Nemoſſi* vulgo legi addit, quae eſt conjectura Micylli, quam ſecutus Grotius. Ego fateor, me ignorare locum. Nam ſi Nemoſſus eſt in Arvernis, cur non potius infr. vſ. 427. memorat, ubi Arvernorum mentio fit?

420. *Aturi*] Et hic codices, *Atiri*, *Satyri*, *Satyris*, *Saturi:* ſed Rottend. tertius, *Aturi*, quod probat Valeſ. in notit. Gall. pag. 52. qui late de eo fluvio agit, & reſtituit eum Tibul. lib. I. VIII. II. ubi legit,

Teſtis Atur, Doranusque celer, pro *Teſtis Arar, Rhodanusque celer*,

ubi *Arax* & *Atax* in Codicibus. & ibidem vſ. 4. *Atur*, quem incolam exponit Valeſius ejus regionis, ubi etiam *Atax* & *Arax* Codd. quod ultimum ex Corvini codice exhibuit Köleſerius. Unicus reſtat ſcrupulus, quod quum Graecis dicatur Ἄτουρις, & ideo ab Auſonio producta ſyllaba media *Aturrus* proferatur, quî poſſit Lucanus illam corripere. An dicemus hanc ſibi licentiam uſurpaſſe, quam multi Poëtae in Graecis diphthongis unica litera exprimendis, non habita ratione longioris in ſyllaba morae? ut pro Φειδίας, Φιδίας prima brevi Auſon. Epigr. XII. & noſter *Rhoetion* Ῥοίτειον dixit lib IX. 963. ubi videantur adnotata: & ita in vocalibus longis Η & Ω ut *Edonis* infr. 675. idem ſibi licere putaverunt, de quibus multa Critici paſſim notaverunt. praeſertim in nominibus propriis magna fuit olim licentia, ut ſaepe Servius obſervat. Videant eruditiores. *quem litore* etiam Voſſ. ſec. & ita Gujetus. *qua litora* Thuan. tert. *& claudit* vero, eſt gloſſa τῷ *recipit*, quod eſt a ſecunda manu. de clauſo mari vid. ad Rutil. Iter. I. 247. & infra II. 615. Juvenal. Sat. XII. 75.

Intrat poſitas incluſa per aequora moles.

Tarbellius Cortius, ut ſimilia captat, ſed non ex fide ſcriptorum. Addit virum doctum legere, *quem litore curvo M. a. c. Tarbellicus Ancon*, notans Scaligerum, quem refutavit Oudendorpius; quae conjectura placuit etiam Bourdelotio ad Petr. cap. CII. Si vero ſcripto confirmaretur, non tam abſurda eſſet. nam quum Ancon ſit ſinus, vel portus inter duo cornua, quae eum undique litore curvato cinctum paene claudunt, cur non fluvius molliter illabens in ſinum, qui portum facit, poteſt dici clandere illum fluvium, vel fluvii oſtium? plures enim fluvii prope oſtia in lacus labuntur, qui undique cincti terra, deinde inter duo cornua anguſto exitu in mare erumpunt. nam ita olim Rhenus apud majores noſtros, *qui primo anguſtus, poſt ripis longe & late recedentibus, jam non amnis, ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur, ejusdemque nominis inſulam amplexus, fit iterum artior, iterumque fluvius emittitur*, teſte Mela lib. III. cap. 2. *Baetis non longe a mari grandem lacum* facit apud eumdem lib. III. 1. Sed ſequamur ſcriptos, & explicemus hoc modo: ripas Aturi, qua ille jam Tarbellicus, id eſt, Tarbellos perlabens, claudit aequor molliter admiſſum litore curvo; quod, ut modo, dixi, idem eſt ac ſi dixiſſet, lacum vel portum ſinuoſum facit: & hinc ad omnia fere oſtia fluminum portus erant, ſaepe etiam clauſi. vid. ad Rutil. Iter. 155. vel poſſet Tarbellicus pro populo ſumi, qui tenet magnum illum ſinum, quem Strabo lib. IV. p. 190. dicit Gallicum vocari, & in quem, ut ex Prolemaeo patet, Aturus influit. Claudit ergo & cingit Tarbellicus *illud aequor*, id eſt illum ſinum undique molliter admiſſum: &

Molliter admiſſum claudit Tarbellicus aequor,
Signa movet, gaudetque amoto Santonus hoſte:
Et Biturix, longisque leves Sueſſones in armis:
Optimus excuſſo Leucus Rhemusque lacerto,
Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis:
Et docilis rector monſtrati Belga covinni:
Arvernique auſi Latio ſe fingere fratres,
Sanguine ab Iliaco populi; nimiumque rebellis
Ner-

hoc in primis placet. *cludit* Thuaneus ſec.

422. *Santonus*] *Sontonus* Barberin. *Sincto-nus* Oiſel. Vales. in not. Gall. p. 502. docet promiſcue veteres *Santonos* & *Santones* dixiſſe. Quamquam Gujetus illam terminationem, ut *Andus*, *Turonus* &c. non a Lucani manu eſſe dicat. *Gaudentque Santones* volebat Heinſius, quia etiam *Sueſſones* ſequitur: ſed vid. II. 400.

423. *Longisque leves Sueſſones in armis.*] Quam varient in hujus populi nomine, docebunt adnotationes doctorum virorum. Noſtri codices, *Saxones*, *Seſanes*, *Saſſones*, *Sueſſones* & *Seſſones*, quod ultimum praefert Hadrian. Vales. in notit. Gall. pag. 536. & per Synaereſin pro *Sueſſones*, vel *Sueſſiones* a Poëtis uſurpatum credit: *Axones* ab *Axona*, non *Axone*, qui legunt, modo ſyllabae refelluntur, quam brevem facit Auſon. Moſell. 461. Per *longa* vero *arma* Valeſius intelligit *ſcuta*, quibus propter corporum proceritatem eximiam longioribus utebantur, ut de Senonibus Gallis Virg. VIII. Aen. 662. *ſcutis protecti corpora longis.* Neque a vero haec expoſitio multum abhorret; licet ego olim hunc locum de contis explicare ſolerem, quia illi melius levitati, qua illos promtius vibrabant & relegebant, quam ſcuta, congruere videantur: ut ita *lancea levis Mauri* ſupr. 210. Contis vero habiliter uſos hos populos barbaros, ſatis exploratum eſſe eruditis puto; vide ad Val Fl. VI. 126. ubi *ingens contus*; & 234. ubi etiam amentatos fuiſſe patet. Deinde id videtur probare locus lib. VI. 259.

Cantaber exiguis, aut longis Teutones armis.

Jungit vero his, *Leucos* & *Rhemos*, aliis armis inſtructos & celebres; quos ut funditores credit Valeſius p. 564. hic deſcribi,

Optimus excuſſo Leucus Rhemusque lacerto.

ſed quibus ego verbis jaculatores nobis exhiberi credo, idque ex *excuſſo lacerto* colligo, quem ſemper Poëtae adſcribere ſolent jaculanti, vel haſtam aut aliud telum magna vi lacerti emittenti. vid. inf. II. 502. III. 567. ubi pro

Jam non excuſſis torquentur tela lacertis

ego in meis inveni *pila*, quod Romanorum grave telum magna vi torquebatur, ut vſ. 598. eodem lib. Ovid. IV. Epiſt. 43.

Aut tremulum excuſſo jaculum vibrare lacerto.

& II. ex Ponto IX. 57.

Atque, ut es, excuſſo jaculum torquere lacerto.

atque ita paſſim. Funditores vero rotabant circa caput fundam, & hinc remiſſa habena plumbum vel glanden emittebant, ut ſupra vſ. I. 229. & III. 710. & apud alios Poëtas centies: *in armis*, vero dictum, ut *in haſta*, *jaculis*, *gladio*, id eſt, illis armatus, de quo vide ad Val. Flacc. I. 486. & V. 349. & alibi ſaepe.

424. *Rhemus*] *Rhemisque* plurimi, unde Heinſius *Rhemique*. *Leucas* etiam tres.

426. *Monſtrati*] Mihi *roſtratus* ille covinus etiam riſu dignus videtur, & malo, licet forte vitioſa ſit lectio, *monſtrati* relinquere, donec quid melius reperiatur. Nam ita noſtri omnes codices: ut & plurimi, *covinni*. Hamb. vero pr. *Copenni*. *Conſtrati*, quod

Nervius, & caeſi pollutus ſanguine Cottae:
Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis
Vangiones: Batavique truces, quos aere recurvo
Stridentes acuere tubae: qua Cinga pererrat
Gurgite: qua Rhodanus raptum velocibus undis
In mare fert Ararim: qua montibus ardua ſummis
Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas:
[*Pictones immunes ſubigunt ſua rura; nec ultra*

In-

quod multis propugnat Heinſius ad Virg. III. Georg. 204. ne probem, facit, quod neſciam, qua ratione ex tectis curribus pugnare, & tela jacere & per temonem procurrere, de quibus vid. Caeſar. IV. de Bell. Gall. 33. *poſſint*. De conſtratis navibus agit Salmas. ad Jus Attic. p. 723. in quibus pugnabatur ex prora & puppi; & in tabulis & foris, quibus conſtratae erant naves, conſiſtere & pugnare poterant: ſed in conſtratis curribus ubi pugnare poſſint, non video.

427. *Latio*] Et noſtri *Latios* & *Latiis* exhibent, ſed *Latio* firmat locus Sidon. Apoll. VII. Ep. 7. ab Heinſio adſcriptus. *Arvernorum, proh dolor! ſervitus, qui (ſi priſca replicarentur) audebant ſe quondam fratres Latio dicere, & ſanguine ab Iliaco populos computare. Latium* eſt pro incolis Latii, Romanis. In codicibus *Alverni* & *Averni* erat Vid. Vales. Notit. Gall. p. 45.

428. *Populi*] *Populis* Thuan. quart. an *populus*? *rebelles* Richel.

429. *Pollutus ſanguine*] Offendit merito vox *ſanguine* Oudendorpium, cujus emendatio *funere* codice Thuan. ſec. confirmatur: & id τῷ *pollutis* optime convenit, ut apud Virgil. VI. 540. *Inceſtat funere claſſem*: in multis erat *foedere* (quod placuit Cortio) quam vocem cum *ſanguine* etiam confuderunt apud Ovid. XV. Met. 460. licet de alia re ibi agatur.

430. *Laxis*] *Laſſis* Hamb. quart. *latis* Voſſ. pro var. lect.

431. *Batavique*] *Bathanique* Hamb. tert. hinc forte Gryphius & alii edidere, *Bathavique*, Deinde *bos aere* malebat Heins. neſcio an non alia plane gens intelligenda, quam Batavi, qui ad Rhenum ſiti longe ab his populis, quos deſcribit Poëta, aberant. Certe de Batavis mox vſ. 464. aget. Scholiaſtes tempus etiam quo vixit indicat, qui *Friſones* interpretatur. Quando vero Friſones occuparint Bataviam vid. apud Vales. Not. Gall. pag. 77. & alios noſtrae patriae ſcriptores.

432. *Cinga pererrat*] aut corruptum nomen fluvii eſt, quia ejus appellationis nullum in Gallia fluvium nobis produnt Geographi & Hiſtorici: aut cum Valeſio Notit. Gall. p. 517. Ligeris vel Sequana intelligendus. Gujetus Scalbim intelligit, & forte *Scilda* vel *Scalda*, unde hodiernum nomen *Schelde*, legendum conjicit. Sed & hic fluvius hinc longius abeſt; expendat eruditus lector. Codices nihil variant, ſed pro *pererrat*, primus Thuan. a m. ſec. habet *peragrat*, quod gloſſatoris eſt.

433. *Raptum*] *Ruptum* S. German. *raptim* pr. & tert. Thuan. *Rhodanicos* & *Araricos* in lapide memoratos illuſtrat quoque Spon. Recherch. des Antiq. de Lyon. p. 16. vid. & Chiflet. Veſont. p. 11. art. 1. c. 19.

435. *Cana pendentes rupe Gebennas.*] Genevam hic urbem deſignari vulgo exiſtimant. Sed nec eam monte aut rupe pendere, neque *Gebennam* vocatam, niſi ante quinque fere ſecula, neque etiam montium longorum tractum, qui hodie *Cevennes* dicuntur, ſed certum locum & urbem in illis montibus, forte *Anicium* & *Podium*, innui cenſet Vales. Notit. Gall. p. 590. *Cava* erat in Hamb. quart. *Gebennas* Thuan. quart. *Gabenas*

Inſtabiles Turonas circumſita caſtra coërcent.
In nebulis, Meduana, tuis marcere peroſus
Andus, jam placida Ligeris recreatur ab unda.
Inclyta Caeſareis Genabos diſſolvitur alis.]
Tu quoque, laetatus converti proelia, Trevir:
Et nunc tonſe Liger, quondam per colla decora
Crinibus effuſis toti praelate Comatae:
Et quibus immitis placatur ſanguine diro

Teu-

benas Rottend. tert. *canas pendenti rupe* Thuan. pr. & tert.

436. *Pictones*] Hos quinque verſus nullus codex agnoſcit. Niſi quod in Thuan. pr. margini adſcripti erant, in quo tamen quintus deſideratur, & quem Vales. Notit. Gall. p. 225. ab indocto calamo profectum oſtendit. Vide etiam Menag. ad Diog. Laërt. I. 48. & Gujet. qui plures etiam his verſus confodit. Pro *circumſita* melior Poëta dixiſſet, *circumdata*.

439. *Andus*] v. Oudend. ad Caeſ. Bell. Gall. VII. 4.

440. *Genabos*] Vid. Vales. Notit. Gall. p. 225.

441. *Laetatus*] *Laetaris* Thuan. ſec. quod & admitti poſſet.

442. *Ligur*] Liguriam in Gallia comata eſſe, nemo facile dixerit: quare ego legerem cum aliis *Liger*, & accolas fluvii Ligeris interpretarer, ut ſupra vſ. 420. *Atur* pro Aturi fluvii accolis dicitur, in locis a Valeſio laudatis. De Ligere vide Vales. Not. Gall. p 276. ubi videbis eum ſaepe Rhodano & Arari jungi, ut & nautas Araricos & Ligericos in lapide apud Gruter. CCCCLXXIII. & Spon. Recherch. des Antiq. de Lyon pag. 167.

442. *Decora*] *Decorae* plurimi. *decore* quatuor. *totae* S. German. *cometae* duo ſine varietate. *Comata*, pro comata Gallia ſine exemplo Gujetus ait.

445. *Eſus*] *Eſſus* Langerm. Multi vero *Aeſus*. *Eſos* Rottend. pr. *Theutates* etiam Voſſ. & Hamb. tert.

446. *Taranis*] *Tararis* Thuan. pr. *Scythiae* ſeptem codices. Heins. volebat *Scythica n. m. ara Diana*. III. Leibnitius in notis ad excerpta veterum de populis ad Albim &c. Tom. I. Rer. Brunſv. p. 45. *Taranim* a *Tara*, id eſt, Deo tonitruum, Latinis Jove, deducit, & inde *Thor*, & *donder* ex ipſo ſono derivatum credit.

448. *Laudibus in longum vates dimittitis aevum*] Alii, *demittitis*. In quibus verbis perpetua eſt apud omnes fere ſcriptores diſcrepantia, & pro utroque plura dici poſſunt. Sed quia hic agitur de longo aevo & poſteritate, in quam ab ultima antiquitate mittuntur fortes animae, certum eſt *demittitis* praeferendum eſſe. Miror vero inter varias lectiones olim jam editas a Grotio & Stephano hic omitti, *extenditis*, quod licet poſſet defendi, potius tamen expoſitionem eſſe gloſſatoris credo. Sed probat, illum *demittitis* legiſſe: nam *dimittere* eſt a ſe mittere, *demittere* in inferiora. Praeterea vidi Buchananum lib. II. Scotic. Rer. cap. 2. nobis dare, *in longum vates diffunditis aevum*, ſive ex codice, ſive memoriae lapſu; certe nuperrimus editor mutavit ad editiones vulgatas in *demittitis*. Quantum in alieno opere id mihi non ſumerem, ſed in notis monerem lectores.

449. *Securi*] In hoc verſu haerenr interpretes in expoſitione vocis *ſecuri*. Heinſius, cujus codicem habeo, varie tentavit, nunc *cirrigeri* conjectans, quia vates, (& praecipue in Gallia, quae comata modo dicta fuit, & unde mox vſ. 463. *Cirrigeros Caycos* dixit,) alebant comam & rotabant, & remittebat lectores ad Salmas. de coma pag. 307. 339. & 347. & Behotii Apoph. I. cap. XVI,

Teutates, horrenſque feris altaribus Heſus;
Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae.
Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremtas,
Laudibus in longum vates demittitis aevum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina, Bardi.
Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum, Druidae, poſitis repetiſtis ab armis.
Solis noſſe deos, & coeli numina vobis,

Aut

XVI. & ſatis conſtat, vates comas jactaſſe & ſparſas habuiſſe. Sed de eo hic non agitur; & neſcio an Galli id fecerint. Nunc *Scutigeri* vel *Cetrigeri* emendabat, quia Bardi & vates gentium barbararum ſuis in proelia euntibus carmina cantabant, unde ipſi vates, ſuos comitantes, ſaepe periculum ſubibant, & ideo cetris ſive ſcutis tecti erant, nos remittens ad Sil. Ital. III. 346. & X. 231. & ejus interpretem Dausquejum. Quae omnia longe petita arbitror: neque etiam capio, quid doctus ille vir apud Cortium velit, qui legebat, *concreti fudiſtis carmina.* An obſtructis genitalibus natos, quales ita dici docuit Rutgers. III. Var. Lect. 18. credidit? an condenſatos in unum? an callis quaſi impetigine concretis foedos, ut Suet. Aug. LXXX. intellexerit? tales emendationes magna cura firmari deberent, non ut aenigmata nobis edi. Sed nulla opus eſſe emendatione & conſenſu codicum, & loco Feſti, qui ita citat, probari credo. *Securi* vero ſunt *ſoluti* jam *longa ſtatione* ut vſ. 402. dicit, & metu Romanorum, quorum praeſidiis nunc e Gallia deductis, ritus barbaricos patrio more & impune poſſent Bardi peragere: nam Romani vetuerant humanas hoſtias mactare, quas & Bardi & Druidae immolabant, ut vel ex Strabonis loco adducto ab interpretibus colligi poteſt: in his vero ſacrificiis Bardi carmina ſua fundebant. *Securi* etiam dici potuerunt, quia jam bello a finibus ſuis & Gallis ad cives, inter ſe pugnantes, tranſlato, ſine metu vivere poſſent, quum antea fortes animas, & in bello, a Caeſare geſto, peremtas non auderent carminibus ſuis celebrare. *Laetati* ergo, ut modo de Treviris dixit, *converti proelia*, & vſ. 422. *amoto hoſte gaudentes*, ſecuri canebant, ſperantes etiam cladem Romanorum inter ſe furentium, nec eorum reditum facile timentes. *Poſita* vero *arma*, non a Druidis, ſed a Romanis contra Gallos olim ſumta, & viciſſim a Gallis contra Romanos per decem annos belligerantibus intelligenda puto. Idem ergo eſt ac pace & quiete, a bello illo decennali, parta, per totam Galliam, ſecuri Romanorum, repetebant nefaria ſacra Druidae. Obvia autem haec de ceſſatione a bello & pace locutio. Ovid. III. Ep. 95.

Bellum erat: ille ferox poſitis ſeceſſit ab armis.

II. Amor. IX. 35.

Poſitis nudus tibi praebeor armis.

& XII. Met. 147.

Poſitis pars utraque ſubſtitit armis.

Sic veteranus & emeritus miles *arma ponit* apud eumdem IV. Triſt. VIII. 22. *compoſita* dixit *arma* Horat. IV. Od. 14.

452. *Solis noſſe Deos & coeli numina vobis, Aut ſolis neſcire datum.*] Primo notandum eſt acumen Lucani, qui ludit in diſcrimine verborum *noſſe*, & *neſcire* Deos Quaſi Druidae Deos, quos ſuae genti colendos praeſcribunt, ſoli mortalium noſcerent: ſed, quia haec nefaria ſuperſtitio, & humano ſanguine polluta ſacra, judicante Poëta, horrori erant Romanis, & quae Dii ipſi averſarentur, ſolos etiam neſcire veros Deos, quos ſcilicet Populus Romanus receperat, adfirmat. Ita Terent. Heaut. V. 4. *neſcio Deos.* Gujet. *ſancire deos*, quod vult dictum, ut

G *ſan-*

Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. vobis auctoribus, umbrae

Non

ſancire leges, *foedera*, utinam probaſſet. Deinde variant codices in *coeli numina*, pro quibus ex Regio codice *lumina* profert, & probat *coeli lumina* Oudendorpius, magna veri ſpecie, ut ſidera intelligantur. Miror vero non admonitum lectorem in Stephani editione legi, *coeli ſidera*, quod fluxiſſe a gloſſatoris manu poteſt. Hi vero Druidae non modo cerimoniarum & cultus Divini antiſtites fuere, ſed aſtrorum periti, qui originem mundi & ſiderum motus diſcipulos docebant, ut ex Strabonis & aliorum verbis, ab interprete adductis, abunde patet; ſed haec ſecretior erat diſciplina, unde noſter de Figulo vſ. 639. religionem & aſtrorum ſcientiam conjungens dicit, *cui cura Deos ſecretaque coeli Noſſe fuit.* in Oiſeliano erat, *coeli culmina*, quod a ſollemni aberratione librariorum profluxit. Ego vero inhaerere malo vulgatae lectioni, & *coeli numina* dici poſſe ſidera, quia illa pro Diis habebantur & colebantur, puto, & hinc fluxiſſe illas varietates, quia ſive *numina*, ſive *lumina*, ſive *ſidera coeli* legas, eadem intelliguntur. nam ſingulas etiam ſtellas Deos numerari ait Cicero lib. III. de Nat. Deor. 16. quem & vide in Somn. Scipion. cap. I. & 4. & Macrob. in Somn. Scip. II. 10. Lactant. II. Inſtit. 5. & quos non. Et hinc jam Poëtae ſidera ipſa Deos & numina vocare ſolent. Sic Calliſto in ſidus evecta *facta dea eſt* apud Ovid. II. Met. 520. & apud Claudian. Bell. Geta. 92. *ſidera* explicat Barthius *numina*, & apud Stat. I. Achil. 254. *ſidus grande* a Scholiaſte exponitur *numen magnum.* Apud Nemeſ. III. Ecl. III. 21. *ſidera coeli* ſunt ipſa numina, ubi olim in hoc Lucani etiam *ſidera* praeferebam, nunc codices ſequi malo. apud Ovid. VIII. Met. 372.

At gemini nondum, coeleſtia ſidera, fratres.

ubi etiam tres ſcripti, *numina*. *Neſcire datur* editiones quaedam priſcae.

453. *Nemora alta remotis incolitis lucis*] Repudiat Oudendorpius hanc lectionem duplici de cauſſa: primum, quia *nemora* incolitis *in lucis* idem eſt, ac ſi dixiſſet, *nemora* incolitis *in nemoribus.* Sed neque *nemus* idem eſt, quod *lucus*, ut docui ad Ovid III. Met. 175. ubi hunc Lucani locum ad id probandum advocavi, vide etiam ad II. Met. 438. I. Faſt. 512. *Nemora alta* ergo erant late patentia, in quorum loco ſecreto & conſecrato, qui *lucus* dicebatur, ſacra peragebant. Et diſtinctas eſſe partes, docet manifeſte Silius Ital. VI. 146.

Lucus iners juxta ſtygium, pallentibus umbris,
Servabat ſine ſole nemus.

& eodem modo Ovid. I. Met. vſ. 568. *Silva claudit undique nemus*; ubi *nemus* eſt pars ſacra ſilvae. nam ſolent ſaepe Poëtae *nemus* de ſacrata ſilva ſumere. Sic Ovid. lib. VII. Met. 74. ubi de aris Hecates agit, dicit,

Quas nemus umbroſum ſecretaque ſilva tegebat.

vel ut alii, *ſacrataque*. Et ita in Cereris luco erat quercus ſacra, ad quam ſacra fiebant: apud eumdem lib. VIII. 741.

Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur, & lucos *ferro temeraſſe vetuſtos.*

Druïdae ergo in lucis remotis, id eſt, in ea parte, quae interior & ſacratior erat, incolebant nemora alta. In altera lectione, *nemora alta remoti incolitis luci*, eſt aliquid inconcinni, quia *nemora alta*, plurali numero, *lucos* quoque requirere videntur, nec in uno loco poſſunt eſſe plura nemora, niſi quis eo evadere velit, ut apud Poëtas ſaepe numerorum enallagen obſervari fingat, ut in modo adducto Ovidii loco. Sed in nemoribus vaſtis, & latis ſuus cuique lucus erat, quare dicendum foret, *nemorum altorum lucos remotos incolitis*, non *nemora luci* quod potiori jure dici poſſit idem eſſe, *nemora incolitis nemoris*, quam ſi *nemora in lucis remotis incolitis* legatur. In noſtris omnibus eſt, *remotis lucis*. *Lucum* vero numquam apud Virgilium ſine religione aut conſecratione poni, ſaepe notat Servius. vid. ad III. Aen. 302. VII. 29. & alibi. Altera ratio-

me

Non tacitas Erebi ſedes, Ditiſque profundi
Pallida regna petunt: regit idem ſpiritus artus
Orbe

me magis moverer, quod ingratus ille auribus delicatis ſonus, quatuor verborum in *is* exeuntium, accideret. Sed quum unus modo codex *remoti luci* habeat, non temere conſenſum reliquorum repudiandum eſſe cenſeo, niſi ſenſus inde plane abſurdus exſurgeret. Praeterea, ſi Lucanus ſibi ſtudioſe ab his homoioteleutis cavere ſemper inſtituiſſet, hoc loco me offenderet; ſed ſimilia paſſim in illo obſervare licet, quae omnia mutare temerarium eſſet, & noſtro magis judicio, quam Poëtae morem gerere, & in ejus negligentia emendanda nimis diligentes eſſe. vid. lib. II. 329. III. 670. IV. 666. VI. 624. & 642. VII. 489. & alibi ſaepius. Qualia & apud *ipſum Virgilium*, ſed rarius, & *Ovidium & alios* quaerentibus ſe offerent. Forte tamen *luci* in Regio codice ſcriptum fuit, quia vitium latebat in *remoti*, pro quo alia vox a Lucani manu fluxit, quae nomen proprium luci ſacrati nobis indicaret, ſi vera lectio inveſtigari poſſet, & locus deſignari, in quo ſacra alicui ex numinibus ſuis Druidae faciebant, & diſcipulorum coetus habebant. Quod ut ſuſpicer, facit varia lectio codicis Langerm. in quo legitur *nemora alta Monetis incolitis lucis*; quod ſi verum eſſet, legi etiam deberet *luci*, hoc ordine facto *incolitis nemora alta luci Monetis*. Similis autem hic poteſt eſſe depravatio, ut ſupr. vſ. 419. ubi *rura Menetbis*, *Nemetis*, *Nemoſſi*, *Nanetis*, & neſcio quae ab interpretibus nobis obtruduntur, & ego *Mereris*, *Nometis* in aliis inveni, quae ad liquidum perducere difficile puto, quum nomina locorum Galliae ſaepe depravatiſſima ad nos pervenerint. forte felicior aliquis hunc lucum poſtea deprehendet. non enim audeo adfirmare an ille *lucus* (ita enim cum Caſaubono ad Diog. Laërtii prooem. non *locus*, legendum puto) *conſecratus in Carnutum finibus, in quo certo anni tempore conſidunt*, teſte Caeſare lib. VI. de Bell. Gall. cap. 13. ſit hic a Lucano intellectus locus, licet Voſſius, ibi hunc Lucani locum adducat. Cortius uſus gladio, hunc nodum ſecat, & legendum conjicit,

Solis noſſe Deos, & coeli numina vobis,
Aut neſcire datum, vobis auctoribus umbris &c.

Reſectis reliquis. Nihil certe facilius, quam, ubi quid difficile intellectu occurrit, illud ejicere, quod moleſtiam facit.

454. *Umbrae &c.*] Didici ex novis literariis Germ. editis vernacula lingua Lipſ. 1728. Mart. p. 215. Virum Eruditum in actis eruditis Franconiae A. 1728. collect. VII. p. 501. edidiſſe diſſertationem, in qua docet non metempſychoſin a Druibus receptam, ſed, a Judaeis forte hauſta opinione, quae & a Chriſtinianis adſerta fuit, docuiſſe diſcipulos, mortuos iterum excitatum iri & ad aliam, ſed beatiorem, vitam in orbe alio agendam tranſituros, & ideo inter hanc inter mortales, & illam beatiorem & aeternam ſive longam vitam, *mortem* eſſe *mediam*: & hinc effeciſſe Druidas, nullum mortis eſſe timorem debere, quia eſt tranſitus non ad aliud corpus, ſed ad meliorem vitam. Quae ſi vera ſint, quam parum ab hoc Chriſtianae doctrinae capite abfuerint, manifeſtum eſt. Similis fere ſenſus vocis *medius* lib. VI. 99.

Nec medii dirimunt morbi vitamque necemque.

ubi de ſubita morte, inter quam & vitam nullus eſt morbus medius. Et hinc, quia mors eſt ſeparatio corporis, quod perit, & animae, quae remanet, *interitum* vocaviſſe Romanos docet Servius ad Virg. V. Aen. 735. quod quibusdam nimis ſubtile videbitur. Similis Getarum diſciplina apud Pom. Melam lib. II. 2. ubi de contemtu mortis agens, addit. *Varia id opinio efficit, alii perituras putant animas obeuntium, alii, etſi non redeant, non exſtingui tamen, ſed ad beatiora tranſire.* Et hunc verum ſenſum Lucani eſſe puto. Video etiam in Actis Academicis, quae ab Anno 1733. Lipſiae edi ſunt coepta, Tom. I ſect. II. pag. 57. Davidem Bernard, Rectorem Scholae Cizenſis, refutaſſe virum doctum modo memo-

Orbe alio: longae (canitis ſi cognita) vitae
Mors media eſt. certe populi, quos deſpicit Arctos,
Felices errore ſuo, quos ille, timorum
Maximus, haud urguet leti metus. inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animaeque capaces
Mortis: & ignavum rediturae parcere vitae.

Et

moratum: ſed quibus argumentis non proditur.

458. *Media eſt*] *Eſt* deeſt Langerm. *quos deſpicis* Rottend. ſec.

460. *Leti metus*] *Mortis metus* Rottend. ſec. Male *ruenti* Schol. Stat. iv. 231. Ed. Lindenbr. veteres vero Editiones Lucani verſu carent.

461. *Capaces*] *Rapaces* Heinſ. & Barthius, qui videndus & ad Grat. Cyneg. vſ. 194. & priore editione Claudian. ad ii. in Rufin. 8. ad Stat. xii. Theb. 683. & Adverſar. xxii. 8. & xxx. 19. ubi cauſſam dat, quia anima immortalis non poteſt capax eſſe mortis, nec mori, & hinc etiam *animi* (ut etiam S. Germ. & Turr. habent) ibi legit, licet in aliis locis exhibeat *animae*, ſed perinde eſt; quare in ea correctione toties repetita ſibi placuiſſe videtur. & certe *capaces mortis* etiam ſunt alii, non ex diſciplina Druidarum, nec qui meliorem ad vitam ſe redituros credebant. Sic multi inter Romanos, fuere capaces mortis, ut Cato, Brutus, & in primis *prodigus* Paullus *animae magnae*. Horatio i. Od. 12. ſed *rapaces* ſunt, non qui taedio vitae mortem petunt, ſed quibus tam perſuaſum eſt de meliori & longiori vita, ut ſponte petant, & quaſi rapiant ante diem mortem, quia illa media, & quaſi tranſitus ad meliorem redituram vitam. Si vero metempſychoſin tradidiſſe Dryadas ſtatuamus, certe migratio illa in viliora ſaepe & animantum corpora rapaces mortis facere non poterat, ſed ſpes & perſuaſio, iterum ex ſepulchro excitandos fore, mortis avidos & *rapaces* faciebat. Sed quia ſola conjectura nititur non audeo intrudere textui. *Eſt* habet Hamburg. tert. forte etiam, *at ignavum.* verſus 462. deerat Thuaneo ſecundo.

463. *Et vos crinigeros bellis arcere Caycos.*] Cortius ex ſuis profert, *belligeros* & *armigeros.* fides ſit penes auctorem. Ipſe praetulit Lipſianam emendationem, *cirrigeros*, quam etiam Oudendorpius probavit. Nollem factum. Nam quia omnes homines *crinigeri*, ideo non poteſt hoc epitheton abjudicari certae genti, qui crinibus ab aliis gentibus vel comendis, vel alendis diſcernebantur. Sed *crinigeri* dicuntur, non omnes, qui crines gerunt, ſed κατ' ἐξοχὴν, qui longos crines alunt & ſubmittunt, nec tondent, ut ita vſ. 441. *tonſus Liger* opponitur *comatae Galliae*, quae ita dicta, non quia ejus incolae, ut totius etiam orbis, comas habebant, aut quaſi reliquae Galliae comis carerent, ſed quia hi Galli longis & promiſſioribus praeter alios erant conſpicui. An in epulo Didonis omnes calvi fuiſſe credendi, quia unus *crinitus Jopas* ibi hoc epitheto inſignitur a Virgil. lib. i. 740. minime: ſed quia ille intonſis erat capillis, ut Apollo fingitur, ut recte Servius. *cirrigeros* vero dici eoſdem, qui crinibus in nodum tortis erant, non recte puto, quia cirri erant dependentium & ſolutorum crinium. Nihili ergo haec obſervatio, ſed in his ſemper apparet prurigo emendandi, non veri ſtudium. Sic quia in uno codice Thuan. quart. etiam occurrit verſu ſequenti, *Rhenique feraces deſeritis ripas*, ideo ſtatim vulgatum *feroces* ejiciendum eſſet, & operoſe oſtendendum, fertilitatem Bataviae (nam de illis & vicinis ad Rhenum populis jam agi exiſtimo) indicari, quum magis a ferocia, quam a fertilitate agrorum, quorum culturae olim non admodum ſtudebant, cenſeri ſoleant Batavi, quos modo vſ. 431. *truces* vocavit. *barbaros* ii. 309 ſed *feraces* eſt ex ſollemni librariorum aberratione. vid. ad Ovid. vi. met. 416. & Sil. vii. 211.

463.

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppoſiti, petitis Romam, Rhenique feroces
Deſeritis ripas, & apertum gentibus orbem.
Caeſar, ut immenſae collecto robore vires
Audendi majora fidem fecere, per omnem
Spargitur Italiam, vicinaque moenia complet.

Vana

463. *Caycos*] Ita multi codices. *Cabichos* Thuan. ſec. & Rottend. pr. *Caichos* Hamb. tert. & Langerm. vid. Schild. de Caucis. & Junium in Batavia cap. IX. *Caucos* pro Sicambris poni ſe cenſere, monuit me Cl. Dorvillius.

465. *Apertum gentibus orbem*] Minime hic Germania intelligi debet: illa enim jam ſatis nota & aperta, licet non penitus, ante Caeſarem, peragrata fuerit, nec recte *orbis* dici poteſt; ſed Britannia, quam primus Romanorum tetigit & aperuit Caeſar, & quam repetere in animo habebat; nunc vero bello civili impeditus, copias, quas ad Rheni ripas & oram Britanniae oppoſitam reliquerat, inde evocat, & ita apertum illum a ſe orbem deſeruit; & hoc maxime confirmatur ex lib. II. 570. ubi Rhenus & Britannia, ut hic etiam, conjunguntur, & a Caeſare fugiente deſerta exprobrantur ipſi a Pompejo. *Aperire* autem proprie dicitur ille, qui ignotam & intactam ante ſe regionem primus intrat, ut ita adulans turpiſſime fatuo imperatori Claudio, & hanc Caeſaris in inſulam incurſionem pro nihilo ducens Mela lib. III. 6. ait. *Quippe diu clauſam aperit ecce Principum maximus* (fine dubio fatuitate) *nec indomitarum modo ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor.* Sic *apertum* a Jaſone & Argonautis *mare* omnes fere Poëtae, & in primis Val. Fl. I. 169. canit, qui etiam de Britannia, a Veſpaſiano verius, quam a deceſſoribus ſuis ſubacta, ita loquitur lib. I. 7.

Tuque, o, pelagi cui major aperti
Fama, Caledonius poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Julos.

Sic ſuo quisque principi foedum in modum adulari ſolet. Si vero de Germania aliquis haec intelligere velit, ei oſtendendum eſſet, a quibus haec aperta fuerit, quum jam magna ejus pars pluribus populis, certe vicinis, eſſet cognita. Sed Britannia, alter *orbis*, aut ejus initium, credita, non Romanis modo, ſed omnibus ad hunc diem intacta & ignota fuerat gentibus. Et ita hic *gentibus* capio pro toto orbe, etiam Romano imperio, ut apud Ovid. II. Triſt. 235.

Nec tibi contingunt, quae gentibus otia praeſtas.

id eſt, Romano imperio, aut potius toti generi humano, quia una pax fuit ſub Auguſto toti orbi. Mox noſter vſ. 543.

Involvitque orbem tenebris, genteſque coëgit
Deſperare diem.

lib. VII. 649.

Trahere omnia ſecum
Merſa juvat, genteſque tuae miſcere ruinae.

& ſupr. vſ. 9 Sed in his haerere tyrocinii puerilis opus eſſe puto, ideoque definendum, quum omnes noverint Britanniam, ſolam vere & proprie gentibus ignotam, & alterum orbem fama tantum celebratam, a Caeſare fuiſſe apertam.

467. *Fidem fecere*] Scilicet Pompejanis & adverſariis, qui non credebant, Caeſarem tam paucis copiis, quibuſcum Ravenna egreſſus erat, auſurum fuiſſe ulterius progredi. Si de Caeſare capiendum eſſet, *fides* hic *fiduciam* notaret, vel *fidem* fecere ejus militibus, qui jam credebant eum majora auſurum.

468. *Spargitur*] Id eſt, diverſa in loca diſcurrit, non manens in uno. vid ad Val. Flacc. V. 488. huic verbo jam debet congruere *complet*, quia de eodem Caeſare agitur. ideoque *complent*, quod in Thuan. pr. legitur, & Cortius in ſuo invenit, & de quo

 in

Vana quoque ad veros acceſſit fama timores,
Irrupitque animos populi, clademque futuram
Intulit, & velox properantis nuntia belli
Innumeras ſolvit falſa in praeconia linguas.
Eſt qui, tauriferis ubi ſe Mevania campis
Explicat, audaces ruere in certamina turmas
Adſerat, &, qua Nar Tyberino illabitur amni,
Barbaricas ſaevi diſcurrere Caeſaris alas:
Ipſum omnes aquilas, collataque ſigna ferentem,
Agmine non uno, denſisque incedere caſtris.
Nec, qualem meminere, vident: majorque, ferusque
Mentibus occurrit, victoque immanior hoſte.
Hunc inter Rhenum populos Alpemque jacentes,

Fi-

in notis ſuis acturum promiſerat, hic locum habere nequit. Nam licet ipſe Caeſar non poterat complere urbes, ejus copiae debent intelligi, tam in verbo *ſpargitur*, quam in *complet*, ut recte Scholiaſtes; quare talia non captanda ſunt. Aliter variare numeris verba ſaepe animadvertitur. vid. lib. III. 694. & IV. 367. IX. 672. & alibi ubi MSS. & ratio id ſuadent. v. ad Virg. II. Aen. 31. 64. & alibi. vid. & Oudendorp. mox ad vſ. 485.

472. *Innumeras ſolvit falſa in praeconia linguas.*] Hinc diſcimus licentiam librariorum, qui aut ex gloſſis, aut ex aliis auctoris ſui locis varias lectiones induxerunt. nam in uno reperi *voces*, quod explicantis *linguas* magiſtri eſt: in altero *vires*, quod ex vſ. 485. ubi de creſcente fama dixit, *dat vires famae*, repetitum. Hoc tyronibus obſervandum, ut ſapere, & manum prurientem cohibere diſcant. Sequens verſus recte de lato campo & planitie explicatur, unde Propertius lib. IV. El. I. 123. *cavum campum* vocavit, ut ſupra vidimus. Fontaninus de Antiq. Hortae lib. I. 5. planitiem Hortanam deſcribi cenſens, accurate haec illuſtrat, qui conſuli poteſt. & de Naris influxu in Tiberim ibidem §. 4. agit; nos, qui oculis illa luſtrare non poſſumus, credimus Viro, qui propius inſpexit. *Macrania* erat in Richel. *labitur amni* Thuan.

475. *Adſerat*] *Aefferat* Turrian. pro *efferat*. *aſſerat* quinque.

478. *Denſiſque incedere caſtris*] Quis ita umquam locutus ſit, ignoro: *caſtris* enim non inceditur, ſed *agminibus*: an ergo *caſtra* hic agmina notant? Interpres ad lib. V. 714. exponit *conſertis*, *junctis*. ſed hoc *alis* ibi poſſet convenire, hic, ubi de properato itinere agitur, quomodo caſtra juncta poſſint dici, non video. an *denſa caſtra* poſuit pro continuato & non intermiſſo itinere? ut ita vulgo dicimus *ſecundis*, *tertiis* &c. *caſtris* eo perveniſſe aliquem, & ut paullum alio ſenſu *decem caſtra* dixit ſupr. vſ. 374. ubi cum in codicibus duobus ſit *dextris*, an hic quoque *denſis incedere dextris*, pro militibus armatis & in agmen denſatis legemus? Sic & apud Claudian. I. in Rufin. 324. pro *inviſis mox ſe conjungere caſtris*, legitur in Moreti libro, *dextris*. Facilis autem lapſus, quia ſaepe librarii dederunt *deſtris*, ut noſter codex ſupra 374. habebat, pro *dextris*. *denſae* ergo *dextrae* eſſent, ut *denſi cunei* lib. VI. 184. *denſum agmen* X. 543. *denſae catervae* VII. 492. & quae id genus plura. ut tamen verum fatear, non multum tribuo huic conjecturae.

In-

Finibus Arctois, patriaque ab ſede revulſos
Pone ſequi, juſſamque feris a gentibus Urbem,
Romano ſpectante, rapi. ſic quisque pavendo
Dat vires famae: nulloque auctore malorum,
Quae finxere, timent. nec ſolum vulgus inani
Percuſſum terrore pavet: ſed curia, & ipſi
Sedibus exſiluere Patres, inviſaque belli
Conſulibus fugiens mandat decreta Senatus.
Tum, quae tuta petant, &, quae metuendâ relinquant,
Incerti, quo quemque fugae tulit impetus, urguet
Praecipitem populum, ſerieque haerentia longa
Agmina prorumpunt: credas aut tecta nefandas
Corripuiſſe faces, aut jam quatiente ruina

Nu-

Inceſſiſſe vero Caeſarem non ſparſo & longo agmine, ſed, licet non uno agmine, omnibus tamen paratis ad aciem & proelium, veroſimile eſt voluiſſe noſtrum dicere. Sed notemus potius & relinquamus has ἀκυρολογίας Lucano, quam temerariis conjecturis ejus manum violemus.

479. *Feruſque*] Licet & ex noſtris multi *feroxque* habeant, & receperit Cortius, & ita varient ſcripti, ut IV. 211. & alibi. nihil tamen mutandum. nam recte conjungit, *majorque feruſque*, ut Val. Flacc II. 10. *eadem effera & ingens.* ubi docui *ingentes & magnos* videri, qui terribiliores apparent timentibus, quaſi & ſtatura & viribus ſolito auctiores eſſent. ſic lib. III. 37. *major in arma ruit. Ferus* autem plus eſt, quam *ferox*, quod epitheton etiam viro militari & forti, ſine vituperatione, aliquando tribuitur, ut ſaepe viri docti oſtenderunt, & ipſi Lexicographi. licet & Statius ſaepe *ferum* eo ſenſu dixerit, notante Barthio ad lib. IX. 183. & alibi.

481. *Hunc inter*] *Tunc* fere omnes. ſcilicet, eſt qui tunc afferat, populos illos pone ſequi. non tamen alienus ſum a *nunc*, quod profert ex Voſſiano & editis Oudendorp. nam centies in prima illa litera errantes notavimus, vid. ad Suet. Neron. XXVIII. Virg. VI. 817. & ſupr. 217. & infra II. 283. & alibi. *tunc in Tyrrenum* Richel. *Alpemque* decem, quod ambiguum tollit, ne *Alpes jacentes* jungantur. vid. Oudendorp.

482. *A ſede*] *Ab ſede* novem ſcripti, & probat Heinſius, qui ad Virg. I. Aen. 270. & III. Aeneid. 687. pluribus hoc illuſtravit exemplis. inf. IX. 466. *a ſede* tamen legitur, ubi ſine codicibus *ab ſede* Cortius dedit, ut & III. 339. *repulſos* etiam Hamb. quart.

488. *Inviſaque belli*] *Bella* Thuan. ſec. qui ſequentem verſum ignorat. tertius etiam, *mandet.*

491. *Quo quemque*] *Quoque quemque* Richel. *quocunque* Thuan. ſec. & quart. *urget* fere omnes.

492. *Praecipitem populum*] Mox ſequitur, *praecipiti lymphata gradu.* quare Heinſ. reponebat, *ancipitem populum*, id eſt incertum, ut modo de patribus dixit, & ſupra vſ. 266. etiam *ancipitem urbem* dixit, dubiam, quas partes ſequeretur ſi codices juvarent, ſequerer. Gujet. *praecipites populi*, quod non intelligo. an ſcripſit *praecipitis populi.* ſcil. *impetus fugae praecipitis populi*; niſi poſt *urguet* diſtinctione poſita *populi & agmina* jungantur: ſed de uno populo Romano hic agitur.

493.

Nutantes pendere domos. ſic turba per urbem
Praecipiti lymphata gradu, velut unica rebus
Spes foret adflictis patrios excedere muros,
Inconſulta ruit. qualis quum turbidus Auſter
Repulit a Libycis immenſum Syrtibus aequor,
Fractaque veliferi ſonuerunt pondera mali,
Deſilit in fluctus deſerta puppe magiſter,
Navitaque, & nondum ſparſa compage carinae,
Naufragium ſibi quisque facit: ſic urbe relicta
In bellum fugitur. nullum jam languidus aevo
Evaluit revocare parens, coniuxve maritum
Fletibus, aut patrii, dubiae dum vota Saluti
Conciperent, tenuere Lares: nec limine quisquam
Haeſit, & extremo tunc forſitan urbis amatae
Plenus abit viſu: ruit irrevocabile vulgus.
O faciles dare ſumma Deos, eademque tueri
Difficiles! urbem populis, victisque frequentem
Gentibus, & generis, coëat ſi turba, capacem
Humani, facilem venturo Caeſare praedam

Igna-

493. *Prorumpunt*] *Perrumpunt* Barberin. *aut credas* Thuan quart. *credas ut* tert. & Hamb. quart.

496. *Gradu, velut*] *Gradu ruit: unica* Thuan. ſec. ſed hoc ſequitur, ubi iterum Cortius obtrudit *ruunt*, quaſi non liceret dicere, *turba ruit*; ſed cur mox verſ. 512 *coëat ſi turba*, reliquit, ubi Voſſianus tamen *coëant* habet?

499. *A Libycis*] *Ab Libycis* Hamb. quart.

503. *Quisque*] *Quique* Thuan. quart.

504. *Nullum jam languidus aevo Evaluit revocare parens.*] In quibusdam membranis eſt, *nullus*, unde Heins. legebat, *nullis*, & referebat ad *fletibus*. Sed quum mox, *conjuxve maritum* ſequatur, hic deſiderari videtur *filius*, quem pater non poteſt revocare, & ideo forte ſcripſerit Lucanus,

Natum non languidus aevo
Evaluit revocare parens.

506. *Dubiae dum vota ſalutis Conciperet.*] Durius hoc quoque dictum, quum obvium magis ſit vota *pro ſalute dubia* concipere, quam *vota ſalutis*. Quare praeferri jure poſſet lectio, quam in ſex codicibus reperi, & Cortius quoque in ſuis inveniſſe videtur,

Dubiae dum vota Saluti
Conciperet.

ut Salus tamquam Dea hic conſideretur, cui vota conciperentur, ut apud Virgil. XI. 438.

Junoni cane vota lubens.

in conjectura olim a me prodita, quae interpreti non placet, male conjunguntur *pa-*

tria

Ignavae liquere manus. quum preſſus ab hoſte
Clauditur externis miles Romanus in oris,
Effugit exiguo nocturna pericula vallo:
Et ſubitus rapti munimine ceſpitis agger
Praebet ſecuros intra tentoria ſomnos.
Tu tantum audito bellorum nomine, Roma,
Deſereris; nox una tuis non credita muris.
Danda tamen venia eſt tantorum, danda, pavorum:
Pompejo fugiente timent. tum ne qua futuri
Spes ſaltem trepidas mentes levet, addita fati
Pejoris manifeſta fides; Superique minaces,
Prodigiis terras implerunt, aethera, pontum.
Ignota obſcurae viderunt ſidera noctes,
Ardentemque polum flammis, coeloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Sideris, & terris mutantem regna cometen.
Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno:
Et varias ignis denſo dedit aëre formas.
Nunc jaculum longo, nunc ſparſo lumine lampas
Emi-

trii dubii, quum debeat conſtrui, *patrii lares non tenuere, dum dubii ſalutis vota conciperent*. Sin offendat ſonus ille vocum in *i* exeuntium, corrigantur & alii loci, ubi idem verborum finis. Ut mox vſ. 598. *ſoli cui*, II. 169. *memini laeti*, VII. 506 *toti qui*, & plures alii: *conciperent* noſtri omnes, praeter Rottend. tert.

509. *Plenus abit viſu*] Et hic ſingularis loquendi modus: cujus ſenſus eſt, contentus & quaſi ſaturatus ultimo adſpectu urbis olim amatae, nec reſpiciens & haerens in limine, ut ſolent qui inviti diſcedunt; ſed nunc credens ſatis jam ſatisque ſe vidiſſe urbem, in quam forſitan numquam rediturus eſſet. *Ita plenus* dicitur aliquando, qui nihil ultra deſiderat, ut Senec. Epiſt. XV. *Quam jucundum nihil poſcere, quam magnificum plenum eſſe, nec ex fortuna pendere?* Ovid. III. ex Ponto. IV. 55.

Illa bibit ſitiens, lector mea pocula plenus.

& alibi ſaepius.

511. *Urbem*] *urbi* Oiſel. Et mox, *capacis* Rottend. pr.

514. *Cum preſſus*] Heinſius malebat, *tum*.

519. *Nomine Roma*] Ita omnes noſtri, praeter Thuan. ſec. qui, *nomine famae*. Heinſius haec interrogandi modo capiebat, cujus notam poſt τὸ *muris*? ponebat. Mox, *damna pavorum* Thuan. quart. *malorum* Langerman. & Thuan. ſec.

531 *Et varias ignis denſo dedit aëre formas*] *tenſo*, quod alii ex ſuis referunt, in tribus

 etiam

Emicuit coelo: tacitum ſine nubibus ullis
Fulmen, & Arctois rapiens e partibus ignem,
Percuſſit Latiale caput: ſtellaeque minores
Per vacuum ſolitae noctis decurrere tempus,
In medium venere diem: cornuque coacto
Jam Phoebe toto fratrem quum redderet orbe,
Terrarum ſubita percuſſa expalluit umbra.
Ipſe caput medio Titan quum ferret Olympo,
Condidit ardentes atra caligine currus,
Involvitque orbem tenebris, gentesque coëgit
Deſpe-

etiam vidi, quorum uni haec adſcripta gloſſa, *legitur & tonſo, alii tonſum dici volunt, unde & tonſae Deorum: alii tentum.* &c. ut in edito Scholiaſte. Sed ſine dubio *tenſo* & *tenſae Deorum* debet legi. Eadem diverſitas lib. III. 465. ubi pro *denſo* baliſtae *turbine* legitur in aliis, *tenſo*, vel *tenſae*, in duobus meis, *tonſo*. Et lib v. 714.

Mox ubi percuſſit tenſas notus altior alas.

ubi in meis quatuor, *denſas*. *Tenſo* etiam hic exhibuit Cortius. Manus Heinſii *terſo*. Mihi *denſo* ſatis placet, quod de aëre nubibus obducto & turbato, ut in tempeſtatibus ſolet, capio. Sic Avienus in Phaenom 858.

Ne tibi, cum denſo conducitur aëre coelum &c.

Plura ad rem videbis in notis ad Val. Fl. III. 91. Sic contra *rarior aër* infr. IV. 123. ut recte ex MSS. legit Oudendorpius, & exemplis firmavit. *Formas* vero *varias* non de diverſis coeli oſtentis, ſed de variis fulminum generibus, quae vel denſo aëre, vel ſine nubibus emittuntur, quae enumerat uſque ad vſ. 533. cepi. Et ita ſparguntur ignes fulminis variis formis, & varia per loca. ut ſup. 157. Alia enim deinde oſtenta & Phaenomena in coelo incipiunt, *ſtellaeque minores* &c. nec coelum dicit noſter dediſſe has varias formas, ſed ignem, id eſt, fulmina & fulgura, quae *ignis* nomine ſignificari ſatis etiam tyronibus conſtat. *dedit* deerat in Thuan. ſec. qui &, *aethere*. Turrian. *formis*.

534. *De partibus*] *E partibus* decem ex noſtris. Per *Latiale caput* intelligo Capitolium, quod Flor. I. 7. *Imperii ſedem caputque terrarum* fore praedicit, ex capite Toli reperto.

536. *Per vacuum ſolitae noctis decurrere tempus*.] In Hamb. quart. erat, *per vacuum ſolitae ſpatium decurrere noctis*, & mox Langerm.

Jam Phoebe totum fratri cum redderet orbem;

quae lectio minime inepta: in Riehel. *toto fratrem cum redderet orbem*, vitioſe. *Ore* in uno vidi etiam, ſed ſuperſcripta litera *b*, ut eſſet *orbe*, quae indicaſſe ſufficiat. Nam de *ore* vel *orbe* Lunae ſatisfacere poſſunt Heinſiii & noſtrae notae ad Val Flacc. II. 57. *fratrem toto* Hamb. tert. *Redderet* non eſt cum Scholiaſte explicandum imitaretur, ſed lumen a fratre acceptum pleno & toto orbe redderet, id eſt, cum luciđiſſima eſſe deberet, ſubito defecit. Mox, *inde caput* fragm. S.Germ. *Titan medio cum ferret* Oiſel. *medio cum Titan ferret* Hamb. tert. *conferret* Thuan. tert. & quart.

541. *Condidit ardentes atra caligine currus.*] *Tetra* erat in Hamb. quart. Sed Cortius *atra ferrugine* conjecit, ex Virgilii loco, qui & ab interprete adducitur, hanc vocem huc invito Lucano attrahens. Profert etiam ex MS. *ſubita caligine*. ſed *ſubita umbra* praeceſſit.

542.

Deſperare diem: qualem, fugiente per ortus
Sole, Thyeſteae noctem duxere Mycenae.
Ora ferox Siculae laxavit Mulciber Aetnae;
Nec tulit in coelum flammas, ſed vertice prono
Ignis in Heſperium cecidit latus. atra Charybdis
Sanguineum fundo torſit mare. flebile ſaevi
Latravere canes. Veſtali raptus ab ara
Ignis, & oſtendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit,
Thebanos imitata rogos. tum cardine tellus

Sub-

542. *Involvitque orbem tenebris, gentesque coëgit Deſperare diem.*] Dubium centum ſaepe locis Poëtarum, an *orbem*, an *urbem* praeſtet, quia fere ſemper variant codices. Deinde, an ſuum Sol orbem, ut vſ. 538. an orbem terrarum involverit. Hic vero forte rectius *urbem* legamus, quia *gentes* ſequuntur. Solent enim Poëtae *urbem* ſaepe, ut praecipuam, nominare, Romanam, & deinde ipſi *gentes* aut *terras*, id eſt, reliquum genus humanum, ſubjicere. Ut jam in tranſitu vidi ſupr. ad verſ. 314. & latius docui ad Ovid. III. ex Ponto III. 61. & ad Calpurn. Eclog. IV. 8 praecipue ex Horatio I. Od. 2. loco adcommodato huic, *Terruit urbem*, & mox, *terruit gentes*. Et ita apud Virgil. I. Georg. 25.

Urbiſne inviſere, Caeſar
Terrarumque velis curam.

infra quoque vſ. 644. ex plurimis ſcriptis legi poteſt,

Aut, ſi fata movent, urbi generique paratur
Humano matura lues.

Sexcenta hujus loquendi moris, quo primum ſpeciem praecipuam, deinde univerſum genus ponant ſcriptores, ad manum ſunt exempla.

546. *Nec tulit*] *Non* Rottend. pr. *flammam* Hamb. quart. *vertice ſaxo* Richel. a m. pr. pro *atra* Charybdi conjicit Cortius, *tetra*, quaſi *s* in *latus*, more Enniano abjicere ſibi licuiſſe Lucanus crediſſet. *Arta* eſt in alio ejus codice, tranſpoſitis literis.

548. *Fundo*] *A fundo* Thuan. pr.

548. *Saevi latravere canes*] Sine dubio Scyllaei canes intelliguntur, quia Charybdis praceſſit. Nec mutandum genus, quum maſculino genere paſſim etiam ponantur: ut exempla docebunt ab Heinſio ad Claudian. I. in Rufin. 298. adducta. Et ita variant etiam in Stygiis canibus. vid. & inf. lib. VI. 733. VII. 828. IX. 141. & *ſaevos* proprie dici docet praeterea Ovid. VII. Met. 65.

Cinctaque ſaevis
Scylla rapax canibus, Siculo latrare profundo.

ubi vide a Ciofano adducta exempla, in quibus *rabidi canes* dicuntur. Denique alios canes, quos exempla ab Oudendorpio adducta habent, poſſet quis credere fuiſſe ab his diverſos, quia *ululantes* canes quocumque in loco & triſte murmur edentes, non latrantes, prodigium facere credebantur. Sed *latrare* canes Scyllaeos, & in freto audiri hos latratus docebunt illa, quae ſcripſi ad Val. Fl. I. 590. ergo ille latratus quotidianus nunc prodigium faciebat, quia *flebilis* erat

551. *Geminoque cacumine*] adducit hunc verſum Lutat. ad Statii I. Theb. 35. ſed ibi corrupte legitur, *gemino qui ciſ. t. i. r.* ex compendio pro *c. s.* id eſt, *cacumine ſurgit*. nec Lindenbrogianae tantum, ſed & antiquis editionibus id vitium inhaeret.

Subſedit, veteremque jugis nutantibus Alpes
Diſcuſſere nivem. Tethys majoribus undis
Heſperiam Calpen, ſummumque implevit Atlanta.
Indigetes fleviſſe deos, Urbisque laborem
Teſtatos ſudore Lares, delapſaque templis

Dona

553. *Veteremque*] *Veteresque nives* Turrian. ſed ſingularis notat omnem in monte nivem, quum *nives* partem tantum indicent. Ut ita in *terra* & *terrae*, *mare* & *maria* & aliis obſervant Grammatici. vid. Serv. Virg. II. Georg. 6. & de *cinere* & *cineribus* notae docebunt ad Ovid. I Epiſt. 24. & inf. II. 57. quae dixi, & ſaepe alibi.

554 *Tethys majoribus undis Heſperiam Calpen, ſummumque implevit Atlanta*] Locus difficilis, & certe, quocumque modo legatur & explicetur, nimiae hyperboles Poëta jure accuſari meretur. Tentabimus tamen, an aliquid lucis adferre poſſimus. Et primum *undas majores* dici credimus de inundatione inſolita & extraordinaria, ut ita ſaepe *magnae* & *ingentes aquae* apud Livium occurrunt; ut lib. XXIV. 9. XXXVIII. 18. & alibi. vid. inf. lib. IV. 143. quare hic proprie de nivibus vix capere licet, quia illas Tethys non poteſt dici ſubminiſtrare, aut illis liquefactis illos montes implere, niſi ſtatuamus mare eluvie & exundatione ſua detraxiſſe partes montis, quae nivibus tectae, eisque in mare raptis, quaſi ipſis montibus impleviſſe Hiſpaniam, id eſt, aquis ex montibus deductis: & tunc legendum foret, *Calpe ſummoque implevit Atlante*, ut Jacob. Bonon. & Baptiſt. Pius ad Valer. Flacc. III. 730. legebant. Hic quoque explicat mare evagatum enormius impleviſſe, aut adluiſſe Hiſpaniam Calpe, id eſt, circa Calpem, id eſt, Europam, & circa Atlantem, id eſt, Africam; quae coacta admodum & dura videntur. Oudendorpii explicatio & emendatio eo nomine non placet, quia Atlas remotior a freto, quam ut mare dici poſſet inter Calpen & Atlanta in mediterraneum intrare, & ita naturа rei repugnare videatur. Praeterea *intrare* mare non poteſt dici *Calpe*, & *ſummo Atlante*, id eſt, per Atlantem ſummum, niſi inſigni hyperbole, ut credamus mare montem ſummum transgreſſum & ſuperfuſum fuiſſe, & ita non anguſto aditu ad pedes montium, ſed ad verticem intraviſſe mediterraneum mare. Ex diverſis his interpretum conatibus aliud quid mihi ſubnatum fuit, ſed non niſi per conjecturam, quam adjuvit unus optimae notae codex, in quo legebatur *Heſperium*. Quod & Cortius videtur repeřiſſe, ſed ille legens, *Heſperium Calpen*, videtur ſumſiſſe, ut montium nomina ſaepe adjectivum maſculinum habere ſolent, ut *Herculeus Oete* infr. III. 178. ubi videndus Oudendorpius, & ſup. 389. & multi alii id obſervantes. Ita ut forte legendum crediderim,

Heſperium Calpe, ſummoque implevit Atlante.

ut *Heſperium* capiatur pro mari Heſperio, ut ita paſſim *Jonium*, *Aegaeum* & ſimilia dici ſatis notum eſt. vid. ſupr. vſ. 103. Calpe vero, & Atlas ponantur pro nivibus, quas praebuerunt diſcuſſas ab eorum verticibus, nutantibus per terrae motum, ut de Alpibus modo dixit. Et certum eſt, Poëtas ſaepe fingere montes ipſos imbribus, eluvie aut alia vi delatos & deductos, immo raptos in maria & fluvios, ut docui ad Valer. Flacc. II. 525. & ipſe Lucanus inſigni magniloquentia ſimilia fingit de Eryce & Gauro montibus lib. II. 666. & inundationem, qua Caeſaris caſtra obruta fere fuerunt, incredibilem in modum exaggerans, lib. IV. 100. inter alia dicit,

Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum
Detulit, atque ipſas hauſit.

lib. II. 408. Eridanum quoque non tantum ſilvas devolvere, ſed ipſam tellurem ſe ſolvere in amnem canit. Quae ſi quis conferat

Dona ſuis, diraſque diem foedaſſe volucres
Accipimus; ſilviſque feras ſub nocte relictis
Audaces media poſuiſſe cubilia Roma.
Tum pecudum faciles humana ad murmura linguae;
Monſtroſique hominum partus, numeroque modoque
Mem-

rat cum ſaniore Poëta Virgilio, qui lib. I. Georg. 481. inter praeſagia mortem Caeſaris portendentia, Eridanum ſilvas torquentem, & cum ſtabulis armenta trahentem modeſtiſſime, & ut vere fieri aliquando ſolet, inducit, fatebitur tumore & hyperbolicis exaggerationibus omnes fere Poëtas poſt ſe Lucanum reliquiſſe. Mollius & humanius locutus eſſe videretur, ſi legatur

Majoribus undis
Heſperiam (vel *Heſperium*) *a Calpe ſummoque implevit Atlante.*

ut ab Oceano uſque, vel ipſum mare Heſperium (ita enim & mediterraneum dici notum eſt) majoribus undis impleverit, vel, ut fieri debebat, repleto mari ipſam etiam Italiam inundaverit. Et in hac lectione a duplici ablativo, *aquis* & deinde *Calpe*, nulla obſcuritas ſuboriri poteſt. Praeterea ſi quis vulgatam defendat, ita explicet, ut de Alpibus dicat terrae motu diſcuſſas nives, quarum ruina olim & hodie ſaepe obruuntur pagi & homines; de Tethye, id eſt, Oceano, illam magnis aquis Hiſpaniae & Africae litora impleviſſe. Sed illud *ſummum* etiam ſic male me habet. Quare multum adhuc ſupereſſe puto, ut hic locus ad liquidum perducatur.

556. *Indigetes*] *Indigenes* Thuan. quart. *urbiſque labores* Hamb. quart. *dolorem* tert. *teſtatos ſudaſſe* Thuan. pr. & MS Corrii, quod placere poſſet alicui, qui cum accuſativo conſtrui hoc verbum didicerit ex Heinſii notis ad Prudent. Cathem. II. 68. ut & *exſudare* apud Livium ſaepe, & Horatium & alios; ſed tamen diverſus in illis ſenſus, pro cum ſudore & labore aliquid facere; hic vero eſt ſudore teſtari labores, quos patitur. vide Freinsh. ad Flor. II. 8. de ſudore ſimulachrorum. Dii enim ſunt eorum ſimulachra.

561. *Pecudum*] *Pecodum* Sixii Codex.

562. *Monſtroſique hominum partus*] Schol. notat, hic *homines* dici mulieres: quia ſcilicet ille, ut & alii, credebat *partus* & *parere* non dici de viris, de quo videri poſſunt Obſervationes Miſcell. Vol. I. tomo III. pag. 408. quibus addi poſſet Valer. Max. VII. I. I. ubi Metelli felicitatem praedicans, ait *Tot partus*, pro tot filios. Licet forte ibi vellet quis ſubintelligere ex uxore editos: ſed de ſolo Metello loquitur. Juvenal. VI. 595.

Tantum medicamina poſſunt,
Quae ſteriles facit, atque homines in ventre necandos
Conducit.

ubi *partus*, ſive virilis ſive ſequioris ſexus, intelligitur. Hoc vero loco *hominum*, pro humano genere, conditione poteſt explicari, ut opponantur ferinis partubus monſtroſis, qui & frequenter inter prodigia habentur. Ita lib. V. 168. *atque hominem toto ſibi cedere juſſit pectore*, ubi non mulierem proprie notat, ſed ut Schol. *humanam rationem*, cujus etiam particeps eſt mulier. Virg. I. Aen. 328. de Venere, *nec vox hominem ſonat*, id eſt, *non humanam vocem*, vel ut Servius, *non mortalem*, ſed divinam. Juven. Sat. VI. 284. mulier dicit, *homo ſum*, quod apud Ter. Heaut. I. I. vir dicit. Sed Schol Juven. recte, *nata ſum, ut peccem.* an vero *homo* poſſet foeminini generis adjectivo jungi, videri poſſunt Conſtantii Fanenſis notae ad Ovid. I. Met. 405, & aliorum ad lib. XIII. 405. & quos magno numero congerit Crenius, Obſerv. Philolog. tom. XVI. pag. I. praeter Robbigium, qui in codice Critico lib. IV. cap. 18. id etiam egit.

562. *Numeroque*] vid. ad Ovid. VII. Met. 126.

Orbe alio: longae (canitis ſi cognita) vitae
Mors media eſt. certe populi, quos deſpicit Arctos,
Felices errore ſuo, quos ille, timorum
Maximus, haud urguet leti metus. inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animaeque capaces
Mortis: & ignavum rediturae parcere vitae.

Et

moratum: ſed quibus argumentis non proditur.

458. *Media eſt*] *Eſt* deeſt Langerm. *quos deſpicis* Rottend. ſec.

460. *Leti metus*] *Mortis metus* Rottend. ſec. Male *ruenti* Schol. Stat. IV. 231. Ed. Lindenbr. veteres vero Editiones Lucani verſu carent.

461. *Capaces*] *Rapaces* Heinſ. & Barthius, qui videndus & ad Grat. Cyneg. vſ. 194. & priore editione Claudian. ad II. in Rufin. 8. ad Stat. XII. Theb. 683. & Adverſar. XXII. 8. & XXX. 19. ubi cauſſam dat, quia anima immortalis non poteſt capax eſſe mortis, nec mori, & hinc etiam *animi* (ut etiam S. Germ. & Turr. habent) ibi legit, licet in aliis locis exhibeat *animae*, ſed perinde eſt; quare in ea correctione toties repetita ſibi placuiſſe videtur. & certe *capaces mortis* etiam ſunt alii, non ex diſciplina Druidarum, nec qui meliorem ad vitam ſe redituros credebant. Sic multi inter Romanos, fuere capaces mortis, ut Cato, Brutus, & in primis *prodigus* Paullus *animae magnae*. Horatio I. Od. 12. ſed *rapaces* ſunt, non qui taedio vitae mortem petunt, ſed quibus tam perſuaſum eſt de meliori & longiori vita, ut ſponte petant, & quaſi rapiant ante diem mortem, quia illa media, & quaſi tranſitus ad meliorem redituram vitam. Si vero metempſychoſin tradidiſſe Dryadas ſtatuamus, certe migratio illa in viliora ſaepe & animantum corpora rapaces mortis facere non poterat, ſed ſpes & perſuaſio, iterum ex ſepulchro excitandos fore, mortis avidos & *rapaces* faciebat. Sed quia ſola conjectura nititur non audeo intrudere textui. *Eſt* habet Hamburg. tert. forte etiam, *at ignavum*. verſus 462. deerat Thuaneo ſecundo.

463. *Et vos crinigeros bellis arcere Caycos.*] Cortius ex ſuis profert, *belligeros* & *armigeros*. fides ſit penes auctorem. Ipſe praetulit Lipſianam emendationem, *cirrigeros*, quam etiam Oudendorpius probavit. Nollem factum. Nam quia omnes homines *crinigeri*, ideo non poteſt hoc epitheton abjudicari certae genti, qui crinibus ab aliis gentibus vel comendis, vel alendis diſcernebantur. Sed *crinigeri* dicuntur, non omnes, qui crines gerunt, ſed κατ' ἐξοχὴν, qui longos crines alunt & ſubmittunt, nec tondent, ut ita vſ. 441. *tonſus Liger* opponitur *comatae Galliae*, quae ita dicta, non quia ejus incolae, ut totius etiam orbis, comas habebant, aut quaſi reliquae Galliae comis carerent, ſed quia hi Galli longis & promiſſioribus praeter alios erant conſpicui. An in epulo Didonis omnes calvi fuiſſe credendi, quia unus *crinitus Jopas* ibi hoc epitheto inſignitur a Virgil. lib. I. 740. minime: ſed quia ille intonſis erat capillis, ut Apollo fingitur, ut recte Servius. *cirrigeros* vero dici eosdem, qui crinibus in nodum tortis erant, non recte puto, quia cirri erant dependentium & ſolutorum crinium. Nihili ergo haec obſervatio, ſed in his ſemper apparet prurigo emendandi, non veri ſtudium. Sic quia in uno codice Thuan. quart. etiam occurrit verſu ſequenti, *Rhenique feraces deſeritis ripas*, ideo ſtatim vulgatum *feroces* ejiciendum eſſet, & operoſe oſtendendum, fertilitatem Bataviae (nam de illis & vicinis ad Rhenum populis jam agi exiſtimo) indicari, quum magis a ferocia, quam a fertilitate agrorum, quorum culturae olim non admodum ſtudebant, cenſeri ſoleant Batavi, quos modo vſ. 431. *truces* vocavit. *barbaros* II. 309 ſed *feraces* eſt ex ſollemni librariorum aberratione. vid. ad Ovid. VI. met. 416. & Sil. VII. 211.

463.

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppoſiti, petitis Romam, Rheniqueferoces
Deſeritis ripas, & apertum gentibus orbem.
Caeſar, ut immenſae collecto robore vires
Audendi majora fidem fecere, per omnem
Spargitur Italiam, vicinaque moenia complet.

Vana

463. *Caycos*] Ita multi codices. *Cabichos* Thuan. ſec. & Rottend. pr. *Caichos* Hamb. tert. & Langerm. vid. Schild. de Caucis. & Junium in Batavia cap. IX. *Caucos* pro Sicambris poni ſe cenſere, monuit me Cl. Dorvillius.

465. *Apertum gentibus orbem*] Minime hic Germania intelligi debet: illa enim jam ſatis nota & aperta, licet non penitus, ante Caeſarem, peragrata fuerit, nec recte *orbis* dici poteſt; ſed Britannia, quam primus Romanorum tetigit & aperuit Caeſar, & quam repetere in animo habebat; nunc vero bello civili impeditus, copias, quas ad Rheni ripas & oram Britanniae oppoſitam reliquerat, inde evocat, & ita apertum illum a ſe orbem deſeruit; & hoc maxime confirmatur ex lib. II. 570. ubi Rhenus & Britannia, ut hic etiam, conjunguntur, & a Caeſare fugiente deſerta exprobrantur ipſi a Pompejo. *Aperire* autem proprie dicitur ille, qui ignotam & intactam ante ſe regionem primus intrat, ut ita adulans turpiſſime fatuo imperatori Claudio, & hanc Caeſaris in inſulam incurſionem pro nihilo ducens Mela lib. III. 6. ait. *Quippe diu clauſam aperit ecce Principum maximus* (ſine dubio fatuitate) *nec indomitarum modo ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor.* Sic *apertum* a Jaſone & Argonautis *mare* omnes fere Poëtae, & in primis Val. Fl. I. 169. canit, qui etiam de Britannia, a Veſpaſiano verius, quam a deceſſoribus ſuis ſubacta, ita loquitur lib. I. 7.

Tuque, o, pelagi cui major aperti
Fama, Caledonius poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Julos.

Sic ſuo quisque principi foedum in modum adulari ſolet. Si vero de Germania aliquis haec intelligere velit, ei oſtendendum eſſet, a quibus haec aperta fuerit, quum jam magna ejus pars pluribus populis, certe vicinis, eſſet cognita. Sed Britannia, alter *orbis*, aut ejus initium, credita, non Romanis modo, ſed omnibus ad hunc diem intacta & ignota fuerat gentibus. Et ita hic *gentibus* capio pro toto orbe, etiam Romano imperio, ut apud Ovid. II. Triſt. 235.

Nec tibi contingunt, quae gentibus otia praeſtas.

id eſt, Romano imperio, aut potius toti generi humano, quia una pax fuit ſub Auguſto toti orbi. Mox noſter vſ. 543.

Involvitque orbem tenebris, gentesque coëgit
Deſperare diem.

lib. VII. 649.

Trahere omnia ſecum
Merſa juvat, gentesque tuae miſcere ruinae.

& ſupr. vſ. 9. Sed in his haerere tyrocinii puerilis opus eſſe puto, ideoque definendum, quum omnes noverint Britanniam, ſolam vere & proprie gentibus ignotam, & alterum orbem fama tantum celebratam, a Caeſare fuiſſe apertam.

467. *Fidem fecere*] Scilicet Pompejanis & adverſariis, qui non credebant, Caeſarem tam paucis copiis, quibuſcum Ravenna egreſſus erat, auſurum fuiſſe ulterius progredi. Si de Caeſare capiendum eſſet, *fides* hic *fiduciam* notaret, vel *fidem* fecere ejus militibus, qui jam credebant eum majora auſurum.

468. *Spargitur*] Id eſt, diverſa in loca diſcurrit, non manens in uno vid ad Val. Flacc. V. 488. huic verbo jam debet congruere *complet*, quia de eodem Caeſare agitur. ideoque *complent*, quod in Thuan. pr. legitur, & Cortius in ſuo invenit, & de quo

Vana quoque ad veros acceſſit fama timores,
Irrupitque animos populi, clademque futuram
Intulit, & velox properantis nuntia belli
Innumeras ſolvit falſa in praeconia linguas.
Eſt qui, tauriferis ubi ſe Mevania campis
Explicat, audaces ruere in certamina turmas
Adferat, &, qua Nar Tyberino illabitur amni,
Barbaricas ſaevi diſcurrere Caeſaris alas:
Ipſum omnes aquilas, collataque ſigna ferentem,
Agmine non uno, denſisque incedere caſtris.
Nec, qualem meminere, vident: majorque, feruſque
Mentibus occurrit, victoque immanior hoſte.
Hunc inter Rhenum populos Alpemque jacentes,

Fi-

in notis ſuis acturum promiſerat, hic locum habere nequit. Nam licet ipſe Caeſar non poterat complere urbes, ejus copiae debent intelligi, tam in verbo *ſpargitur*, quam in *complet*, ut recte Scholiaſtes; quare talia non captanda ſunt. Aliter variare numeris verba ſaepe animadvertitur. vid. lib. III. 694. & IV. 367. IX. 672. & alibi ubi MSS. & ratio id ſuadent. v. ad Virg. II. Aen. 31. 64. & alibi. vid. & Oudendorp. mox ad vſ. 485.

472. *Innumeras ſolvit falſa in praeconia linguas.*] Hinc diſcimus licentiam librariorum, qui aut ex gloſſis, aut ex aliis auctoris ſui locis varias lectiones induxerunt. nam in uno reperi *voces*, quod explicantis *linguas* magiſtri eſt: in altero *vires*, quod ex vſ. 485. ubi de creſcente fama dixit, *dat vires famae*, repetitum. Hoc tyronibus obſervandum, ut ſapere, & manum prurientem cohibere diſcant. Sequens verſus recte de lato campo & planitie explicatur, unde Propertius lib. IV. El. I. 123. *cavum campum* vocavit, ut ſupra vidimus. Fontaninus de Antiq. Hortae lib. I. 5. planitiem Hortanam deſcribi cenſens, accurate haec illuſtrat, qui conſuli poteſt. & de Naris influxu in Tiberim ibidem §. 4. agit; nos, qui oculis illa luſtrare non poſſumus, credimus Viro, qui propius inſpexit. *Macrania* erat in Richel. *labitur amni* Thuan.

475. *Adferat*] *Aefferat* Turrian. pro *efferet*. *afferat* quinque.

478. *Denſisque incedere caſtris*] Quis ita umquam locutus ſit, ignoro: *caſtris* enim non inceditur, ſed *agminibus*: an ergo *caſtra* hic agmina notant? Interpres ad lib. V. 714. exponit *conſertis*, *junctis*. ſed hoc *alis* ibi poſſet convenire, hic, ubi de properato itinere agitur, quomodo caſtra juncta poſſint dici, non video. an *denſa caſtra* poſuit pro continuato & non intermiſſo itinere? ut ita vulgo dicimus *ſecundis*, *tertiis* &c. *caſtris* eo perveniſſe aliquem, & ut paullum alio ſenſu *decem caſtra* dixit ſupr. vſ. 374. ubi cum in codicibus duobus ſit *dextris*, an hic quoque *denſis incedere dextris*, pro militibus armatis & in agmen denſatis legemus? Sic & apud Claudian. I. in Rufin. 324. pro *inviſis mox ſe conjungere caſtris*, legitur in Moreti libro, *dextris*. Facilis autem lapſus, quia ſaepe librarii dederunt *deſtris*, ut noſter codex ſupra 374. habebat, pro *dextris*. *denſae* ergo *dextrae* eſſent, ut *denſi cunei* lib. VI. 184. *denſum agmen* X. 543. *denſae catervae* VII. 492. & quae id genus plura. ut tamen verum fatear, non multum tribuo huic conjecturae.

In-

Finibus Arctois, patriaque ab ſede revulſos
Pone ſequi, juſſamque feris a gentibus Urbem,
Romano ſpectante, rapi. ſic quisque pavendo
Dat vires famae: nulloque auctore malorum,
Quae finxere, timent. nec ſolum vulgus inani
Percuſſum terrore pavet: ſed curia, & ipſi
Sedibus exſiluere Patres, inviſaque belli
Conſulibus fugiens mandat decreta Senatus.
Tum, quae tuta petant, &, quae metuendâ relinquant,
Incerti, quo quemque fugae tulit impetus, urguet
Praecipitem populum, ſerieque haerentia longa
Agmina prorumpunt: credas aut tecta nefandas
Corripuiſſe faces, aut jam quatiente ruina

Nu-

Inceſſiſſe vero Caeſarem non ſparſo & longo agmine, ſed, licet non uno agmine, omnibus tamen paratis ad aciem & proelium, veroſimile eſt voluiſſe noſtrum dicere. Sed notemus potius & relinquamus has ἀκυρολογίας Lucano, quam temerariis conjecturis ejus manum violemus.

479. *Ferusque*] Licet & ex noſtris multi *feroxque* habeant, & receperit Cortius, & ita varient ſcripti, ut IV. 211. & alibi. nihil tamen mutandum. nam recte conjungit, *majorque ferusque*, ut Val. Flacc II. 10. *eadem effera & ingens.* ubi docui *ingentes & magnos* videri, qui terribiliores apparent timentibus, quaſi & ſtatura & viribus ſolito auctiores eſſent. ſic lib. III. 37. *major in arma ruit.* *Ferus* autem plus eſt, quam *ferox*, quod epitheton etiam viro militari & forti, ſine vituperatione, aliquando tribuitur, ut ſaepe viri docti oſtenderunt, & ipſi Lexicographi. licet & Statius ſaepe *ferum* eo ſenſu dixerit, notante Barthio ad lib. IX. 183. & alibi.

481. *Hunc inter*] *Tunc* fere omnes. ſcilicet, eſt qui tunc afferat, populos illos pone ſequi. non tamen alienus ſum a *nunc*, quod profert ex Voſſiano & editis Oudendorp. nam centies in prima illa litera errantes notavimus, vid. ad Suet. Neron. XXVIII. Virg. VI. 817. & ſupr. 217. & infra II. 283. & alibi. *tunc in Tyrrenum* Richel. *Alpemque* decem, quod ambiguum tollit, ne *Alpes jacentes* jungantur. vid. Oudendorp.

482. *A ſede*] *Ab ſede* novem ſcripti, & probat Heinſius, qui ad Virg. I. Aen. 270. & III. Aeneid. 687. pluribus hoc illuſtravit exemplis. inf. IX. 466. *a ſede* tamen legitur, ubi ſine codicibus *ab ſede* Cortius dedit, ut & III. 339. *repulſos* etiam Hamb. quart.

488. *Inviſaque belli*] *Bella* Thuan. ſec. qui ſequentem verſum ignorat. tertius etiam, *mandet*.

491. *Quo quemque*] *Quoque quemque* Richel. *quocunque* Thuan. ſec. & quart. *urget* fere omnes.

492. *Praecipitem populum*] Mox ſequitur, *praecipiti lymphata gradu.* quare Heinſ. reponebat, *ancipitem populum*, id eſt incertum, ut modo de patribus dixit, & ſupra vſ. 266. etiam *ancipitem urbem* dixit, dubiam, quas partes ſequeretur ſi codices juvarent, ſequerer. Gujet. *praecipites populi*, quod non intelligo. an ſcripſit *praecipitis populi*. ſcil. *impetus fugae praecipitis populi*; niſi poſt *urguet* diſtinctione poſita *populi & agmina* jungantur: ſed de uno populo Romano hic agitur.

493.

Nutantes pendere domos. ſic turba per urbem
Praecipiti lymphata gradu, velut unica rebus
Spes foret adflictis patrios excedere muros,
Inconſulta ruit. qualis quum turbidus Auſter
Repulit a Libycis immenſum Syrtibus aequor,
Fractaque veliferi ſonuerunt pondera mali,
Deſilit in fluctus deſerta puppe magiſter,
Navitaque, & nondum ſparſa compage carinae,
Naufragium ſibi quisque facit: ſic urbe relicta
In bellum fugitur. nullum jam languidus aevo
Evaluit revocare parens, coniuxve maritum
Fletibus, aut patrii, dubiae dum vota Saluti
Conciperent, tenuere Lares: nec limine quisquam
Haeſit, & extremo tunc forſitan urbis amatae
Plenus abit viſu: ruit irrevocabile vulgus.
O faciles dare ſumma Deos, eademque tueri
Difficiles! urbem populis, victisque frequentem
Gentibus, & generis, coëat ſi turba, capacem
Humani, facilem venturo Caeſare praedam

Igna-

493. *Prorumpunt*] *Perrumpunt* Barberin. *aut credas* Thuan quart. *credas ut* tert. & Hamb. quart.

496. *Gradu, velut*] *Gradu ruit: unica* Thuan. ſec. ſed hoc ſequitur, ubi iterum Cortius obtrudit *ruunt*, quaſi non liceret dicere, *turba ruit*; ſed cur mox verſ. 512 *coëat ſi turba*, reliquit, ubi Voſſianus tamen *coëant* habet?

499. *A Libycis*] *Ab Libycis* Hamb. quart.

503. *Quisque*] *Quique* Thuan. quart.

504. *Nullum jam languidus aevo Evaluit revocare parens.*] In quibusdam membranis eſt, *nullus*, unde Heins. legebat, *nullis*, & referebat ad *fletibus*. Sed quum mox, *conjuxve maritum* ſequatur, hic deſiderari videtur *filius*, quem pater non poteſt revocare, & ideo forte ſcripſerit Lucanus,

Natum non languidus aevo
Evaluit revocare parens.

506. *Dubiae dum vota ſalutis Conciperet.*] Durius hoc quoque dictum, quum obvium magis ſit vota *pro ſalute dubia* concipere, quam *vota ſalutis*. Quare praeferri jure poſſet lectio, quam in ſex codicibus reperi, & Cortius quoque in ſuis inveniſſe videtur,

Dubiae dum vota Saluti
Conciperet.

ut Salus tamquam Dea hic conſideretur, cui vota conciperentur, ut apud Virgil. II. 438.

Junoni cane vota lubens.

in conjectura olim a me prodita, quae interpreti non placet, male conjunguntur *pa-*

trii

Ignavae liquere manus. quum preſſus ab hoſte
Clauditur externis miles Romanus in oris,
Effugit exiguo nocturna pericula vallo:
Et ſubitus rapti munimine ceſpitis agger
Praebet ſecuros intra tentoria ſomnos.
Tu tantum audito bellorum nomine, Roma,
Deſereris; nox una tuis non credita muris.
Danda tamen venia eſt tantorum, danda, pavorum:
Pompejo fugiente timent. tum ne qua futuri
Spes ſaltem trepidas mentes levet, addita fati
Pejoris manifeſta fides; Superique minaces,
Prodigiis terras implerunt, aethera, pontum.
Ignota obſcurae viderunt ſidera noctes,
Ardentemque polum flammis, coeloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Sideris, & terris mutantem regna cometen.
Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno:
Et varias ignis denſo dedit aëre formas.
Nunc jaculum longo, nunc ſparſo lumine lampas
Emi-

trii dubii, quum debeat conſtrui, *patrii lares non tenuere, dum dubii ſalutis vota conciperent*. Sin offendat ſonus ille vocum in *i* exeuntium, corrigantur & alii loci, ubi idem verborum finis. Ut mox vſ. 598. *ſoli cui*, II. 169. *memini laeti*, VII. 506 *toti qui*, & plures alii: *conciperent* noſtri omnes, praeter Rottend. tert.

509. *Plenus abit viſu*] Et hic ſingularis loquendi modus: cujus ſenſus eſt, contentus & quaſi ſaturatus ultimo adſpectu urbis olim amatae, nec reſpiciens & haerens in limine, ut ſolent qui inviti diſcedunt; ſed nunc credens ſatis jam ſatisque ſe vidiſſe urbem, in quam forſitan numquam rediturus eſſet. Ita *plenus* dicitur aliquando, qui nihil ultra deſiderat, ut Senec. Epiſt. XV. *Quam jucundum nihil poſcere, quam magnificum plenum eſſe, nec ex fortuna pendere?* Ovid. III. ex Ponto. IV. 55.

Illa bibit ſitiens, lector mea pocula plenus.

& alibi ſaepius.

511. *Urbem*] *urbi* Oiſel. Et mox, *capacis* Rottend. pr.

514. *Cum preſſus*] Heinſius malebat, *tum.*

519. *Nomine Roma*] Ita omnes noſtri, praeter Thuan. ſec. qui, *nomine famae*. Heinſius haec interrogandi modo capiebat, cujus notam poſt τὸ *muris*? ponebat. Mox, *damna pavorum* Thuan. quart. *malorum* Langerman. & Thuan. ſec.

531 *Et varias ignis denſo dedit aëre formas*] *tenſo*, quod alii ex ſuis referunt, in tribus etiam

Emicuit coelo: tacitum ſine nubibus ullis
Fulmen, & Arctois rapiens e partibus ignem,
Percuſſit Latiale caput: ſtellaeque minores
Per vacuum ſolitae noctis decurrere tempus,
In medium venere diem: cornuque coacto
Jam Phoebe toto fratrem quum redderet orbe,
Terrarum ſubita percuſſa expalluit umbra.
Ipſe caput medio Titan quum ferret Olympo,
Condidit ardentes atra caligine currus,
Involvitque orbem tenebris, gentesque coëgit

Deſpe-

etiam vidi, quorum uni haec adſcripta gloſſa, *legitur & tonſo, alii tonſum dici volunt, unde & tonſae Deorum: alii tentum.* &c. ut in edito Scholiaſte. Sed ſine dubio *tenſo* & *tenſae Deorum* debet legi. Eadem diverſitas lib. III. 465. ubi pro *denſo* baliſtae *turbine* legitur in aliis, *tenſo*, vel *tenſae*, in duobus meis, *tonſo*. Et lib v. 714.

Mox ubi percuſſit tenſas notus altior alas.

ubi in meis quatuor, *denſas*. *Tenſo* etiam hic exhibuit Cortius. Manus Heinſii *terſo*. Mihi *denſo* ſatis placet, quod de aëre nubibus obducto & turbato, ut in tempeſtatibus ſolet, capio. Sic Avienus in Phaenom 858.

Ne tibi, cum denſo conducitur aëre coelum &c.

Plura ad rem videbis in notis ad Val. Fl. III. 91. Sic contra *rarior aër* infr. IV. 123. ut recte ex MSS. legit Oudendorpius, & exemplis firmavit. *Formas* vero *varias* non de diverſis coeli oſtentis, ſed de variis fulminum generibus, quae vel denſo aëre, vel ſine nubibus emittuntur, quae enumerat uſque ad vſ. 533. cepi. Et ita ſparguntur ignes fulminis variis formis, & varia per loca. ut ſup. 157. Alia enim deinde oſtenta & Phaenomena in coelo incipiunt, *ſtellaeque minores* &c. nec coelum dicit noſter dediſſe has varias formas, ſed ignem, id eſt, fulmina & fulgura, quae *ignis* nomine ſignificari ſatis etiam tyronibus conſtat. *dedit* deerat in Thuan. ſec. qui &, *aethere*. Turrian. *formis*.

534. *De partibus*] *E partibus* decem ex noſtris. Per *Latiale caput* intelligo Capitolium, quod Flor. I. 7. *Imperii ſedem caputque terrarum* fore praedicit, ex capite Toli reperto.

536. *Per vacuum ſolitae noctis decurrere tempus*] In Hamb. quart. erat, *per vacuum ſolitae ſpatium decurrere noctis*, & mox Langerm.

Jam Phoebe totum fratri cum redderet orbem;

quae lectio minime inepta: in Richel. *toto fratrem cum redderet orbem*, vitioſe. *Ore* in uno vidi etiam, ſed ſuperſcripta litera *b*, ut eſſet *orbe*, quae indicaſſe ſufficiat. Nam de *ore* vel *orbe* Lunae ſatisfacere poſſunt Heinſiii & noſtrae notae ad Val Flacc. II. 57. *fratrem toto* Hamb. tert. *Redderet* non eſt cum Scholiaſte explicandum imitaretur, ſed lumen a fratre acceptum pleno & toto orbe redderet, id eſt, cum lucidiſſima eſſe deberet, ſubito defecit. Mox, *inde caput* fragm. S.Germ. *Titan medio cum ferret* Oiſel. *medio cum Titan ferret* Hamb. tert. *conferret* Thuan. tert. & quart.

541. *Condidit ardentes atra caligine currus.*] *Tetra* erat in Hamb. quart. Sed Cortius *atra ferrugine* conjecit, ex Virgilii loco, qui & ab interprete adducitur, hanc vocem huc invito Lucano attrahens. Profert etiam ex MS. *ſubita caligine*. ſed *ſubita umbra* praeceſſit.

542.

Deſperare diem: qualem, fugiente per ortus
Sole, Thyeſteae noctem duxere Mycenae.
Ora ferox Siculae laxavit Mulciber Aetnae;
Nec tulit in coelum flammas, ſed vertice prono
Ignis in Heſperium cecidit latus. atra Charybdis
Sanguineum fundo torſit mare. flebile ſaevi
Latravere canes. Veſtali raptus ab ara
Ignis, & oſtendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit,
Thebanos imitata rogos. tum cardine tellus

Sub-

542. *Involvitque orbem tenebris, gentesque coëgit Deſperare diem.*] Dubium centum ſaepe locis Poëtarum, an *orbem*, an *urbem* praeſtet, quia fere ſemper variant codices. Deinde, an ſuum Sol orbem, ut vſ. 538. an orbem terrarum involverit. Hic vero forte rectius *urbem* legamus, quia *gentes* ſequuntur. Solent enim Poëtae *urbem* ſaepe, ut praecipuam, nominare, Romanam, & deinde ipſi *gentes* aut *terras*, id eſt, reliquum genus humanum, ſubjicere. Ut jam in tranſitu vidi ſupr. ad verſ. 314. & latius docui ad Ovid. III. ex Ponto III. 61. & ad Calpurn. Eclog. IV. 8 praecipue ex Horatio I. Od. 2. loco adcommodato huic, *Terruit urbem*, & mox, *terruit gentes*. Et ita apud Virgil. I. Georg. 25.

Urbiſne inviſere, Caeſar
Terrarumque velis curam.

infra quoque vſ. 644. ex plurimis ſcriptis legi poteſt,

Aut, ſi fata movent, urbi generique paratur
Humano matura lues.

Sexcenta hujus loquendi moris, quo primum ſpeciem praecipuam, deinde univerſum genus ponant ſcriptores, ad manum ſunt exempla.

546. *Nec tulit*] *Non* Rottend. pr. *flammam* Hamb. quart. *vertice ſaxo* Richel. a m. pr. pro *atra* Charybdi conjicit Cortius, *taetra*, quaſi *s* in *latus*, more Enniano abjicere ſibi licuiſſe Lucanus crediſſet. *Arta* eſt in alio ejus codice, tranſpoſitis literis.

548. *Fundo*] *A fundo* Thuan. pr.

548. *Saevi latravere canes*] Sine dubio Scyllaei canes intelliguntur, quia Charybdis praceſſit. Nec mutandum genus, quum maſculino genere paſſim etiam ponantur: ut exempla docebunt ab Heinſio ad Claudian. I. in Rufin. 298. adducta. Et ita variant etiam in Stygiis canibus. vid. & inf. lib. VI. 733. VII. 828. IX. 141. & *ſaevos* proprie dici docet praeterea Ovid. VII. Met. 65.

Cinctaque ſaevis
Scylla rapax canibus, Siculo latrare profundo.

ubi vide a Ciofano adducta exempla, in quibus *rabidi canes* dicuntur. Denique alios canes, quos exempla ab Oudendorpio adducta habent, poſſet quis credere fuiſſe ab his diverſos, quia *ululantes* canes quocumque in loco & triſte murmur edentes, non latrantes, prodigium facere credebantur. Sed *latrare* canes Scyllaeos, & in freto audiri hos latratus docebunt illa, quae ſcripſi ad Val. Fl. I. 590. ergo ille latratus quotidianus nunc prodigium faciebat, quia *flebilis* erat

551. *Geminoque cacumine*] adducit hunc verſum Lutat. ad Statii I. Theb. 35. ſed ibi corrupte legitur, *gemino qui ciſ. t. i. r.* ex compendio pro *c. ſ.* id eſt, *cacumine ſurgit*. nec Lindenbrogianae tantum, ſed & antiquis editionibus id vitium inhaeret.

Subſedit, veteremque jugis nutantibus Alpes
Diſcuſſere nivem. Tethys majoribus undis
Heſperiam Calpen, ſummumque implevit Atlanta.
Indigetes fleviſſe deos, Urbisque laborem
Teſtatos ſudore Lares, delapſaque templis
Dona

553. *Veteremque*] *Veteresque nives* Turrian. ſed ſingularis notat omnem in monte nivem, quum *nives* partem tantum indicent. Ut ita in *terra* & *terrae*, *mare* & *maria* & aliis obſervant Grammatici. vid. Serv. Virg. II. Georg. 6. & de *cinere* & *cineribus* notae docebunt ad Ovid. I Epiſt. 24. & inf. II. 57. quae dixi, & ſaepe alibi.

554 *Tethys majoribus undis Heſperiam Calpen, ſummumque implevit Atlanta*] Locus difficilis, & certe, quocumque modo legatur & explicetur, nimiae hyperboles Poëta jure accuſari meretur. Tentabimus tamen, an aliquid lucis adferre poſſimus. Et primum *undas majores* dici credimus de inundatione inſolita & extraordinaria, ut ita ſaepe *magnae* & *ingentes aquae* apud Livium occurrunt; ut lib. XXIV. 9. XXXVIII. 18. & alibi. vid. inf. lib. IV. 143. quare hic proprie de nivibus vix capere licet, quia illas Tethys non poteſt dici ſubminiſtrare, aut illis liquefactis illos montes implere, niſi ſtatuamus mare eluvie & exundatione ſua detraxiſſe partes montis, quae nivibus tectae, eisque in mare raptis, quaſi ipſis montibus impleviſſe Hiſpaniam, id eſt, aquis ex montibus deductis: & tunc legendum foret, *Calpe ſummoque implevit Atlante*, ut Jacob. Bonon. & Baptiſt. Pius ad Valer. Flacc. III. 730. legebant. Hic quoque explicat mare evagatum enormius impleviſſe, aut adluiſſe Hiſpaniam Calpe, id eſt, circa Calpem, id eſt, Europam, & circa Atlantem, id eſt, Africam; quae coacta admodum & dura videntur. Oudendorpii explicatio & emendatio eo nomine non placet, quia Atlas remotior a freto, quam ut mare dici poſſet inter Calpen & Atlanta in mediterraneum intrare, & ita natura rei repugnare videatur. Praeterea *intrare* mare non poteſt dici *Calpe*, & *ſummo Atlante*, id eſt, per Atlantem ſummum, niſi inſigni hyperbole, ut credamus mare montem ſummum transgreſſum & ſuperfuſum fuiſſe, & ita non anguſto aditu ad pedes montium, ſed ad verticem intraviſſe mediterraneum mare. Ex diverſis his interpretum conatibus aliud quid mihi ſubnatum fuit, ſed non niſi per conjecturam, quam adjuvit unus optimae notae codex, in quo legebatur *Heſperium*. Quod & Cortius videtur reperiſſe, ſed ille legens, *Heſperium Calpen*, videtur ſumſiſſe, ut montium nomina ſaepe adjectivum maſculinum habere ſolent, ut *Herculeus Oete* infr. III. 178. ubi videndus Oudendorpius, & ſup. 389. & multi alii id obſervantes. Ita ut forte legendum crediderim,

Heſperium Calpe, ſummoque implevit Atlante.

ut *Heſperium* capiatur pro mari Heſperio, ut ita paſſim *Jonium*, *Aegaeum* & ſimilia dici ſatis notum eſt. vid. ſupr. vſ. 103. Calpe vero, & Atlas ponantur pro nivibus, quas praebuerunt diſcuſſas ab eorum verticibus, nutantibus per terrae motum, ut de Alpibus modo dixit. Et certum eſt, Poëtas ſaepe fingere montes ipſos imbribus, eluvie aut alia vi delatos & deductos, immo raptos in maria & fluvios, ut docui ad Valer. Flacc. II. 525. & ipſe Lucanus inſigni magniloquentia ſimilia fingit de Eryce & Gauro montibus lib. II. 666. & inundationem, qua Caeſaris caſtra obruta fere fuerunt, incredibilem in modum exaggerans, lib. IV. 100. inter alia dicit,

Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum
Detulit, atque ipſas hauſit.

lib. II. 408. Eridanum quoque non tantum ſilvas devoluere, ſed ipſam tellurem ſe ſolvere in amnem canit. Quae ſi quis conferat

Dona ſuis, diraſque diem foedaſſe volucres
Accipimus; ſilviſque feras ſub nocte relictis
Audaces media poſuiſſe cubilia Roma.
Tum pecudum faciles humana ad murmura linguae;
Monſtroſique hominum partus, numeroque modoque
Mem-

rat cum ſaniore Poëta Virgilio, qui lib. I. Georg. 481. inter praeſagia mortem Caeſaris portendentia, Eridanum ſilvas torquentem, & cum ſtabulis armenta trahentem modeſtiſſime, & ut vere fieri aliquando ſolet, inducit, fatebitur tumore & hyperbolicis exaggerationibus omnes fere Poëtas poſt ſe Lucanum reliquiſſe. Mollius & humanius locutus eſſe videretur, ſi legatur

Majoribus undis
Heſperiam (vel *Heſperium*) *a Calpe ſummoque implevit Atlante.*

ut ab Oceano uſque, vel ipſum mare Heſperium (ita enim & mediterraneum dici notum eſt) majoribus undis impleverit, vel, ut fieri debebat, repleto mari ipſam etiam Italiam inundaverit. Et in hac lectione a duplici ablativo, *aquis* & deinde *Calpe*, nulla obſcuritas ſuboriri poteſt. Praeterea ſi quis vulgatam defendat, ita explicet, ut de Alpibus dicat terrae motu diſcuſſas nives, quarum ruina olim & hodie ſaepe obruuntur pagi & homines; de Tethye, id eſt, Oceano, illam magnis aqnis Hiſpaniae & Africae litora impleviſſe. Sed illud *ſummum* etiam ſic male me habet. Quare multum adhuc ſupereſſe puto, ut hic locus ad liquidum perducatur.

556. *Indigetes*] *Indigenes* Thuan. quart. *urbiſque labores* Hamb. quart. *dolorem* tert. *teſtatos ſudaſſe* Thuan. pr. & MS. Cortii, quod placere poſſet alicui, qui cum accuſativo conſtrui hoc verbum didicerit ex Heinſii notis ad Prudent. Cathem. II. 68. ut & *exſudare* apud Livium ſaepe, & Horatium & alios; ſed tamen diverſus in illis ſenſus, pro cum ſudore & labore aliquid facere; hic vero eſt ſudore teſtari labores, quos patitur. vide Freinsh. ad Flor. II. 8. de ſudore ſimulachrorum. Dii enim ſunt eorum ſimulachra.

561. *Pecudum*] *Pecodum* Sixii Codex.

562. *Monſtroſique hominum partus*] Schol. notat, hic *homines* dici mulieres: quia ſcilicet ille, ut & alii, credebat *partus* & *parere* non dici de viris, de quo videri poſſunt Obſervationes Miſcell. Vol. I. tomo III. pag. 408. quibus addi poſſet Valer. Max. VII. I. I. ubi Metelli felicitatem praedicans, ait *Tot partus*, pro tot filios. Licet forte ibi vellet quis ſubintelligere ex uxore editos: ſed de ſolo Metello loquitur. Juvenal. VI. 595.

Tantum medicamina poſſunt,
Quae ſteriles facit, atque homines in ventre necandos
Conducit.

ubi *partus*, ſive virilis ſive ſequioris ſexus, intelligitur. Hoc vero loco *hominum*, pro humano genere, conditione poteſt explicari, ut opponantur ferinis partubus monſtroſis, qui & frequenter inter prodigia habentur. Ita lib. V. 168. *atque hominem toto ſibi cedere juſſit pectore*, ubi non mulierem proprie notat, ſed ut Schol. *humanam rationem*, cujus etiam particeps eſt mulier. Virg. I. Aen. 328. de Venere, *nec vox hominem ſonat*, id eſt, *non humanam vocem*, vel ut Servius, *non mortalem*, ſed divinam. Juven. Sat. VI. 284. mulier dicit, *homo ſum*, quod apud Ter. Heaut. I. I. vir dicit. Sed Schol Juven. recte, *nata ſum*, *ut peccem*. an vero *homo* poſſet foeminini generis adjectivo jungi, videri poſſunt Conſtantii Fanenſis notae ad Ovid. I. Met. 405, & aliorum ad lib. XIII. 405. & quos magno numero congerit Crenius, Obſerv. Philolog. tom. XVI. pag. I. praeter Robbigium, qui in codice Critico lib. IV. cap. 18. id etiam egit.

562. *Numeroque*] vid. ad Ovid. VII. Met. 126.

Membrorum; matremque ſuus conterruit infans:
Diraque per populum Cumanae carmina vatis
Vulgantur. tum, quos ſectis Bellona lacertis
Saeva movet, cecinere deos: crinemque rotantes
Sanguineum populis ulularunt triſtia Galli.
Compoſitis plenae gemuerunt oſſibus urnae.
Tum fragor armorum, magnaeque per avia voces
Auditae nemorum: & venientes comminus umbrae.
Quique colunt junctos extremis moenibus agros,
Diffugiunt: ingens Urbem cingebat Erinnys,
Excutiens pronam flagranti vertice pinum,
Stridentesque comas: Thebanam qualis Agaven
Impulit, aut ſaevi contorſit tela Lycurgi

Eume-

563. *Suus*] *Suam* etiam Hamb. pr.

565. *Tum, quos ſectis Bellona lacertis Saeva movet, cecinere Deos.*] *Monet* Voſſ. & Rott. ſec. Rogat Gujetus quos *Deos*? & quaerendum dicit: & ſane haec mihi obſcura adparent, nec ſatis intelligere me fateor. Nam ſuppleri verba facile poſſe video pronomine, *tum illi, quos Bellona movet, cecinere Deos.* Sed ſub *Deos*, intelligere *iratos*, vel, *canere Deos*, eſſe, oracula canere, cras credam, ubi idoneis aliorum ſcriptorum locis tales explicationes, quae eodem jure repudiari & recipi poſſunt, firmatas viderim. Neque etiam quadrate huc puto, *Deam ſimulare*, quod nihil aliud notat, niſi ſimulare inſpirationem, tamquam ipſe Deus loqueretur per inſpiratum vatem. Sic & *prodere Phoebum* hoc libro vſ. 677. furens, qui Deum pectore inſidentem promebat, dicitur, & alio ſenſu *prodere Deos* lib. x. 181. Haec omnia recte & ex uſu loquendi ſe habent, ſed *canere Deos*, pro oracula canere, ut noſter dixit mox vſ 581. nondum legi, aut audivi aliquem dicentem. Meliori ſpecie Oudend. ad lib. v. 114. *Deos* hic pro una Dea Bellona capit; ſed nondum mihi hic locus liquidus apparet; quare haec relinquo aliis ſananda vel explicanda commodius. Aliud eſt *invenere Deos* lib. III. 126. ubi vide. In verſu ſequente mihi perinde videtur, ſive legas *ſanguinei*, quod praefert etiam Scaliger ad Euſeb. Chronic. MMCXCV. ſive *ſanguineum*, quod aliis placet, quibus duplex epitheton *ſanguinei rotantes* non tam concinnum videtur. Certe mihi hoc loco Poëtice magis dici, *ſanguineum crinem* videtur, ut Stat. x. 167. *ſanneos rotat crines.* Sed eligat quiſque pro arbitrio.

569. *Per avia*] Cortius inveniſſe ſe ſcribit in MSS. *voces per avia*, ſed certe tunc copula *que* deberet abjici, nec ſic tamen verſus conſtaret. *variaeque* in alio MS.

570. *Et venientes*] *Et* deerat Hamb. tert. an *venientis umbrae* voces voluerit?

571. *Extremis moenibus*] Forte in Eſquiliis habitantes intelligit, ubi cadavera, & cineres & oſſa, & ubi ſacris magicis operatas ſagas ſatis notum eſt ex Horatio & aliis. *ſubmoeniani* Martiali dicti. Poſſunt & in ſuburbanis agris manentes intelligi, quia praeceſſerunt *avia*, & *nemora*.

573. *Flagrant*] *Flagrante* Richel. Recte vero *verticem* expoſuit Oudend. nulla enim differentia inter *vertex* & *vortex*, licet credi-

Eumenis: aut qualem juſſu Junonis iniquae
Horruit Alcides, viſo jam Dite, Megaeram.
Inſonuere tubae, & quanto clamore cohortes
Miſcentur, tantum nox atra ſilentibus auris
Edidit: & medio viſi conſurgere Campo
Triſtia Sullani cecinere oracula manes:
Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas
Agricolae fracto Marium fugere ſepulcro.
    Haec propter placuit Tuſcos de more vetuſto
Acciri vates. quorum qui maximus aevo
Arruns incoluit deſertae moenia Lucae,
Fulminis edoctus monitus, venasque calentes
Fibrarum, & motus errantis in aëre pennae,

Mon-

didiſſe Heinſius videatur, qui *vortice* malebat. vid. ſupr. 371. Oudendorp. *turbine* alii dixerunt. Poſſet & *vertex* de apice flammae dici, nam pineae taedae ita ardere ſaepe conſpiciuntur in monumentis antiquis.

575. *Contorſit*] *Cum torſit* Sixii codex. *membra L.* Oizel. a m. pr. *Ligurgi* maxima pars librorum, & ita alibi ſaepe dederunt librarii.

576. *Qualem juſſu*] *Juſſu qualem* Langerm. & ita edidit Cortius, qui & *Megaeren*, neſcio an ex codice, aut affectatione Graeciſmi: vide Heins. ad Ovid. XVIII. Epiſt. 151. & ad VI. Met. 707. ſed ad talia opus eſt auctoritate codicum. *Megaeran* nondum reperi.

577. *Et quanto*] *Et* copulam ignorat Langerm.

579. *Tantum nox atra ſilentibus auris*] *umbris*, *arvis* eſt in MSS. Heinſius malebat, *boris*, quae lectio firmari poſſet ex iis, quae dicta ſunt ſupra ad vſ. 16. *ſilentibus umbras* Rottend. pr. mihi *auris* placebat; *umbras* pro arboribus poni ſaepe apud Statium & alios novi, ſed huic loco non convenenire credo, quia non omnibus locis, ubi haec prodigia fiebant, arbores fuiſſe credibile eſt, & *ſilentibus auris* indicat *ſilentium noctis*, ut ſaepe occurrit. Non inelegans quoque eſt lectio viri docti, *reddidit* pro *edidit*, ut quaſi per echo fuerit auditus & duplicatus clamor. *addidit* Rottend. pr. *e medio* Hamb pr. Richel. & S. Germ. In tribus etiam reperi,

Et medio viſi concurrere campo.

verba vero illa, *conſurgere* & *concurrere*, ſaepe commutarunt librarii, ut apud Virgil. I. Georg. 318. X. Aen. 90. & apud Ovid. XVI. Epiſt. 351. verſu ſequenti, *cecinerunt funera manes* Thuan. pr. optimae notae.

582. *Anienis ad undas*] *Et undas* Thuan. quart. ut ſimul caput & undas Marius ſuſtulerit; ſed ſepulchrum ad ripam Anienis, ſurgente Mario fractum, tuetur *ad undas*. *Marium fracto* plurimi. Cortius hic profert ex ſuo, *fugiere*, quod aeque notatu dignum puto, ac vers. 579. *miſcuntur*.

584. *De more*] Quinque libri, *e more*; nihil refert. vid. ad Petron. cap. CVIII. *Tuſcos placuit* Rottend. ſec.

586. *Aruns*] *Arruns* omnes fere libri hic & inf. v. 606. ubi *Arrons* etiam Thuan. ſec. *Lucae* etiam fere omnes, ut variant etiam lib. II. 427.

587. *Fulminis edoctus motus*] *Monitus* alii,

Monſtra jubet primum, quae nullo ſemine diſcors
Protulerat natura, rapi, ſterilique nefandos
Ex utero foetus infauſtis urere flammis.
Mox jubet & totam pavidis a civibus Urbem
Ambiri: & feſto purgantes moenia luſtro,
Longa per extremos pomoeria cingere fines
Pontifices, ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas.
Turba minor ſequitur, ritu ſuccincta Gabino,
Veſtalemque chorum ducit vittata ſacerdos,
Trojanam ſoli cui fas vidiſſe Minervam.

Tum

lii. Haec quoque ex illis lectionibus eſt, de quibus in utramque partem ſine fine litigari poteſt. Nam ſive hoc verſu *monitus*, & ſequenti *motus* legas, ſive contra, vix eſt ut definias, quid praeſtet. Ego cum illis Viris doctis & ſanis Poëtarum judicibus, Graevio & Broukhuſio, facerem, qui *fulminis monitus* praeferunt, quia inter fulmina unum erat *monitorium* dictum, de quo vide Feſtum in *manubiae*, & quae dixi de Jove Fulguratore cap. IV. Sequenti vero verſui *motus* melius convenit *erranti* penna. In hanc etiam vocum e ſedibus migrationem eo pronior ſum, quod nihil adferri videam, quo *motus fulminum* dici ſolere probetur. Novi quidem ignibus, flammae, facibus & ſimilibus *motum* ſaepe dari, ſed *motum fulminis* nondum legi; doceri tamen non recuſo. Sed aves movent alas ſuas quum volant, ut de Daedalo volante Ovid. II. Art. 731. & de Cupidine Remed. 39. ita *movere pennas* V. Met. 548. & ſimilia obvia: recte ergo motus avibus, qui eſt *geſtus*, unde *augurium* dictum conſtat, dicitur. Non negligendam etiam maximae partis codicum lectionem, *errantis in aëra*, putem. Ita enim & Ovidius ſaepe, ubi per librarios licuit, pro *in aëre*, ut vulgo loquuntur, ut lib. II. Met. 165. *Vacuo: dat in aëra ſaltus.* Ita ex melioribus libris reſcripſit Heinſius. Et IV. 676. ex optimis legendum,

Paene ſuas quatere eſt oblitus in aëra pennas,

& VII. 379.

Factus olor niveis pendebat in aëra pennis.

& vſ. 786. *vacuos exercet in aëra morſus.* Et ita aliquoties aliis in locis. Quare nollem hoc genus conſtructionis Broukhuſio diſplicuiſſe in illis Propertii. lib. II. XXIV. 55.

Si Pegaſeo vecteris in aëra dorſo.

589. *Primum*] *Primo* duo Rottendorf.

591. *Infauſtis urere flammis*] Quae ſexcentis locis occurrit varietas, hic quoque in MSS. deprehenditur. *Infandis* & *infeſtis* enim reperi. Heinſius legebat, *ingeſtis*: ego nihil moveo, & Broukhuſii judicio acquieſco.

594. *Extremos*] *Externos* Turr. *fingere fines* Rott. pr. *Tingere* Hamb. tert. quod luſtrationi conveniret equidem, ſed *cingere* pro ambire dixit, ut & ſupr. 572. & III. 400. IX. 373.

596. *Turba minor*] Pontifices minores. vid. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 213 & Noris. ad Cenotaphia Piſ. I, 5. *minor ſequitur ritu*, vel *ritu turba minor ſequitur* praeferrem, ne canina litera coniuncta odioſiorem ſonum daret. De alio genere hominum utitur Martial. IX. Epig. 81.

Oderat ante ducem, famulos, turbamque minorem,

ubi variae ſunt doctorum explicationes & lectiones, quas nunc excutere non vacat. Hoc modo dicam, me intelligere ipſorum famulorum, potentium apud Imperatorem, ſervos & famulos. Ut illa *ſordida*, vel *cetera*

Tum qui fata Deûm, ſecretaque carmina ſervant,
Et lotam parvo revocant Almone Cybeben:
Et doctus volucres Augur ſervare ſiniſtras:
Septemvirque epulis feſtis, Titiique ſodales:
Et Salius laeto portans ancilia collo:
Et tollens apicem generoſo vertice Flamen.
Dumque illi effuſam longis anfractibus urbem
Circueunt, Arruns diſperſos fulminis ignes
Colligit, & terrae maeſto cum murmure condit;
Datque locis numen ſacris: tunc admovet aris
Ele-

ra turba apud Ovid. II. Amor. II. 30. vel ejuſdem domini, Imperatoris ſc. ſervos, ſed non ordine primos: nam ordines fuiſſe docet Ovid. II. Amat. 251. & multis probari poſſet, ſed nemo ignorat.

598. *Soli cui fas.*] *Cui fas ſoli* Turrian. ut evitetur ſimilis exitus vocum in *i*.

600. *Et lotam parvo revocant Almone Cybelen.*] Nondum illa, quae Gronovius adduxit, mihi perſuadere potuerunt, ſacerdotes recte dici *revocare* Cybelen, nec illuſtrari haec Ovidii loco de bove ruminante, niſi fingamus illam, quaſi recuſantem in templum ſuum reverti, & precibus exoratam tandem in reditum conſenſiſſe. Cujus ritus ſi veſtigia ſupereſſent, facile manus darem. Sed *referunt*, (ut eſt in Thuan. ſec.) qui ſuppoſuere, nihil tale cogitaſſe videntur, intellexiſſe autem, poſt lotionem in templum relatam. Quum vero perpetua verborum *revocare* & *renovare* in multis locis (vid. inf. ad lib. IV. 204. & alibi) fiat permutatio; & hic forte *renovant* poſſet legi: abluta enim Dea aquis Almonis mundior & purior, & tamquam nova in templum redibat. Gujeto hi duo verſus 599. & 600. ſpurii videbantur. Neſciebat ſcilicet ineptias Lucani, qui ut omnia Sacerdotum collegia deſcriberet, advocat etiam illos, quos a Romanis umquam his ritibus adhibitos, probari debuiſſet. Gallos vero Amburbalibus adhibitos neſcio. Et viliores & contemtiores erant, quam ut inter primos ſacerdotes pompae huic interfuiſſe credi poſſet. Et Scholiaſtes hoc etiam verſu libris Sibyllinis inſpiciendis ſacerdotes intelligit.

602. *Epulis feſtis*] *Epulas* Hamb. tert. *feſtus* omnes fere ſcripti. *Titiique* Voſſ. pr. malim, *Titiusque ſodalis*, quia reliqui ſacerdotes numero ſingulari, licet & variare ſaepe noverim. vid. lib. II. 50. *Laeto collo* recte in omnibus codd. nam & canebant carmina Saliaria, & ſaliebant, dum moverent ancilia. Sic *maeſta colla* ex Senec. Troad. 85. notaverat Heinſius. *lento collo*, quod ex ſuo profert Cortius, potius pedibus conveniret; ita *humeris gaudentibus geſtare*, Valer. Flacc. I. 169. ubi vide notas. *latos* etiam Barth. ad Claudian. III. Conſ. Honor. 3. & ad Stat I. Theb. 489. qui more ſuo blandientem ſibi conjecturam repetiit, & exemplis ab Heroum latis humeris firmare conatus eſt: qui quid ad Salios faciant, neſcio; & recte ideo refutavit Oudendorpius. *Et tollens* omnes fere.

605. *Dumque*] *Cumque* Oiſel. *Effuſam urbem* interpretor vacuam, quia ſe omnes incolae ad ritum luſtrationis videndum & celebrandum effuderant, ut Livius XXXVIII. 6. *effunduntur omnibus portis*: & ſaepe Juſtin. Valer. Flacc. & paſſim alii. Poſſet vacuam ob fugam incolarum, quam antea deſcripſit, quis intelligere. *Effuſam urbem* dixit, ut *armatam* infr. II. 574 pro incolis.

607. *Terrae*] Ita omnes codices, quos vel ipſe habeo, vel alii viderunt. *terra* tamen edidit Cortius, quia ſcilicet variare ſo-

Electa cervice marem. jam fundere Bacchum
Coeperat, obliquoque molas inducere cultro:
Impatienſque diu non grati victima ſacri,
Cornua ſuccincti premerent quum torva miniſtri,
Depoſito victum praebebat poplite collum.
Nec cruor emicuit ſolitus: ſed vulnere largo
Diffuſum rutilo nigrum pro ſanguine virus.
Palluit attonitus ſacris feralibus Arruns:
Atque iram Superûm raptis quaeſivit in extis.

Ter-

ſent alibi caſus in his verbis, *ſternere*, *figere*, *ponere* &c. *terrae* & *terra*, de quibus vid. ad Ovid. III. Amor. II. 25. & XIV. Met. 176. & variant ita noſtri lib. IV. 647 ubi edidit ipſe, *ſterni terrae*, quum potuiſſet ex ſcriptis *terra* dare. V. 360. *procumbite terrae*, ubi alii fere omnes *terra*. VII. 486. *figere terrae*, ubi etiam *terra* in MS. Apud Virg. V. Aen. 47. *oſſa parentis Condidimus terra*, ubi liber Sprotii *terrae*: quare, ubi variant, licere credo eligere quod placet, ſed ubi nihil eſt variationis, oportet ſcriptos ſequi; ut, licet forte melius ſit *terra condere*, tamen ubi nullus codex addicit, nolim *terrae* ejicere. Schol. Juven. VI. 587. *tacito cum murmure condit*.

608. *Datque locis numen, ſacris tunc admovet aris.*] Sine ullo dubio *numen* retinendum. Sed quia locus ille conſecratus, & ideo etiam *templum* dicitur a Feſto in *bidental*, malim cum tribus codicibus, & Cortio diſtinguere,

Datque locis numen ſacris: Tunc &c.

Arae enim hoc epitheto hic loci non indigent, quo Poëtae in hóc loquendi modo obvio uti vix ſolent. Claud. III. Rapt. 353. *Inde timor numenque loco.* Sidon. Apoll. carm. IX. 188.

Nec quae fulmine Tuſcus expiato
Septum numina quaerit ad bidental.

Sic ſaepe Ovidius *numen loco ineſſe* dicit. Sed ſi quis vulgatam praeferat diſtinctionem, cum eo contendere nolo.

609. *Electa cervice marem*] *Elata* erat in uno, quod idem notat quod *erecta*, ut in uno Oudendorpii. Heinſius in ora codicis *Velata*, reſpiciens, credo, ad coronas, ſerta, & alia, quibus ornabantur victimae. Sed an verbo *velari* in hac re alii uſi ſint, ignoro. Quare nihil potius mutem, praeſertim quum accedat aperta imitatio Statii, qui lib. I. Theb. 506.

Nigri tibi, Diva, litabunt
Electa cervice greges.

Ratio etiam pro hac lectione militat. Eligebantur enim rudes operum, & nullum cervice paſſae jugum victimae, ut vel Tyronibus eſt exploratiſſimum.

611. *Diu*] Non eſt haec vox in Thuan. ſec. *non ſacri victima grati* Hamb. tert. *non gratis* Langerm.

612. *Cornua ſuccincti premerent quum torva miniſtri Depoſito victum praebebat poplite collum.*] Omnia hic oſtendunt victimam non placidam, nec ſponte ad aras accedentem, ſed reluctantem, quae infauſti ominis fuiſſe indicia notum eſt. Quare *torva* illa *cornua* non placebant Heinſio; qui reponi jubebat *torta*. Egregie: torquebant eum & premebant miniſtri, ut caput reſupinaret, & ita collum praeberet, ut notum ex illo Homerico *αὖ ἐρύειν* Iliad. I. 459. Conjecerat etiam *vara*, cujus vocis amans, eam pluribus intruſit locis. vid. ad Ovid. I. Amor. III. 24. *torva certe cornua* non legi, ſed tauri torvitas in fronte notatur & adſpectu, unde & *optima torvae Forma bovis* Virgilio dicitur in Georg. III. 51. In altero verſu nihil facile novarem: *victum* enim *collum* eſt, quum diutius reluctari torquentibus miniſtris nequiret, & vi poparum quaſi victa hoſtia ſuccumberet. Malo

Terruit ipſe color vatem: nam pallida tetris
Viſcera tincta notis, gelidoque infecta cruore
Plurimus adſperſo variabat ſanguine livor.
Cernit tabe jecur madidum: venasque minaces
Hoſtili de parte videt. pulmonis anheli
Fibra latet, parvusque ſecat vitalia limes.
Cor jacet: & ſaniem per hiantes viſcera rimas
Emittunt: produntque ſuas omenta latebras.
Quodque (nefas) nullis impune apparuit extis,

Ecce

le ergo idem vir doctus reſingebat, *vittatum poſito praebebat* &c. vel, *depoſito vinctum*, ut erat in Oiſel. ſcilicet coronis. &c. de quibus vſ. 609 ubi *velata* etiam cogitabat. Unus ex noſtris habebat, *depoſito juſtum*, unde aliquis poſſet *juſſum* non inepte facere. Cogitaveram &, *depoſito invitum*: ſed praeſtat nihil mutare. *Depoſitum* erat in Rottend. tert. *depoſita* vitio, credo, operarum in Ed. Gryph.

614. *Sed vulnere largo Diffuſum rutilo nigrum pro ſanguine virus*] *Laxo* octo ex noſtris. Nec male. Ita etiam variant codices apud Claudian. II. in Eutrop. 143. & alibi. ita *laxus ſinus* de vulnere lib. IX, 769. ſed quaecumque lectio praeferatur, pro amplo & late patenti vulnere debet capi, & in eo prodigium majus apparet, quod licet amplum ſit vulnus, nullus tamen ſanguis, ſed ſanies, & concretum quoddam virus efflueret. Non modo non large praebebat cruorem, ſed fere nullum. Quare *flumine largo* hic abſonum foret, quod virus vel ſanies numquam tanta copia effunditur, ſicut ſanguis, ut *flumen* poſſet dici. Sic *laxatum vulnus* dixit Ovid. Halieut. vſ. 41. & noſter lib. VI. 667. *pectora vulneribus laxata novis*. Medici quoque *aperire*, *ampliare*, *laxare* vulnera paſſim dicunt, ut bis terve Celſus lib. VII. 5. *Si ex alia parte vulnus amplietur, laxius eſſe debet, quam ut telo poſtea tranſeunte amplietur.* Mox: *latius vulnus aperiendum eſt.* & iterum: *quibus extentis laxius inter oſſa ſpatium eſt.* Quare praeferrem *laxo*. Licet pro *largo* poſſet aliquis illa Claudiani de Bell. Get. 122. advocare,

Parcendoque ſecat, ferro ne largius acto
Irrevocandus eat ſectis vitalibus error.

ubi *longius* etiam in MS. *Diffuſum eſt* etiam duo. *Diffuſo* Rottend. pr. Deinde in magno codicum numero eſt, *dirum virus*, non *nigrum*, quas voces commutatas fuiſſe & ſaepe eodem redire, diſcere poteſt lector ex Animadv. Criticis Vol. I. tom. III. p. 378. Recepit etiam Cortius. Quamvis ego dubius haeream, utram vocem praeferam, quia & *rutilo ſanguini*, melius opponi *nigrum virus* cum interprete credo, & Ovid. etiam Halieut. 129. *nigrum virus* dixerit, & forte etiam alii. v. Th. Barthol. de Medicis Poëtis p. 26.

617. *Raptis*] *Ruptis* Turr. deinde, *ipſe cruor* Hamb. tert. *jam pallida* Thuan. ſec. mox. *infeſta cruore* Langerm. & *libor*, pro *livor* idem & Oiſelian.

622. *Pulmonis anheli fibra latet.*] *Anhela* S. Germ. codex antiquus. De qua epithetorum permutatione jam bis terve vidimus. ſimilis diverſitas apud Claudian. II. in Rufin. 414.

Hic jecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas
Pulmonis latebras.

Ita edidit Heinſius & alii, quum in multis ſit *anheli*. Mox inveni in Thuaneo ſec.

Et ſaniem tenues per viſcera rimae
Emittunt.

quod an placere poſſit, videant eruditi. Pro *rimas* Hamb. pr. habebat *fibras*, ſed perperam de *latet* v. Barthol. d. l. p. 30.

625. *Produntque*] Ita conſtanter ſcripti

Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem
Alterius capitis. pars aegra & marcida pendet:
Pars micat, & celeri venas movet improba pulſu.
His ubi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat! *Vix fas, Superi, quaecumque movetis,*
Prodere me populis: neque enim tibi, ſumme, litavi,
Juppiter, hoc ſacrum: caeſique in viſcera tauri
Inferni venere Dei. non fanda timemus:
Sed venient majora metu. Dii viſa ſecundent,
Et fibris ſit nulla fides; ſed conditor artis
Finxerit iſta Tages. flexa ſic omina Tuſcus
Involvens, multaque tegens ambage canebat.
At Figulus, cui cura, Deos ſecretaque coeli
Noſſe, fuit, quem non ſtellarum Aegyptia Memphis
Ae-

& editi: Cortius tamen *promunt* edidit, qui, credo, ſi *promunt* reperiſſet editum, correxiſſet, *produnt*: nam facilius credo, librarios aut gloſſatores nobis daturos fuiſſe *promunt*, quam *produnt*. Immo ſi illud etiam in codice exſtaret aliquo pro gloſſa ꝧ *produnt*, acciperem, ut innumeris locis factum fuit. vid. Heins. ad Claud. Rapt. Proſ. I. 3. ubi Lucanum in hac locutione multum eſſe docet: quem & vid. ad IV. Conſ. Honor. 643. & ad Ovid V. Faſt. 508. & ſaepius alibi. Mutavit forte Cortius, quia mox vſ. 632. hoc verbum iterum occurrit

626. *Nullis*] *Nullisque* Thuan. quart. qui ſine parentheſi, *quodque nefas, nullisque.* Sic Ovid. II. Triſt. 338.

Quodque nefas, damno viribus eſſe tuis.

ubi ſubintelligendum *eſt*. idem Epiſt. V. 40. *Conſtitit eſſe nefas.* Et ita alibi. Sequens verſus deerat Richeliano. Mox, *pars erga* Barber.

631. *Vix fas, ſuperi, quaecumque movetis Prodere me populis.*] Heins. quum in Thuan. ſec. deeſſet *fas*, in altero *eſt fas*, conjiciebat, *vix eſt ſuperi* &c., quod & Oudendorpio in mentem venit, nec mihi diſplicet, quia mollius ad aures accidit, quam *vix fas*, vel *fas vix*, ut erat in Barberin. *movetis* omnes noſtri. pro *prodere* etiam in Langerm. erat, *pandere*, quae varietas etiam alibi notatur a viris doctis. infr. VI. 590. dixit *pandere fata*, ubi tamen *prodere* Barberin. habet, ſed & *prodere* ex h. l. vſ. 677.

Vocibus bis prodens urguentem pectora Phoebum,

firmatur, & ex illis, quae habet Heinſius ad Claudian. I. Rapt. 3. & alibi, ut modo notavi. Idem Heinſius legebat mox, *neque enim tibi, ſumme, litavi, Jupiter, hoc ſacro*: quaſi Latine non diceretur *litare ſacrum*. Sed praeter interpretem Lucani, tollet ſcrupulum Brouk-hus. ad Propert. IV. I. 24. *in pectora tauri* decem libri. *dii* ſex. *nec fanda* Rottend. pr.

636. *Sed conditor arcis Finxerit.*] *Conditor urbis* in Rott pr. librario forte de Romulo ſomniante; Heinſius vero ad Ovid. I. ex Ponto II. 9. citat: *viderit iſta Tages*, nimis memoriae fidens. *Finxerat* unus ex noſtris. Sed vulgatae fidem facit Servius ad II. Aen. 781. & Joh. Saresber. lib. I. 2

937. *Flexa*] *Flexi* Turrian. *Omina* multi. vindicaverat jam hunc locum Heins. ad Ovid. VIII. Met. 160.

Aequaret viſu, numeriſque moventibus aſtra,
Aut hic errat (ait) *ulla ſine lege per aevum*
Mundus, & incerto diſcurrunt ſidera motu:
Aut, ſi fata movent, Urbi, generique paratur
Humano matura lues. terraene dehiſcent,
Subſidentque urbes? an tollet fervidus aër
Temperiem? ſegetem tellus inſida negabit?
Omnis an infuſis miſcebitur unda venenis?
Quod cladis genus, o Superi, qua peſte paratis
Saevitiam? extremi multorum tempus in unum
Convenere dies. ſummo ſi frigida coelo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres,
Totaque diffuſo latuiſſet in aequore tellus.

Si

639 *Secretaque coeli noſſe fuit*] Illud *fuit* vix placet. Nam etiam nunc illi cura artis hujus erat, quare non alienus ſum ab Heinſii conjectura, qui reſcribebat,

Cui cura Deos, ſecretaque coeli
Noſſe ſui.

641. *Aequaret*] Cortius dicit, virum doctum legere,

Aequarit viſu, numeriſque docentibus aſtra. neſcio qui numeri poſſent docere vel movere aſtra, quum *numeri* notent ſcientiam aſtrorum, ut exempla ab Oudendorpio adlata docent, qua aſtrorum motus, & quietem deprehendebant, & inde de futuris conjiciebant. Mox dicet 644. fata *movere ſidera*, id eſt, legem illam naturae mutare. Forte, *numeriſque notantibus aſtra.* Gujet. *monentibus*, id eſt, monſtrantibus aſtra. ſed quis ita umquam locutus? & mox etiam, *ſi fata monent*, legit.

642. *Nulla cum lege*] Etiam Hamb. pr. *ulla ſine lege* quod caeſurae munere defendit Oudendorpius, de quo vid. ad Ovid. 11. Met. 743. plurimi, *nulla ſine lege*. *Sub lege* in nullo vidi; ego ſequor Oudendorpium, & *nulla cum* eſſe a librario metro metuente conſentio. De hac lege vero vide ad Val. Flacc. 1. 213.

644. *Orbi*] *Urbi* omnes ſcripti, praeter ab Oudendorpio adductos duos. Quare nihil eſt, cur repudiemus hunc conſenſum. vide quae diximus ſupr. ad vſ. 542.

646 *An tollet*] *At tollet* Oiſel. & fragm. S. German. *An tollat* Hamb. pr. mox, *ſegetem* Turr. quod praetuli eadem ratione, qua ſupr. 553 *nivem. tellusque* Hamb. ſec. *tellus an fida* Thuan. pr. *vetabit* Langerm *omnis & inſuſis* Turrian. *effuſis* ſex.

649. *Qua peſte paratis ſaevitiam*] Inconcinni & duri aliquid his verbis ſubeſt. Peſtis enim rectius dici poteſt parari per ſaevitiam Deorum, quam per peſtem ſaevitia. Quare aut ad hypallagen, ſolitum ſaepe in locis obſcuris confugium, aut ad emendationem confugiendum. Heinſius orae adſcripſerat, *Exitium*, vel *ſervitium*, quorum prius poſſet admitti, quia mox de morientibus agit, niſi quis velit, ſublatis Pompejanis *ſervitium* illa peſte reliquis parari, explicare. Mihi non ſatisfacio. *Aeterni* citat Saresber. lib. II. 19.

651. *Frigida*] *Fulgida* Rottend. ſec. a m. ſec. mox, *accenderat ignis* Thuan. pr. *ignis* etiam Sixii.

653. *Deucalioneos*] *Deucaliones f. a. undas,*

Si ſaevum radiis Nemeaeum, Phoebe, Leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succenſuſque tuis flagraſſet curribus aether.
Hi ceſſant ignes. tu, qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda, chelasque peruris,
Quid tantum, Gradive, paras? nam mitis in alto
Juppiter occaſu premitur, Venerisque ſalubre
Sidus hebet, motuque celer Cyllenius haeret,
Et coelum Mars ſolus habet. cur ſigna meatus
Deſeruere ſuos, mundoque obſcura feruntur?
Enſiferi nimium fulget latus Orionis?
Imminet armorum rabies: ferrique poteſtas
Confundet jus omne manu: ſcelerique nefando
Nomen erit virtus: multosque exibit in annos

Hic

das, Totaque diſcuſſo Thuan. ſec.

656. *Fluerent*] Vide quae de hoc verbo notavi in diſſertatione de Jove Fulguratore cap. IX. mox, *tuis* omnes ſcripti, & Saresberienſis, ut reſpondeat τῷ *Phoebe*. Recte: nec hic opus eſt, *ſuis* exponere, quaſi currus aetheri proprii, ut *ſuae lacrimae* &c. *ſua ſigna* VII. 77. & alia. Quae Oudend. dat ad v. 311. ſed currus illi ſunt Phoebi proprii, quibus ille percurrit aethera. *Flagraret* Thuan. quart. *curſibus* Thuan. ſec. *ignibus* Hamb. ſec. *hi ceſſent* Thuan. tert. & Hamb. pr.

658. *Flagrante minacem*] Hanc lectionem defendit Cl. Weſſeling. Probab. cap. VII. & certe, non ſtatim, ubi vox brevi intervallo apud Lucanum recurrit, nova excogitanda, qua nihil facilius: nec video *vibrantem caudam* uſquam in exemplis adduci, aut alibi *flagrare* cum *vibrare* commutatum. Poſſem meliori ſpecie *fulgente* reponere, quod apud Virgil. I. Aen. 710. & XII. 167. in MSS. occurit pro *flagrante*. Sed ſequor potius codices. *Minantem* habet Saresberienſis.

660. *Quid tantum*] Heins. volebat, *quid tandem*: ſed nec hic novo aliquid, & adduxi haec ad illa Valer. Fl. V. 37.

Quid tantum infenſa repente Numina?

& ſaepe Virgil. ut II. Georg. 481. I. Aen. 231. 745. II. 770. & alii. Non diſſimile lib. VII. 847.

Theſſalia infelix, quo tanto crimine tellus
Laeſiſti ſuperos?

Virg. I. Aen. 606. *Qui tanti talem genuere parentes*? & V Aen. 13. *Heu, quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?* ubi vide. Nec abhorrent illa Phaedri IV. 19.

Quod tantum eſt praemium?

de verbo *parare* vid. ad Val. Fl. III. 586. *in alto* habet Acron ad Horat. I. Od. 2. ubi *Jovem* patrem juvantem dici, & ideo vel hic *mitem* docet.

665. *Enſiferi*] Confodit hunc verſum Gujet. repeti debet *cur*.

667. *Confundet*] In ſcriptis varie, *confundent*, *confundit*, *confundunt jus omne manus*: Sed vulgata probo, & Ennii iſta reſpicit ex VIII. Ann. p. 80.

Non ex jure manu conſertum, ſed magi' ferro.

an qui hic *manus*, ut multi ſunt, dederunt, cogitaverint de *jure manus*, χειρὸς νόμῳ, & de

Hic furor. & Superos quid prodeſt poſcere finem?
Cum domino pax iſta venit. duc Roma malorum
Continuam ſeriem: clademque in tempora multa
Extrahe, civili tantum jam libera bello.
Terruerant ſatis haec pavidam praeſagia plebem:
Sed majora premunt. nam qualis vertice Pindi
Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo:
Talis & attonitam rapitur matrona per urbem,
Vocibus his prodens urguentem pectora Phoebum.
Quo feror, o Paean? qua me ſuper aethera raptam
Conſtituis terra? video Pangaea nivoſis
Cana jugis, latosque Haemi ſub rupe Philippos.
Quis furor hic, o Phoebe, doce: quae tela, manusque
Romanae miſcent acies, bellumque ſine hoſte eſt?

Quo

de quo multa Guellius ad Virg. IX. Aen. 771. qui & in Ennio, *jure manus* legebat, neſcio: ſed tam doctos infelici iſti ſeculo ſcribas contigiſſe non puto. Neque tunc *τὸ confundet* quadrare videtur, ſed dicendum foret, *ferri poteſtas Inducit jus omne manus*, vel ſimile quid; ſed *s* adhaeſit ex ſequente *ſceleri* prima litera. quare *manu*, id eſt vi, maneat. Sic Flor. I, 1. *manu capta ſunt matrimonia.* Claudian. III. Rapt. 303.
Quaeſita manu ſecurus habeto.
& ita paſſim.

669. *Et ſuperos*] Heinſius malebat, *At ſuperos*. Gujet. *ben.* mox, *continua* Thuan. pr. & *dux Roma* idem. & Oiſel. *jam tantum* Hamb. tert. *tantum modo* Thuan. quart. praeterea, *terruerant* Thuan. ſec. quis ſit ille vir doctus a Cortio laudatus, qui legit *Terruerant fata haec*, neſcio; ſed *ſatis* eſſe retinendum, docent ſequentia, *ſed majora premunt.* Dicta illa *Figuli* ſufficiebant ad incutiendum terrorem populo, ſed majora premebant vatem, matronam, quae plena Phoebo dira magis vaticinatur.

675. *Edonis*] Vide Heins. ad Ovid. IV. Triſt. 1. qui hic olim legebat, *Ogygio Edonis*, ſed mutavit ſententiam. *Haedonis* duo Thuanei. *Ageo* Langerm. *Egieo* Thuan. ſec.

677. *Pectora*] *Pectore* Rottend. tert. *quo ferar* pr. ſed Gryph. edit. vitioſe, *quo furor.* Sic mox 683. *diverſa feror*, ubi *furor* in Thuaneo. *ſuper aëra* Thuan. pr. *conſtituit* Langerm. Heins. malebat, *conſtitues.*

679. *Video Pangaea nivoſis Cana jugis*,] In Rottend. pr. codice eſt, *nivoſi cana jugi*, quae conſtructio Graeca eſſet, qua adjectivis plurimis genitivus adjungi ſolet, ut ad faſtidium uſque docuerunt viri docti. ſed vulgata apud Lutat ad Stati VI. Theb. 666. Heinſio vero non placebat, *latos Philippos* dici & malebat, *Latios*, eo ſenſu, quo *Sidonius amnis* Trebia Silio Italico lib. IV. vs. 650. & Senec. in Phoen. 13. *meus Cithaeron* dicitur; & remittebat ad Gevart. Lect. Papin. I. cap 23.

681. *Quae tela*] *Qua* Thuan. tert. *quo* plurimi. *Quod* probat Cortius in notulis, ſed in textum immiſit *quid*. *Sine hoſte* abſque verbo ſubſtantivo Heinſius. *Diverſa furor* Thuan. quart.

683.

Quo diverſa feror? primos me ducis in ortus,
Qua mare Lagaei mutatur gurgite Nili.
Hunc ego, fluminea deformis truncus arena
Qui jacet, adgnoſco: dubiam ſuper aequora Syrtim,
Arentemque feror Libyen, quo triſtis Erinnys
Tranſtulit Emathias acies. nunc deſuper Alpis
Nubiferae colles, atque aëriam Pyrenen
Abripimur. patriae ſedes remeamus in urbis:
Impiaque in medio peraguntur bella ſenatu.
Conſurgunt partes iterum, totumque per orbem
Rurſus eo. nova da mihi cernere litora ponti,
Telluremque novam: vidi jam, Phoebe, Philippos.
Haec ait: & laſſo jacuit deſerta furore.

683. *Primos me ducis in Ortus*] Id eſt, in Aegyptum, quam Orientis nomine deſignatam vidimus ad Virg. I. Aen. 288.

684. *Mutatur*] Miror in hoc verbo haeſiſſe interpretes, & ſuſpectum habuiſſe; quum enim aliquis ex mari oſtia Nili intrat, mutatur mare, & vector pro mari navigat in fluvio. ſic Claudianus de gruibus agens Bell. Gild. 476.

Cum tepido permutant Strymona Nilo.

id eſt, eo migrant. Quod noſter lib. VII. 832.

Quae Nilo mutare ſoletis Threïcias hyemes.

Sed in his haerere eſſet otium male terere. Horat. II. od. 16 *terras alio calentes ſole mutare.* Juvenal. VI. 94. *Mutandum toties eſſet mare.* inf. v. 107. & VI. 815.

687. *Arentemque*] *Ardentem* unus codex, ut lib. IV. 33. eadem varietas, & paſſim, lib. IX. 729. *ardens Africa*, vid. ad Claud. III. Conſ. Honor. 205.

687. *Quo triſtis*] *Qua* Rottend. pr. Turrian. & Oiſel. mox, *deſuper Alpes* Thuan. tert. Hamb. ſec. & Oiſel. *nunc & ſuper* Gujet. *collis* Thuan. pr. *atque* deeſt Barber. *aëriam atque* Thuan. ſec. *Pyrenam* quart. *abripimur* omnes fere. *Sedis r. in urbem* Oiſel. *Sedis r. i. urbes* frag. S. Germ. *Sedes r. in urbes* Thuan. pr.

693. *Nova da*] *Nunc da* Thuan. ſec.

694. *Vidi*] Ita codices. Sed *video*, quod Hortenſii margo habet, melius vati, futura ut praeſentia videnti, conveniret. Petron. bello civili,

Cerno equidem gemino jam ſtratos Marte Philippos:

Mox, *laſſo deſerta* omnes fere noſtri.

FINIS LIB. I.

M. AN-

M. ANNAEI LUCANI PHARSALIAE

LIBER SECUNDUS.

* ARGUMENTUM.

Quadruplices queſtus libri pars prima ſecundi
Continet; ejusdem pars proxima verba Catonis
Et Bruti, dicit quo foedere Marcia nupſit.
Hoſtis in occurſum, dicit pars tertia, Magnum
Oppoſuiſſe manum; notat & quod Caeſaris ira
Cuncta ruunt; arcesque capit, cedentibus inſtat.
Aſt uni vitam tribuit, qui nuntius hoſti,
Exemplumque fuit. quo viſo Magnus ad omnes
Turmas ipſe ſuas hortandas magna minatur.
Hinc pars quarta notat, Pompejum tunc properaſſe
Brunduſium: tandemque videns maris oſtia claudi
Heſperiam puppeſque duas in morte reliquit.

Jamque irae patuere Deûm, manifeſtaque belli
Signa dedit mundus: legesque, & foedera rerum,
Prae-

* In Voſſiano primo erat hoc Argumentum: *Iſte liber continet juſtitium, & auctos queſtus feminarum & militum. Senes ferentes Marianam trucidationem & Syllanam proſcriptionem. Bruti & Catonis colloquium. Marciam repetentem Catonis conjugium, mortuo Hortenſio. Deſcriptionem Apennini montis; fugatiſque ſtationibus Pompejanarum partium, datam Domitio veniam fugae* &c.

2. *Legesque & foedera.*] *Curſusque* erat in Turriano a m. ſec. quod me praetuliſſe vulgatae lectioni non apparebit legenti notas meas ad Valer. Flac. 1. 542. ſed retuliſſe varietatem, & poſſe etiam defendi *τὸ curſus*, ex uſu frequenti hujus vocis apud Lucanum.

Praeſcia monſtrifero vertit natura tumultu,
Indixitque nefas. cur hanc tibi, rector Olympi,
Sollicitis viſum mortalibus addere curam,
Noſcant venturas ut dira per omina clades?
Sive parens rerum, quum primum informia regna,
Materiamque rudem, flamma cedente, recepit,
Fixit in aeternum cauſſas, qua cuncta coërcet,
Se quoque lege tenens, & ſecula juſſa ferentem
Fatorum immoto diviſit limite mundum:
Sive nihil poſitum eſt, ſed ſors incerta vagatur,
Fertque, refertque vices, & habent mortalia caſum:

Sit

Ita vero Critici ſolent loqui, ubi duplex lectio occurrit, & pro utraque aliquid dici poteſt; morem vero Poëtae ipſe interpres inf. lib. VII. 446. multis exemplis confirmat. Ita & lib. V. 41. *Fatorum impellite curſum.* Praeterea non praetuliſſe me *curſus* apparet, quod ad Valer. Flac. I. 213. citaverim, *leges & foedera*, ſine ulla varietate. Eligendum ergo dedi lectori, quod placuerit.

3. *Vertit*] *Evertit*, vel pro var. lect. *mutat*, erat in Richel. ſed *vertere* plus notat. vid. ad Virgil. I. Aen. 20. & ſaepe alibi.

4. *Indixitque*] *Induxitque* Hamb. pr. & Langerm. *Praedixitque* MS. Cortii. fruſtra omnia. vid. ad Quinctil. Decl. XIII. 15. Calpur. Eclog. I. 83. Claudian. Bell. Gild. 16. & alibi.

5. *Viſum eſt*] Ita ſex libri: ſed rectius *eſt* abjecerunt reliqui. Virg. II. Aen. 428. *Dîs aliter viſum* & III. 2. *viſum ſuperis*, ubi male *eſt* adjiciunt alii. Ovid. I. Met. 366. *ſic viſum ſuperis*, ubi etiam ex auctoritate codicum ejeci *eſt*. IV. Triſt. VIII. 15. *non ita Dis viſum*. Horat. I. od. 33. *Sic viſum Veneri.* ita & inf. 110. *viſum lenti*, non *viſum eſt*, & apud noſtrum ita paſſim. Sed alia ratio eſt, ubi vocalis ſequitur; quando hiatui ſupplendo *eſt* inſeritur, ut apud Ovid. VII. Met. 699. *non ita Dîs viſum eſt, ac nunc* &c. Virg IV. Georg. 394. *Quippe ita Neptuno viſum eſt*; ſic & *Dis placitum* inf. lib. X. 412. & Virgil. I. Aen. 283. *ſic placitum*, ubi *eſt* ejicit Pierius. vid. ad Virg. II. Aen. 428.

6. *Noſcant*] *Noſcat* Richel. *omnia* tres.

8. *Recepit*,] Haeſiſſe ad hoc verbum Heinſium ex appoſito obelo colligo. Sed nihil puto novandum. *Recepit* enim eſt, a flamma obſeſſam liberavit, eodem modo, ut *recepti* dicuntur, vel in proeliis ab hoſte non occiſi, vel ex undis & naufragio ſervati. vid. Serv. ad Virg. I. Aen. 178. & VI. 111, & notas ad Vellej. Paterc. II, 5. Val. Fl. VII, 285, & Ovid. V. Met. 572. & alibi, Sententia vero haec de igne, olim omnia poſſidente, & hinc paullatim exſtincto (*cedente* noſter dicit) ſedem terrae ſolidam & tutam eſſe datam, etiam a Juſtino lib. II. I. Scythis adſcribitur. Si quis *recepit* velit explicare per regendam ſuſcepit, ut ita *recipere urbes*, *regiones*, ſimpliciter, & *recipere in ditionem*, ſaepe occurrit, non pugnabo acriter.

9. *Coërcet*] *Coërcent* ed. Gryph. vitioſe; ut & *finxit*, quod plurimas obſedit editiones, & ego in Turriano ſolo inveni.

10. *Secula juſſa ferentem*] Dictum hoc eſt, ut *annos*, *aetatem ferre* &c. de quo egi ad Petron. XXIV. & XLIII. & Ovid. Medicam. 50. & II. Met. 457. Mundus ergo fert ſecula juſſa, id eſt, durabit tot ſecula, quot fata praeſcripſerunt & decreverunt (quod

poſi-

Sit ſubitum quodcumque paras: ſit caeca futuri
Mens hominum fati: liceat ſperare timenti.
Ergo ubi concipiunt, quantis ſit cladibus orbi
Conſtatura fides Superûm, ferale per urbem
Juſtitium: latuit plebejo tectus amictu
Omnis honor: nullos comitata eſt purpura faſces.
Tum queſtus tenuere ſuos, magnusque per omnes
Erravit ſine voce dolor. ſic funere primo
Attonitae tacuere domus, quum corpora nondum
Conclamata jacent, nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſaevos famularum brachia planctus:

Sed

poſitum mox vocat, ut leges, fines *poni* dicuntur. vid. ad Virg. I. Aen 264. & Barth. ad Stat. II. Silv. praefat.) finitis illis vero flamma peribit.

11. *Limite*] *Limine* Rottend. ſec.

12. *Fors*] *Sors* Rottend. pr. & Hamb. pr. ſed male.

13. *Et habent mortalia caſus*] Nec mihi placuit, *habet m. caſus*, ſed *habent*, quamquam parum referre puto. Barth. ad Gratii Cyneg. 24. hypallagen ſtatuit, *& habent mortalia caſum*, dictum eſſe pro, *caſus habent mortalia*. De talibus vero in aeternum licebit criticis litigare. pro *caſum* vel *caſus* in accuſ. poſſet adduci Virgilii locus ex IV. Georg. 25.

—— *quoniam caſus apibus quoque noſtros*
Vita tulit.

Cortius virum doctum legere ait, *& agunt mortalia caſus*, quod ſi, ſcripti!, qui ſaepe *agere* & *habere* confundunt, adjuvarent, etiam tueri locum ſuum poſſet. *Mortalia* ſunt res humanae. vid. ad Virgil. I. Aen. 462. & infra VII. 454.

16. *Urbi*] *Orbi*, ut ſemper fere variant codices, hic merito placuit Oudendorpio, & quod ſexdecim ex noſtris firmant. ſeq. vers. *per orbem*, Thuan. pr. Rottend. pr. & Oiſel. ſed omnes a m. pr.

18. *Juſtitium*] Deeſſe verbum patet, quod ſupplent interpretes, per *fuit*, vel *indictum fuit:* ſed dura haec ellipſis. Quid ſi legamus, *Juſtitium placuit. Plebejo tectus amictu* &c. nam proprie loquendo non latuerunt, ſed mutatis proceſſerunt magiſtratus veſtibus, ut ſequens *comitata* oſtendit: & ſi laterent, unde plebejo amictu fuiſſe cognoſcerentur? nam in aedibus latentes domeſticis utebantur veſtibus; nec ſcio in illis fuiſſe obſervatum diſcrimen inter plebejas & magiſtratuum veſtes, ſed in forenſibus purpura togas diſtinguebat; hinc domeſtica *vilis* dicitur Senecae. vid. ad Suet Aug. XXVI. LXXIII. Si quis *latuit* propugnare velit, explicet, ſub veſte plebeja latuiſſe honorem, nec ideo dignoſci potuiſſe magiſtratus a privatis, quia inſignibus ſuis carebant. Cogitabam & *tacuit pleb*, id eſt, nec in concione, nec in tribunali, nec in curia vox magiſtratuum audita eſt. Ita lib. V. 440. variat hoc verbum, ut in var. lect. notatum eſt, & ſaepe alibi. *Nullas* Thuan. quart. *honor* eſt in Thuan. ſec. & recte, ne litera ſibilans repetatur.

20. *Tenuere*] Pro continuere, unde firmari poteſt lectio apud Nemes. I. Ecl. 48.

Nec tenuit noſtras communis cauſſa querelas.

ubi vide, quae diximus. Et ita Virgil. IV. Georg. 483. *tenuit tria Cerberus ora.* vid. & Serv. ad II. Aen. I.

20. *Per omnes*,] *Per urbem* Thuan. pr.

&

Sed quum membra premit fugiente rigentia vita,
Vultusque exanimes, oculosque in morte jacentes;
Nec dum eſt ille dolor, ſed jam metus: incubat amens,
Miraturque malum. Cultus matrona priores
Depoſuit: maeſtaeque tenent delubra catervae.
Hae lacrimis ſparſere Deos, hae pectora duro
Adfixere ſolo: laceraſque in limine ſacro
Attonitae fudere comas: votiſque vocari
Adſuetas crebris feriunt ululatibus aures.

Nec

& Hamb. ſec. ſed a m. ſec. *erravit* omnes fere.

25. *Sed quum*] *Jam cum* Richel. a m. ſec.

26. *Oculosque in morte minaces*] Et hic Oudendorpius receptam lectionem optime tuetur; in qua conſiſtere potuiſſet. Marckland. ad Star. III. Silv. v. 39. *cadentes* malebat. Cortius, *natantes* etiam in contextum recepit, ſed ſine ullius codicis auctoritate; conjecerat etiam ſic Oudendorpius, quia ſcilicet ita ſaepe alibi occurrunt: ſed nihil novandum: nam truces & minaces oculi ſaepe morientibus dantur. Sic Florus lib. I. 18. *relictae in vultibus minae, & in ipſa morte ira vivebat*. ubi vide Freinsh. Agitur quidem ibi de occiſorum in praelio morte, ſed hoc minaciores facit: nec ideo deſunt minae in aliter occumbentibus, quum membra rigent, & vultus truculentiores apparent. Et hinc veteres claudere oculos morientibus ſolebant, ne adſpectu illo minaci terrerent ſpectantes. in Hamb. pr. erat ſine copula *oculos*.

27. *Nec dum eſt ille dolor*] Hoc ex communi hominum ſermone dictum illuſtravimus ad Val. Fl. I. 327. quibus adde infr. VIII. 153. Sed hinc etiam explicandum; minime vero tentandum, Ciceronis locum ex IV. Catil. cap. I. puto: *multa conceſſi, multa meo quodam dolore in veſtro timore ſanavi*, ubi multa interpretes comminiſcuntur, ut ſententiam aptam exprimant. Sed Cicero nihil aliud vult, niſi ſe vero & praeſenti dolore fuiſſe adfectum, ſibi prae omnibus aliis pericula &c. fuiſſe ſubeunda, dum alii futurorum timore defungerentur; illis timentibus futura, quorum tamen exitus incertus; ſe, ex praeſenti & praeacuto mali ſenſu, fuiſſe dolore confectum. Waddelius Anim. Critic. p. 123., *nec tum eſt ille dolor, gemitus, ſed jam* &c. tantum mihi non ſumo.

28. *Cultus matrona priores depoſuit*] Heinſius malebat, *cultu matrona priore depoſito*; quod ne probem, facit, quod minus cohaerere ſequentia, *maeſtaeque tenent delubra catervae*, videntur: & durum eſſet *matrona maeſtaeque*, per quas aliae deberent intelligi, conjungere. non etiam controverſiam moviſſem verbo *depoſuit*, niſi in Barberino codice vidiſſem, *ſepoſuit*, quod multo longiorem in lugubribus luctum indicat. nam veſtes, quibus diu uſurae non eſſent, in arca ſolebant ſeponere, & condere, quas iterum laetis rebus reſumebant. Tibull. II. v. 7. *ſed nitidus pulcherque veni, nunc indue veſtem ſepoſitam*. ubi etiam alios legiſſe, *depoſitam* notat Bersmannus ad Ovid. v. Triſt. v. 7. ubi de tali veſte agitur. Et ejusmodi illae veſtes ſtragulae Philemonis & Baucidos, *quas non niſi tempore feſto ſternere conſuerant*, apud Ovid. VIII. met. 657. pro *ſeponere* etiam *deponere* Heinſius corrigit lib. v. 724.

30. *Pectora duro Adfixere ſolo*] Et hanc lectionem egregie tuetur Oudendorpius contra Bentleii adnotata ad Horat. II. Sat. II. 79. nam, ut modo de veſtibus diximus, longiorem & pertinaciorem luctum notat, *adfigere* ſolo pectora, quam ſe projicere tantum in terram, quod *affigere* ſignificat. manebant ergo projectae diu in duro ſolo, nec

ſe

Nec cunctae ſummi templo jacuere Tonantis:
Diviſere deos: & nullis defuit aris
Invidiam factura parens, quarum una madentes
Sciſſa genas, planctu liventes atra lacertos,
Nunc, ait, *ó miſerae contundite pectora matres,*
Nunc laniate comas, neve hunc differte dolorem,
Et ſummis ſervate malis: nunc flere poteſtas
Dum pendet fortuna ducum: quum vicerit alter,
Gaudendum eſt. his ſe ſtimulis dolor ipſe laceſſit.

Nec

ſe attollere volebant. Similia apud alios ſaepe occurrunt.

33. *Adſuetas crebris feriunt ululatibus aures*] Crebra illa variatio vocum, *aurae*, & *aures* ſaepe incertos facit interpretes; & licet tres ex noſtris *auras* habeant, jure tamen ex majore numero praetulit *aures* Oudendorpius. votis enim non ſolent aurae vocari, niſi navigantibus, aut ſi quis Cephali exemplo *aura veni* clamaret. Sed Deorum aures fatigantur precibus & votis in rebus triſtibus; *aurae* poſſunt queſtibus impleri, non vocari votis. Ovid. I. Faſt. 181. *Templa patent, auresque Deûm.* Dii vocantur etiam ſaepe votis, ut ex Virg. I. Georg. 42. *Votis jam nunc adſueſce vocari*, oſtenderunt alii. denique *ferire auras* rectius, qui volant, dicerentur, ſed *ferire aures*, ut & *pulſare*, *verberare*, & ſimilia (vid. lib. VII. 25.) dicimus de voce & clamore. *Aras* erat in Hamb. pr. a m. pr. ſed *aris* ſequitur. neque hae votis vocantur. *adſuetaſque crebris* etiam Rottend. pr.

34. *Summi templo*] *In templo* Rottend. pr. & tert. & Hamb. tert.

36. *Invidiam factura parens*] Satis ſuperque hoc loquendi genus illuſtratum fuit a multis viris doctis, quos laudavi ad Ovid. IV. met. 547. & Albin. Eleg. in Druſum 190, ubi Clerici calumniam, quaſi Chriſtianis indecorum eſſet, hoc uti, refutavimus. quibus nunc addere non intempeſtivum, quae doctiſſimus Muratorius in Analect. Graecis p. 23. ad Epigramma Nazianzeni obſervavit, & nos ablegavit ad Caſaub. notas in Gregorii Nyſſeni epiſtolam, ubi ille pag. 82. multa exempla ex patribus produxit. Nec hodie dedecere ita loqui Chriſtianos, & inſignes etiam doctrina & pietate ſolere viros, docet exemplo ſuo Hadr. Valeſius, qui ad Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. I. dicit Judaeos, in luctu ſaccis indutos, *Deo invidiam feciſſe.*

37. *Sciſſa genas*] Cortius iterum ex conjectura vult legendum, *ſecta genas*: cui, quaeſo, bono? legerat ſcilicet notas Heinſii ad Valer. Flac. II. 142. & Ed. in Druſum 98. quaſi vero non centies poëtae, dixiſſent & *ſcindere* & *ſecare genas*. vide Ovid. VIII. Ep. 79. XI. 5. & VIII. Metam. 526. & etiam *genas* & *comas* ſaepe librarii commutaſſent, ut hic, & vſ. mox 39. *Sciſſa genas* maneat ergo: nam quod hic unguibus fit, aetati etiam adſcribit Propert. II. XIV. 8. *Et faceret ſciſſas languida ruga genas.* Sic ut hic ex dolore, ita apud Terent. Adel. IV. 2. vi *diſcidit labrum.* & ita *carpere* in L. XII. Tabul. *laniare*, *lacerare* &c. paſſim. Sed *ſciſſa*, quod unguibus fit, hic melius reſpondet, τῷ *carpere*, quod mulieribus interdicit lex, quam *ſecare*, quod violentius eſt, & Gallis & Bellonariis aptius datur.

38 *Contundite*] Barbin. *contundere*: mox, *deferte* S. Germ. & Rottend. ſec. a m. ſec. &, *nec ſummis* Rottend. tert. a m. ſec. quod ſenſum aeque bonum ac vulgata lectio facit. quaſi major nulla ſequi poſſet. Heinſius malebat, *aut ſummis.*

41. *Quum vicerit*] *Dum vicerit* Thuan. quart. & S. Germ. *Alter* vero hic eſt alteruter, ſive Caeſar, ſive Pompejus. vid.

Nec non bella, viri, diverſaque caſtra petentes,
Effundunt juſtas in numina ſaeva querelas.
O miſerae ſortis, quod non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus, Trebiaeque, juventus.
Non pacem petimus, Superi: date gentibus iras:
Nunc urbes excite feras: conjuret in arma
Mundus: Achaemeniis decurrant Medica Suſis
Agmina: Maſſegeten Scythicus non adliget Hiſter:

Fun-

ad Ovid. III. Art. Amat. 520. & Wopkens Lect. Tull. II. 17.

46. *Fuimus*] Deerat haec vox Richel. *Triviae* & *Treviae* multi, quod natum ex litterum *b* & *v* confuſione, ut ita lib. I. 620. *libor* pro *livor*, & modo vſ. 37. *libentes* in Langerm. erat.

48. *Conjuret in arma*] Merito id quidem praelatum eſt τῷ *armis*, quod in quatuor tamen erat noſtris; ſed forte haec diverſitas nata ex altera lectione Thuanei ſecundi, in quo eſt, *concurrat in armis* quod etiam explicari poſſet (quia *conjurare* abſolute ſaepe poni ſolet, ut apud Virgil. VIII. 5.) ut ſit *mundus in armis* pro armatus mundus, ut apud noſtrum & alios paſſim. vid. ad lib. I. 423. praefero tamen vulgatum.

49. *Achaemeniis decurrant*] *Achameniis* Hamb. pr. *diſcurrant menia* Rottend. ſec. Scholiaſtes Crucquianus Horatii ad lib. II. Ode 12. dat nobis, *Achaemeniis decurrent agmina fuſis*; ſed in aliis editionibus *Suſis*. *Maſſageten* omnes fere ſcripti, & *Hiſter*. vid. ad Virg. III. Georg. 350.

52. *Indomitum Rheni caput*] Haec de fontibus Rheni & Rhoetis ibi ſitis capit Glareanus: reliqui interpretes ſilent, quod miror, quum hic locus advocari potuiſſet ad lib. III. 202. ubi Voſſii, & ſub ejus nomine aliorum, qui ſtatuunt, *capita* fluviorum etiam oſtia dici, ſententia ſatis acriter perſtringitur. Jam vero hic non fontes Rheni, nec populos ad illos poſitos, ſed oſtia & Batavos intelligi manifeſtum eſſe puto: junguntur enim Suevis & accolis fluvii Albis, qui recte ab extremo aquilone, unde Rhaeti minime venerunt, veniſſe dicuntur; & infr. II. 309. ait:

Me barbara telis
Rheni turba petat.

ut vero ab oriente extremos Medos & Scythas, ita a ſeptentrione Batavos & Suevos, qui, ut & Sicambri, vicini inter ſe fuere, conjungit. Rhaeti vero jam non in extremo imperii limite ad Aquilonem poſiti, ſed in Alpibus vicini Italiae erant. Indomiti etiam adhuc erant populi ad Rhenum & Albim, quod hic multis probare non opus eſſe puto. Mirum vero mihi accidit, locum Virgilii lib. IV. Georg. 319. *Fontis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis*, tam perverſe & contra mentem Poëtae acceptum, quum clarum ſit, ibi non agi de fonte (qui an recte *extremus* dicatur, viderint qui ita volunt) ſed oſtio Penei fluminis. Stabat enim Ariſtaeus ad oſtia, quo *fugiens Peneia Tempe* pervenerat & conſtiterat. *Tempe* vero a fonte fluvii aliquantulum remota fuerunt, neque tantum emenſus iter fuit, ut ad fontes veniret, ſed brevi ad oſtia quum veniſſet, matrem precari inſtituit. Quod autem oſtenditur, oſtia non invocari ſolita, ſed fontes, nihili eſt. nam ne verbo quidem ullo Virgilius indicat, Ariſtaeum caput fluvii, ſive oſtia ſive fontes capias, invocaſſe, ſed matrem Cyrenen, quae *ima gurgitis* (qui non convenit certe fonti) hujus tenebat. hanc Deam in fundo & antris fluvii ſedes habentem invocat, non ipſum fluvium Penea. *Extremum* jam *amnem* dici de oſtiis mari propinqui ſatis olim probavi. Et ita Lucanus

&

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suëvos
Albis, & indomitum Rheni caput: omnibus hoſtes
Reddite nos populis: civile avertite bellum:
Hinc Dacus premat, inde Getes: occurrat Hiberis
Alter: ad Eoas hic vertat ſigna pharetras.
Nulla vacet tibi, Roma, manus. vel perdere nomen
Si placet Heſperium, Superi, collatus in ignem
Plurimus ad terram per fulmina decidat aether.

Saeve

& alii Poëtae ſaepe gentes *extremas* & *ultimas* vocant ad mare ſitas. ut lib III. 227. *Extremae Aegae*, quod pluribus probare putidum foret. Sed probandum eſſet, gentes in Alpibus ſitas *extremas* poſſe dici. Sed, ſi quis cavillari vellet, & eo ſenſu capere, quo lib. I. 314. pro vilibus & contemptis explicuimus; cum talibus bellum optare, ut oſtendere virtutem ſuam poſſent, abſurdum & huic loco incongruum foret.

53. *Avertite bellum*] *Advertite* Langerm. *Getas* Hamb. pr. *Hiberus* Thuan. pr. S. Germ. fragm. & Oiſel. *Hibero* Rottend. pri.

55. *Hic vertat*,] *Hinc* quatuor ſcripti. Sed tunc de uno tantum eſſent verba haec intelligenda, quum *alter*, & *hic* duos diverſos notet. Credidit forte librarius, quia *alter* non bis poneretur, de eodem agi. Sed ſaepe poſt *alter* ſequitur *hic* vel *ille*, ut apud Ovid. I. Met. 293. *Occupat hic collem, cymba ſedet alter adunca.* vide Cl. Duker. ad Flor. IV. 7.

57. *Superi*] *Superis* Hamb. tert.

57. *Collapſus in ignes, Plurimus ad terram per fulmina decidat aether*] Varie adfectus & tentatus locus, ſed nondum ſatis, ut puto, explanatus. in Thuan. pr. erat *collatus.* in Hamb. pr. ut & in edd. nonnullis, *in ignem.* elegantiſſima vero locutio, *aether collatus in ignem*, quam a me in Jove Fulguratore cap. IV. aſſertam probavit Oudendorpius: licet ibi *in ignes* male ſit editum. Explicanda vero de *ruina coeli*, de qua plura notavi ad Phaed. IV. 17. *In ignem* vero plus notat quam *in ignes*, qui diſperſi huc & illuc poſſunt eſſe, ſed *in ignem* collatus aether, eſt quaſi omnia eſſent unus ignis, quae vis eſt ſingularis numeri, ut ad illa Ovid. I. epiſt. 22. *verſa eſt in cinerem Troja*, Heinſii & meae notae docere poſſunt. vide & ſupr. ad I. 553. Sic lib. XIV. Metam. 109. *Pietas ſpectata per ignem* meliores codices, non *ignes*; ſic *flaminam* non *flammas* III. 685. & quae ſunt plura ejus notae, quae figurata & magis Poëtica recte judicat Broukh. ad Propert. I. II. 8. In Thuan. ſec. erat *compulſus*, quae gloſſa τοῦ *collatus* videtur, quod verbum pluribus exemplis, etiam ab aliis non productis firmare in facili eſſet; & id fortaſſe in notis pro more ſuo praeſtitit Cortius, qui *collatus* expreſſit, & Oudendorpius etiam probavit. *Collapſus* videtur profectum ab iis, qui viderant verbum illud *lapſus* & *collapſus* &c. ſaepe jungi, τοῖς *cadere* & *decidere* &c. ut docui poſt alios ad Petron cap. XVI. & Ovid. VIII. met 401. Hoc primum. Deinde omnes noſtri codices, praeter fragm. S. Germ. & unum Pulmanni. quibus addi poteſt Schol. Horatii ad III. od. 3. *per fulmina* habent. quare miror virum eruditum, qui toties urguet conſenſum codicum, nec uni facile eſſe fidem habendam, hic unicum, qui *per flumina* habet, ſequi, & *per flumina* explicare, more denſiſſimi imbris, quod ne unico quidem exemplo probatur; quum illa, quae adfert, alia omnia indicent; ut per *artus*, *viſcera*, *membra*, quae docent revera ibi artus & viſcera adeſſe, per quae *lacerantur*, *ſparguntur* corpora. Sic & infra vſ. 706. *flexi per cornua portus Ora petunt*, ita

in-

Saeve parens, utraſque ſimul parteſque duceſque,
Dum nondum meruere, feri. tantone novorum
Proventu ſcelerum quaerunt, uter imperet Urbi?
Vix tanti fuerat civilia bella movere,
Ut neuter. Tales pietas peritura querelas
Egerit: at miſeros angit ſua cura parentes,
Oderuntque gravis vivacia fata ſenectae,
Servatosque iterum bellis civilibus annos.
Atque aliquis magno quaerens exempla timori,
Non alios, inquit, *motus tunc fata parabant,*
Quum poſt Teutonicos victor, Libycosque triumphos

Exſu

interpretandum credo: currunt per cornua flexi portus ad ora, id eſt, principia portus, ubi per duo cornua aditus eſt, & ubi ſtabant naves Caeſaris. *Ora* enim portus dicuntur, ut ora maris, fluviorum, & ſimilia paſſim obvia, in quibus tempus perdere nihil attinet. vid. ad Vellej. Paterc. II. 101. Hic vero aether totus collatus in ignem decidit per fulmina, ubi nulla ſunt flumina, aut quae more fluminis decidere dici poſſunt, neque quemquam umquam ita locutum novi. Sed aether decidit *per fulmina*, id eſt, dum vehementer fulminat, aether totus igneus videtur in terram deſcendere, quod nihil aliud eſt, quam ſi ruere per fragorem dicamus coelum. *per fulmina* autem dictum, ut *per lacrimas* apud Valer. Fl. I. 767. multis illuſtravi: ſic & infr. III. 35. *umbra per amplexus trepidi dilapſa mariti*, dum amplectitur, vel conatur amplecti: ſed deſino. Cortius denique *ad terras* edidit perperam, quum eadem ratio ibi ſit, quae in *ignem*; nam *terram* ſingulari numero totum orbem, *terras* partes tantum notare nos docet Servius ad Virg. II. Georg. 6. & IV. Aen. 271. VI. 59. & III.

59. *Saeve parens*] *Sive* tres codices. Certum eſt hic Jovem intelligi, nam fulminator ille proprie *ſaevus*, & ejus fulmina & ignes *ſaeva* dici, docui ad Ovid. II. triſt. 144. offendit tamen Heinſium, ita ſimpliciter *parentem* vocari, non addito cujus, Deorum, aut hominum, aut ſi vis Romanorum: & ideo credo obelo haec duo verba notaſſe. forte quis conjiceret, legendum eſſe, *Saeve tonans*, ut ita *magnus tonans* dicitur Ovid. I. met. 170. & II. 466. & *ſummus* ſupr. 34. ſed abſtineo manum. vid. ad Virg. I. Aen. 155. & Horat. I. Od. II. 2. Stat. V. Silv. III. 207.

62. *Vix tanti fuerat*] *Vix fuerat tanti* Thuan. & Rottend. primi. vid. ad Ovid I. epiſt. 4. *moveri* eſt in quinque, ſed perperam. vid. ad lib. I. 119.

63 *Peritura*] Id eſt, ſine dubio peritura, certiſſimo in periculo exitii. vid. ad Petron. CXIX. & ad Val. Flacc. VII. 266. mox, *ac miſeros* Rottend. pr.

65. *Gravis vivacia*] Octo ſcripti, *graves*, unde olim faciebam, *graves vivacis fata ſenectae*, ad Valer. Fl. I. 196. & Ovid. VII. met. 299. ſed, ut dixi jam bis terve, commutatio illa epithetorum in uniuscujuſque arbitrio quum ſit poſita, non recuſo accedere nunc Oudendorpio, & vulgatam ſervari poſſe credo.

69. *Victor*] *Victos* quatuor libri, & unus pro Var. lect. ſed *victos* mihi offendit aures, tot concurrentibus vocibus, in *os* exeuntibus.

70. *Abdidit ulva*] *Addidit* Hamb. pr. *alga* Rott. ſec. a m. ſec. ſed *ulva* lacuum & flu

Exſul limoſa Marius caput abdidit ulva.
Stagna avidi texere ſoli, laxaeque paludes
Depoſitum, Fortuna, tuum: mox vincula ferri
Exedere ſenem, longusque in carcere paedor.
Conſul, & everſa felix moriturus in urbe,
Poenas ante dabat ſcelerum; mors ipſa refugit
Saepe virum, fruſtraque hoſti eſt conceſſa poteſtas
Sanguinis inviſi. primo qui caedis in ictu
Diriguit, ferrumque manu torpente remiſit:
Viderat immenſam tenebroſo in carcere lucem,
Terribilesque Deos ſcelerum, Mariumque futurum.

Au-

fluviorum, *alga* marina eſt. vid ad Ovid. I. Faſt. 200. ſed conſuderunt ſaepe.

71. *Stagna avidi texere ſoli, laxaeque paludes Depoſitum, Fortuna, tuum.*] Quae hic moliti ſunt viri docti docebunt notae Oudendorpii, & unde patet pluribus placuiſſe, *udi ſoli*, nec valde repugno, quum *avidum* minime placeat; nec *ſolum* ita poſſe dici putem, ut *avidum & avarum mare*, quod haurit & abſorbet naufragos. multo minus approbabit eruditis Cortius, *uvidi ſoli*, niſi oſtendat leges metricas hanc vocem hic tolerare poſſe. Sed has ille toties negligit, ut a notis ejus exſpectanda fuiſſent, quae hunc contemtum canonum grammaticorum vindicarent, & ſe legibus ſolutum probarent. Sed ex *uvidi*, quod aliquis gloſſator adſcripſerat, illud *avidi* natum fuiſſe facile credam. In Thuan. ſec. erat, *ſtagna vagi texere ſoli*, unde fingebam, *ſtagna vadi texere ſolo*, id eſt, in fundo non profundo ſtagni latuit; vel, *vadis texere ſoli:* nam lacus paluſtris, ulva limoſa & arundinibus plena, dicitur fuiſſe. Sed dum diligentius expendo verba Plutarchi in vita Marii, qui dicit, ſenem quemdam occultaſſe Marium, *ἐν χωρίῳ κοίλῳ*, *in loco cavo* ad fluvium, & injeciſſe arundinem multam & aliam materiem, credebam poſſe legi, *ſtagna cavo texere loco.* Hoc non obtrudo invitis, ſed tamen eruditis conſiderandum propono. Deinde, *lataeque paludes* Turrian. ſed *laxae* retineo, quia opponuntur carceri & vinculis, in quae deprehenſus fuit conjectus: & *artas cuſtodias* Tacit. III. Ann. 28. *arta vincula* Virgil. II. Aen. 146. & alii paſſim dixerunt: Nihil facilius vero, quam, ubi epitheton moleſtum occurrit, aliud conquirere, quod, vel lexica, vel Poëtici theſauri ſuppeditare poſſunt, & hinc multa vocis vulgaris exempla congerere. Reliquae conjecturae nulla ſpecie aut fide codicum nituntur.

78. *Torpente*] *Torrente* Hamb. ſec. mox *immenſum lumen* Rottend. pr. ſed *lux* major eſt *lumine*: *in* deeſt duobus Rottend. *deriguit* etiam quinque, ut etiam ſaepe in MSS. Virgilii. vid. Heinſ. ad III. Aen. 260. & 308.

80. *Terribilesque Deos ſcelerum*] *Deas* Cortius. Si codices auctores haberet, poſſemus ſequi: nam ſi de ſolis Furiis hic ageretur, illas *Deos* dici ſine ullo exemplo puto: ſed recte Oudendorpius alios etiam, praeter Furias, vindices ſcelerum Deos intelligit. Maxime huc facit locus ex lib. VII. 168.

At tu quos ſcelerum Superos, quos rite vocaſti
Eumenidas, Caeſar? Stygii quae numina regis?
Infernumque nefas, & merſos nocte Furores?

Audieratque pavens: Non haec contingere fas eſt
Colla tibi: *debet multas hic legibus aevi,*
Ante ſuam, mortes: vanum depone furorem.
Si libet ulciſci deletae funera gentis,
Hunc, Cimbri, ſervate ſenem. non ille favore
Numinis, ingenti Superûm protectus ab ira,
Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato
Sufficiens. idem pelago delatus iniquo
Hoſtilem in terram, vacuisque mapalibus actus,

Nuda

Marius futurus, eſt non, ut nunc, ſqualidus, ſordidus, miſerabilis, ſed ut illo die futurus, quo intraturus erat urbem, ſaevus & ſanguine urbem impleturus. vid. vſ. 99.

81. *Audieratque pavens.*] Poſſet videri deeſſe aliquid: nam audivit vocem aliquam, cujus auctorem non videbat; & ideo cogitabam olim poſſe legi, *Audieratque pavens vocem: Haec contingere non eſt.* ut in *non*, vel in tranſpoſitis vocibus *fas haec*, latuerit *vocem*. ſed quia per ellipſin poſſunt haec defendi; audierat pavens aliquem, qui diceret, vel vocem, quae &c. quae frequentiſſima eſt, nihil moveo. Cortius legit, *non haec contingere non eſt*, qualia licet facile obtrudere, ut ſcilicet graeciſmus ſervetur. In Oudendorpii conjectura, *haec contingere non eſt*, ſi *fas* ejiciatur, claudicat verſus in Sixii codice & editis nonnullis aliter diſtinguuntur haec. *Contingere non eſt Colla: tibi debet multas hic &c.* ut ſit ſenſus: debet tibi, Cimber, in gentis tuae vindictam multas mortes. Sed prae his omnibus vulgata mihi placent.

83. *Depone furorem*] Ita omnes ſcripti & editi; Cortius ex ſuo profert, *timorem*; credo ut eo facilior via ſterneretur ad conjecturam, *tumorem*: ſed nec *timor* nec *tumor* hic ullum locum habent: nam Cimber ille fingendus alacriter & avide ad caedem Marii properaſſe, ut ſcilicet cladem quae gentis ulciſceretur; ſed voce illa repreſſus, *furorem*, id eſt, cupiditatem occidendi, deponere jubetur. Non video quid opus ſit ulla mutatione.

85. *Hunc Cimbri ſervate*] *Nunc* Richel. ſollemni varietate, de qua alibi egimus. *Cymbri* Oiſel. *Cymbris* fragm. S. Germ. & Rich. & a m. ſec. Thuan. pr. in editione Aldina, quam habeo, manus docta, quam ignoro, adſcripſerat: *Hunc, Cimber, ſervato ſenem*, quo commento nihil opus eſſe puto. In reliquis recte Oudendorpius, poſt Micyllum, animadvertit in ſecundo membro, *ingenti ſuperum protectus ab ira*, debere ſubintelligi *ſed*; poſſet etiam ſenſu in prius membrum retrahi praepoſitio *ab* ex ſecundo. ut ſit, non a favore numinis, ſed ab ira protectus. ut fieri ſolitum oſtendi ad Ovid. xvi. Epiſt. 141, & i. Art. 333. & alibi; & ita explicuit etiam Cortius ad Plin. ii. Epiſt. 17. & ſic poſſemus conſtruere, non protectus a favore numinis, ſed ab ira Deorum, id eſt, vivit Diis iratis, qui majores ab eo poenas poſtea exigent, quas evaderet, ſi nunc favente numine occideretur. Eſt vero acute & Lucani more dictum. Male vero Servium explicare credo, in quo bene Oudendorpius, *ingenti*, ut editiones quaedam jam dederant, repoſuit. Sic Ovid. i. Met. 166. *ingentes & Jove dignas iras* dixit.

87. *Vir ferus*] Hic verſus poſtponitur ſequenti in Barberini codice. *prodere* Turrian. Servius vero ad Virg ii. Aen. 257. habet, *fato cupienti perdere Romam.* Illud *ſufficiens* facit ad illa, quae notavi ad Ovid. lib. i. Amor. vii. 1.

88. *Delatus*] *Demiſſus* Thuan. tert. *dimerſus* Turrian. a m. ſec. *delapſus* Rottend. ſec. mox,

Nuda triumphati jacuit per regna Jugurthae,
Et Poenos preſſit cineres. ſolatia fati
Carthago, Mariusque tulit: pariterque jacentes
Ignovere deis. Libycas ſibi colligit iras,
Ut primum fortuna redit: ſervilia ſolvit
Agmina: conflato ſaevas ergaſtula ferro
Exſeruere manus. nulli geſtanda dabantur
Signa ducis, niſi qui ſcelerum jam fecerat uſum,
Adtuleratque in caſtra nefas. pro fata! quis ille,

Quis

mox, *mapalibus altus* Langerm. a m. ſec. Voſſius ex duobus codicibus, *vacuis mappalibus actus*: vid. ad Virg. III. Georg. 340.

90. *Nuda*] In Hortenſii editione, quod miror neminem animadvertiſſe, legitur *nulla*, licet in notis explicet *nuda* per hypallagen: ut nudus Marius jacuerit. unde videtur typothetarum aberrationi haec lectio deberi: ſi tamen manuſcriptorum auctoritas accederet, non alienum a Lucani argutia eſſet dictum, Marium jacuiſſe in regno Jugurthae, quod jam nullum erat, triumphato Jugurtha ab ipſo Mario. Et ſaepe *nudus* & *nullus* a librariis fuere inter ſe commutata, ut in ipſo noſtro poëta lib. VIII. 263. & 761. vid. ad Ovid. I. Amor. VIII. 113. Reliqua conferri debent cum Vellejo Paterc. lib. II. cap. 19. mox, *ignovere Deo* Hamb. pr. vid. ſupr. I. 128.

93. *Libycas ibi colligit iras*] Neſcio an recte, *ſibi*, quod fragm. S. Germ. & Oiſel. ex noſtris habent, ſit repudiatum; reſpicit enim, ut puto, ad hoſtilem Jugurthae, & in primis Hannibalis, in Romanos animum: Sic enim Marius, jacens in Carthaginis ruinis, ſibi induit Jugurthae & Hannibalis animum, & iras eorum, quas Libycas vocat, ſibi colligit, id eſt, undique cauſſas irarum arceſſit, & ſe exſtimulat ad vindictam de Sullanis ſumendam De verbo *colligere* hoc ſenſu egimus ad Val. Flac. VII. 335. *ubi* erat in Langerm. *concipit*, reperit in ſuo Cortius, ſed bene, ut a gloſſatore profectum, repudiavit.

95. *Conflato*] *Contracto* Rottend. ſec. a m. ſec.

97. *Niſi qui ſcelerum jam fecerat uſum*] *Uſus* eſt in quatuor, & praeterea in Rottend. pr. *quem ſcelerum jam fecerat uſus.* quod ſi reperiſſet antiquarum deliciarum cupidus commentator, ille avide arripuiſſet, & contendiſſet elegantioribus in uſu fuiſſe *ſcelerus, ra, rum*, pro ſceleſtus, ſceleratus, eodem jure, quo *funerus* ex Servii auctoritate ad Virg. IX. Aen. 486. quidam defendunt, & nuper vidi uſurpatum. Sed non amo cacozelos.

98. *Pro fata! quis ille, Quis fuit ille dies*] Haec Lucani ante oculos habuit auctor elegiae de ſpe, quae legitur in catalectis Pithoei pag. 37.

Haec illum Libyae penetrare in litora victae
Juſſit, & o ſuperi! quis fuit ille dies!
Quo Marium vidit ſupra Carthago jacentem?

quae ultima verba ſine dubio corrupta ſunt, nec, quid notet hic *ſupra*, perſpicuum eſt. Heinſius legebat, *ſub ſe.* cogitabam aliquando, *Quo Marium vidiſſe ſtupet Carthago jacentem.* Sed hoc eſt hariolari, & relinquamus haec felicioribus ingeniis. Deinde hic Oiſel. habebat, *Marius quum moenia*, quod imitatio Statii lib. XII. Theb. 708. poſſet adjuvare.

Quis fuit ille dies, tanto quum ſanguine Thebis
Pax inventa perit!

& I. Silv. II. 109.

Quis tibi nunc alacri coeleſtum munere claras,
Stella, dies. ubi ſequitur: *Dulcia quum Dominae* &c. Sed altera lectio ſe Ovidio auctore tueri poteſt, qui lib. III. Amor. XII. I.

Quis

Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor
Corripuit? quantoque gradu mors ſaeva cucurrit?
Nobilitas cum plebe perit: lateque vagatur
Enſis: & a nullo revocatum eſt pectore ferrum.
Stat cruor in templis: multaque rubentia caede
Lubrica ſaxa madent. nulli ſua profuit aetas.
Non ſenis extremum piguit vergentibus annis

Prae-

Quis fuit ille dies, quo triſtia ſemper amanti
Omina non albae concinuiſtis aves?

Heinſio vero non placebat, *moenia corripuit.* Et certe inſolentius dictum, neque pro, celeriter ad urbem tendere, umquam ita poſitum legiſſe me memini: quare ille malebat, *diripuit*: ſed non agitur hic de direptione urbis, ſed de caedibus, quibus urbs impleta fuit. Immo Mariana in crudelitate negat direptam urbem Vellej. Paterc. I. cap. 22. *aut quemquam fuiſſe inventum, qui bona civis Romani aut donare auderet, aut petere ſuſtineret*; ſed id accidiſſe ſub Sulla. Quare Lucano hic iterum condonanda haec phraſis, quae indicat celerem ejus ad urbem adventum: ſic *corripere viam, iter, greſſus* & ſimilia obvia. Si quid mutandum eſſet, malim *arripuit*, ut ita Virgil. III. Aen. 477.

Ecce tibi Auſoniae tellus, hanc arripe velis.

Et facilior eſt aberratio in *arripere* & *corripere*, & etiam apud alios ſcriptores in codicibus obvia. vid. ad Ovid. III. Art. 734. & ad Suet. Domit. XVII. in primis vero hoc facile in initio verſus accidit, ubi primae literae ſaepe neglectae poſtea ſupplebantur, ut quum pro *arripuit* aliquis ſcripſiſſet *orripuit*, & deinde alius inde *corripuit* fecerit.

101. *Perit*] *Cadit* nobis dedit Cortius, non credo, quia ita in ſcriptis invenerat, ſed quia innumeris aliis in locis haec verba commutata a librariis noverat, ut & mox vſ. 111. videbimus factum; ubi quum codices varient, ille tamen *perit* retinuit, & hic contra codices, ne moleſtus eſſet repetitione ejuſdem verbi Lucanus, mutavit in *cadit*. *Vagatus* eſt in quatuor noſtris.

103. *Stat cruor in templis*] Neſcio cur hoc non placuerit Heinſio, quum verbum hoc *ſtare* magnam cruoris copiam effuſam, & in templis manentem, & quaſi ſtagnantem eleganter exprimat; ille vero corrigebat, *nat cruor*, eodem modo, ut apud Ovidium lib. VI. Met. 75. pro *ſtare Deum pelagi* corrigebat, *nare*, uno tamen ibi adjutus codice, hic nullo. Et Scholiaſtes Horat. ad I. Ode 35. *ſtat cruor* habet. Majori ſpecie Oudendorpius verbis ſequentibus cognatum huic verbum *natare* donat, legens, *multaque madentia caede Lubrica ſaxa natant.* Sed in talibus ſine auctoritate ſcriptorum ſemper eſt periculum, ne noſtra pro Lucani verbis lectori demus: nam non minori copia & numero facile eſt proferre loca veterum, ubi *caede*, *ſanguine* &c. *madere* dicuntur loca, quam *natare*. Sic Virg. IX. 333.

Atro tepefacta cruore
Terra torique madent.

& ubi de multa etiam caede agitur, lib. XII. 690.

ubi plurima fuſo
Sanguine terra madet.

Ovid. I. Met. 149.

& virgo caede madentes
Ultima coeleſtum terras Aſtraea reliquit.

& mox. vſ. 149. & ita alii centies: etiam ubi parum eſſe *madere* alicui videri poſſit: nam in proeliorum deſcriptione, quibus multum ſanguinis fundi nemo negabit, etiam hoc verbo, vel ejus affini *madefieri*, frequentiſſime utuntur, ut Naſo V. Met. 76.

Sanguine quo late tellus madefacta tepebat.

& XV. Met. 824. *madefacti caede Philippi.* & innu-

Praecipitaſſe diem: nec primo in limine vitae
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.
Crimine quo parvi caedem potuere mereri?
Sed ſatis eſt jam poſſe mori. trahit ipſe furoris
Impetus: &, viſum eſt lenti, quaeſiſſe nocentem.
In numerum pars magna perit: rapuitque cruentus
Victor ab ignota vultus cervice reciſos,

Dum

innumera talia, quae oſtendunt, ancipites eſſe emendationes tales; adde quod hoc loco debeat additum, *lubrica ſaxa*, conſiderari, quae recte *madere*, non vero *natare* poſſunt dici: nam quae humorem retinent, ut loca plana, depreſſa, ut *arva*, *pavimenta*, & ſimilia, quae poſſunt tegi & operiri ſanguine, recte *natare* dicuntur. Sic apud Virgil. I. Georg. 371. *Plenis rura natant foſſis.* & Ovid. II. Amor. XVI. 34. *amnibus arva natant.* & Claudian. IV. Conſ. Honor. 466. *Plauſtra cruore natant*, id eſt, plena ſunt, & ſimilia obvia, & ipſo ab interprete adducta: Hic vero ſaxa, quum *lubrica* dicuntur, intelligi poſſunt pavimenta adſperſa tantum cruore, quae *lubrica* non eſſent ſi natarent, id eſt, plena ſanguine eſſent, ſed veſtigia certa & firma in iis figere prohibent humore quocumque adſperſa, non inundata. Ita illa Juvenalis Sat. XI. 173.

Qui Lacedaemonium pitiſmate lubricat orbem

capi debent ex eorum ſententia, qui pitiſſando vinum faſtidioſe guſtatum exſpuendo lubricum fieri pavimentum exponunt. ſed ille locus nondum eſt ad liquidum perductus. vide de his verbis *madere* & *natare* inter ſe permutatis Markl. ad Stat. II. Silv. I. 17.

104. *Profuit*] *Proficit* S. Germ.

106. *Praecipitaſſe diem*] *Praecepiſſe*, quod in novem noſtris reperitur, non alia ratione placere debet, niſi quod librariis notior hoc ſenſu fuerit *praecipitare*, quam *praecipere*, quare a gloſſatore potuit proficiſci. Nam in Oiſeliano erat adſcripta interpretatio, id eſt, *anticipaſſe*, quae ſecunda lectio ſaepe eſt ab interpretibus. In Thuaneo tertio erat utraque lectio, *praecepiſſe*, vel *praecipitaſſe*. Eligat quisque pro ſua ſapientia. *Non primo in limine* Thuan. tert. Hamb. pr. & Oiſelian. vid. ad Val. Flaccum I. 823. & multa ex ſcriptoribus ante ſe mutuantem Markland. ad Stat. II. Silv. VI. 70. Cortius cenſet venuſtius fore, ſi legeretur. *primo nec limine.* Mihi *in* recte ſervari videtur, ut exempla a me alibi & Oudendorpio hic adducta docent. *naſcentia fata* eleganter jungit primo limini vitae, quae nunc demum incipiunt a Parcis ſcribi. Sic noſter ſaepe hoc verbo utitur de origine cujuſcumque rei, ut *Naſcentem Nilum*, lib. I. 20. VIII. 828. *naſcens Phoebus* III. 231. Ovid. II. Art. 343. *Naſcitur exiguus amnis*, & ita de aliis. Quare maxime miror, Heinſium non potuiſſe ferre in Stat. V. Silv. I. 222. *qua primum naſcitur ingens Appia*, & ſuppoſuiſſe *ſurgitur*, & eum ſequi Marklandum. Sed vindicavi jam τὸ *naſcitur* ad Gratii Cyneg. 25. Hinc quoque vulgata apud Stat. V. Silv. III. 72.

Mihi limine primo
Fatorum, & viridi genitor ceu raptus ab aevo.

poteſt vindicari; nec opus de *ſtamine fatorum* cogitare, quod licet alibi poſſit locum habere, hic non ideo intrudendum erat.

110. *Et viſum eſt lenti*] *Eſt* fere omnibus deeſt. vid. ſupr. ad vſ. 5. *lentae* quinque. *lentum* in uno. *nocentes* Rottend. ſec.

111. *In numerum pars magna perit:*] *Cadit* Turrian. quae varietas notata ſupr. vſ. 101. & praetulit Barth. apud Claud. IV. Conſ. Honor. 467. *Pars morbo, pars enſe perit.* ubi eadem diverſitas. Mihi perinde eſt quid eligat lector. *Ruit* Thuan. pr. *in numerum* vero, ex vi praepoſitionis, eſt, ut recte Grotius expli-

Dum vacua pudet ire manu. ſpes una ſalutis
Oſcula pollutae fixiſſe trementia dextrae:
Mille licet gladii mortis nova ſigna ſequantur,
Degener o populus, vix ſecula longa decorum
Sit meruiſſe viris, nedum breve dedecus aevi,
Et vitam, dum Sulla redit. cui funera vulgi
Flere vacet? vix te ſparſum per viſcera, Baebi,
Innumeras inter carpentis membra coronae

Diſceſſiſſe

explicat, ut numerus, id eſt, magna occiſorum multitudo fiat, & non pereunt quia merentur, ſed ut Marius expleret ſaevitiam, & multos interfectos fuiſſe gloriari poſſet, ut lib. I. 300. *in claſſem cadit omne nemus.* vid. Oudend. mox ad vſ. 161. Heinſius adſcripſerat illa Horatii, I. ep. II. *nos numerus ſumus.* vide ad Ovid. VII. Met. 8. Sic lib. VII. 485. codices quidam, *ſpargitur in numerum diverſis miſſile votis.* ubi alii rectius, *innumerum.* Cic. IV. Verr. 9. *haec tibi laudatio procedat in numerum.* Alia eſt ſignificatio in locis Virgilii, ubi ordo certus, & lex & aptus quidam modus, qualis in Muſica ſaltatione, & ſimilibus obſervari debet, intelligitur. Sic Ovid. IV. Triſt. I. 10.

In numerum pulſa brachia verſat aqua.

vid. Turneb. ad Quinctil I. de Inſt. Orat. cap. 10. Sic de Mathematico Quintil. Decl. IV. cap. 3. *digeſtis ſideribus in numeros.* & ita paſſim, quae huc nihil faciunt.

III. *Rapuitque cruentus Victor ab ignota vultus cervice reciſos.*] poſſunt haec de Mario victore, vel de militibus, quorum opera utebatur in occidendis civibus, intelligi, & firmari vſ. 157. *morteſque cruento Victori rapuere ſuas*, ubi etiam *victor* de quolibet miniſtro & ſatellite Marii exponi poteſt. Sed quia ſaepe in primis verſuum literis erratum vidimus, valde blanditur mihi conjectura Heinſii, qui in ora codicis ſui reſcripſit, *Lictor*, per quem exſequebatur caedes. Sic apud Silium lib XIII. 372.

Juſſo lictore reciſa
Ignavos jacet ante pedes fortiſſima cervix.

Juvenal. Sat. VIII. 137.

—— —— —— ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures.

quae loca adſcripſerat vir Illuſtris. Pro *reciſos* in Hamb. pr. & Oiſel. erat, *revulſos.* in Rottend. ſec. *reſectos*, quod placuit Cortio, qui tamen vſ. 172. *reciſum* caput retinuit, ubi itidem variant codices. Nec diffiteor omnes has varietates poſſe ſimilibus locis illuſtrari; ſed vulgatum tuetur Silii locus. Et ita *reciſum caput* Ovid. IX. Met. 71, *cervix abciſa* inf. lib. VIII. 675. ubi etiam geſtat ſatelles Pharius caput Pompeji. Similiter etiam caput Galbae a milite, inſerto per os pollice, ad Othonem delatum memorat Sueton. Galb. cap. XX.

115. *Mille licet gladii*] *Gladiis* Barber. *gladii & mortis.* Richel. male. nec etiam bene Hortenſius, *mille ſigna* conjungere videtur. Senſus eſt, licet mille gladii, id eſt, mille miniſtri armati, ſequantur nova & inaudita ſigna a Mario data, ut porrectam manum &c. ad quae ſtatim occiduntur. Cicero I. Phil. II. *quum tanta gladiorum ſit impunitas.* Et *ſignum* hic eſt, quale datur in re militari ad imperata exſequenda. Ut apud Sueton. XVI. Nero XIX. & paſſim. Alio ſenſu *nova ſigna* coeli, ſidera dixit, vel quicquid inde augurii poteſt capi, lib. VII, 203.

116. *Decorum*] *Eſt* addit Thuan. quart. mox, *& dum Sulla redit*, *vitam* Turran. *in vitam* Thuan. quart. Locus ſuſpectus, quia *breve dedecus aevi*, idem eſt, quod *turpis vita.* Suſpicabar *& veniam*, quae voces & lib. IV. 510. commutantur, & alibi: ut dicam ad Virgil. II. Aen. 145. ubi eadem varietas. Sed quia hic conſtant ſibi

libri.

Diſceſſiſſe manus: aut te, praeſage malorum
Antoni, cujus laceris pendentia canis
Ora ferens miles feſtae rorantia menſae
Impoſuit. truncos laceravit Fimbria Craſſos.
Saeva Tribunitio maduerunt robora tabo.
Te quoque neglectum violatae, Scaevola, dextrae
Ante ipſum penetrale Deae, ſemperque calentes
Mactavere focos: parvum ſed feſſa ſenectus

San-

libri, nihil mutare audeo.

119. *Vix te ſparſum*] *Vitae ſparſum* S. Germ. *vel te* Turrian. Heinſius volebat, *cui te*, ſcilicet *flere vacet te diſcerptum inter manus*, ſenſu non malo, ſed qui idem eſt, ſi legas, *vix te* ſcil. *flere vacat.* ceterum valde variant libri, & *diſceſſiſſe*, *diſcerpſiſſe*, *decerpſiſſe*, *diſcepſiſſe*, *decerpiſſe* exhibent; ſed *diſceſſiſſe* poteſt recte cum viris doctis pro deſciſſo, lacerato, ſeparato, in partes conciſo corpore capi, ut lib. III. 655.

Diſceſſit medium tam vaſtos pectus ad ictus.

& ita *diſcedere* aliae res etiam dicuntur, ut lib. VI. 347.

Poſtquam diſceſſit Olympo
Herculea gravis Oſſa manui.

vid. & eod. libr. vſ. 360, & 382. ordo eſt: *Vix vacat te flere, Baebi, ſparſum per viſcera diſceſſiſſe inter innumeras manus coronae, carpentis membra.* Mox, *vel te praeſage* Turrian.

124. *Craſſos*] de his Florus lib. III. 21, licet, ut notavit Frienshemius, in morte eorum varient ſcriptores. Heinſius volebat, *Graccos* pro *Gracchos* fuiſſe ſcriptum, ut contra apud Horat. II. ep. II. 89. pro *Gracchus*, Bentlejus reſcribi juſſit, *Craſſus*.

126. *Te quoque neglectum* &c.] Varie vexatus locus, ut ex notis Oudendorpii colligitur. Cogitabam poſſe ſervari vulgatam lectionem, ſi modo *violentae* non mutaretur. Et ſenſum eſſe, Scaevolam, quem antea neglexerant & praeterierant Mariani, & cui inter tot caedes pepercerant, nunc violentae dextrae, id eſt, manus militum, mactaverunt ante penetrale Veſtae: ut ita indicet ſpatium aliquod interceſſiſſe inter caedes intrante Mario urbem, & deinde paucis poſt diebus editas, & inter Scaevolae necem, quam alii juniori Mario adſcribunt. Aliud nihil extrico. In multis codicibus eſt, ut & ſupr. 374. *deſtrae*, ſive mala ſcribendi forma, ſive lateat *Veſtae*; & tunc, *ante penetrale Deae Veſtae violatae caede* pontificis, eſſet conſtruendum. Et ad hoc Cortius fere accedit, qui legit & edidit,

Te quoque, neglectu violatae, Scaevola, Veſtae &c.

ut *neglectus* notet contemptum Deae, quo non reveriti ſunt percuſſores ante ora Deae mactare pontificem. Scio *negligi* Deos dici, quum non coluntur, ſed an concinne *neglectus violatae Deae* conjungantur, dubito, & melius neglectum ſive praeteritum antea Pontificem, nunc violenta morte ſublatum intelligo. Sed ab hoc ulcere manum tollo. in Turriano erat, *foros* pro *focos*.

128 *Parvum ſed feſſa ſenectus Sanguinis effudit*] veteres dixiſſe promiſcue, *multum ſanguinem*, & *ſanguinis* apparet ex variis locis. vid. Pricae. ad Apulej. lib. III. pag. 139, & notas ad illa Ovid. XIV. epiſt. 82.

Et queritur facti ſanguinis eſſe parum.

& forte hinc quidam hoc loco, *parum*, ut erat in Thuan. ſec. contra metrum ſuppoſuerunt. Variant codices apud Curtium lib. IV. 14. *multum ſanguinis invicem hauſimus*; ubi Modius praefert, *ſanguinem*. Quomodo & in ſeq. capite, *donec multo ſanguine effuſo exanimati procumberent.* Columell. lib. II. cap. II, *inflat enim & multum creat ſanguinem.* Claudian. Gigantom 84.

—— —— *multumque rotae ſparſere cruoris.*

ubi

Sanguinis effundit jugulo, flammiſque pepercit.
Septimus haec ſequitur, repetitis faſcibus, annus:
Ille fuit vitae Mario modus, omnia paſſo,
Quae pejor fortuna poteſt, atque omnibus uſo,
Quae melior: menſoque, hominis quid fata paterent.
Jam quot apud Sacri cecidere cadavera Portum?
Aut Collina tulit ſtratas quot porta catervas,
Tunc quum paene caput mundi, rerumque poteſtas

Mu-

ubi etiam nonnulli codices, *cruorem*. Cicero II. Tuſc. 13. *ut multus e viſceribus ſanguis exeat*. Val. Max. IX. III. 8. *multo alieno ſanguine profuſo*. & cap. V. 2. *ut multus e naribus cruor profunderetur*. & ita noſter variare ſolet, ut IV. 210. *multo diſturbat ſanguine pacem* & contra, *multum* & *exiguum cruoris*, ut Oudendorp. notavit. ſed inſolentius & ſingulare videri poteſt in Lucano, quod *parvum* dixerit, pro *paullum* vel *parum*; nam *parvus* opponitur *magno*, non *multo*, unde Heinſius & Cortius hic malebant *paullum*. Sed & *parvum ſanguinem* dixit noſter lib. IV. 239. & ipſe Propert. III. XIV. 19.

Sanguine tam parvo quis enim ſpargatur amantis
Improbus?

& noſter h. l. 278. opponit *minima ſummis*.

minimas rerum diſcordia turbat,
Pacem ſumma tenent.

Pro quo Cortius ſuppoſuit *magna*, ex ſcriptis etiam. vide & Rhodii Lexicon Scribonianum in *exiguus*. Sic & in lege 21. ff. de furtis, *qui dolium aperuit, & inde parvum vini abſtulit*; pro quo *parum* ſubſtituerunt. quare haec intacta relinquere melius erit. In editione utraque Aldi eſt, *patrum*, quod inde & in Argentinenſem irrepſit: in Colinaei maiore, Gymnici, & quibusdam aliis, deterius etiam *patruum*. Praeterea in Hamb. ſec. & Barber. erat, *parvum defeſſa ſenectus*, ut *ſed* ſubintelligatur, ut modo ad vſ. 86. vidimus: potuit & optimo ſenſu *defecta* legi. Sed maneat vulgata, nam & *feſſus ſenecta* lib. III. 729. ubi plura dicemus.

130. *Septimus haec ſequitur.*] Florus poſt initum conſulatum caedes plurimas factas narrat; ſed Cl. Dukerus errare eum oſtendit. Cortii codex, *hinc ſequitur*, ipſe conjiciebat, *en ſequitur*. quia vero in multis noſtris etiam eſt, *exſequitur*, dubitabam an non reliquerit nobis Lucanus, *ſeptimus excepit*, quod verbum hoc ſenſu pro ſucceſſit veteribus uſitatum librarius aut gloſſator per *ſequitur* expoſuit. *annos* erat in Rottend.

132. *Atque omnibus uſo*] In Thuan. ſec. erat, *ac omnibus*, vitioſe, ut oſtendimus ad Sueton. Caeſ. XXVI. & alibi. *uſus* eleganter dicitur pro perfuncto, & quaſi emerito: ita Florus lib I. cap. 13. *majores nati, ampliſſimis honoribus uſi*, ubi vide Cl. Dukeri adnotata. Ovid. IV. Faſt. 384.

Inter bis quinos uſus honore viros.

133. *Menſoque homini quid fata paterent*] Magna iterum in ſcriptis & editis varietas. Plurimi, *hominis*, quod recepit Oudendorpius, poſt Gronovium, & noſtri octo habent; deinde, *quae fata pararent*, *patrarent*, *valerent* in noſtris & Cortii membranis. Sed turba ſtat pro *paterent*. Gronovius ad Senec. Herc. Oet. 165. explicat, pro fata valerent ad producendum aliquem ab infimis ad ſumma, & viciſſim. ubi aliquantulum abit ab interpretatione, quam dedit ad Plin. XXXVII. 10. ubi exponit, quantum diſtarent, quae in utramque partem homini accidere extrema poſſint. Quod oſtendit virum ſummum laboraſſe in ſententia apta ex his verbis extrudenda. Certe duriores Lucani modos loquendi, qui plures ſunt & ſingulares, non ſemper exigere poſſumus ad felicitatem & facilitatem aliorum. Ego ſimpliciſſimum eſſe

pu-

Mutavit tranſlata locum, Romanaque Samnis
Ultra Caudinas ſperavit vulnera Furcas?
Sulla quoque immenſis acceſſit cladibus ultor.
Ille quod exiguum reſtabat ſanguinis Urbi
Hauſit; dumque nimis jam putria membra recidit,
Exceſſit medicina modum, nimiumque ſecuta eſt,
Qua morbi duxere, manus, periere nocentes;
[Sed quum jam ſoli poſſent ſupereſſe nocentes.]

Tunc

puto, ſi ita capiamus, Marium per longam vitam emenſum fuiſſe bona & mala; & *quid*, id eſt, omne quantum, *fata hominis* vel *homini* paterent, id eſt, quibus ab ipſis natalibus ad mortem uſque obnoxii eſſent homines. Sic *patere* dicitur aetas hominis, ut docuit idem Gronovius ad Senec. Herc Fur. 604. *Quid* autem pro quantum, ut ita *quidquid* lib. III. 294.

Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris.

Claud. I. in Eutr. 196.

Quidquid ſe Tigris ab Haemo
Dividit.

& ita, *quodcumque dies devexior ambit* Claud. Conſ. Mall. 57. ubi vid. Heinſ. & inf. VIII. 366. Oudendorp. Sed ita ſenſum videre videor; in verbis, ut planus is exeat, forte fruſtra ſudo, & ſudabunt credo juxta me alii.

134. *Portum*] *Portus* Oiſel.

135. *Catervas*] Ut fuerant antequam caeſi eſſent, ut jacuerint illo loco, quo antea ſteterant catervatim: eodem modo, ut *cecidere cadavera*, id eſt, occiſi, & ita cadavera facta. Et ſic poſſet admitti. Sic Auſon. Moſel. 4.

Infletaeque jacent inopes ſuper arva catervae.

138. *Speravit*] Et Heinſius probabat, *ſpiravit*, quod & placuit Oudendorpio & Cortio. Sed non ubique, ut nunc fere fert Criticorum mos, illud *ſpirare* pro *ſperare* eſt intrudendum. Nam ſenſus egregius eſt in vulgato; Samnis tot proeliis & cladibus ſubacta, ut deſperaret ſe umquam a Romano jugo liberam futuram, nunc improba ſpe plus ſperat, & concipit mente etiam feliciora de Romanis arma & victorias, quam olim ad furcas Caudinas obtinuerat. Eodem modo lib. VII. 181.

Voti quod turba nefandi
Conſcia, quae patrum jugulos, quae pectora fratrum
Sperabat.

ubi itidem Heinſius & Cortius, *ſpirabat*, quod non convenit τῷ *voti conſcia*: *ſpirare* rectius minis & ferocitati tribuitur.

139 *Acceſſit cladibus ultor*] *Accedit* Rottend. ſec. *auctor* Hamb. ſec. *ultro* Barberin.

140 *Exiguum*] *Exigui* Thuan. ſec. vid. ad vſ. 128. mox *patria* noſtri ſex. vid. Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 585.

142. *Nimiumque ſecuta eſt*] Vitioſe, *ſequitur* Thuan. ſec. a m. pr. &, *quam morbi* fragm. S. Germ. Eleganter *ſequi* manus dicitur, quae facile aliquid agit, ut in materia non dura nec reſiſtente; vid. ad Quinctil. II. de Inſt. Orat. 14. pr. poſſet etiam legi, *nimiumque ſecutae, Qua morbi duxere, manus.* Saepe *&* vel *eſt* pro diphthongo *ae* irrepſiſſe alibi oſtendimus: vel quia contra etiam materia mollis *ſequi* dicitur *manum*, dubitem, an non hic quoque praeſtet legere, *nimiumque ſecuta eſt*, (ſcil. medicina) *qua morbi duxere, manum.*

144. *Sed quum jam ſoli* &c.] Miror neminem ad hunc verſum haeſiſſe, & potuiſſe tolerare duos verſus ſibi proximos in *nocentes* exeuntes. Certe hunc non agnoſcit Thuan. tert. & ego libenter eum in malam rem abire patior, quum ſenſus ſatis ſine eo conſtet.

M ni-

Tunc data libertas odiis, reſolutaque legum
Frenis ira ruit. non uni cuncta dabantur,
Sed fecit ſibi quiſque nefas. ſemel omnia victor
Juſſerat. infandum domini per viſcera ferrum
Exegit famulus: nati maduere paterno
Sanguine. certatum eſt, cui cervix caeſa parentis
Cederet: in fratrum ceciderunt praemia fratres.
Buſta repleta fuga, permixtaque viva ſepultis
Corpora: nec populum latebrae cepere ferarum.
His laqueo fauces, eliſaque guttura fregit:
Hic ſe praecipiti jaculatus pondere dura

Diſſi-

Nimirum Lucanum fingere ſemper debemus, ut Pompejo, ita Sullae favere, ideoque fatetur quidem, Sullam exceſſiſſe modum, ſed excuſari poſſe, quia primo illo impetu nocentes, & qui prius crudelitate inaudita provocaverant vindictam, perierunt, deinde vero, in quo modus non ſervatus eſt, promiſcuas caedes editas, dum quisque ſuo indulgens odio, omnia legum repagula rupit: neque etiam in unius Sullae gratiam occiſos eſſe plures, quia diverſas partes foverant, ſed unumquemque propriam vindictam exercuiſſe, & ſub praetextu, quod Sulla *ſemel* juſſerat, id eſt, ad tempus, id illos extendiſſe ultra quam ille intenderat. *Simul* hic etiam ſollemni diverſitate habent Hamb. pr. & a m. ſec. Rottend. vid. Bentl. in Horat. II. Sat. VIII. 24. & I. Ep. VII. 96. forte etiam melius eſſet, *Hinc data libertas odiis*, ex juſſu illo nimirum Sullae.

150. *Certatum eſt*] *Certatum* & fragm. S. Germ. *cui cervix ipſa* Hamb. tert deinde, *in fratrem ceciderunt praemia fratrum* Barber.

152. *Sepultis*] *Sepulcbris* Thuan ſec. deinde, *nec populos* Langerm. male: de populo Romano agit. vid. ſupr. I. 239. vel *populos*, pro multitudine tanta, ut latebrae non caperent eam.

155. *Se praecipiti jaculatus pondere*] *Se jaculari* dixit etiam Florus lib. I. cap. 14. forte imitatus Lucanum gentilem ſuum, ut ſaepe. vid. ibi Cl. Graevii notas.

156. *Diſſiluit*] Ita legendum jam ſatis conſtat, licet quidam *deſiluit* praeferant; ſed crepuiſſe effuſis viſceribus indicat. & huc accedit lectio Turriani codicis, ubi eſt, *diſſolvit*, quod a gloſſatore eſt; & notabile eſt apud Virg. IV. Georg. 363. pro, *aeraque diſſiliunt*, in Veneto codice etiam legi, *diſſolvunt*. Et hinc recte hunc locum cum Judae proditoris exitu contulit Pricaeus ad Matth. XXVII. 5. qui & adducit opportune ex Gloſſis, *diſſiluit*, ἐλάκησε, quo verbo Lucas Act. I, 18. de Juda utitur. Ita eleganter de uva preſſa Ovid. IV. Triſt. VI. 20.

Diſſiluit nudo preſſa bis uva pede.

qui, ut & noſter, cum verbo *percuſſus* conjungit lib. V. Met. 173. & XII. 488 mox vero vſ. 159. Thuan. ſec. iterum, *diſſilit*: ſed ibi praeſtat cum reliquis legere, *deſilit*, Heinſius ibi malebat, *ſe dedit in flammas*, quod elegans quidem & aliis uſitatum, ſed non credo a Lucani manu eſſe: *exſtruit ipſe ſibi* etiam Rottend. ſec. & Cortius.

160. *Geſtata*] *Jactata* S. Germani; non ineleganter, quaſi etiam quaſſata, & vario motu vibrata per urbem, cum pompa quadam & oſtentatione, antequam in forum congererentur: ſed *geſtata* in hac re etiam ſaepe occurrit, lib. IX. 137. & alibi. vid. ad

Vellej.

Diſſiluit percuſſus humo: morteſque cruento
Victori rapuere ſuas: hic robora buſti
Exſtruit ipſe ſui, nec dum omni ſanguine fuſo
Deſilit in flammas, &, dum licet, occupat ignes.
Colla ducum pilo trepidam geſtata per urbem,
Et medio congeſta foro: cognoſcitur illic
Quidquid ubique latet. ſcelerum non Thracia tantum
Vidit Biſtonii ſtabulis pendere tyranni,
Poſtibus Antaei Libye: nec Graecia maerens
Tam laceros artus Piſaea flevit in aula.
Quum jam tabe fluunt, confuſaque tempore multo

Ami-

Vellej. II. 27. ubi nos pro *geſtari*, *ſpectari* malebamus, ut forte & hic *ſpectata* poſſet legi: nam *jactari* & *ſpectari* confundi in MSS. patet ex Ovidio III. Epiſt. II. ubi pro *jactantes* Junianus *ſpectantes*: ſed maneat *geſtata*. *In medio* etiam Turrian.

162. *Quidquid ubique latet*] Si numerum codicum ſcriptorum & editorum ſequi oportet, *jacet* erit praeferendum: id eſt, quidquid hominum occiſorum jacebat. & forte illud *latet* provenit ab aliquo, qui oppoſita illa *cognoſcitur* & *latet* amabat. ego arbitrium relinquo lectoribus. Sed non latuiſſe tunc ſcelera ex praecedentibus patet, quia impune & in publico committebantur. Sed cadavera diverſis locis jacentia, congeſta fuere in forum, ubi ſpectaculo expoſita quum eſſent, cognoſcebatur eorum multitudo, & quorum occiſorum eſſent. Malo etiam cum Heinſio & aliis viris doctis diſtinguere:

Quidquid ubique latet: ſcelerum non Thracia tantum
Vidit.

Alias durior eſſet ellipſis, *ſcelerum*, quae vox ad *tantum* repeti deberet. *Quidquid* vero, licet ſaepe genitivum adjunctum habeat, ut inf. VII. 363. *quidquid hominum ſcimus*, & apud Livium IX. 35. *quidquid erat patrum*, & cap. 39. *quidquid Deorum*, & alibi centies; ſaepe tamen ſimpliciter occurrit, ſubintellecta voce conveniente rei, de qua agitur: ut hoc loco *quidquid cadaverum*, ita Ovid. ep. XXI. 148. *Quidquid in orbe placet*. & I. Faſt. 494. *quidquid in orbe patet*. vid. infr. III. 294. Jam vero, *tantum ſcelerum*, ut apud Juſtin. I. 3. *tantum virorum*, & quae innumera talia.

165. *Tot laceros artus*] Multi ſcripti, *Tam laceros*, unde Heinſius tentabat, *Tantum artus* (vel *oris*) *laceri*: ſed an *tantum artus*, pro *artuum* dicatur recte, neſcio, ſed ſi *tam* retinendum, poſſit conjungi cum *flevit*: non tam flevit Graecia laceros artus: quod inde etiam firmari poſſet, quum, ſi *tot* legas, immenſa eſſet hyperbole, nec comparatio inter procos Hippodamiae, quorum numerus non fuit tantus, ut cum occiſis a Sulla poſſit componi, procedit; quae juſta erit, ſi lacerationem crudeliſſimam utramque inter ſe comparaverit, & procos illos non tam crudeliter fuiſſe laceratos; quam hos, dicat. Eligat iterum lector. *Laceros artus* iterum repetit vſ. 177. in Mario minore. Sic ergo in ipſo ſceleris actu majus ſcelus fuit in saeviſſima laceratione, ut loquitur noſter, de *lacero capite* Pompeji lib, VIII. 667. Hac de cauſa praeferrem, *tam laceros artus*.

166. *Quum jam tabe fluunt*] Abrupte nimis, ut mihi videtur, & malim, *Quae jam tabe fluunt*: ut ſit, etiam illa cadavera, quae jam tabe fluebant, colligunt patres. De *notis*,

Amiſere notas, miſerorum dextra parentum
Colligit, & pavido ſubducit cognita furto.
Meque ipſum memini caeſi deformia fratris
Ora rogo cupidum, vetitisque imponere flammis,
Omnia Sullanae luſtraſſe cadavera pacis:
Perque omnes truncos, cum qua cervice reciſum
Conveniat, quaeſiſſe caput. Quid ſanguine manes
Placatos Catuli referam? cui victima triſtes
Inferias Marius, forſan nolentibus umbris,
Pendit, inexpleto non fanda piacula buſto:
Quum laceros artus, aequataque vulnera membris

Vi-

tis, id eſt, lineamentis confuſis. vid. ad Petron. cap. cv.

168. *Subducit cognita furto*] Heinſius volebat, *condita*: ſed ſi de ſepultura, ut cepiſſe videtur, quam furabantur parentes, ageretur, *condenda* dicendum fuiſſe. Sed maneat, *cognita*. Aut *condita* etiam poteſt capi pro celata in ſinu vel aliter, ut deinde ſepulchro conderent, id eſt, ex magno acervo cadaverum, quae amiſerant notas, illa ſublegebant, quae tandem illis cognita & explorata erant filiorum eſſe. Pro *furto* Rottend. tert. habebat *buſto*. male. noſſer lib. VIII. 713.

Pompejo furtim tumulum fortuna paravit.

Nemeſian. Cyneg. 45. de Antigone,

Nec nocturne pie furantem buſta ſororem.

ubi vide quae notavi.

170. *Cupidum*] Ex uno codice *trepidum* adfert Oudendorpius; poſſet & *pavidum*, ut variatur lib. VII. 57. ſed *cupidus* hic ardorem, quo, non veritus ſaevitiam Sullae, luſtraverit omnia cadavera, notat.

172. *Cum qua cervice reciſum Conveniat caput*] Neſcio an alius inter veteris aevi ſcriptores ita locutus fuerit. nam conſtruere ſolet Terentius, Cicero & alii, *convenit huic cum illo*, non *convenit hoc cum illo*. ut notum ex Terent. Adel. I. I.

Haec fratri mecum non conveniunt,

& ipſis lexicis. Quare, ſi ad antiquam elegantiam Lucanum locutum eſſe credere volumus, legendum eſſet:

cui cum cervice reciſum Conveniat quaeſiſſe caput.

Sed & vulgatum ſingulare poteſt cenſeri Lucani. In S. Germ. erat, *revulſum*. In Hamb. tert. *reciſſum*. vid. ad vſ. 112. h. l. *quacum* Cort.

174. *Cui victima triſtis &c.*] Variant codices, & *triſtes* habent Rottend. tert. & Turr. quod ſi *triſtis* legatur, poterit ſingulari numero *triſtis victima*, vel plurali accuſativo *triſtis* pro *triſtes inferias* intelligi: quare incommode videtur hodie illos accuſativos ſervare, ubi ſententiam dubiam faciunt, de quo egi in praefatione ad Horatii editionem minoris formae. Intelligi vero hic Gratidianum Marium Heinſius notaverat, & huc referebat illa ex Salluſt. lib. I. hiſtor. *Quum fracta prius crura per artus exſpiraret*, ibique ad Popmam remittebat. Broukhuſius etiam reſpiciendos eſſe Abramum ad Ciceronis Orat. in Piſon. cap. VII. Aſcon. Ped ad Orat. in candida toga pag. 983. ed. Graev. & Glandorp. Onom. pag. 577. adnotaverat.

178 *In corpore*] *Jam corpore* Sixii. *in pectore* Thuan. quart.

179. *Letale datum*] Inter varias lectiones ex cod. Amſtel. Oudendorpius profert, *mortale*, quod indicat aevum librarii. nam olim numquam *mortale* vulnus, ſed *mortiferum* vel *letale* dicebatur: & hinc etiam perperam Servius ad Virgil. XII. 797.

Mor-

Vidimus, & toto quamvis in corpore caeſo
Nil animae letale datum, moremque nefandae
Dirum ſaevitiae, pereuntis parcere morti.
Avulſae cecidere manus, exactaque lingua
Palpitat, & muto vacuum ferit aëra motu.
Hic aures, alius ſpiramina naris aduncae
Amputat: ille cavis evolvit ſedibus orbes,
Ultimaque effundit ſpectatis lumina membris.
Vix erit ulla fides, tam ſaevi criminis unum
Tot poenas cepiſſe caput. ſic mole ruinae
Fracta ſub ingenti miſcentur pondere membra:

Mortalis' decuit violari vulnere Divum. inter alias explicationes, unam adfert, *quae mortem facit*; ſed vera eſt altera, *a mortali inlatum*: nam *mortale* opponitur aeterno, divino, quod ex diis oritur. Sic Ovid. VII. 525. *dum viſum mortalę malum*, cui opponitur lues a Junonis ira immiſſa. & Livius I. 2. de Aenea, *proelium ultimum operum mortalium fuit.* id eſt, quod mortalis commiſit, poſtea Deus factus. Et ita *mortalia* pro rebus humanis idem Poëta I. Aen. 462. ubi vide, & ſup. vſ. 13. Sylvius etiam ad Ciceron. pro Sulla cap. XXVI. recte diſtinguit, inter *mortale* & *mortiferum*. Suetonius ex veteri loquendi more, in Caeſare cap. LXXXII. *nec in tot vulneribus ullum letale repertum.* & ita noſter bis terve aliis in locis, & *letiferum* VII. 619.

180. *Pereuntis*] *Pereuntes* Thuan. tert. iterum ex accuſativo in *is* nato errore. Reſpicere hic potuit Lucanus Tiberii ſaevitiam, qui *mortem leve ſupplicium* putabat apud Sueton. cap. LXI. & crudeliorem etiam Caligulae naturam, qui crebris & minutis ictibus jubebat animadverti & feriri, ut *ſe mori ſentiant*, Suet. cap. XXX.

181. *Avulſae*] *Divulſae* Hamb. tert. parum refert.

182. *Motu*] *Nutu* Thuan. ſec. ſed nutum linguae datum non legi, ſed palpitationem, ut Ovid. VI. Met. 560. & alibi.

185. *Ultimaque effodit ſpectatis lumina membris.*] Admodum laboravit in hoc verſu Heinſius, & in ora codicis pro *ſpectatis* tentavit, *diſſectis*, *diſcerptis*, *laceratis*, vel *reſecatis*; nec tamen ſibi ſatisfecit; & certe aliquid abſoni eſt: ſi enim, ut in praecedenti verſu, aliquis *evolvit* Mario (nam de eo loquitur noſter) *orbes*, id eſt, oculos ſedibus ſuis, quî jam potuit eos iterum effodere? quare mallem legere cum maxima parte librorum, *effundit* vel *effudit*, & ita capere, ut diverſi lacerarint Marium per ſingula membra, ille manus abſciderit, hic linguam exciderit, alius aures, alius nares, quibus membris avulſis & ſpectatis a Mario, integris adhuc oculis, alius denique evolverit oculos ex ſedibus, & ultima lumina (non ut Hortenſius ultima pro ultimum, extremum, ſed ultimos omnium membrorum laceratorum oculos) jam evoluta, manu tenens effuderit in terram, quia nihil jam ſuperat, quod laceratione finita, cernere poterat. Confuſa vero verba *effodere* & *effundere* etiam infr. lib. VI. 541. vid. & Vell. Paterc. II. 52. *Orbes* & *lumina* jungi ſaepe, ut v. 212. *Oculos* & *lumina*, notavit Markland. ad Stat. II. Silv. I. 42.

186. *Erit*] *Erat* Mataire recepit, quod damnavit recte Oudendorpius. vid. ad lib. I. 31. *erit* hic reſpicit poſteritatem, quae vix credet, unum potuiſſe per tot vulnera confici.

Nec magis informes veniunt ad litora trunci,
Qui medio periere freto. quid perdere fructum
Juvit, &, ut vilem, Marii confundere vultum?
Ut ſcelus hoc Sullae, caedesque oſtenſa placeret,
Adgnoſcendus erat. Vidit Fortuna colonos
Praeneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reciſos,
Unius populum pereuntem tempore mortis.
Tunc flos Heſperiae, Latii jam ſola juventus,
Concidit, & miſerae maculavit ovilia Romae.

Tot

190. *Freto*] *Mari* Thuan. ſec. pro *quod perdere*, ut in Ed. Rom. eſt, forte legi poſſet, *quo*, ut ſupr. lib. I. 681. & inf. vſ. 256. & alibi.

192. *Caedesque oſtenſa placeret*] *Placeat oſtenſaque ſedes* Thuan. ſec.

194. *Cunctos ſimul enſe recepto*] Heinſius in ora codicis emendaverat, *juncto ſimul enſe reciſos*, quod quidem mollius, quam ut ad Silium IX. 641. volebat, *ſuos junctos*, quod aures radit, & etiam margini adſcripſerat ſui codicis. Sic apud Stat. II. Achil. 114. pro *meritos ultro juravit in enſes*, in MS. eſt, *junctos in enſes*, & infr. X. 492. *junctis in bella carinis:* ut enim in conjuratione jungunt dextras, ſic ſtrictis & junctis inter ſe gladiis juraſſe Graeciae Reges dicit. Et ita hic poſſunt Sullani junctis enſibus, id eſt, catervatim, & ſtrictis ſimul irruiſſe in Praeneſtinos, qui coacti fuere *enſes recipere*. de qua locutione, praeter adductos ab Oudendorpio, vide Comment. ad Cicer. pro Sextio cap. XXXVI. & Delr. & Gronov. ad Senec. Phoenis. 47. Quae etſi ita explicari poſſunt, nondum tamen mihi ſatisfaciunt, & *junctos*, vel *juncto*, *recepto enſe* aliquid ſcabri ſonare videtur. Latet forte aliud vitium, quod felicius ingenium emendabit. Interim tentabam, *ſuos juncto ſimul enſe reciſos*. *unam* vero *mortem* exponerem eamdem, ſimilem, quaſi uno ictu & pari modo omnes periiſſent. Non vero vario genere mortis, ut ſaepe Poëtae in deſcribendis proeliis, & cladibus luxuriare ſolent, & noſter mox vſ. 199. enumerabit diverſa mortium genera. Sic Stat. I. Theb. 109.

Et populis mors una venit.

vid. Heins. ad Claudian. II. in Eutrop. 285. Alio paullum ſenſu infr. lib. III. 197.

Fatisque per illam
Acceſſit mors una ratem;

id eſt, unum & novum genus mortis, quo plures ſimul naufragio pereant, qui quum communi etiam omnes morte pereant, ita hic una morte enſibus junctis ſimul mactantur. Contra *multas mortes* ſupr. 83. noſter, & alii; *mille mortes*, & ſimilia dixerunt. vid. ad Ovid. XI. Metam. 538. neque tamen diſplicet Heinſii emendatio, *unius tempore noctis*, non ut *nox* pro morte capiatur, ſed de tempore. Nec obſtat quod de die facta ſit ſtrages, quum ſaepius peccet contra hiſtoriam Lucanus. Sed amplius etiam de hoc loco deliberandum cenſeo. pro *pereuntem* dedit Cortius, *pereuntis*, id eſt, *pereuntes*, ut eſſet, *populum pereuntes*. qualia ubique captat, & invitis ſcriptis obtrudit.

197. *Concidit*] *Occidit* Langerm.

198. *Tot ſimul infeſto juvenes occumbere leto*] Senſus imperfectus videtur, nec per epiphonema apte hic verſus per ſe ſubſiſtere poteſt: ſequentia enim non cohaerent, *tot juvenes occumbere leto*, *ſaepe fames* &c. *fuit*, & quod poſt *poena* ſequitur, deſideratur aliquid aliud, quod etiam *fami*, *furori* &c. conveniat, ut fames, furor ſaepe *fecit*, *vidit* tot juvenes occumbere, ſed numquam poena, vel publicum ſupplicium fuit, tot ſimul occumbere. Cogitent acutiores. Ego enim me non expedio, niſi per ellipſin verbi

bi

Tot ſimul infeſto juvenes occumbere leto,
Saepe fames, pelagique furor, ſubitaeque ruinae,
Aut coeli, terraeque lues, aut bellica clades,
Numquam poena fuit. denſi vix agmina vulgi
Inter & exſangues immiſſa morte catervas
Victores movere manum. vix caede peracta
Procumbunt, dubiaque labant cervice: ſed illos
Magna premit ſtrages: peraguntque cadavera partem
Caedis: viva graves elidunt corpora trunci.

Intre-

bi alicujus ſenſus fulciatur. Quia vero paſſim *fui* & *dedi* confundi vidi in ſcriptis, ut apud Ovid. Remed. 528. IV. Met. 603. Mart. VIII. 8. & alibi tentabam, *numquam poena dedit.* ſaepe fames &c. dedit tot juvenes occumbere ſimul, numquam ſupplicium. confer vſ. 252. & ſeqq. ubi poſt ſimilia nomina ſequitur *egit*. Deinde Cortius hic iterum intrudit ſuum *ſemel* pro *ſimul*, quod praeceſſerat, ſcilicet vſ. 194. ſed & ibi poterat eodem jure illud nobis obtrudere. Sed *ſimul* ſervandum. Ovid. I. ep. 43. *Totque ſimul mactare viros. Tunc ſimul* erat. in S. Germ. deinde, *ſuccumbere* quoque reperi in ſex Heinſianis; ſed hoc natum fuiſſe credo, ut millies, quia litera *s* in *juvenes* adjuncta a librariis ſequenti voci *occumbere*, unde *ſoccumbere* & *ſuccumbere*. Sic Virgil. II. Aen. 262. *certae occumbere morti*: cum ablativo inf. IV. 165. *ignava occumbere morte*. vid. IX. 129.

200. *Clades*] *Caedes* Thuan. ſec. & Rottend. tert. & ita variatur lib. VII. 120. & apud Livium IV. 10. & alibi.

201. *Denſi vix agmina vulgi*] *Agmine* Rottend. pr. Cortius putabat, *ducti v. a. vulgi* contra fidem MSS. ſcilicet ut in notis magnam exemplorum copiam adducere poſſet, quibus *duci* proprie dicerentur noxii ad ſupplicium, quod nemo hodie litteris imbutus ignorat; ſed ducendi ſingulos tempus non erat, qui ſtipati & in unum coacti catervatim occidebantur, & hinc recte *denſum vulgus* vocat, ut in alia re Horat. II. od. 13. *Denſum humeris bibit aure vulgus*. Pro *immiſſa* Heinſius volebat, *diviſa*. perperam. *immiſſa mors* eſt, quae ingerebatur per percuſſores intentatis gladiis, unde exſangues hi miſeri cernebantur. *Movere manum* Hamb. tert. & Thuan. pr. Prae turba ſtipata vix ſpatium erat movendi manum, quae omnia in vulgata lectione clara ſatis ſunt. *movere manum* de iis, qui gladium & arma intentant, & feriunt; vid. inf. vſ. 261. Appoſite Ovid. XII. Met. 491. *capuloque tenus dimiſit in armos Fatiferum, caecamque in viſcera movit, verſavitque manum.* Quod vero *manum* ſingulari numero de pluribus dicat, nihil abſurdi eſt; vid. inf. lib. VI. 176. & VII. 100.

203. *Vix caede peracta procumbunt*] Quinam vero ſunt illi, qui procumbunt vix peracta caede, id eſt, nondum confecti vulneribus? (ut lib. VII. 120. *clade peracta*) & quinam illi, quos premit magna ſtrages? an illi exteriores in denſo illo agmine primi caeſi, & cadentes in poſt ſe ſtantes, obruebant truncis ſuis vulneratis viva illa corpora, ita ut ſine vulnere eliſi pondere cadentium ſuffocarentur? quae quamquam ſupra fidem, tamen noſtro Lucano potuerunt placere: non video alium ex his verbis ſenſum poſſe elici, qui tamen ut clarior ſit, Grotio accederem & legerem:

—— —— manus. Hi caede peracta
Procumbunt, dubiaque labant cervice, ſed illos
Magna premit ſtrages.

dubia cervice, eſt vitae quaedam etiam ſigna & reliquias dabant, ſed illi poſt eos ſtantes

Intrepidus tanti ſedit ſecurus ab alto
Spectator ſceleris: miſeri tot millia vulgi
Non piguit juſſiſſe mori. congeſta recepit
Omnia Tyrrhenus Sullana cadavera gurges.
In fluvium primi cecidere, in corpora ſummi;
Praecipites haeſere rates, & ſtrage cruenta
Interruptus aquis fluxit prior amnis in aequor,
Ad molem ſtetit unda ſequens: jam ſanguinis alti

Vis

ſes his caeſorum corporibus obruti & eliſi ſunt; vel, ſi *vix* retinendum, conjungendum cum *procumbunt peracta caede*, id eſt, vulnere letifero confecti vix procumbunt; ſed prae denſitate ſtipatorum ſtabant nutantes. *dubia* eſt nutans. vid. Stat. I. Theb. 119.

207. *Intrepidus tanti ſedit ſecurus*] Haud immerito duo illa adjectiva, *intrepidus*, *ſecurus* offenderunt Oudendorpium, neque plane tollit inutilem geminationem lectio quorumdam codicum, *tantique ſedet*, quomodo & Heinſius conjecerat; quum *ſedet* eſſet in Rottend. tert. & Hamb. ſec. unde etiam geminata ultima ſyllaba Cortius fingebat, *ſedet & ſecurus.* Conjectura Oudendorpii, *ceſpite dum tanti ſedit*, praeterquam quod longius recedat a veſtigiis vulgatae lectionis, hic locum habere nequit. Non enim in tribunali (hoc enim, credo, per *ceſpitem* intelligit) ſedebat, ſed in ſenatu, quem in templum Bellonae vocaverat, dum hi miſeri jugularentur ejus juſſu, ut hiſtorici teſtantur; qui utinam nobis tradidiſſent, quo habitu Sulla tunc viſus fuerit, ut conjecturae meae fides fieret. Sed potuit Lucanus ex luxurioſa vita & diſſolutis Sullae moribus finxiſſe illum contemto patrio habitu & toga, Graeca veſte ſediſſe, & perturbatis ſenatoribus riſu & joco miſerorum ejulatibus illuſiſſe. Quod ſi ſtatuere liceret, in promptu eſſet emendatio hujus loci,

In crepidis tanti ſedit ſecurus ab alto
Spectator ſceleris.

crepidae vero ſimul etiam pallio amictum fuiſſe oſtendunt, ut notum antiquitatum peritis: ſic *in crepidis* fuiſſe ſaepe Caligulam narrat Sueton. c. LII. & ita magnam invidiam Sullae faceret Poëta, qui Graeco habitu in ſenatu uſum oſtenderet, ut ita Cicero ſaepe exprobrat Verri, *pallium*, cui *crepidae* comites accedebant. vid. IV. Verr 24. Erant enim haec non hominis Romani inſignia, ut idem pro Rabir. Poſt. cap. IX. & ſeq. oſtendit, & Scipionis etiam ſtatuam cum crepidis, & Sullae chlamydatam, non togatam, memorat. Quam parum vero *in crepidis* ab *intrepidus* in ductu literarum abeat, unicuique facile apparebit. Non tamen alicui obtrudo hanc conjecturam, cedere paratus, ubi major lux huic loco adfuſa fuerit; ſed contentus ſuſpicionem meam prodidiſſe, relinquo aliis judicium.

209. *Non piguit*] *Non timuit* tredecim. *non piguit vidiſſe* Hamb. pr. quod invidioſius eſſe Oudendorpio facile largior. Sed retrahit manum Florus, qui lib. III. 21. *Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici juſſit.* Suet. Neron. XXXVII. *Juſſis mori non amplius horarum ſpatium dabat.* Veſpaſ. XV. *interfici juſſus.* Sueton. Aug. XXIV. *juſſit occidi.* & ſaepe ita alii. & Senec. I. de Clement. 12. ubi Sulla, *hoc agamus, ſeditioſi pauculi meo juſſu occiduntur.* Et exaudiviſſe Senatores & Sullam non vidiſſe ibidem ait, contra ac Lucanus, qui *ſpectatorem* dicit fuiſſe.

212. *Et ſtrage cruenta Interruptus aquae fluxit prior amnis in aequor*] Ita maxima librorum pars. *aquis* erat in tribus Thuaneis. *aquas* praeferebat Cortius, qui in notis ſuis forte explicuiſſet, *interruptus aquas* per Grae-

ciſmum;

Vis ſibi fecit iter, campumque effuſa per omnem,
Praecipitique ruens Tyberina ad flumina rivo
Haerentes adiuvit aquas: nec jam alveus amnem,
Nec retinent ripae, redeuntque cadavera campo.
Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in undas
Sanguine caeruleum torrenti dividit aequor.
Hisne, Salus rerum, Felix his Sulla vocari,
His meruit tumulum medio ſibi tollere Campo?

Haec

ciſmum, ut per eumdem *interruptus aquae* exponit Oudendorpius: quae omnia dura, nec exemplis ſatis huc facientibus firmantur. Poſſet etiam aliquis *fluere* activa vi (ut aliquando poni docuimus in Jove Fulger. cap. 11.) capere, ut eſſet *amnis aquas fluxit*, ſed an huic loco hoc admodum congruat, dubito. Quare eo recurrendum erit, ut inter ſingularia Lucani ponatur *amnis aquae*, quod ipſi placuit, quum alii paſſim *agmen aquarum* maluerint dicere, ut ipſa ſatis docent lexica: & quia amnis & fluvius de omni humore dicitur (vid. ad Seren. Samon. vſ. 723. & 806.) potuit *amnis aquae* dici, ut *amnis cruoris*, & *fluvius cruoris* inf. IV. 485. ſed tamen quum haec omnia ſint aliena quodammodo a conſuetudine loquendi, cogitabam, an non ad communem uſum reduci poſſet Lucanus, ſi leviſſima mutatione legeremus,

Strage cruenta
Interruptas aquas duxit prior amnis in aequor.

& ita *ducere aquas*, licet paullum alio ſenſu, dixit lib. X. 252. & lib. I. 399. de Iſara.

qui gurgite ductus
Per tam multa &c.

& hinc *aquae ductus* dicti, quia ducitur aqua, quo volumus. *Trahere aquas* illuſtravit Oudendorp. infr. h. l. vſ. 486. ſed hic *ducere* lenius eſt, quia non adjutus aqua ſuperiore, obſtantibus cadaveribus, inferior fluvius lentior ducit, non trahit aquas.

214. *Nam ſanginis*] Recte ex Voſſiano jam recepit Oudendorpius. *Dum* Grotii probavit ſe Cortio. Eſt vero haec quoque exaggeratio intolerabilis, qua molem illam & aggerem cadaverum vi ſanguinis, quae adjuvit fluvium, ruptum & propulſum fingit Poëta, qui credibilius hoc adſcribere potuiſſet aquae ſuperioris fluvii, qui primum quidem ſtetit ad congeſtam illam cadaverum ſtragem, ſed tandem tamen vi aquae adfluentis perrupit mixtus & infectus ſanguine. Sed mirabilia, & ultra fidem placuerunt ſemper Hiſpanico ingenio. *Jam* vero hic non tantum tranſitioni inſervit, ſed moram aliquam ſignificat, & idem eſt quod *tandem* ſibi fecit iter. Sic apud Terent Andr. I. II. 19. *Poſtulo, ſive aequum eſt, oro te Dave, ut redeat jam in viam.* ubi Donatus dicit *jam* eſſe tarditatis ſignum: & ſimilem vim hujus particulae *jam* notavimus ad Phaedr. lib. V. Fab. 2. vid. & ad Ovid. III. Art. 33. recte etiam *adjuvit* illuſtravit Oudendorpius, quod immerito ſuſpectum habuit Cortius. Similiter fere inſanit aemulus noſtri Stat. I. Theb. 43.

Urguet & hoſtilem propellens caedibus amnem
Turbidus Hippomedon.

Vellem non ita indulſiſſent luxurianti venae hi Poëtae. Deinde, *reddunt* quatuor. *redditque* Hamb. pr. *reditque* Thuan. ſec. vid. ad VIII. 439.

222. *Tollere*] Ita conſtanter omnes libri. Oudendorpius ex ſuis membranis, *ſurgere* profert, quod ſi in pluribus exſtaret, non rejicerem. Sic enim & Ammian. Marc. XVIII. 2. *Horrea veloci opera ſurrexerunt*; unde apud Rutil. 119. poſſet firmari vulgata lectio,

Haec rurſus patienda manent: hoc ordine belli
Ibitur: hic ſtabit civilibus exitus armis.
Quamquam agitant graviora metu, multumque coïtur
Humani generis majore in proelia damno.
Exſulibus Mariis bellorum maxima merces
Roma recepta fuit: nec plus victoria Sullae
Praeſtitit, inviſas penitus quam tollere partes.
Hos alio fortuna vocas: olimque potentes

Con-

Interea Latiis conſurgant horrea ſulcis. ubi verbum illud olim mutabam, ſed nunc meliora edoctus ab amiciſſimo Dorvillio, eſſe imitationem Virgilii ex Eclog. v. 36. probo ejus emendationem,

Interea Latiis conſurgant hordea ſulcis.

223. *Hoc ordine belli ibitur*] Neſcio an bene dictum ſit. Malim ego, *huc ordine belli ibitur*, id eſt, ad has miſerias & caedes ibitur, hoc bello durante, & ſimilis exitus erit Sullanae & Marianae rabiei, quamquam etiam metuo graviora.

225. *Quamquam agitant graviora metus*] *Agitent* Oiſel. *metu* Turrian. id eſt, graviora quam metuo, quae ſuperabunt metum meum: poſſet vero, *metus agitant me* ſubintelligi, ſcilicet ſenem, quem a verſu 67. loquentem induxit. Nec male etiam Oudendorpius capit de Caeſare, & Pompejo, qui animo ſuo, ſi victores exiſtant, agitant graviora quam metuo, quod ſequentia, ubi Sullae & Mario opponit hos duos, quos non contentos fore, quo Sulla fuit, praedicit, confirmare videntur. Sic Florus I. I. *Romulus moenia novae urbis agitabat.* Deinde omnes fere ſcripti, *multumque coitur.* vide quae dixi ad Ovid. v. Triſt. II. 7. & ad Quinctil. IX. de Inſt. Orat. cap 2 pag. 787. & alibi. ita infr. vſ. 517. ex MSS. *quantum melius*, & lib. IX. 190. *multum majoribus impar. majori* etiam quatuor.

230. *Olimque potentes concurrunt*] *Petentes* Langerm. quem ſi vidiſſet Oudendorpius, potuiſſet inde confirmare conjecturam ſuam, *orbemque petentes*; vellem tamen hunc loquendi modum *petere orbem*, pro adfectare imperium orbis, magis illuſtraſſet; ego enim exemplum ignoro. Scio *Aſiam petitam* dici Juſtino lib. XI. 4. & *imperium Perſarum peti* lib. IX. 5. ſed differre haec puto, & recte Arntzenius ad Plinii Paneg. cap. XXIV. vulgatum tuetur. Quare, donec hoc mihi perſuadeatur, vulgatae hunc ſenſum eſſe puto: Marium & Sullam a parvis initiis, illum etiam ex humili genere ortum, non ita potentes fuiſſe, ut inter ſe ſocietatem potuerint inire de imperio: ſed quum in duas partes diſtraxiſſent civitatem, unumquemque tantum certaſſe, utrius partes in republica dominarentur, & ſublata parte diverſa, rempublicam ſuis legibus relinquerent: quod victor Sulla etiam praeſtitit, dictatura depoſita, ad privatam vitam ſe conferens. Sed hi olim triumviri diviſerant inter ſe imperium, & ante bellum hoc civile *potentes* jam erant, (unde *tres dominos* vocat lib. I. 85. & IX. 266. & *potentes maritos* vocat lib. III. 21. Pompejum & Craſſum Triumviri filium; vid. & lib. IV. 821.) nunc ſublato Craſſo Duumviri, non pugnabant, ut partes ſuae eſſent ſuperiores, ſed uter ſolus imperaret orbi; nec contenti fore videbantur eo, quo Sulla fuit, ſcilicet, ut ſublatis adverſariis rempb. reddere legibus cogitarent. *Tanti* non fuit illis civilia bella movere, haec merces exigua videbatur, ſed ex illis fructum volebant capere monarchiam & dominationem. Pro *moveri* eſt *movere* in fragm. S. Germ. vid. ſupr. vſ. 62. quae confirmant ſententiam meam.

Quae-

Concurrunt. neuter civilia bella moveret,
Contentus, quo Sulla fuit. Sic maeſta ſenectus
Praeteritique memor flebat, metuensque futuri.
At non magnanimi percuſſit pectora Bruti
Terror, & in tanta pavidi formidine motus
Pars populi lugentis erat: ſed nocte ſopora,
Parrhaſis obliquos Helice quum verteret axes,
Atria cognati pulſat non ampla Catonis.

Inve-

Quaerunt uter imperet urbi,
Vix tanti fuerat civilia bella movere, Ut neuter.
quare ita poſſet legi,
neuter civilia bella movere
Contentus, quo Sulla fuit.
Sulla movit quidem civilia bella pro parti-bus, ſed victor nihil ultra voluit, & pacem reddidit, contentus diverſae partis interitu, & ad optimates republica reducta. altera lectio, quam probat Oudendorpius:
neuter civilia bella moveret,
Contentus quod Sulla fuit:
& quae in quinque codicibus noſtris reperitur, ſpeciem quidem habet, & firmari poſſet ex illis Flori lib. IV. II. §. 79. *Caeſar eadem timens, poſtquam idem eſſe coeperat, quod Pompejus*, & ex loco infra lib. VII. 634.
Quod militis illic,
Mors hic gentis erat.
ubi male, *quae*, alii: & ex illis, quae adduxi ad Phaedr. fab. ultimam. Sed non reſpondet rebus geſtis. Nam revera Sulla movit civilia bella, ſed ideo non poſſet dici Caeſarem & Pompejum, ſi contenti fuiſſent, id eſt, quod Sulla fuit, non moturos fuiſſe bella, ſed moto bello & finito, non amplius cupiiſſent, ſc. ſoli dominari victores. Quare priorem retineo, quam dedi: praeterea durior eſt, & ſupplenda aliquot vocibus lectio Oudendorpii, ſcilicet neuter civilia bella moveret, *ſi* contentus fuiſſet ſe id eſſe, quod Sulla fuit. Noſtra planior videtur.

233. *Metuensque futuri*] *Futurum* Rottend. tert. ſed vid. inf. 578. VII. 373. & Bentlej. ad Horat. Art. Poët. 172.

235. *Et in tanta pavidi formidine motus Pars populi lugentis erat*] Conſtructio erit haec, *neque* (nam *non* debet repeti ut ſaepe) *in tanta formidine pavidi motus pars erat populi lugentis*, ut *pavidus motus* dictus ſit, qui pavidos homines facit, ut *pallida mors* &c. vel *pavidi populi lugentis* debent conjungi, quorum neutrum valde elegans & concinnum. Scio dici *pavidum metum, pavidam formidinem*. vid. ad Ovid. II. Met. 66. ſed *pavidum motum* nondum legi: quare vel mutatis epithetis, ut ſaepe factum, poſſet legi, *in tanti pavida formidine motus*. vel potius *in tanti pavidus f. m.* ut Brutus non pavidus in tanto motu dicatur, exemplo Horatii, qui III. Od. 3.
Juſtum & tenacem propoſiti virum,
etiam in ipſa ruina mundi *impavidum* facit. *Motus* hic eſt bellum civile, ut *civicos motus* dixit Horat. II. Od. I. Nihil ergo metuebat in ſummo hoc periculo imperii, nec ideo partibus nomen dederat. Si quis obnitatur, & codices ſequendos clamet, patiar vulgatam lectionem defendi, aut iterum Lucano ignoſcam.

236. *Sed nocte ſopora*] Schol. Juven. ad Sat. V. 23. habet, *ſub nocte*, ut *ſed* intelligatur, ut lib. X. 510. *ſub tempore*, & *ſub aurora*, & ſimilia paſſim. Aut ſumſit librarius ex Stat. I. Theb. 402.
Eadem ſub nocte ſopora
Luſtra terit.
Converteret Hamb. tert. & S.Germ. ſed & haec ſollemnis aberratio. Ovid. I. Triſt. III. 48.
Verſaque ab axe ſuo Parrhaſis Arctos erat.
vid. Heinſ. ad Val. Fl. VII. 457.

Invenit inſomni volventem publica cura
Fata virum, caſusque Urbis, cunctisque timentem,
Securumque ſui, farique his vocibus orſus:
Omnibus expulſae terris, olimque fugatae
Virtutis jam ſola fides, quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi; tu mente labantem
Dirige me, dubium certo tu robore firma.
Namque alii Magnum, vel Caeſaris arma ſequantur:
Dux Bruto Cato ſolus erit. pacemne tueris,
Inconcuſſa tenens dubio veſtigia mundo?
An placuit, ducibus ſcelerum, populique furentis
Cladibus immixtum civile abſolvere bellum?

Quem-

239. *Inſomni*] Recte vindicat Oudendorpius. In Scholiaste puto legendum, *quia quisquis curam gerit ingentem, raro ſibi ſomnum acquirit*; niſi legas, *ratione s. s. adimit*, ut ſit *ratio* pro *ratiocinatione*, quam curae faciunt inſomni viro.

240. *Fata*] *Facta* fragm. S. Germani: *orbis* eſt in ſolo Sixiano a ſec. manu. *virum*, dubium an Catonem, an pro virorum, Caeſaris & Pompeji. Prius praefero, quia publica fata abſolute debent capi, de tota republica, non de Caeſare & Pompejo; & quid magis obvium, quam *virum* dicere, de homine, de quo agitur?

245. *Dubium certo tu robore firma*] Heins. diſtinguebat. *Dirige me dubium; certo tu robore firma:* & ita quidam ediderunt. *tu certo* Hamb. tert. *certo tum* Turrian.

246. *Sequantur*] maxima pars librorum, *ſequentur*, quod τῷ *eris* vel *erit* conveniret. Tres vero, *ſequuntur*, quod praeferrem, ſi *jamque* pro *namque* legeretur, ut indicet, jam partes eſſe factas, extra quas ſe Catonem ſequuturum eſſe adfirmat.

248. *Inconcuſſa*] *Incuſſa* Richel. *ferens* Rott. pr. a m. pr. quod placuit Cortio. vid. ad Ovid. II. Met 21. & certe, *tenere veſtigia* notat etiam retinere, reſiſtere. vid. ſupr. lib. I. 235. nam in his omnibus *veſtigia* idem notat quod *pedes*. ita *vertere*, *flectere* &c. *veſtigia* & *pedes* paſſim occurrit, ſic *Nymphae nudae veſtigia*, id eſt, pedes Ovid. VIII. Met. 570. ſed poteſt etiam ſignificare perſtans in propoſito, qui ſe concuti non patitur vacillante mundo, ut etiam vſ. 267. a conſtanti motu ſiderum argumentum capit. Arbitrium ergo ſit lectoris. *tuens* Turrian.

249. *An placuit*] Poteſt explicari, an placere potuit; ſed melius omnia cohaerere crederem, ſi legeretur, *Anne placet. Immixtum* vero pro *immixto* dictum eodem modo, ut *licet flentem conſiſtere*, apud Ovid. XX. ep. 75. & inf. 25 *profuit immunem duraſſe*, pro *immuni*. lib. X. 504. *quos indignum eſt parere*, pro *quibus*; & talia innumera. vide mox ad vſ. 394 Forte *immixtom* olim ſcriptum, unde ſaepe dativus fuit natus, ut alibi ſaepe oſtendimus. Et quia *immixtum* aliquis cum *bellum* poſſet conjungere, Heinſius probabat, *immixto*. *Abſolvere bellum* vindicavimus ad Seren. Samon. cap. XXV. vſ. 465. id eſt, pronuntiare, & ipſo facto oſtendere, illud juſtum eſſe, non damnare, ut recte hic Scholiaſtes explicuit. Claudian. VI Conſ. Hon. 405.

juſtisque furoris
Externi ſpoliis ſontes abſolve triumphos.

Mart. I. ep. 83.

Haec, quae pulvere diſſipata multo,
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto jacet abſoluta caſu!

quod dixerat Epig. 13.

Stan-

Quemque ſuæ rapiunt ſcelerata in proelia cauſſæ:
Hos polluta domus, legesque in pace timendae;
Hos ferro fugienda fames, mundique ruinae
Permiſcenda fides. nullum furor egit in arma.
Caſtra petunt magna victi mercede: tibi uni
Per ſe bella placent? quid tot duraſſe per annos
Profuit immunem corrupti moribus aevi?
Hoc ſolum longae pretium virtutis habebis?
Accipient alios, facient te bella nocentem.
Ne tantum, o Superi, liceat feralibus armis,
Has etiam moviſſe manus: nec pila lacertis
Miſſa tuis caeca telorum in nube ferantur:

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Nec

Stantia non poterant tecta probare Deos: hoc ſenſu dixit noſter VII. 262. *gladios exſolvite culpa.*

252. *Domus*] *Domos* Sixii. *timentem* Richel.

253. *Ruinae*] Inter varias lectiones *ruina* producitur; parum refert an dativus, an ablativus verbo jungatur. Ita Ovidius, Virgilius & alii, vide ad Virg. II. Georg. 327. ſed dativo jungit noſter VII. 650. vid. & III. 290. ubi dubia eſt lectio.

254. *Nullum furor egit in arma*] Quid hoc? atqui omnes fere furor egit in arma; & centies ipſum bellum civile *furor* Noſtro, Floro, Ciceroni & aliis dicitur, & mox in reſponſione Catonis vſ. 293 *furorem Heſperium ſequi.* Quare jam ante triginta annos emendaveram, *illum furor* quod nunc etiam amiciſſimo mihi a longo tempore Waddelio in Animad. Critic. p. 125. in mentem veniſſe video. Sed quia conſtanter, *nullum* tuentur ſcripti, ſuſpicor nunc vitium latere in *furor*, pro quo ſi legetur, *nullum pudor egit in arma*, egregia ſententia exſurgeret; pudor enim juris & juſtitiae amorem, verecundiam legum, & libertatis ſtudium notat, & recte opponitur mercedi magnae, qua alii victi in bellum ruebant; vid. lib. I. 263. IV. 231. & paſſim. Jam vero etiam aliis in locis *furor* & *pudor* a librariis commutata fuerunt, ut apud Virgil. IV. Aen. 91.

Nec famam obſtare furori.

ubi MS. *pudori*. Lib X. 398.

Mixtus dolor & pudor armat in hoſtes.

& ibi Pierius *furor* ex ſuis MSS. profert.

255. *Magna victi mercede*] *Victi magna* Thuan. quart. Heinſius malebat *ducti*; quod minus efficax mihi videtur. vid. ad Petron. cap. LV.

256. *Quid tot*] *Quod* Oiſel. unde iterum *quo* faciebat Heinſius vid. ſupr. ad vſ. 190. & alibi. mox *longae virtutis pretium*, imitatus eſt Stat. IV. Silv. VIII. 18. qui dixit *longae decus virtutis.*

259. *Accipient*] Cortius, *accipiunt.* ſed nec codices, nec *habebis*, nec *facient* hoc patiuntur.

260. *Ne tamen*] *Ne tantum* omnes fere ſcripti. *o* deeſt Barber. *furialibus* praeferebat Heinſius. Sed nullo codice auctore, licet ex editionibus quibusdam id Oudendorpius proferat. Et ita fere ſemper variatur in Lucano & aliis.

261. *Has etiam moviſſe manus*] Ita omnes ſcripti & editi, quod ſciam, niſi quod in Gryphiana majore legatur *noviſſe*. Quod etſi forte explicari aliquo modo poſſet, libentius operarum errori adſcribo. Sic ſupr. vſ. 203. *victores movere manus*, & lib. VII. 494. *dextras movere* dixit.

Nec tanta in caſum virtus eat. ingeret omnis
Se belli fortuna tibi. quis nolet ab iſto
Enſe mori? quamvis alieno vulnere labens,
Et ſcelus eſſe tuum? melius tranquilla ſine armis
Otia ſolus ages: ſicut coeleſtia ſemper
Inconcuſſa ſuo volvuntur ſidera lapſu.
Fulminibus propior terrae ſuccenditur aër,
Imaque telluris ventos, tractusque coruſcos

Flam-

262. *In nube*] *In* deeſt Thuan. ſec. & Rottend. tert.

263. *Nec tanta incaſſum virtus eat*] *In caſum* edidit Cortius, neſcio an ex ſuo codice, certe ita erat in Thuan. quarto, & recte puto: id eſt, in incertos belli caſus & vices, ne forte vulneres, quem nolis, ſed qui glorietur a te ſe eſſe occiſum; ſic *in caſum mittere*, *dare*, ſaepe apud noſtrum, ut lib. VII. 239. & alios occurrit, & ipſa docent lexica. & ita Quinctil. Decl. I. 4. *in caſum ferrum mittere*, ubi etiam Voſſian. cod. *incaſſum.* Apud Liv. IV. 27. *in caſum committere*, ubi alii *incaſſum.* Similis variatio lectionis infr. VI. 7. & apud Virg. III. Aen. 345. & ſic, *ire in diſcrimina*, *arma*, *bella*, & ſimilia ſexcenta; & mox 274.

Tantum veniſſe in proelia civem:

Rottend. etiam tert. *ingerat.* deinde, *ſi belli* Thuan. pr. & fragm. S. Germ. Sequentia, *quis nolit in iſto enſe mori*, ut Grotius, Cortius, & Oudendorpius receperunt, & magna pars codicum habet, neſcio an ſenſum illum, quem dant, poſſint efficere, nec ullum video adduci exemplum, ubi aliquis dicitur *mori in enſe* ejus, qui eum ferit, quum deberet notare, in ſuo enſe, id eſt, armatum ſuo enſe mori, ut *in armis* ſupr. I. 423. *in haſta*, *in jaculo* & innumera talia omnibus nota. Quare quum, *ab iſto enſe* habent novem aut decem noſtri, & aliorum etiam, & editiones plures, hoc praeferrem. Ita Val. Fl. VIII. 317.

Graja victus cecidiſſet ab haſta.

& ita *cadere ab aliquo* ſaepe occurrit; vid. ad Ovid. V. Met. 192.

266. *Et ſcelus*] Thuan. quart. *vult ſcelus eſſe tuum.* Sed hoc intelligendum eſt: nam ſaepe uno verbo vel adfirmativo vel negativo poſito, alterum contrarium notans omitti ſolet: de qua ellipſi vide ad Phaedr. III. 17. 31. & quos ibi adduxi, quibus adde Daviſium ad Cicer. II. de Finib. 8. Quare illud *vult* adſcriptum eſſe a gloſſatore credo. Cogitabam annon melius cohaererent, ſi legeretur,

& quamvis alieno vulnere labens
Id ſcelus eſſe tuum.

et & *id* etiam permutat Heinſius ad Ovid. II. Amor. XIV. 44. Praeterea neſcio, an, ſi quis glorietur ſe a Catone interfectum, ideo id velit eſſe ſcelus Catonis, quum potius munus ejus reputare deberet: ideoque etiam fingebant, *ſe ſcelus eſſe tuum*, id eſt, ſe eſſe materiam, cauſſam ſceleris a te in cive occidendo commiſſi. Ut recte hunc locum cepit & explicuit Obrechtus ad Dict. Cretens. I. 5. ubi *ſcelus* & *crimen* ita poni docuit. mox, *ſolus agis* fragm. S. Germ. I. 5.

271. *Nubes excedit Olympus*] Huic lectioni controverſiam nemo movit, neque ego moverem, praeſertim quum ita laudetur a Lutatio ad Statii III. Theb. 262. niſi in Hamb. tert. ſcriptum fuiſſet, *& nubes exit Olympus*, quod a librario proficiſci vix potuit, ut quidem altera lectio a gloſſatore, verbum *exire* per *excedere* explicante. *exire* enim hic eſt eminere ſupra nubes; vide Heinſ. ad Ovid. III. Met. 78. malim vero pro *&*, *at nubes exit.* in Scholiaſte vitium ſedet, & pro

Flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus
Lege Deûm. minimas rerum diſcordia turbat:
Pacem ſumma tenent. quam laetae Caeſaris aures
Accipient tantum veniſſe in proelia civem!
Nam praelata ſuis numquam diverſa dolebit
Caſtra ducis Magni. nimium placet ipſe, Catoni
Si bellum civile placet. pars magna Senatus,
Et duce privato geſturus proelia Conſul

Sol-

pro *qui infiniti ſunt*, legendum, *infimi.*

272. *Minimas rerum*] *Nimias* Rottend. tert. a m. pr. *minima* Turrian. quod Cortius recepit, & inciſionis beneficio tolerari poſſe credit: utinam exempla nobis ſimilia dediſſet. Saltem in Lucano, in quem plura talia temere immiſit, & ſingularium ſtudio, & emendandi etiam ſana, libidine. Sed tu, lector, vid. Sanct. Minerv, lib. IV. cap. 3. pag. 541. Edit. Periz. nec videtur etiam potuiſſe hanc variationem generis concoquere, quum ſequatur, *pacem ſumma tenent.* Sed *ſumma* ſaepe hoc genere obſervari poteſt. Sic Claudian. II. Rapt 22. de Typhone.

qui ſumma peremtus
Ima parte viget.

Ubi *ſumma* diverſo genere ab *ima* ponitur neutro genere & plurali numero, pro in ſumma parte. Et, ſi Heinſium audire velimus, apud Ovid. Faſt, v. 382.

Pelion Haemoniae mons eſt obverſus ad Auſtros
Summa viret pinu, cetera quercus habet.

ubi vide ejus adnotationes. Horat. I. Ode 34.

Inſignem attenuat Deus
Obſcura promens.

Et talia ubique obvia. In multis etiam codicibus erat, *pacem magna tenent*, quod etiam placuit Cortio. quia credebat *minima*, ut parva, poſſe recte apponi *magnis*, de quo vid. ſupr ad vſ. 128. h. l. ſed praecedentia de fulminibus, aëre, & Olympo, monſtrant, *ſumma* hic eſſe ſervandum.

273. *Quam laetae Caeſaris aures accipient*] *Quam lectae* Rottend. ſec. *laete* Gryphii & aliae editiones; & hoc a Cortio receptum, mutante etiam *accipient*, in *accidet &*, neſcio qua fide ſcriptorum. quia ſcilicet noverat ab aliis, *accidere aures*, eleganter dictum, huc quoque hoc intrudendum erat, & verſus fulciendus copula illa &, quae niſi pro *etiam* capiatur, praeter rem erit. Sed an non meminerat noſtrum dixiſſe, II. 1008 *incerto turbatas murmure voces Accipit.* & Virgilium lib. II. Aen. 308.

Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

& Ovid. X. Met. 62.

Quod jam vix auribus ille
Acciperet.

& IV. Triſt. I. 90.

Auribus accipiat verba Latina ſuis.

Albin. in Druſum 396.

Accipere & luctus aure coacta tuos.

Quinctil. VI. I. *ſenſum & vocem auribus accipere.* & quae plura obvia paſſim. Talia qui ſibi licere putant, ſua nobis, non Poëtarum, verba obtrudunt. Nec probandum puto *aures* dici accipere, quod homines auribus accipiunt, quum paſſim omnia membra id facere, per quae homines aliquid efficiunt, ut lingua loqui, oculi videre & flere, manus omnia fere opera facere dicantur. vid. ad Ovid. V. Met. 182. & Virgil. VIII. Aen. 223. & inf VI. 797. & VII. 82. ubi hoc etiam ſaepe in Lucano occurrere videmus. nec ita ſoli Poëtae, ſed & Val. Maxim. I. VI. 2. *domeſtici oculi adnotaverunt:* ubi quidam *domeſticorum.*

278. *Privato*] *Private* S. Germ. *ſollicitantque alii proceres* Langerm. *ſub juga Pompejo* Turrian.

283.

Sollicitant, proceresque alii: quibus adde Catonem
Sub juga Pompeji, toto jam liber in orbe
Solus Caeſar erit. quod ſi pro legibus arma
Ferre juvat patriis, libertatemque tueri:
Nunc neque Pompeji Brutum, neque Caeſaris hoſtem,
Poſt bellum victoris habes. Sic fatur. at illi
Arcano ſacras reddit Cato pectore voces.
Summum, Brute, nefas civilia bella fatemur:
Sed quo fata trahunt, virtus ſecura ſequetur.
Crimen erit Superis & me feciſſe nocentem.
Sidera quis, mundumque velit ſpectare cadentem

Expers

283. *Nunc neque Pompeji*] Centies in initio verſus, *Hunc* & *nunc*, *Haec*, & *nec* permutari, quia literae H. & N. ſcriptae parum differebant, vidimus ſup. & ad Nemes. Cyn. 300. & I. Ecl. 48. Broukh. ad Prop. II XVII. 7. & alii. apud Virg. id ſaepe accidit; vid. I. Aen. 670. VI. 817. VII. 331. & paſſim apud alios, & aliquando parum refert ad ſenſum, ut ita hic utrumque poteſt tueri locum. *Hunc*, quod in Oiſel. erat, ſi *habe* legas cum Grotio, cape pro *me δεικτικῶς*, ut apud Tibull. I. VI. 7.

Quod ſi militibus parcas, erit hic quoque miles:

id eſt, ego. Et ita mox Cato de ſe bis terve utitur vſ. 313. & 317. Quia tamen conſtanter *habes* tuentur libri, cum Oudendorpio praeferrem *nunc*; tres vero codices *tunc* exhibent.

287. *Virtus ſecura ſequetur*] *Virtus ſecreta tenetur* Hamb. ſec. imitatus haec Claudian. initio Conſul. Mallii.

Ipſa equidem virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunae ſecura nitet.

290. *Quum ruat*] *Ruit* duo Heinſii, & Scholiaſtes Horat. Crucq. III. Od 3.

292. *Compleſas*] Ita novem e noſtris; ſed reliqui *compreſſas*: & recte, quod proverbii inſtar jactatum ex Livio jam protulit Eraſmus, titulo *indulgentiae*, unde Lexicographi & alii ſumſerunt. *Complodimus* manus in luctu, & aliis etiam animi perturbationibus, quae tum ſimul crepitum & ſonum quemdam edunt, ut ſaepe apud Petron. cap. XVIII. XX. & CXXVII. *comprimimus*, quum abſtinemus a vi, & negotiis, ut Terent. Heaut. III. 3. *poſthac comprimito manus*, id eſt, ne tange. cui jam contrarium eſt *movere manus*, de quo modo vidimus. vſ. 261.

293. *Sequentur*] *Sequuntur* fragm. S. Germ.

295. *Procul hunc arcete furorem*] *Procul hinc* Langerm. ſed modo praeceſſit, *furorem Heſperium ſequi*, hic vero Cato de aliis & externis bellis otium deprecatur, nec ſe ſejunctum a bello civili velle eſſe teſtatur, & Deos orat, ut *furorem* arceant, quem tamen cum reliquis ſequi decernit. Quae quomodo inter ſe congruant non video. Scholiaſtes explicat, *nolle eſſe in periculo civitatis*, uti legendum pro *noſſe*, ut vitioſe editum. Jam vero an otium & quietem velle ſequi, & ſe non immiſcere *furori* poſſet dici, vehementer dubito. Supr. 254. pro *furore*, *pudorem* reſtituimus, quod hic locum non habet. Aliud tamen malim, quam *furorem*; & quum apud Ovid. I. Art. Am. 361. legatur vulgo in MSS.

Quis furor hic Menelae, fuit.

ubi vulgo eſt, *quis ſtupor*, poſſet & hic legi, *procul hunc arcete ſtuporem.* ne ſim tam

ſine

Expers ipſe metus? quis, quam ruat arduus aether,
Terra labet, mixto coëuntis pondere mundi
Compreſſas tenuiſſe manus? gentesne furorem
Heſperium ignotae, Romanaque bella ſequentur,
Deductique fretis alio ſub ſidere reges?
Otia ſolus agam? procul hunc arcete furorem,
O Superi, motura Dacas ut clade Getasque,
Securo me Roma cadat. ceu morte parentem
Natorum orbatum, longum producere funus
Ad tumulum jubet ipſe dolor: juvat ignibus atris
Inſeruiſſe manus, conſtructoque aggere buſti

Ipſum

ſine ſenſu malorum, ut maneam compreſſis manibus, quum alii omnes ex toto orbe in bella civilia ruant. Poſſet &, *timorem*, vel *pavorem*; quas voces etiam alibi librarii cum *furore* commutarunt: ſed haereo etiam, nec quicquam ſatis placet. Et quis, niſi ingenium ſimile Lucano habeat, ex tot acutis & argutis, ut ipſi videbantur, dictis ſe expedire poſſet?

298. *Longum producere funus ad tumulos*] *Ad tumulum* Barber. & editi non nulli, quod rejecerunt Cortius, & Oudendorpius. Et ſane parum refert aliquando, an ſingularem, an pluralem ſervemus numerum. Sed magis Poëticum eſſe ſingulari uti, judice etiam Broukhuſio & Heinſio, vidimus ſupr ad vſ. 57. etiam ubi de pluribus, quibus ſingularis tribuitur, agatur. Sic Noſter VII. 774. *figuram juvenum* dixit, *mortem ſuorum* pro *mortes* VII. 300. *componite mentem* IX. 381. & *vertere mentem* ex MS. infr. 460. & alibi, ubi librarii ſaepe pluralem ediderunt. Et apud Scriptores etiam ſolutae orationis id uſu veniſſe obſervavimus ad Suet. Claud. XXXIV. ex multis aliorum locis. Hoc autem loco, ubi agit de acerbiſſimo dolore, ex morte, non unius filii, ſed plurium, quod indicat *longum funus*, id eſt, ubi plura ſimul cadavera ad communem tumulum vel rogum efferuntur, praefero ſingularem; ut ita *longa pompa triumphi* lib. III. 75. ubi vide notas.

299. *Juvat ignibus atris inſeruiſſe manus*] *Juvet* Langerm. Marklando non placebat, *inſeruiſſe manus*, ideoque ad Statii lib. I. Silv. IV: 65. reſcribebat:

Juvat ignibus atris
Inſeruiſſe moras, conſtructoque aggere buſti
Funereas tenuiſſe faces.

magna certe licentia, & aperte contra mentem Poëtae: non enim pater hic vult moras inſerere rogali igni, immo contra ipſe vult omnibus officiis funereis fungi, proſequi funus, accendere rogum, ſubjectis per ſe facibus, ut moris fuiſſe ſatis notum eſt. In his jam nullus morae locus eſt, quum hoc in votis eſſet etiam, ut rogus quam celerrime laberetur in cineres, unde ex aridiſſimis & ſectis lignis conſtruebatur, venti invocabantur, ut invaleſcente flamma cito conſumeretur, injiciebantur alendo igni plurima, quae omnia pervulgata; ideoque nihil attinet operoſe haec illuſtrare. Sed videtur vir doctus illud *inſeruiſſe moras* repetiviſſe ex lib. VI. 607.

Conceditur arti,
Unam quum radiis preſſerunt ſidera mortem,
Inſeruiſſe moras.

ubi etiam in uno codice vidi, *inſeruiſſe manus:* ita ſolent nempe librarii ex aliis locis auctoris ſui voces transferre. Hac vero occaſione meam de difficili illo & vexato Statii

 loco

Ipſum atras tenuiſſe faces: non ante revellar,
Exanimem quam te complectar, Roma, tuumque
Nomen, Libertas, & inanem proſequar umbram.
Sic eat: immites Romana piacula Divi
Plena ferant: nullo fraudemus ſanguine bellum.
O utinam, coelique Deis, Erebique liberet
Hoc caput in cunctas damnatum exponere poenas!
Devotum hoſtiles Decium preſſere catervae:
Me geminae figant acies, me barbara telis
Rheni turba petat: cunctis ego pervius haſtis
Excipiam medius totius vulnera belli.

Hic

loco conjecturam viris doctis expendendam dare libuit; quem ſic conſtituerem:

— — — Huc mecum, Epidauria proles,
Huc, altis gaudens; datur, (adgrediare)
facultas:
Ingentem revocare virum tentemus ab orco.

ab orco jam Barthius praeoccupaverat. *Recreare* vero & *revocare* etiam confuſa apud Ovid. Remed. Amor. 729. Vulgatiſſima vero locutio *revocare ad vitam*, ſive de hortatu amicorum, ſive ope medicorum; vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 264. Ovid. v. Triſt. IX. 19.

Seminecem Stygia revocaſti ſolus ab unda.

Deinde *inſerere manum* reſpondet τῷ *movere manum*, de quo modo egimus, & opponitur, *compreſſas tenere manus*; & ita apud Terent. Heaut. III. III. 2. quum dixiſſet, *inſerere manum in ſinum*, poſtea addit, *poſthac comprimito manum*: & ita in aliis rebus haec phraſis obvia, ut apud Noſtrum VIII. 551. IX. 483. Ovid. II. Amor. XV. 12. *inſerere manum tunicis*, & alibi. Quare hanc rationem emendandi auctores lubricam & temerariam credimus. Deinde *funereas faces* petiit ex Virgilio lib. VII. Aen. 337. & XI. 143. quia ſcil. offendebat ignarum moris Lucaniani, repetitum *ignibus atris*, & *atras faces*, quae vox funeri & rogo propria. Ovid. II. Faſt. 581.

Conde tuas Hymenaee faces & ab ignibus
atris
Aufer, habent alias maeſta ſepulchra fa-
ces.

alias, id eſt, atras; & *ignes atros* etiam dixit in Ibi vſ. 635. & Noſter III. 98. & Virg. XI. Aen. 186. Deinde expellit hac correctione τὸ *ipſum*, quod hic otioſum minime eſt, quia non per alios, ſed per ſe his officiis fungi juvat, ut moris fuiſſe docent antiquarii, & patet ex Noſtro lib. VI. 534.

ipſamque parentes
Quam tenuere facem.

vitioſe erat in Thuan. quarto, *ipſe atras*. Mox, *perſequar* erat in quatuordecim libris.

304. *Sic eat*] *Sic erit* Langerm. ſed bene vindicavit *eat* Oudendorp. & ita in alia re Liv. I. cap. 26. *Sic eat, quaecumque Romana lugebit hoſtem.* vid. inf. v. 297.

305. *Nullo*] Ne noſtro quidem, quem impendemus patriae.

306. *Liberet*] Ita ſex noſtri, & Thuan. tert. a m. ſec. multi, *liceret*. Pro utroque diſputat Oudendorpius, & tandem *liceret* praefert, nimis acute mea quidem ſententia. Si enim ex Stoicorum diſciplina, fato & neceſſitate etiam invitis Diis omnia agi, Catonem cenſuiſſe, voluiſſet dicere Lucanus, debuiſſet ſibi in tota hac oratione conſtare

ſapiens.

Hic redimat ſanguis populos: hac caede luatur,
Quidquid Romani meruerunt pendere mores.
Ad juga cur faciles populi, cur ſaeva volentes
Regna pati pereunt? me ſolum invadite ferro,
Me fruſtra leges & inania jura tuentem:
Hic dabit, hic pacem jugulus, finemque laborum
Gentibus Heſperiis: poſt me regnare volenti
Non opus eſt bello. quin publica ſigna, ducemque
Pompejum ſequimur? nec, ſi fortuna favebit,
Hunc quoque totius ſibi jus promittere mundi
Non bene compertum eſt: ideo me milite vincat,

Ne

ſapiens ille, qui non neceſſitati, ſed Diis etiam omnia adſcribit, ſupr. vſ. 288. 290. quin & Fortunae vſ. 320. Non ergo ita adſtrictos Deos cenſet, ut non liceret illis aliquid decernere & exſequi, pro arbitrio & voluntate ſua. In Thuan. ſec. erat, *placeret*, quod ex communi formula praeferrem, ut ſup. I. 128. VII. 339. X. 417. & alibi. Ovid. IV. ex Ponto XIV. 7. *non ita Dis placuit.* Virg. II. Aen. 650.

Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui.

& ipſe Jupiter apud eumdem. I. 283. *Sic placitum*: & quae id genus innumera. idem enim, quod *ſic viſum Superis*, de quo ſupr. ad vſ. 5.

310. *Petat*] Rottend. pr. *premat*, quod nihil deterius, ut repetat verbum, quod praeceſſit; Decium preſſit hoſtilis acies, Cato vivet, ut utraque acies eum premat medium, & vulneretur utrimque. lib. VI. 189.

Illum tota premit moles, illum omnia tela.

lib. VII. 781.

Hunc omnes gladii premunt,
pervius hoſtis fragm. S. Germ.

311. *Excipiam medius*] MS. Cortii, *ſolus*. ſed ab utriuſque partis haſtis confodi optat, ſtans medius inter duas acies, ut talem ſortem poſſet accipere, qualem Catius lib. III. 585.

312. *Hic redimat*] *Hinc* Langerm. mox, *perdere* plurimi.

315. *Pereunt*] melius foret, *pereant*, ut infr. 348. *cur relinquar*, ubi in aliis, *relinquor*.

316. *Leges & jura tuentem*] *Tenentem* Oiſel. ſollemni diverſitate. Petron. cap. CXXIV. *Tu legem Marcelle tene.* In hoc verbo eſt quaedam pertinaciae ſignificatio; Sic pro obtinet, ſemper tenet, in alia re Ovid. XV. epiſt. 171. *Hanc legem locus ille tenet. Et inania jura tuentem* fragm. S. Germ.

320. *Favebit*] Heins. malebat, *fovebit. Hinc quoque* Richel.

322. *Non bene compertum eſt*] Ambiguitatem in hoc verbo notat Barth. ad Stat. X. Theb. 10. quod *incertum* ſit, & tamen *compertum*, id eſt, fama acceptum: ſed ſimplicius cum Oudendorpio, repetito *nec*, capio pro, *nec non bene compertum*, id eſt, certiſſime conſtat, manifeſtum eſt. Non enim de Pompeji ambitione Cato dubitat, & ideo decernit ejus caſtra ſequi, ut diſcuteret ambitionem, & dominandi libidinem, &, ſi vinceret, cogeret eum ad exemplum Sullae reddere rempb. legibus, quia non ſibi, ſed patriae, viciſſe ipſi perſuadere tentaret, & ſi nollet, cogeret. In Langerm. erat, *non bene compoſitum eſt*, quod non video qui conveniat.

Ne ſibi ſe viciſſe putet. Sic fatur: & acres
Irarum movit ſtimulos: juveniſque calorem
Excitat in nimios belli civilis amores.
Interea, Phoebo gelidas pellente tenebras,
Pulſatae ſonuere fores: quas ſancta relicto
Hortenſi maerens irrupit Marcia buſto.
Quondam virgo toris melioris juncta mariti:
Mox ubi connubii pretium, merceſque ſoluta eſt,
Tertia jam ſoboles, alios fecunda penates
Impletura datur, geminas e ſanguine matris
Permixtura domos. ſed poſtquam condidit urna
Supremos cineres, miſerando concita vultu,

Effu-

324. *Movit ſtimulos*] *Stimulos movit* Oiſel. & Thuan. quart. Heinſius malebat, *irarum admovit ſtimulos, juvenique calorem excitat.*

327. *Sonuere fores*] *Inſonuere* fragm. S. Germ. ut apud Virgil. II. 53.

Inſonuere cavae, gemitumque dedere cavernae.

Sed infr. 703. *impulſum ſonuit mare.* Petron. *exſonuit* malebat cap. XVII. *oſtium impulſum exſonuit*, qui ſaepe hoc verbo utitur, ſic apud Ovid. VI. Met. 286. variant ſcripti; *Dixerat, & ſonuit contento nervus ab arcu*, ubi ſcripti, *inſonuit*, & *exſonuit.*

329. *Quondam virgo toris*] *Juncta toris melioris virgo* Barberin. *marito* Turrian. unde poſſet legi, *virgo tori melioris juncta marito.* id eſt, marito, cujus, torus, conjugium melius fuerat toro Hortenſii. *melius* hic eſt felicius. vid. ad Val. Flacc. II. 152.

Tu thalamis fatoque leges meliore penates.

330. *Pretium merceſque ſoluta eſt*] *Merces pretiumque ſoluta eſt* Voſſii & Oiſel. quod mutarunt forte librarii metuentes Grammaticorum ſupercilium, & ut genus femininum proximo participio conveniret. Sed vide ad lib. I. 176. tautologum vero ſaepe Lucanum debemus ferre, nam *pretium* & *merces* idem fere notat. Cumulat etiam IV. 220. *Suboles* quum in uno tantum ſit codice, ad antiquarios relego, & licet Pierius in antiquiſſimis exemplaribus Virgilii ita legi adfirmet, ad Ecl. IV. 49. & IV. Aen. 318. ego in Virgilio potius tolerarem, quam in Lucano, in cujus omnibus locis, ubi haec vox occurrit, *ſoboles* legitur, praeterquam hic, & infr. 631. ubi idem codex Thuan. tert. *ſuboles*, & hic nobis dat. ſequor potius ſententiam Torrentii ad Horat. III. Ode 10.

333. *Domos*] *Domus* Rottend. pr. quod hic & aliis locis recepit Cortius.

334. *Miſerando concita vultu*] Heinſio hoc non placuiſſe video, quia *vultu* concitari, ut *ira*, *motu* & aliis, forte non bene dici credebat. ideoque emendabat, *fletu*, vel *luctu.* Sed *concita* poteſt abſolute poni, pro incitato greſſu adveniens, & in vultu doloris ſigna ferens. Poſſet etiam legi, *cultu*, quae vox ſaepe cum *vultu* permutatur, ut lugubria, quibus induta erat, indicet; ut infr. vſ. 365.

Maeſti ſervat lugubria cultus.

in ſequentibus cultum illum miſerandum per partes exſequitur. Vultum maeſtum fuiſſe ſatis intelligitur ex ſequentibus: *ſic moeſta profatur*; ubi Heinſius etiam volebat, *queſta*,

Dein.

Effuſas laniata comas, concuſſaque pectus
Verberibus crebris, cinereſque ingeſta ſepulcri,
Non aliter placitura viro, ſic maeſta profatur:
Dum ſanguis inerat, dum vis materna, peregi
Juſſa Cato, & geminos excepi foeta maritos.
Viſceribus laſſis, partuque exhauſta, revertor
Jam nulli tradenda viro. da foedera priſci
Illibata tori: da tantum nomen inane
Connubii: liceat tumulo ſcripſiſſe, CATONIS:
MARCIA: nec dubium longo quaeratur in aevo,
Mutarim primas expulſa, an tradita, taedas,
Non me laetorum comitem, rebuſque ſecundis

Ac-

Dein *contuſaque* omnes fere noſtri. vid. ſup. II. 38. & alibi ſaepe.

336. *Ingeſta*] Per Graecismum explicari debet, pro inſparſa, foedata, ſordida cineribus, quos ſibi ingeſſerat. Non placuiſſe Heinſio ex linea, qua ſubduxerat vocem, ut ſolebat, colligo. *cineremque* quod in uno Oudendorpii erat, molliorem facit enuntiationem, & notat totam fuiſſe cinere conſperſam, ut alibi jam monuimus: ſupr. vſ. 57. & 298.

339. *Juſſa*] Heinſius etiam, *juſta* probabat, & adſcripſerat locum Columellae ex lib. II. 14. ubi de aratore; *Juſta enim fieri nequeunt, quum induruerit ager.* Sed ego Oudendorpio accedo: quia *juſſa* peregit, quum magis ſcilicet obſequio mariti, quam libidini ſuae morem gerens, connubium mutaverat. *Juſſa peragere*, ut *mandata peragere* Ovidius ſaepe; vid. II. Met. 119. II. Faſt. 387.

340. *Viſceribus laſſis*] *Laxis* in quatuor, & totidem *lapſis*; ſed hoc indicaret ex corpore cecidiſſe, ut apud Ovid. VIII. Met. 402. & Noſtrum IV. 566. ubi etiam *laxa* pro varia lectione in Hamb. pr. erat, *uberibus laſſis*, unde quis *uberibus laxis* probaret, non ego. *Viſcera laſſa* tot partubus, & etiam aetate: ut ita de terra Ovid. I. ex Pont. IV. 14.
Fructibus adſiduis laſſa ſeneſcit humus.

342. *Tori*] *Toro* Hamb. pr.

343. *Catonis Marcia*] Quaſi puderet ſecundi mariti, & nollet poſteritatem ſcire, ſe etiam Hortenſio nuptam fuiſſe, tamquam a Catone repudiatam & expulſam, contra ac Dido, quae nolebat inſcribi tumulo, ELISA SYCHAEI, apud Ovid. Epiſt. VII. 193. ubi vide notas.

344. *Nec dubium*] *Nec dubiam* Torriani quatuor.

346. *Laetorum comitem*] *Sociam* noſtri quinque, & aliorum nonnulli: utrumque habet, quo ſe tueatur; licet enim veteres Grammatici diſtinxerint, ut *comes* ſit viae, & omnium, ad quae peregre proficiſcentibus adſumuntur, *ſocius* vero conſiliorum, periculorum, & etiam laetorum; tamen hoc diſcrimen a paucis obſervatur, & propter exiguam differentiam ſaepe promiſcue dicunt *ſocium*, aut *comitem*. vid. Vavaſſ. de Uſu Verbor. pag. 28. Neque ego umquam negavi genitivum adjungi poſſe voci *comitis*, ſed ſoli Valerio intentus, neque de aliis auctoribus ſomnians, prius profeſſus me nihil temere mutare, blandientem mihi conjecturam ad Val. Fl. I. 763. *in caſus comitem*, dedi, quia ille Poëta aliis locis ita loqui ſolet: nec,

Accipis: in curas venio, partemque laborum.
Da mihi caſtra ſequi: cur tuta in pace relinquar,
Et ſit civili propior Cornelia bello?
Hae flexere virum voces, & tempora quamquam
Sunt aliena toris, jam fato in bella vocante,
Foedera ſola tamen, vanaque carentia pompa
Jura placent, ſacriſque deos admittere teſtes.
Feſta coronato non pendent limine ſerta,
Inſulaque in geminos diſcurrit candida poſtes,

Le-

quod ſciam, umquam genitivum, ſed dativum vel praepoſitionem cum accuſativo addiderit nonne haec ſatis juſta cauſa ſuſpicionis? quare, quum loquendi hic modus nihil habeat a vulgari conſuetudine alienum, & innumeri praeter eum ita locuti fuerint, nulla ſpecies erat fingendi, Lucanum ſibi potius propoſuiſſe imitandum, quam quemcumque alium. praeterea vellem me poſſe videre apertam imitationem Valerii, qui nihil commune habet cum Lucano, niſi vox *comitem alicujus*, in qua locutione vulgari non cogebatur, credo Valerius magis ſequi Lucanum, quam centum alios, & vulgarem uſum loquendi. Sic Virg. IX. 277. *Accipio & comitem caſus complector in omnes:* quem potius ſequutus videri poterat, cujus eſt perpetuus imitator Flaccus. Sic & *capere comites* idem II. Aen. 294. & Ovidius III. Met. 578. immo, quum ipſe interpres fateatur, ſe neque damnare *ſociam*, quae vox conjugii conjunctioni eſt accommodatiſſima, & tot codicibus firmetur, nihil opus erat, mea oblique tangere. Hic vero loci *comitem* etiam tueri quis poſſet, quia ſequitur, *Da mihi caſtra ſequi*, quae plena curarum & laborum futura erant. *partemque laboris* Richel. *in partemque* Lang. *parteſque* Rottend. ſec.

347. *Relinquor*] Ita maxima pars ſcriptorum; ſed fragm. S. German., *relinquar*. quod jam praetuli ſupr. ad vſ 315. *relinquor, Et ſit* Rottend. pr. *Tuta* vero ſc. ego, non *tuta in pace*, ut opponatur *propiori Corneliae*, ideoque praepoſitio omitti non poteſt.

351. *Sunt*] *Sint* quindecim libri. *ſit* Sixian. pr. *ſtant* Hamb. pr. quod unde reſciverit Oudendorpius neſcio: nam in notis ad Ovidium, ubi ter quaterve *ſtare* cum verbo *ſum* a librariis commutari notavi, hujus loci non memineram. forte ex Cl. Drakenborchii indicio, in notis ad Silium, ut alibi ſaepe.

352. *Foedera ſola tamen, variaque carentia pompa* &c.] Haec, credo, dixiſſe ſuffeciſſet, & poſt ſacra Diis facta, quae omittere non erat Catonis virtuti conveniens, deſinere, nec putidorum more concionatorum longo ordine, & multis verſibus memorare ritus, quos non adhibuerunt Cato & Marcia. Praeterea neſcio an non ineptior ideo Poëta videri poſſit, quia non veroſimile eſt, omnia iſta ſollemnia, quae cumulat more ſuo, adhibita fuiſſe in omnibus nuptiis, vel univerſa, nullo ritu omiſſo, umquam in aliquibus; certe non in ſecundis, & quidem ſenis & mulieris effoetae. Si juvenis virginem primae aetatis duxiſſet, potuiſſet forte indulgere loquacitati ſuae Lucanus; hic debuiſſet defungi ſola commemoratione ſacrorum & votorum, quae eſt illa *comprecatio*, quae fiebat ante omnes nuptias: ut apud Terent. Adel. IV. 5. *abi domum ac Deos comprecare*, & alibi ſaepe. Male quosdam de jurejurando, quo de divortio cavebatur, capere haec verba docet ſummus Gronovius ad Senec. Med. vſ. 127.

354. *Limine*] *Limite* Oiſel. Interpretatio Scholiaſtae mihi obſcura, niſi quod videatur

tur

Legitimaeque faces, gradibusque adclinis eburnis
Stat torus, & picto veſtes diſcriminat auro:
Turritaque premens frontem matrona corona,
Translata vetuit contingere limina planta.
Non timidum nuptae leviter tectura pudorem
Lutea demiſſos velarunt flammea vultus:
Balteus haud fluxos gemmis adſtrinxit amictus,
Colla monile decens, humeriſque haerentia primis
Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.

Sicut

tur inſulam hic de crinali capere, quia *antiarum* meminit, per quas potem lanam, qua poſtes aedium ornabantur, intelligi, ut recte alii interpretes. Heinſius malebat, *inſulave*. An hae *antiae* aliquid commune habeant cum *antibus* Virgilii II. Georg. 417. neſcio.

356. *Adclivis*] *Inclinis* Hamb. tert. multi, *adclinis*. Cort. *adclinus*. mox, *diſcriminet* S. Germ.

358. *Turritaque*] *Turrita atque* Thuan. quart. nuſquam legi, novam nuptam turritam coronam geſſiſſe, nec interpretes, qui haec de nova nupta capiunt, id docent: quare hos duos verſus ego cum aliis capio de matrona pronuba, quam talem coronam geſſiſſe probabilius eſt; praeſertim quum Juno pronuba in nummo Samiorum hac corona inſigniatur, per occaſionem nuptiarum Imperatoris Commodi, ut eum prodit & illuſtrat Triſtan. tom. I. Comment. pag. 739. Deinde matrona hoc quidem loco poſſet Marcia dici, ſed generatim agenti de nuptiarum ſollemnibus, omnes ſponſae intelligi debent, quae certe, ſi virgines (quarum nuptiis hi ritus praecipue erant uſitati) eſſent, matronae nondum dici poterant: praeterea nova nupta erat flammeo velata, ut mox ſequitur, & ideo duci debebat, ne offenderet. Quare hic *vetuit* legendum eſt, & de duce pronuba explicandum, quae cavet, ne ad limen pedes offenderet nova nupta. In noſtris codicibus pluribus etiam eſt quidem, *vitat*; ſed in tribus, *tranſlataque vetat*. in Thuan. ſec. *tranſlata vetat*. Heinſius avunculi ſui Rutgerſii *metuit* probabat.

360. *Non timidum*] *Tumidum* Thuan. tert. quod aliquis ex illis apud Val. Fl. VI. 449. *virginitate tremendam*. vel quod Statius II. Theb. 202. Argiae & Deiphilae det *virginitatem tumidam*, ubi vide Barthii notas, arripere poſſet. ſed *pudori* potius convenit *timidum*. Cortius vero iterum oblitus proſodicarum legum, dat nobis, *leviter tectura*: ſed *non leviter*, id eſt, ita tectura, ut tota facie eſſet velata: nam flammeum ita tegebat vultum, ut deſpicere non poſſet ſponſa, quod apparet ex figura, quam exhibui ad Petron. cap. XXVI. ubi Pſyche dicitur, *puellae caput involviſſe flammeolo*. quod *non leviter tectum* notat. vide ibi adnotationes.

361. *Demiſſos*] *Dimiſſos* Hamb. pr. & Thuan. ſec. *velarum* Hamb. tert. & S. Germani. utrumque perperam.

362. *Balteus*] *Balteos* Langerm. *aut fluxos* plurimi, ut fere ſemper variantur: & ideo videndum, an hoc vel illud melius conveniat. *adſtringit* Thuan. ſec. Rottend. tert. & Hamb. pr. Heinſius olim legebat, *laxos gemmis*, ſed mutavit, inductus loco ex lib. III. 239.

Fluxa coloratis adſtringunt carbaſa gemmis.
Sed & lib. VIII. 367. *laxas veſtes*, & *fluxa velamina*, & paſſim laxae & fluxae, ſive fluentes veſtes occurrunt. Ita *fluxiore cinctura* erat Caeſar apud Suet. XLV. Quare & hic unicuique eligendi alterutram lectionem arbi-

Sicut erat, maeſti ſervans lugubria cultus,
Quoque modo natos, hoc eſt amplexa maritum.
Obſita funerea celatur purpura lana.
Non ſoliti luſere ſales: nec more Sabino
Excepit triſtis convicia feſta maritus.
Pignora nulla domus, nulli coïere propinqui.
Junguntur taciti, contentique auſpice Bruto.
Ille nec horrificam ſancto dimovit ab ore

Cae-

bitrium eſto. Sed potior ſemper in talibus ſit auctoritas manu exaratorum codicum.

363. *Monile decens*] Qui credebant Poëtam etiam nunc morari in rebus, quae deerant his nuptiis, ſuppoſuere, *monile carent*, ut eſt in Rottend. pr. cujus librarius etiam putavit *carere* per archaiſmum poſſe accuſativum regere, vel *monile* poſſe poni pro *monili*. haereo tamen in hoc loco. nam licet addat Lucanus *decens* fuiſſe, id eſt, non pretioſum & luxuriae indicium, ſed ornamentum modicum, ut matronam decebat, ut ita *cultus decori* lib 1. 164. tamen in luctu & lugubribus matronam geſtare monile non videtur veroſimile. Et hoc cenſuiſſe videntur, qui ad hunc etiam verſum retrahunt *non*, ut jam Farnabius fecit, quod mihi durius videtur, quia tunc etiam ſuppara anguſta non debuiſſet habere, quae unico ſpiritu cum monili continentur, & ex communi verbo *cingunt* pendent. & ellipſis hic τῦ *ſed*, de qua ſupr. vſ. 86. debet admitti. Balteus haud adſtrinxit amictum, ſed monile decens cingit colla &c. Ignoramus maximam fere partem rei veſtiariae, & diverſos veſtes gerendi & mutandi modos, qui apud Romanos in uſu fuere. Sed ſi ex noſtrarum feminarum ingeniis Romanas aeſtimare liceret, conjici poſſet, ut in veſtibus, ita & in gemmis & lapidibus pretioſis variaſſe rebus laetis & luctuoſis. Noſtrates certe in luctu gemmis & lapidibus caris depoſitis, colla ſua atris & vilibus globulis, qui margaritarum ſaltem figuram, ſi non colorem, mentiuntur, circumdare ſolent. Et hoc *monile decens* in luctu poſſet dici. An Romanae id fecerint neſcio, ſed veſtibus mutatis, etiam ornamenta variaſſe credibile eſt. Hoc ergo monili decenti, & ſupparis anguſtis contenta, venit ad Catonem Marcia, ſicut erat, id eſt, ut domi ſolebat eſſe culta, & nunc recens a funere Hortenſii. *nudatos* vero debet exponi, qui aliter nudi forent ſine ſupparis. Haec interpretatio mihi commodiſſima videtur loci obſcuri, quem ſi quis repetito *non* velit capere. per me licet. Sed nudis lacertis veniſſe Marciam non credo, neque id moris fuiſſe matronis, ut viris, aliunde potui diſcere. In luctu, quum lacerarent crines, & veſtes, nudis lacertis fuiſſe poſſem mihi perſuadere, ut ita imago Romae muliebris adparet lib. 1. 189. alia res in puellis, quae amatores adliciebant, quas tamen ſola ſumma lacertorum parte volebat nudas eſſe Ovid. in Art. 309. ubi vide notas. & in Daphne, *nudos media plus parte lacertos* laudat 1. Met. 501. Quare verecundiores matronas tectas fuiſſe eſt probabile.

365. *Sic, ut erat,*] Parum referre puto, an ita ſcribatur, an *ſicut erat:* nam ſi etiam *ut erat* dicitur, cur non *ſic, ut erat, ſervans,* &c. ſatis haec formula a viris doctis illuſtrata.

366. *Obſita*] Hunc verſum Cortius praeponit praecedenti, *quoque modo*: & certe in ordine vulgato aliquid inconcinni videtur: & melius omnia cohaeſura puto, ſi ita legantur,

Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos,
Obſita funerea celatur purpura lana:

Sicut

Caeſariem, duroque admiſit gaudia vultu:
Ut primum tolli feralia viderat arma,
Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos
Paſſus erat, maeſtamque genis increſcere barbam.
Uni quippe vacat ſtudiis odiisque carenti,
Humanum lugere genus: nec foedera priſci
Sunt tentata tori: juſto quoque robur amori
Reſtitit. hi mores, haec duri immota Catonis

Se-

Sicut erat, maeſti ſervat lugubria cultus,
Quoque modo natos, hoc eſt amplexa maritum.

Servat eſt in decem noſtris, & nonnullis aliorum, & Cortio placuit. *vultus* erat in Voſſ. tert. per purpuram vero intelligo ſtolam, quae purpureo limbo nunc tegebatur lana, id eſt, palla funerea, pulli coloris. injeciſſe enim alias etiam ſtolae pallam docet Horat. I. Sat. II. 99.

Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla.

Velatur erat in quatuor libris, ſollemni varietate. ſed *celatur* hic magis luctui convenit. *complexa* etiam Barberin. *quoque modo* per tmeſim, ut etiam alibi noſter, pro *et quomodo* poni; & hinc ultimam in *modo* poſſe produci multis oſtendi ad Calpur. IV. 157. & Virgil. I. Georg. 419.

368. *Luſere ſales*] Pro, amici ſponſorum non luſere ſales ſolitos: eadem figura, qua ſupr. 273. Citat haec Serv. ad Virg. I. Aen. 35. ſic apud Senec de brevit. vitae, cap. VIII. *res omnium pretioſiſſima luditur*; ut omnes ſuos codices habere teſtatur Gruterus, non *re*.

370. *Pignora nulla domus*] Cortius, ut aliquid novaret, dedit nobis, *pignera*, quod puto ſaepius librariis debere nos, quam auctoribus: nam an credendum, nusquam *pignera* in veterum ſcriptis occurrere, aut eumdem Lucanum nunc *pignora*, nunc *pignera*, dediſſe? certe Cortii inconſtantiam videmus, qui aliis in locis, ut III. 33. VII. 347. VIII. 481. dedit *pignora*. & iterum lib. IV. 502. *pignera*: ſed omnia perquirere loca non vacat: certe Lucanum ita variaſſe vix credam. *domo* volebat Heinſius, quia *domos* erat in fragm. S. Germ. *nulli cogere* Barberin. vid. ad Ovid. Epiſt. VII. 123.

373. *Admiſit*] *Admittit* Thuan. ſec. *admovit* Hamb. pr.

374. *Ut primum*] Hinc uſque ad, *lugere genus*, parentheſin interponunt editi quidam, & Grotius, & Cortius: ſed ſuum quiſque ſequatur judicium, mihi non videtur neceſſaria. Simile de Caeſare narrat Suetonius cap. LXVII. poſt cladem Titurianam.

375. *Intonſos*] *Intonſus* Ed. Hortenſ. ſed vulgata eſt apud Schol. Horat. II. Od. 15. *rigidam frontem decreſcere canos*, Thuan. ſec. male. Sic *deſcendentes capillos* dixit Petron. cap. XVIII. ubi vide notas. Idem Thuan. verſu ſeq. ut & Hamb. pr. *horreſcere barbam*, quod, niſi *horrifica caeſaries* praeceſſiſſet, non diſpliceret. vid. Oudend. & nos ad Petron. XCIX. *maeſtam* barbam dixit, ut *maeſtos crines* Virgil. IX. Aen. 35. ubi Heinſii & meae notae videndae.

377. *Studiisque*] Omnes fere noſtri, *ſtudiis odiisque*, & ita Stephanus & alii ediderunt.

379 *Tentata*] *Concepta* Hamb. tert. quod plus eſt, ut ne mentem quidem ſubierit coitus cogitatio, etiam legitimi & conjugalis. ita *concipere iras*, *ſpem*, *aethera* &c. ſaepe Ovidius & alii. *juſto quos* vitioſe ediderunt Gryph. in majore, & Colin. in minore editione.

380. *Duri*] *Dura* Rottend. pr.

Secta fuit, ſervare modum, finemque tenere,
Naturamque ſequi, patriaeque impendere vitam;
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulae, viciſſe famem: magnique penates,
Submoviſſe hiemem tecto: pretioſaque veſtis,

Hir-

381. *Servare modum*] Nota ſatis locutio, ut & *juris noſſe modum* IX. 191. ſed hanc locutionem reddendam forte ſuſpicor Statii vexato loco lib. V. Silv. III. 170 de Bajanis aquis calidis,

Mediis alte permixtus anhelat
Ignis aquis, & operta domos incendia ſervant.

Vid. interpretes varie haec explicantes. Marklandus, quia in uno Velleji loco *domi* & *animi* confuſa reperit, hinc *ſervare animos* corrigit, & in contextum immiſit: ſed rectius *ſervare modos* ſcripſiſſet, id eſt, ignem non omnem vim exſerere, ſed mixtum aquis modice calere. & ipſe Silv. II. 75. hac ex variatione *diſpenſata modos* dedit pro *domos*. & obvia eſt harum vocum permutatio, ut notavimus ad Ovid. II. Art. 361. & ſaepe alibi.

382 *Patriaeque impendere vitam*] Sic apud Stat. V. Sil. I. 63.

Intemerata mori vitamque impendere famae.

ubi neſcio cur *rependere* voluerit Marklandus, quum ſenſus ſit, malle mori, quam turpiter vivere. *rependere*, ipſo interprete, eſt ſolvere. Quid vero eſt ſolvere vitam pro fama, quod deberet notare, pretium famae ſolvere vitam, ſive pro vita famam reddere, ut praemium. nam hanc vocis *rependere* vim eſſe docui ad Phaedr. prolog. lib. II. ubi exempla adduxi, quae poſtea Marklandus huc contulit: ſaltem correxiſſet, *vitamque rependere fama*, ut Heinſius volebat. Sed nec hoc ſatis concinnum. Lucretia impendit vitam famae, ſed non rependit fama, id eſt, compenſavit fama, ſed impendit, profudit, ut ſemper fama caſtae mulieris frueretur ejus memoria. infr. h. l. 569. *aetas impenſa labori*.

383. *Toti*] *Toto* ſeptem: perperam vulgatum ſervavit etiam Joh. Sarisb. lib. I. cap. 5. eadem ratio, quae, *non ſibi ſed patriae vincere*. vid. ad vſ. 323. *toto* pro *toti* non eſt ex Lucani more. Cicer. pro Marcell. VIII. *tum id audirem, ſi tibi ſoli viveres, aut ſi tibi etiam ſoli natus eſſes.*

384 *Huic epulae*] Vid. Valer. Fl. VI. 333. *Aſt epulae quodcumque pecus: Penatis* Fragm. S. Germ.

386. *Hirtam membra ſuper Romani more Quiritis*] *Membris Romani* Thuan. ſec. ut aliquid deſit, vel pro *hirtam* fuerit alia vox triſyllaba. ut *hirſutam*, vel ſimilis. ſed *hirtam* veſtem non moveo. vid. ad Quinctil. lib. X. 12. potius credo interpretem, quia uſitatior erat conſtructio *inducere membris*, quam *ſuper membra*, adſcripſiſſe, *membris*. vid. ad Suet. Aug. XCII. Haerent interpretes in illis *Romani more Quiritis*, pro quo alii, *Romano more*, quod quidem in nullo hodie codicum exſtat, quos nos vel alii inſpexerunt; ſed tamen in MSS. olim etiam fuiſſe lectum docet auctor Chronici, qui ſolis ſcriptis libris uti potuit, quem edidit Pez. tom. I. Rer. Auſtriac. p. 866. qui ita citat. & tum diſtinguendum foret,

Hirtam membra ſuper, Romano more, Quiritis
Induxiſſe togam,

& tunc *toga Quiritis* cum Oudendorpio explicanda de plebeja, omnibus communi, nam *Romanus Quiris*, an uſquam occurrat, neſcio; certe ego me legiſſe non memini. ſingulari numero *Quiris*, & *Populus Romanus Quiritium* ſaepe invenitur. Cortius ait, virum doctum legere, *Romani more Quirini*, ſed *Romanus Quirinus* inſolentius eſſet dictum, quam *Romanus Quiris*, niſi quis Romulum vellet intelligere: ſed ejus veſtem Catonem aemulatum fuiſſe non puto. ille enim trabeatus erat. vid. Virg. VII. Aen. 187. & 612. Cogitabam aliquando, *Romani* eſſe gloſſam τ *Quiritis*, & olim aliam fuiſſe vocem lectam,

Hirtam membra ſuper, Romani more Quiritis,
Induxiſſe togam: Veneriſque huic maximus uſus,
Progenies; Urbi pater eſt, Urbique maritus:
Juſtitiae cultor, rigidi ſervator honeſti:
In commune bonus: nulloſque Catonis in actus
Sub-

ctam, ut *majorum more*, vel ſimile quid: nam vult Lucanus Catonem ſine tunica, ut olim moris erat, inceſſiſſe: unde dicit induxiſſe togam *ſuper membra*, ſcilicet nuda, non *ſuper tunicam*; quod an vere dixerit, nunc non inquiro.

387. *Veneriſque*] *Veneris* Thuan. ſec. & duo Hamb. *Veneriſque hic* multi; mox, *urbique miniſter* Oiſel.

389. *Juſtitiae cultor*] Nullum vidi ſcriptum aut editum codicem, in quo *cuſtos* exſtat, & tamen ita edidit Cortius, & ſine dubio in notis ſuis *cultorem* a Gloſſatore profectum docuiſſet latius, & loca produxiſſet ex aliis, ubi *cuſtos juſtitiae*, *juris* & ſimilium occurrit, & alia, ubi *cuſtos* & *cultor* variantur. ut apud Tibul. I. I. 24. Ovid. I. ex Pont. III. 55. ubi pro *agri & campi cultore carentes*, poſt editum, inveni in MS. Puteaneo, *cuſtode*, ſed male: nam & noſter IX. 162. *vacuos cultoribus agros*. & Virg. VIII. Aen. 8. *latos vaſtant cultoribus agros*. ſed ſup. lib. I. 26. *nullae domus cuſtode tenentur*. Jam minus eſt *cuſtos*, quam *cultor* juris, aequi, &c. qui colit enim, tamquam numen obſervat & reveretur, qui cuſtodit, cavet ne contra leges peccetur. Sed illae emendationes ex gloſſatoris expoſitionibus ſunt, ut gladius Delphicus, & caute admittendae, quia eodem jure hic *cuſtos* poſſet dici interpretatio *ſ. cultor*, quo ab alio *cultor*, *ſ. cuſtos*. quare nihil movendum. Ovid. V. Met. 200.

Aequi cultor timiduſque Deorum.

Martial. X. 37.

Juris & aequarum cultor ſanctiſſime legum.

Aemulatur vero hic Lucanus Maronem, apud quem II. Aen. 426. Ripheus dicitur,

Juſtiſſimus unus
Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus aequi.

Mox iterum, ſive *rigidus*, ſive *rigidi* legas, parum intereſt.

391. *Subrepſit*] *Subretet* Hamb. pr.

391. *Sibi nata voluptas*] Obſcurum hoc & ambiguum, an *nata* voluptas tulit *ſibi* partem, an *nata ſibi* voluptas. *Partem ferre* dicitur, qui commune aliquid cum alio habet, qui particeps eſt. Ovid XIV. Met. 24.

Partem ferat ille caloris.

& ita *in partem venire*, & *plus parte habere*, non aequam, ſed majorem ferre, de quo vid. Heinſ. ad Ovid. III. Triſt. III. 16. Aliter Terent. Adel. I. 2. *ego illi maximam partem fero*, id eſt, ſi quid illic eſt damni, ego maximum ſentio. nam *illi* eſt pro *illic*. Sed hic *ſibi* quum ſit additum, ſenſus eſſet, voluptatem nihil ſibi tuliſſe, vel abſtuliſſe integro Catoni, qui, totum ſe aequo & virtuti dedens, vacabat tantum Veneri, ut prole augeret rempubl. ut patriae maritus, non ut voluptati indulgeret: atque haec ſatis procedere poſſunt; ſed quid eſt *ſibi nata voluptas*, an, ut alii capiunt & exponunt, *naturalis*? quis vero eo ſenſu umquam *natam voluptatem* dixit? quae contra notare deberet ſubitam, ut *naſci* dicitur *occaſio*, *oratio*, *argumentum*, *epiſtola*, & ſimilia apud Cicenem, Terentium & alios. Quare ego libenter amplector Heinſii emendationem, *ſibi nota voluptas*. & hunc eſſe ſenſum credo. Catonem non voluptatis, ſed urbis & boni publica cauſſa, uxorem duxiſſe, ut progeniem haberet, nec in ejus actus ſubrepſiſſe, aut partem tuliſſe, voluptatem concubitus, etiam quum uxore ducta jam *nota* ipſi eſſet concubitus voluptas; & ideo deberet ea capi & delectari, quum ante matrimonium Venerem & mulieris uſum ignoraverit: *partemque* vero eſt, ut modo vidimus, *neque partem*; quae negatio, in *nullis* latens, hic repetenda, vel le-

Subrepſit, partemque tulit ſibi nata voluptas.
Interea trepido diſcedens agmine Magnus,
Moenia Dardani tenuit Campana coloni.
Haec placuit belli ſedes, hinc ſumma moventis
Hoſtis in occurſum ſparſas extendere partes,
Umbroſis mediam qua collibus Appenninus
Erigit Italiam, nulloque a vertice tellus

Al-

legendum, *partemve*. Expreſſit vero hic iterum Lucanus Virgilium, qui lib. III. Georg. 130.

Atque ubi concubitus primos jam nota voluptas Sollicitat.

Quem locum non recte puto veteres Grammaticos explicuiſſe. eſt enim jam *nota*, quam jam ſentire & noſcere incipiunt, & antea ignorabant. Sic idem Maro lib. VIII. Aen. 383.

notusque medullas Intravit calor.

Propertius etiam, quum, nocte cum Cynthia exacta, collegiſſet magna gaudia, exclamat lib. II. XI. 15.

Atque utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet Conditio. cineri nunc medicina datur.

Ubi tamen Heinſius malebat, *nata*; ſed perperam. nota fuit ſero illi voluptas: ipſe optaverat diu antea eam ſenſiſſe, & expertum fuiſſe, quum maceraretur amore, quia faſtuoſa & lenta erat amica: licet ergo jam Catoni nota eſſent concubitus gaudia & dulcedo, nullam tamen partem tulit voluptas, nec effecit, ut Cato relicto virtutis & juſtitiae ſtudio, actus ſuos pollueret & interrumperet, ſed manſit integer & inviolatus. Potuiſſet ergo dicere, quod Aelius Verus apud Spartian. cap. v. ſed alio paullum ſenſu, *uxorem eſſe dignitatis, non voluptatis nomen*, dicebat. Qui melius expedierit hunc locum, ei libenter manus dabo. *voluntas* Thuan. quart.

392. *Diſcedens*] Non mutandum credo; nam *trepido agmini* melius convenit, & honeſtiori vocabulo ejus turpis fuga ex urbe notatur. quare fruſtra in Hamb. pr. *deſcendens*, licet in inferiorem Italiae partem fugerit: nec *decedens* Thuanei ſec. probum eſt.

394. *Placuit belli*] *Placuit illi* Thuan. ſec. *ſumma voventi* Hamb. tert a m. ſec. *moventi* undecim; *moventem* Thuan. pr. & Barberini, ut ad Pompejum referatur. quod & invenit in ſuis Cortius, nec diſplicere teſtatur; & miror non adreptum: nam defendi poteſt ex illis, quae ſupr. ad vſ. 149. diximus. in Oiſel. eraſa erat vetus lectio. credo ulcus latere.

397. *Nullo qua vertice*] *Nullo quo vertice* Thuan. quart. quod Cortius recepit, ſed tunc dicendum foret; *nulla quo vertice tellus altius intumuit*, ut in Hamb. tert. erat, *nulla qui*. & mox 408. *Quoque magis nullum tellus ſe ſolvit in amnem.* In Servio ad XII. Aen. 703. *nullo quoque vertice*, erat in Baſilienſi editione. Sed forte nobis Cortius exempla dediſſet, quibus firmaſſet, hanc enallagen. quare maxime mihi arridet, *nulloque a vertice*, quod plurimi praeferunt, & ita laudavit Gobelinus in Coſmodromio Aetat. I. pag. 10. edit. Meibom. deinde *propiusve* edidit Cortius, etiam ſine libris auctoribus, vid. ad Plin. II. epiſt. 17. §. 18. *Olympum* me olim voluiſſe verum eſt, ſed interpretabar, nullum magis altitudine ſimilem fuiſſe Olympo. nam Apenninum vicinum fuiſſe Olympo, aut Olympum pro coelo me cepiſſe, nemo, credo, mihi adſcribet. vid. ad Sil. Ital. XIV. 26.

399. *Mons inter geminas medius*] *Mons inter medius geminas* Sixii, Rottend. ſec. & Barberin.

400. *Coercent*] *Coercet* Hamb. duo Langerm. & Barber. & aliorum Codices, & etiam nonnullae editiones, ut conveniret non τῷ *Piſae*, ſed *Anconi*, qualia quidem hic & illic

Altius intumuit, propiuſque acceſſit Olympo.
Mons inter geminas medius ſe porrigit undas
Inferni Superique maris: colleſque coërcent
Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Piſae,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminaque in gemini ſpargit divortia ponti.

In-

illic forte occurrunt, & ſimiles fere conſtructiones videbimus ad lib. IV. 619. & alibi: ſed tamen inter tot exempla vix video unum, ubi verbum praecedit ſingulare, deinde interjecto plurali, tam longo intervallo, ſequatur demum ſingulare nomen. non tamen nego poſſe reperiri, ſed, quoad videro, vulgatum retinebo.

401. *Vado*] *Vago* Gobelinus d. l. mox, *illic* fragm. S Germ. *obnixia* S. Germ.

403. *Fontibus hic vaſtis*] *Hinc* quatuor libri, quod poſſet explicari, poſtquam ex Alpibus excurrit in Italiam. Sed ſemper *fontes* illi *vaſti* mihi ſtomachum moverunt, ut qui noveram dixiſſe, ex naturae veritate & ingenio, Ovidium Remed. Am. vſ. 95.

Flumina pauca vides magnis de fontibus orta?
Plurima collectis multiplicantur aquis.

ubi vide alia adnotata. Sed objiciet quis Lucanum etiam dixiſſe lib. IV. 117.

Vaſtos obliquent flumina fontes.

Sed ibi non agit de primis fontibus, qui *concipiuntur* ut hic, ſed de flumine jam aucto, ut etiam mox vſ. 419 *caſuri in aequora fontes*, & ſaepe Poëtae *fontes*, ubi jam magna eſt aquarum copia, vocare ſolent, quod hic locum non habet. vid. inf. III. 235. quare, ut olim in Horatio I. Od. 29. non poteram *arduos fontes* tolerare, ſed mutabam in *montes*, in notis ad Ovid XIII. Met. 964. ita hic quoque ſuſpicor ſcribendum, *montibus hic vaſtis*, & ita reperiebam in uno Voſſiano & in Thuaneo a ſec. manu, & in ſuis etiam Oudendorp. invenit. Aliud vero eſt fluvius *multis fontibus* conceptus, aliud *vaſtis*. Jam omnes fere fluvios in montibus & locis editis concipi & naſci conſtat. vide ad d. Ovidii locum. Unde patebit ſaepe *fontes* & *montes* a librariis confuſos. hinc jam Homerus Iliad. Δ. 452.

χείμαῤῥοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες.

& Tryphiodoro vſ. 189 *ποταμὸς* dicitur *ὀρεστρεφὴς*, & ita noſter vſ. 421. Tibridis fontem ex monte hoc deducit, & 485. *montanis fontibus exire* fluvium dicit. Ita Propert. II. XV. 10.

Nec vaga muſcoſis flumina fuſa jugis.

Ubi *juga* montes deſignant, in quorum antris fluvii jacentes finguntur ex urna aquam effundere, ut recte Paſſeratius, & illuſtrat ex alio loco Eleg. XXIII. 27.

Libeat tibi, Cynthia, mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.

Quare neminem fore puto, quin *vaſtos* potius *montes* (ut, cui Apenninum modo comparavit, Olympus *vaſtus* dicitur Ovid. II. Met. 60) quam *fontes*, dixiſſe noſtrum credat. Praecipue hoc epitheton Apennino proprium, qui non altitudine modo in quibusdam partibus inſignis, ſed longiſſimo ſpatio dividit Italiam, & magnam partem, in primis, ubi Alpibus propior eſt, horridus & incultus eſt, & deinde demum, ut noſter dicit, fit *Umbris Marſiſque ferax*, ubi humilior, *umbroſos colles*, ut vſ. 396. oſtentat. Nec offendat, quod Apenninus, qui ipſe mons eſt, dicatur *montibus* concipere amnes: quum totus quantus eſt, Apenninus eſt & dicitur, ſed montibus pluribus extenditur perpetuo quodam jugo, & hic & illic etiam altior & depreſſior, variis nominibus appellatur: eodem modo ut Taurus, qui ſe *vaſte attollit*, & deinde in varios montes extenditur. vid. Me-

In laevum cecidere latus, veloxque Metaurus,
Cruſtumiumque rapax, & junctus Sapis Iſauro,
Sennaque, & Hadriacas qui verberat Aufidus undas:
Quoque magis nullum tellus ſe ſolvit in amnem,
Eridanus, fractasque evolvit in aequora ſilvas,
Heſperiamque exhaurit aquis. Hunc fabula primum
Populea fluvium ripas umbraſſe corona:
Quumque diem pronum tranſverſo limite ducens,
Suc-

lam lib. I. cap. 15. & hinc Claudian. VI. Conſ Honor. 285.

—— *Ad montes reliquos cum robore ceſſi,*
Quos Apenninum perhibent.

& Strabo lib. V. τὰ Ἀπέννινα ὄρη vocat. vid. Cluver. Ital. lib. I. 4. eodem modo Statius I. Theb. 330.

Sedens in plana Cithaeron
Porrigitur, laſſumque inclinat ab aequore montem.

ut Cithaeron, quaſi deus vel genius, montem ſuum inclinare dicatur.

406. *Cruſtumiumque*] *Craſtumiumque crapax* fragm. S. Germ. *Cruſtimium* Sixii. in *Sapi* admodum variant codices. *Japis* duo, *Jaſpis* tres, *juncto Sapiſis auro* Thuan. & Barberin. qui, ſi recte diſtinguas litteras, vulgatae conſentiunt lectioni. *Apiſus* Rotten. pr. *Sapis* quatuor. *junctus Iſapis* in marg. Ed. majoris Gryph. in minore in textu, ut & Grotius edidit. *juncto* octo: *adjunctus* Hamb. ſec. aliter etiam Cortii MS. ubi conjectura viri docti, & *junctus Sape Piſauro*, unde ipſe, & *juncto Sape Piſauro*, Voſſii nempe ſcrinia compilans, aliquid diverſi voluit proferre. deinde, *Sennaque* plurimi, *Scenaque* tres, *Saeaque* Thuan. ſec. ſed in his non haerebimus.

408. *Magis*] *Majus* fragm. S. Germ. *ſe volvit* Thuan. ſec. *Se ſolvit* vero explico, quum rapta pars terrae proxima fluvio, diſſolvitur vi aquarum, & rapitur. quod libr. VI. 272. *ſuccubuit ſi tellus, ruit* dicit. Et ita in quibusdam codicibus inf. vſ. 136. *terrasque reſolveret aequor*. vid. etiam ad IX. 451. & ita homines adſtricti antea dolore, *ſe ſolvere luctu* dicuntur a Virgil. II. Aen. 26. ubi vide.

409. *Fractas*] *Raptas*, ut Voſſianus, ſatis tueri locum poteſt, vid. ad Ovid. VIII. Met. 553. licet ſaepe in ſimili re Poëtae, & *fractas*, & *raptas*, & *tractas* arbores nobis ingerant. Sed *raptas* plus eſſe puto, quam *fractas*: illud enim notat arbores radicitus evulſas a fluvio rapi, quum frangi poſſint radicibus manentibus. *Raptas* forte ſcriptum erat, unde gloſſator *fractas* fecerat. *Tractas* etiam potuit fuiſſe. Sic JCtus Cajus in l. VII. §. 2. de Acquir. Rer. dom. *Si vis fluminis partem aliquam ex tuo praedio detraxit, palam eſt eam tuam permanere. Plane, ſi longiore tempore meo haeſerit, arboresque, quas ſecum traxerit, in meum fundum egerint radices, ex eo tempore videntur meo fundo acquiſitae eſſe.* Ubi arbores ſine fundo, certe cum modica terra, *tractae* intelligi debent. nam ſi cum fundo alieno detractae eſſent, in meo fundo radices agere non poſſunt, ſed tunc pars fundi alieni cum arboribus meo adhaeſiſſet: vide & l. IX. §. 2. de damn. infect. quae hanc illuſtrat. Heinſius malebat, *ſtratas*, ſed hoc longius abit a ſcriptis. vid. ad Ovid. VIII. Met. 553. & ad Virgil. II. Aen. 499. Deinde, *evolvit*, quod in Thuan. quart. Rott. tert. & Langerm. eſt, non diſplicet: nam ab ipſo uſque fonte fluvius *devolvit* res alveo ſuo, ſed hic, ubi de oſtiis agitur, *evolvit* praeſtat. Virgil. V. Aen. 807.

Nec reperire viam, atque evolvere poſſet
In mare ſe Xanthus.

Plin.

Succendit Phaëthon flagrantibus aethera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta,
Hunc habuiſſe pares Phoebeis ignibus undas.
Non minor hic Nilo, ſi non per plana jacentis
Aegypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Non minor hic Hiſtro, niſi quod, dum permeat orbem
Hiſter, caſuros in quaelibet aequora fontes
Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.

Dexté-

Plin. lib. IV. 12. *Evolvitur ſex fluminibus in Pontum Danubius.* & ita paſſim. *Devolvitur aqua e montibus oriunda* Columel. I. 5. vid. ad Ovid. VIII. Met. 586. *fractas qui volvit* Waddel. in Animadv. Criticis *pag.* 126. ſed *evolvit* proprie magis, ut dixi: & hinc apparet diſcrimen cum cura ſcribentium. Eadem vero varietas in alia re infr. vſ. 491. *in aequore* etiam quatuor libri. Sed, quod video non animadvertiſſe interpretes, memorat hic Lucanus inter fluvios ex Apennino ortos Eridanum, quem ex monte Veſulo naſci omnes tradunt, qui eſt pars Alpium, jam in Galliam obverſarum. Excuſemus & hunc errorem, quia, *oſtia ſola Eridani* commemorans inconſiderate eum junxit aliis fluminibus, Apennino originem debentibus, & quia unum ex oſtiis proprio nomine Eridanus vocabatur, de fonte fluvii non cogitabat. Qui tamen error efficere debet, ut *evolvitur* legatur. Nimia praeterea magniloquentia dicit, *Eridanum Heſperiam exhaurire aquis*, quia tot alios fluvios in ſe labentes abſorbet: nam aliter potius implet ſaepe nimiis aquis, Italiaeque, & vicinis regionibus nocet inundationibus crebris, ut & hodie facere ſolet, potius quam ut ſiccitate incommodet. Et ita olim factum etiam docet noſter lib. VI. 272. *Exhauſit* etiam Hamb. tert.

411. *Fluvium*] *Fluvii* Turrian.

412. *Limite ducens*] *Limite mundi* Thuan. ſec. *ſuccedit* quart. *fragrantibus* Oiſel.

415. *Hinc*] *Hunc* Richel.

416. *Minor hic*] *Hoc Nilus*, & mox, *hoc Hiſter* Waddel. Animad. Critic. p. 128. de eo nemo dubitat, nec opus erat hoc ut ſingulare quid & ignotum vulgo memorare. Sed Lucanus in augenda Eridani ultra modum magnitudine verſatur. Quare illum non minorem Nilo & Iſtro debuit fingere. Sed immane quantum Eridanus minor eſt his fluviis. Apud Serv. ad Virgil. I. Georg. 482. in quibusdam codicibus, *niſi quod per plana.*

417. *Libycas*] *Libyas* Thuan. pr. quod avide, ut ſolebat, arripuit Cortius, cujus MS. *Libycis arenis.* *Stagnaret* non placet Gujeto, qui *vectaret.* Nimirum non potuit, accuſativum adjungi huic verbo, pati, ſed vide Barth. & Markl. ad Stat. III. Silv. II. 110. nolim tamen huc referre illud Juſtini XXXVII. 2. *ſe ſtagnavit adverſus inſidias exquiſitioribus remediis*, quia in eo loco haereo. *Stagnaret Nilus* Oiſel.

418. *Dum permeat*] *Dum permaneat* fragm. S. Germ.

419. *Caſuros*] *Caſuras* Thuan. pr. *in quemlibet* Barber. Obſcurior & hic locus mihi videtur: non enim de Danubio intelligit, *caſuros fontes*, quaſi ille ut, quidam etiam tradidere, & in his Mela, etiam in Adriaticum mare exiret; ſed de fluminibus, quae hic *fontes* vocat, (vid ſupr. vſ. 403.) quae in eum cadunt, quae niſi in curſu ſuo obvium haberent Danubium, & ab eo exciperentur, caſura eſſent in quaelibet alia maria; ſed interrupit Hiſter eorum curſus, & cum ſuo alveo avertit ea in Pontum Euxinum, ſive *Scythicas undas*, quo ſecum trahit. *Caſuri*

Dextériora petens montis declinia Thybrim
Unda facit, Rutubamque cavum. delabitur inde
Vulturnusque celer, nocturnaeque editor aurae
Sarnus, & umbroſae Liris per regna Maricae
Veſtinis impulſus aquis, radensque Salerni
Culta Siler, nullasque vado qui Macra moratus
Alnos, vicinae procurrit in aequora Lunae.
Longior educto qua ſurgit in aëra dorſo,

Gal-

ſuri hic debet capi, pro qui caſuri eſſent. Sic Stat. IX. Theb. 255.

Evaſurumque relicto
Amne Libam, ni fata vetent. Noſter lib. V. 365. *tam magna juventus privatum factura timet*, id eſt, quem potuiſſet privatum facere. Et ita infr. vſ. 492. *ſolutus*, pro ſi ſolutus fuiſſet, & ſaepe alibi: vid. IV. 714. Velim vero in codice quodam, ut centies variant, pro *accipit*, eſſet *excipit*; ut variatur infra lib. IX. 448. Sic apud Ovid. II. Art. Am. 345.

Naſcitur exiguus, ſed vires acquirit eundo,
Quaque venit multas, accipit amnis aquas
ubi ex Juniano codice Heinſius in ora libri notavit, *excipit*. Diverſa paullum ratio eſt illorum lib. X. 318. de Cataracte Nili.

Quum lapſus abrupta viarum
Excepere tuos
Sed tamen in eo ſimilis, ut quaſi gremio ſuo excipiant, & ſimul interrumpant curſum. Et ut hic flumine magno & longo, ita Pomp. Mela de perpetuo Aſiae tractu a mari Eoo continua ſerie procurrente, usque dum veniat ad mare mediterraneum, ubi dicit lib. I. 2. *media noſtris aequoribus excipitur*: & ita curſus ejus rectus ibi ſiſtitur, & hinc ſiniſtrorſum & dextrorſum abit in Aegyptum & Scythiam. Sed media Aſia & minor quaſi ſinu & gremio mediterranei maris excipitur. vide mox vſ. 429. & ad lib. VI. 239. ſed quum codices nihil mutent, & *accipere* fluvii alios recte dici poſſint, non novare aliquid, melius erit. vid. & IV. 87. & VI. 374.

421. *Dexteriora petens*] *Duxteriora* fragm. S. Germ. *patens* Rottend. pr. a m. pr. *proclivia* Thuan. pr Hamb. pr. & Richel. De voce *cavus* vid. ad lib. I. 396.

423. *Editor*] *Exitus* Rott. pr. Ex pervigilio Veneris huc adducebat Cl. Dorvillius,

Lucidi roris, noctis aura quem reliquit.

424. *Lyris*] *Liris* optimi: *Miricae* Oiſel. *rodens* etiam Turr. parum refert. *Tecta Siler* multi, unde Heinſius *teſqua*. ſed vide ad lib. I. 400.

427. *Alnos*] *Alnus* Rott tert. *percurrit* editiones nonnullae & Cortius; noſtri omnes, *procurrit*, ut apud Ovid. IV. Faſt. 419.

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in aequor.
& ita alii paſſim: vid. & inf. vſ. 614 *excurrere* etiam ſaepe occurrit, ut inf. IV. 405. & apud alios.

428. *Longior educto qua ſurgit in aëra dorſo*] Menda carere hunc locum negat Cortius, ſed divinandum relinquit, in qua voce lateat. Ego nullam fere varietatem vidi, quae ſenſum mutet, ut *longius* & *in aëre*, vel *aethera*, habet unus & alter. An verbum *educto* non placuerit? ſed hoc elegans, de omni re, ſive natura, ſive manu in altum ſurgente. Statius VI. Theb. 92.

Saltusque educta Lyceos
Extulerat ſuper aſtra caput.
de aedificiis idem, lib. V. Silv. III. 17.

Par templis opus, aeriamque educere molem.
& Virgilius II. Aen. 186.

coeloque educere juſſit.
& ita paſſim *ducere* & *educere* de ſtructuris. An pro *ſurgit* maluerit, *ſurget*; ſed nec hoc mutandum cenſeo, quia centies de monti-

bus

Gallica rura videt, devexaſque excipit Alpes.
Tunc Umbris Marſiſque ferax, domituſque Sabello
Vomere, piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Latii populos, non deſerit ante
Heſperiam, quam quum Scyllaeis clauditur undis,
Extenditque ſuas in templa Lacinia rupes,
Longior Italia, donec confinia pontus
Solveret incumbens, terraſque repelleret aequor.

At

bus occurrit, nec *dorſo*, quod de longo jugo montium obvium: quare hinc colligere licet, quid perdiderimus notis ejus adhuc ſuppreſſis.

429. *Adſpicit*] Verum eſt, *videre* & *adſpicere* aliquando jungi, ſed quodam etiam diſcrimine, de quo egimus ad Nemes. I. Ecl. 34. ſed tamen & hic elegantius puto, *excipit*, quod in tribus etiam noſtris conſpicitur, & merito recepit Cortius, ſecutus judicium Grotii. Sed Oudendorpius *adſpicit* praefert, poſtquam & *excipit* pro ſequitur explicuerat: ſed vid. ſupr. ad vſ. 420. Et hoc τῷ *devexas* melius convenit, quaſi Alpes deſcendant in Italiam, & Apennino junctae ab eo excipiantur. Sic de Haemo lib. V. 176.

Qua juga devexus Pharſalia porrigit Haemus.

ubi Haemum in Theſſaliam extendi, licet non accurate, adfirmat. Ovid. VIII. Met. 330.

—— —— —— —— *Silva*
Incipit a plano, devexaque proſpicit arva.

quod faveret τῷ *adſpicit*. ſed hic de monte, non planis arvis agitur. Huc quoque facit deſcriptio Cithaeronis apud Stat. I. Theb. 330.

Inde plagam, qua molle ſedens in plana Cithaeron
Porrigitur, laſſumque inclinat ad aequora montem.

ubi Lutatius *laſſum* montem, qui in hanc partem devexus amiſerit in excelſa vires creſcendi, explicat.

431. *Piniferis*] *Pinnigeris* Thuan. pr. pro *pinigeris*, ſolita inter nomina *e gero* & *fero* compoſita variatione. MSS. Cortii, *pumiferis*, ex quo ille nobis procudit, *pomiferis.* Sed nec ipſe, credo, Cortius, ſi plantaria inſtitueret, in rupibus pometa vellet ponere, quorum fructus ventus cito decuteret, & quae prudentes hortorum cultores in locis planis & ad fluviorum ripas collocarent: unde *pomiferi amnes*, de quibus vide Heins. ad Ovid. III. Amor. VI. 46. *omnis* Cortius, quod hic pro *omnes* capio.

433. *Scyllaeis clauditur undis*] Cortius conjicit, *Scylaceis*: noverat nempe Heinſium etiam apud Ovid. lib. XV. Met. 702. pro *Scyllaeaque litora*, repoſuiſſe, *Scylaceaque*, ex cujus notis potuiſſet ſuas locupletare. Nec tamen abſurda eſt conjectura, niſi quod Scylaceo ſinu non finitur Apenninus, ſed freto Siculo interruptus olim, ut traditur, in ipſam Siciliam ſe extendit. Scylaceum vero a Scylla, quae ad fretum, longius diſtat. Quare etiam Heinſius hic emendaſſe videtur *plauditur*, quod ſpeciem habet, ſi *Scylaceis* legatur, quia Scylaceus ſinus poteſt dici adluere montem, qui ibi nondum finitur, ut docent ſeqq. *Extenditque* &c. & de fine ejus demum agit vſ. 438. *clauditur antris* ego in nullo inveni. Pro *extenditque* Cortii MS. *attollitque.* Intelligit vero divortium montis in Calabria, cujus unum cornu ad Salentinum promontorium, alterum ad Fretum excurrit.

435. *Pontus*] Nihil eſſe hic novandum patebit ex illis, quae dixi ad Valer. Flac. II. 618.

436. *Repelleret*] *Repelleris* Thuan. tert. unde Heinſius, *revelleret.* Sed & vulgata ſervari poteſt, quia *repellere* non tantum notat, propulſare obvium & irruentem, ſed

At poſtquam gemino tellus eliſa profundo eſt,
Extremi colles Siculo ceſſere Peloro.
Caeſar in arma furens, nullas, niſi ſanguine fuſo,
Gaudet habere vias, quod non terat hoſte vacantes
Heſperiae fines, vacuosque irrumpat in agros,
Atque ipſum non perdat iter, conſertaque bellis
Bella gerat. non tam portas intrare patentes,
Quam fregiſſe, juvat: nec tam patiente colono
Arva premi, quam ſi ferro populetur, & igni.
Conceſſa pudet ire via, civemque videri.

Tunc

ſaepe pro loco movere, expellere, ſolet ſumi. Ita apud Cicer. pro Quint. cap. I. *Veritas ex hoc loco repulſa vi & gratia, locum, ubi conſiſtat, reperire non poteſt*, ubi in MSS. qnibusdam eſt *expulſa*, quod interpretis eſt. Apud Sil. Ital. III. 591. Hannibal. *Latio repulſus* dicitur, in quam irruentem repellere non potuere Romani, ſed quum diu in ea, ut in altera patria haeſiſſet, inde expulſus fuit. Hoc non intellectum peperit tot varias lectiones, ut *Propelleret*, quod recepit Cortius. *reſolveret*, quod erat in Sixii & S. Germ. vid. ſupr. 408. infr. etiam vſ. 654. pro *depulſis hoſtibus* in Langerm. erat, *repulſis*.

437. *At poſtquam*] *Et* Langerm. *gemini* Thuan. quart. *profundo* ſine *eſt* Thuan. & Hamb. ſecund. *colles extremi* Thuan. ſec.

439. *In arma furens*] Corrigebat, *ruens* Heinſius: ſed aeque accommodatum eſt *furens*. vid. ad Val. Fl. I. 144. & inf. IV. 15. VII. 295. & vulgata eſt apud Serv. ad II. Aen. 835. *niſi ſanguine tinctas* Thuan. quart. eleganter. vid. Bentlej. ad Horat. II. Od. 15. ubi ingentem copiam exempiorum reperies. *habere vias* eſt iter per eas facere. vid. ad Rutil. Iter. I. 372. Sic Caeſar ſaepe *iter habere* dixit, ut lib. II. Bel. Civ. 14. III. II. & alibi. Terent. Eun. v. ult. *iter hac habui*.

440. *Terat*] *Terit* S. Germ.

441. *Vacuosque inrumpat in agros*] *Irrumpere* Langerm. Pro *vacuos* ſolo novandi ſtudio Cortius, quia in codice ſuo *unde vosque* erat, conjicit, *viduoſque*: praeceſſerat ſcilicet, *hoſte vacantes*, & nos docuiſſet ſaepe *viduos* & *vacuos* commutari apud Ovidium & alios. *vacuos agros* dixit & noſter infr. 602. ex corrupta lectione Cortiani codicis poſſet transpoſitis literis fieri, *nudoſque*, ut *nuda Jugurthae regna* ſupr. vſ. 90. & infr. 462. *gens nudata*. & 472. *nuda arce*, & alibi ſaepe. & ita apud Quinctil. VI. I. p. 506. *unde tamen res movent*, ubi alii, *nudae tamen res*. Male habet vero interpretes conſtructio, quod ante dixerit, *habere vias*, nunc, *quod non terat*, *irrumpat* &c. Sed omnia, ut recte Grotius, pendent ab uno verbo *gaudet*, & variatio illa conſtructionis & modorum in verbis non eſt ſine exemplis: infr. 555.

His ſe quoque jungere Caeſar
Invideo, noſtraſque manus quod Roma furenti
Oppoſuit.

vid. & ad lib. III. 54. mox, *patiente colono arva premi, quam ſi ferro populentur*. vid. plura ad Gratii Cyneg. 243. & Sueton. Caeſar. I.

445. *Populetur*] *Populentur* Thuan. pr. & Rottend. pr. paſſiva forma, a *populo*, ut ſaepe Virgil. & Ovid. & recte explicuit Oudendorpius: ita *populandas terras*, vel *gentes*, dicit Ovid. I Met. 249. *Premit* hic capio ſimpliciter de ingreſſu & itinere placato, ſine proeliis & pugna, ut ita centies, *terram* pre-

Tunc urbes Latii dubiae, varioque favore
Ancipites, quamquam primo terrore ruentis
Ceſſurae belli, denſo tamen aggere firmant
Moenia, & abrupto circumdant undique vallo:
Saxorumque orbes, & quae ſuper eminus hoſtem
Tela petant, altis murorum turribus aptant.
Pronior in Magnum populus, pugnatque minaci
Cum terrore fides: ut quum mare poſſidet Auſter
Flatibus horriſonis, hunc aequora tota ſequuntur:
Si rurſus tellus, pulſu laxata tridentis
Aeolii,

Premere pro calcare, ut Ovidius, & alii. *pede premere humum*. vid. ad I. Amor. IX. 13.

446. *Civemque videri*] *Civisque* Rottend. pr. & MS. Cortii. ut ſit ſimilis illi conſtructioni, de qua agemus ad lib. IV. 719. Sic apud Vitruvium lib. I. cap. I. *quare videtur utraque parte exercitatum eſſe debere*, ubi in duobus codicibus Bibliothecae noſtrae publicae reperi, *exercitatus*. Sed quia cum verbo *pudet* durius videtur nominativum ponere, & ſimilis conſtructionis exemplum ignoro, vulgatam retinere malo.

448. *Quamquam*] *Quamvis* Thuan. quart. & Rottend. tert.

450. *Abrupto*] Recte haec explicari poſſe de vallo ita conſtructo, ut abrupti ſolent eſſe montes, rupes, &c. fateor: quia tamen in Voſſiano eſt, *abducto*, feſtinatae & ſubitae munitioni melius convenire puto, *obducto*: ut infr. IV. 31.

Et prope confertis obduxit caſtra maniplis.

Flor. IV. 2. . *caſtra quae erant* XII. *millium vallo obduxerat*. Stat. XII. 700.

Clypeis obducunt pectora fractis.

ut nimirum valli inſtar eſſent: nam ſequitur, *ceſſit fiducia valli*. In Hamb. tert. erat, *arupto*. mox Cort. & *quis ſuper*. ut ſupr. 309. *me barbara telis Rheni turba petat*, & paſſim *petere ferro*, *enſe* &c. Sed & *ipſa tela* Poëtice poſſunt dici *petere* hoſtes: certe talia mutare temerarium ſine ſcriptis. Ovid. III. Am. III. 28.

Nos petit invicta Palladis haſta manu.

Sic, *ſaxa petunt nucem*, apud eumdem in Nuce 116. *fulmina*, quae tela Jovis, *petunt ſumma*, eidem Remed. 370. & ita alii, & ſimilis eſt figura illi, quam ſupr. vſ. 273. vidimus. *eminus hoſtes* quatuor.

454. *Poſſidet*] Vid. ad lib. I. 407. & IX. 118. videri poſſet imitatus Propertium, qui lib. I. El. XVIII. 2.

Et vacuum zephyri poſſidet aura nemus.

455. *Horriſonis*] *Undiſonis* Rott. ſec.

456. *Si rurſus tellus*] Per tellurem Omnibonus hic intelligit carcerem, ſive ſpeluncam ſubterraneam, qua Aeolus ventos coercet. quod ſi verum eſſet, firmaretur inde conjectura Heinſii apud Ovid. IV. Met. 662. *terrenum carcerem* pro *aeterno* emendantis. Sulpitius inſulam explicat Strongylem, & quamvis durum ſit, *tellurem* ita generatim poni pro certo aliquo loco, ubi Aeolus regnat, certum tamen eſt, intelligi debere partem aliquam telluris, quam hic mari ſive aequoribus opponit. Tota vero haec comparatio longe quaeſita, & nimis arguta & declamatoria videtur: ſenſum vero eſſe puto: Auſtrum, ſi ſemel vehementer flans poſſederit mare, licet Aeolus immittat alium ventum, Eurum, hunc quidem regiones aetherias & ſuperiores movere, ut ſe ſequantur, ſed aequora tamen tenere priorem ventum, Auſtrum ſcil. ita ut duos diverſos ſimul ventos in aethere & aequore eſſe dicat: eodem modo philoſophatur rector navis lib. V. 571.

Aeolii, tumidis immittat fluctibus Eurum,
Quamvis icta novo, ventum tenuere priorem
Aequora, nubiferoque polus quum ceſſerit Euro,
Vindicat unda Notum. Facilis ſed vertere mentes
Terror erat, dubiamque fidem fortuna ferebat.
Gens Etruſca fuga trepidi nudata Libonis,
Jusque ſui pulſo jam perdidit Umbria Thermo.
Nec gerit auſpiciis civilia bella paternis,
Caeſaris audito converſus nomine, Sulla.

Va-

Nubibus & coelo Notus eſt. ſi murmura ponti
Conſulimus, Cori verrent mare.
Vide an ſit aliquo modo ſimile illud Propertii III. XIIII. 31.
Ac veluti magnos quum ponunt aequora motus,
Eurus in adverſos deſinit ire Notos.
Eodem jam modo dicit urbes Italiae ſequi Pompejum, quia prior mentes & favorem incolarum occupaverat, & licet Caeſar, tamquam alius ventus ſcil. terrore impleret Italiam, tamen manere eos tamdiu in fide, donec dubias tandem mentes, quem ventum ſequerentur, verterit ad ſe Caeſar. Alium ſenſum hinc exſculpere non poſſum. De re ipſa, & de duobus ſimul ventis flantibus ad rerum naturalium peritos remitto lectores. Sed tamen ſaepe audivi ex noſtratibus nautis, illos frequenter obſervaſſe parvo tempore duos diverſos & contrarios ventos, qui naves ſibi obvias ferebant, in proram ſtantes, ſed ubi comminus ventum eſſet, unum ceſſiſſe alteri. Ut ita voluerit noſter: Caeſaris adventum mutaſſe fidem incolarum, quam ſervare Pompejo volebant, & ita auram illam favoris mutatam metu Caeſaris. expendant haec acutiores. *tridentem* hic tribuit Aeolo. Virg. I. Aen. 81. *cuſpidem* dat, per quam an tridentem intelligat neſcio. Ex Voſſiano Heinſius notaverat, *tonantis Aeolii*, de quo cogitandum, ut *Aeolius tonans* ſit Aeolus.

457. *Tumidis*] *Tumidus* fragm. S. Germ. *flatibus* quatuor.

458. *Icta novo*] *Acta* Rott. pr. quod conjecturae viri docti adſcribit Cortius. *icta notho* fragm. S. Germ.

459. *Cum ceſſerit*] Ita maxima pars codicum. *conceſſerit* quatuor. *conceverit* Rottend. pr. quod quid velit, neſcio.

460. *Sed vertere mentes*] *Sic vertere* Rott. pr. *mentem* Ham. ſec. vid. ſupr. 298. *fidem ferebat*, id eſt, totam auferebat, ut non dubia eſſet deinde, ſed omnis in Caeſarem converſa. Sic Virgil. IX. Ecl. 51. *Omnia fert aetas, animum quoque.* & hoc notum ſatis.

463 *Jusque ſui*] *Suum* Rott. tert. Hamb. tert. & a m. ſec. Thuan. ſec. ſed *ſui* bene defendit Oudendorpius: aliae conjecturae nihili ſunt. & hoc eſt quod de vento illo ſecundo, & terrore Caeſaris dixit, qui diſcuſſit ventum priorem, & invitos coëgit Caeſarem ſequi, relicto Pompejo.

465. *Converſus*] *Concurſus* in ſuo invenit Oudendorpius. an pro *concuſſus*, perterrefactus ad nomen & adventus Caeſaris famam? Sed *converſus* poteſt capi in fugam verſus, licet credam aliud verbum requiri.

467. *Per diverſa ruens neglecto moenia tergo*] Hunc verſum obelo notaverat Heinſius, & duas etiam conjecturas adſcripſerat orae, *neglecto moenia Thermo*, vel, *nec tecto moenia tergo*, quae ultima non admodum diſplicet: nam *neglectum tergum* etiam me diu habuit

ſol-

Varus, ut admotae pulſarunt Auximon alae,
Per diverſa ruens neglecto moenia tergo,
Qua ſilvae, qua ſaxa, fugit. depellitur arce
Lentulus Aſculea. victor cedentibus inſtat,
Devertitque acies: ſolusque ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia ſigna cohortes.
Tu quoque nudatam commiſſae deſeris arcem
Scipio Luceriae: quamquam firmiſſima pubes
His ſedeat caſtris, jampridem Caeſaris armis

Par-

ſollicitum. Ita ergo effuſe fugit Varus per *diverſa moenia* (quod interpretor per averſas ab hoſte portas ; quamvis & hoc duriter dictum) ut nec tergum tegeret ; ut ita *tuta terga* infr. III. 49. Potuit hoc etiam jure ſuo Lucanus dicere, *neglectum tergum*, quod tegere neglexerat prae pavore fugiens. Videant acutiores. Nam Caeſar paullo aliter narrat lib. I. de B. C. cap 13. & etiam cum inſecutis eum militibus proelium commiſiſſe, ſed deſertum fuiſſe a ſuis Varum. Pro *fugit*, quum eſſet in Sixiano *fuit*, Heinſius etiam *ruit* corrigebat. *Qua ſilices, qua ſaxa* Thuan. ſeq.

468. *Depellitur*] Non alienus ſum a Marpurg. codicis lectione, *delabitur*. nam minime vi depulſus fuit Lentulus, ſed audito Caeſaris adventu profugit, teſte Caeſare lib. I. Bel. Civ. 15. & hoc *cedentibus* indicat, primo cum ſuis militibus *ceſſit* retro, deinde ſolus fugit, ſuis ſe Caeſari tradentibus. In codicibus noſtris eſt, *Exculea*, *Eſculea*, *Aeſculea*.

470. *Divertitque acies*] *Avertitque* Langerm. quod & defendi poſſit, ut a fuga averterit & ad ſe traduxerit Caeſar. Sed plurimi *devertitque*, ut jam olim ſcribendum ſemper eſſe docui ad Petron cap. IX. *divertique* vidi in Ed. Venet. 1486. ſed & tunc *fugere* deberet ſequi, noto uſu infinitivorum, in narrationibus.

471. *Et nullas ducentia ſigna cohortes*] Obſcurior etiam hic locus mihi videtur. capiunt quidam *ſigna* pro ſigniferis, qui fugientibus & deſerentibus Lentulum militibus, ipſum tamen comitati ſunt. Sed tunc non poteſt dici *ſolus dux* fugiſſe. Omnibonus, quod ſolus cum vexillis aufugerit, quaſi ipſe ſigna geſtaſſet. Sed tum deficit verbum, *fugit* & *aufert* ſigna, quae jam non ducebant cohortes, quae ad Caeſarem tranſibant, nec volebant ſequi ſigna Lentuli, ut Caeſar narrat. haec obſcurioſa ſunt. An *fugit* repetendum, ut Lentulus fugerit, & etiam fugerint ſigna, quae olim ducebant cohortes, ſed nunc militibus ſparſis & diſſipatis ſine ordine, nullas jam ducebant: ſed vix placet ; & intricatiora ſunt omnia, & ſi hoc velit, faciliori emendatione legi melius poſſet ;

Dux fugit, & nullas ducunt jam ſigna cohortes,

ut ex *ducentia* fiat, *ducunt jam*. Cogitabam etiam,

nullas ducens ad ſigna cohortes.

Ut Lentulus ſolus nullos potuerit milites ad ſigna ducere, ut ita *ad ſigna convocare* lib. I. 296. nam *cohortes ſecum abducere conatus, deſeritur a magna parte militum*, narrat Caeſ. I. de Bel. Civ. 15. Videant eruditi, an meliorem ſenſum elicere poſſint.

473. *Luceriae*] *Nuceriae* duodecim ex noſtris, quae eadem varietas apud Sueton. in Vitell. cap. I. Hic vero cum Glareano *Luceriae* non facile mutandum crederem, & Lucanum, non ſervato ordine, Lentulo jungere Scipionem, licet ille poſt Corfinium

Parthorum ſubducta metu: qua Gallica damna
Supplevit Magnus, dumque ipſe ad bella vocaret,
Donavit ſocero Romani ſanguinis uſum.
At te Corfini validis circumdata muris
Tecta tenent, pugnax Domiti: tua claſſica ſervat
Oppoſitus quondam polluto tiro Miloni.
Ut procul immenſam campo conſurgere nubem,
Ardentesque acies percuſſis ſole coruſco
Conſpexit telis, *Socii, decurrite*, dixit,
Fluminis ad ripas, undaeque immergite pontem.

Et

captam demum deſeruerit Luceriam: nam ipſe Caeſar dicit duas illas legiones, quas antea Caeſari Pompejus dederat, ſed repopoſcerat, *in Apulia hibernorum cauſa diſpoſitas.* Quod ſi non placet, maneat *Nuceriae*, & fides habeatur noſtro Poëtae. *Firmiſſima* Cortius & Oudendorpius, & ita plurimi ex noſtris. vid. lib. VII. 221.

474. *His ſedeat caſtris*] *Inſideat* Thuan. pr. a m. ſec. non male: firmiſſimae enim pubi magis convenire poſſet, *inſidere*, id eſt, praeſidio ibi eſſe, quam *ſedere*, quod poteſt capi pro otioſam eſſe & nihil agere. Sed & de hibernis, quae & *ſedes* (vide Lindenb. ad Amm. Marc. XIV. 2.) vocantur, recte explicari: ideoque nihil mutem. *nec pridem* etiam Thuan. tert. a m. ſec. nec hoc male. *ſubducta* plurimi, & recte: fraus enim in hoc Pompeji facto fuit. vide Oudendorpium, & lib. V. 77. Aliter *ſubducere* eſt etiam in tutum ducere clam hoſtibus. Sic apud Liv. VII 34. ſpatium Conſuli dedit, ad *ſubducendum agmen in tutiorem locum. Qui* MS. Cortii, unde ille, *quis.* ut ſcilicet oſtenderet, *pubem* poſſe pluralem numerum ferre. deinde, *ad bella vacaret* ſeptem codices & tres a m. ſec ut ſolent haec verba commutari. ut apud Senec. Thyeſt. 82. *perge dum coelum vocat*, ubi alii *vacat.* & ſenſus tum eſſet, donavit legiones illas Caeſari, dum ipſe nulla bella gereret. Sed *vacare a bellis* tum dicendum eſſet. & *vacare ad bella* aliud notat, nimirum paratum eſſe, tempus habere ad bella gerenda. Sed totus locus clarior eſſet, ſi legeretur,

Qua Gallica damna
Suppleràt Magnus, dumque ipſe ad bella vocaret,
Donarat Socero Romani ſanguinis uſum.

Dum vero eſt donec, eouſque, dum iis legionibus ipſi opus eſſet ad bella.

478 *At te*] *Et te* Oiſel, ut variatum mox 485. *Harum Corfini* Thuan. ſec. quod quid velit neſcio.

480. *Oppoſitus quondam*] Non video qui *oppoſitus* ille miles Miloni recte dici queat, quum fuerit praeſidii cauſſa a Pompejo, qui armatis militibus judicium ſepſit, ſub ſpecie, ut motus & tumultus omnes arceret, poſitus. Quare malim, *Appoſitus* legere, quum primae litterae in initio verſus ſaepe vacaverint, & *appoſitus* & *oppoſitus* centies etiam in MSS. variare ſoleant. quod exemplis firmare otioſi magis eſt. vide Heinſ. ad Ovid. III. Amor. VI. 7. & alibi. Supra lib. I. 323. dixit: *Pompejana reum clauſerunt ſigna Milonem.* Ergo milites *appoſiti* fuere, non *oppoſiti*: *polluto* recte defenderunt viri docti; unde contra *puras manus* paſſim innocentes, & caede non polluti, dicuntur habere.

481. *Campo*] *Campis* octo libri. pro *nubem*, *turbam* Rott. tert. ex gloſſa. vide ad Val. Fl. III. 500.

482. *Percuſſis ſole*] *Percuſſas* Richel. ut ita

Et tu montanis totus nunc fontibus exi,
Atque omnes trahe, gurges, aquas, ut ſpumeus alnos
Diſcuſſa compage feras. hoc limite bellum
Haereat, hac hoſtis lentus terat otia ripa.
Praecipitem cohibete ducem: victoria nobis
Hic primum ſtans Caeſar erit: nec plura locutus,
Devolvit rapidum nequidquam moenibus agmen.
Nam prior e campis, ut conſpicit amne ſoluto
Rumpi Caeſar iter, calida praelatus ab ira,
Non ſatis eſt muris latebras quaeſiſſe pavori?

Ob-

ita lib. VII. 214. *miles adverſo radiatus ab ictu*: nihil tamen muto, quia utrumque dici poteſt. vide notas Heinſii & meas ad Ovidium III. Faſt. 736. & V. Met. 389 & ad VI. 63. ubi,

Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus:

& in quibusdam, *percuſſis*. vid. infr. VIII. 779. deinde *Socii concurrite* ex duobus MSS. Cortius non videtur rejicere. Sed quum ex urbe jubeat ad ripas fluminis deſcendere, *decurrite* ſervari debet: hoc enim *decurrere* notare omnibus ſatis eſt perſpectum. vide *lib. IV. 366.*

485. *Et tu*] *At tu* Hamb. pr. *Et cum* Oiſel. *totis nunc* Rottend. pr. *nunc totus* tres. *fer* ut non probem, facit conſenſus librorum, praeter unius Sixii., licet lib. I. 435. Rhodanus dicatur *ferre* Ararim in mare, & *ferri* fluvius Horat. III. 29 Ovid. VIII. Met. 582. & geminatio etiam illa poſſit quibusdam exemplis defendi: nolim tamen tam inepte iterari verbum *fer* & *feras*.

491. *Devolvit*] *Evolvit* quatuor codices & editiones nonnullae, idque probabat Heinſius. Quod poſſit ſpeciem habere, quia *evolutiones* in re militari dicuntur, quum ſe explicare jubentur agmina denſiora. ut apud Stat. V. Theb. 43.

primi longe damus agmina vulgi,
Nec facilis Nemeae latas evolvere vires.

& I. Achil. 242.

Humiliſque ex aequore Titan
Rorantes evolvit equos.

Sed ut ante, *decurrite* dixerat, ita hic *devolvit* ſervandum. Prima litera vacavit in codicibus: eadem diverſitas ſupr. 409. in alia re. *reſolvit* erat in Hamb pr. *diſſolvit* in Thuan. ſec. *e moenibus* etiam Rott. pr.

492. *Nam prior e campis*] *Namque prior campis* tres libri: *nam prior campis* Barberin. *amne ſoluto* poſſet durius dictum videri, quia vulgo ita dici ſolet, quum glacie vinctus liqueſcit, & videtur debuiſſe dicere *ponte ſoluto*: ſed quia pontes ſaepe juga fluviorum dicuntur, quibus quaſi vinciuntur, & in poteſtate habentur, ſolvi potuit dici a ponte liberatus, ut liberum habeat curſum. *Solutus* hic vero debet eſſe, ſi ſolutus fuiſſet, ut vſ. 419. *caſurum* explicuimus. nam impediit Caeſar propero adventu ſuo, ne ſolveretur.

493. *Calida prolatus ab ira*] Et haec obelo notavit Heinſius. Sed recipiendam puto elegantem lectionem codicis Langermanni, *praelatus*; equo ſcilicet ſequens quos praemiſerat, & eos praevectus; quod *τὸ prior* etiam poſtulat; & calida ira eum praevehebat, nec patiebatur milites, quos ad pontem occupandum juſſerat ire, priores eo venire. Ita ſaepe Livius hoc verbo *praeferri* utitur. vid. lib. II. 14. & Gronov. ad lib. XXIX. 32. & eodem ſenſu *praevehi*, ut & apud noſtrum infr. VII. 342. ubi tamen dubito, an non ſit rectius *provectus* vel, *pervectus*. Sed haec ſaepe a viris doctis illuſtrata fuerunt.

494.

Obſtruitis campos, fluviis arcere paratis,
Ignavi? non ſi tumido me gurgite Ganges
Summoveat, ſtabit jam flumine Caeſar in illo,
Poſt Rubiconis aquas. equitum properate catervae:
Ite ſimul pedites: ruiturum adſcendite pontem.
Haec ubi dicta, levis totas accepit habenas
In campum ſonipes: crebroque ſimillima nimbo
Trans ripam validi torſerunt tela lacerti.
Ingreditur pulſa fluvium ſtatione vacantem

Cae-

494. *Pavori*] *Furori* Rott. pr. *timori* S. Germ. quales variationes jam antea vidimus. *Obſtruitis campum* Rottend. tert. *latebris* Turr. Cortius capit, *muros, latebras* per appoſitionem. *fluviis* Thuan. ſec. Hamb. pr. *fluviosque* Richel. & S. Germ. & hoc poſſet credi a Lucano relictum: ſic lib. x. 489.

Hos aditus gladiis, hos ignibus arcent.

Ita omnes ſcripti: Livius lib. xxvi. 41. *ut pro ripa Iberi ſtantes arceamus tranſitum hoſtis.* Scio quidem uſitatius eſſe, *arcere aditu, tranſitu hoſtem*, ſed ut occurrit *prohibere fines, & finibus*, ita forte utraque hujus verbi quoque in uſu fuit: praeſtat vero tunc *campum* legere, ne idem ſonus *os* aures laedat. De varia conſtructione verbi *arcere* diximus ad Virg. iii. Georg. 155. & inf. viii. 588. ſed de his hic latius agere non vacat.

497. *In ullo*] *In illo* Rott. tert. & Langer. quod jure placuit. Ineptam vero denuo mihi hic Caeſari magniloquentiam tribuere Lucanus videtur, ubi ſubjicit, *poſt Rubiconis aquas*, quas tranſire nemo prohibuit, & quem fluvium parvum vadoſum trajecit, nemine ripas ejus obſidente, quem conferre Gangi tumido (Stat. iv. Theb 387.) omnem ſuperat ſtultitiam. Si poſt trajectum mare in Epirum ſimile quid ſcripſiſſet, tolerari poſſet. Similis hic Lucanus adulatoribus Gallicis, qui vadoſum eo tempore Rhenum, a Rege ſuo trajectum anno illo poene fatali reipub. noſtrae 1672. & cujus ripae non bene cuſtoditae aut defenſae fuere, compararunt Alexandri M. transgreſſui Granici, ubi tamen acriter pugnatum, & ipſe Rex in ſummum vitae diſcrimen venit; & glorioſum hanc tranſitum ipſe Rex Francorum, extra teli ſemper ictum verſatus, ſuperbo numiſmate memoriae commendavit publicae. Sed valeant Thraſones, & incredibilis humilitatis aulici adulatores.

499. *Adſcendite*] Heinſius, *eſcendite*. non ego.

500. *Totas*] *Tantas* Hamb. pr. ſed poteſt imitatus eſſe Ovidium lib. i. Met. 180.

Fluminibus veſtris totas immittite habenas.

Vitioſe Thuan. tert. *arenas* pro var. lect. nova haec iterum ratio loquendi, ut equus dicatur, accipere totas habenas, pro laxas.

501. *Nimbo*] *Vento* Rott. tert. ſed *nimbus, nubes, imber* &c. telorum paſſim occurrunt.

504. *Ad tutas*] *Attonitas*. Thuan. ſec. ſed perperam. *tutae* hic munitae ſunt, & opponuntur campo. ut inf. 609.

Brundusii tutas conſcendit magnus in arces.

Ad tutis Richel.

505. *Turres*] *Rupes* Langerm. a m. pr. *ſubrepit* tres codices.

507. *Ecce nefas belli*] *Ecce faces belli* Langerm. ſi iniquior Domitio fuiſſet Lucanus, crederem ſcripſiſſe, *facem belli*; quum *pugnacem* vocarit ſupr. vſ. 479. Sed ſupr. lib. i. 262 *Ecce faces belli:* unde huc tranſiiſſe puto. quaedam editiones diſtinguunt, *Ecce nefas, belli* &c. ut *belli dux* conjungantur, & *nefas!* ſit interjectio. ſed male. ita

VII.

Caeſar, & ad tutas hoſtis compellitur arces.
Et jam moturas ingentia pondera turres
Erigit, & mediis ſubrepſit vinea muris.
Ecce, nefas belli! reſeratis agmina portis
Captivum traxere ducem, civisque ſuperbi
Conſtitit ante pedes. vultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum cervice popoſcit.
Scit Caeſar poenamque peti, veniamque timeri.
Vive, licet nolis, & noſtro munere, dixit,

Cerne

VII. 868. *Si non prima nefas belli, ſed ſola tuliſſes.* Mox dubium, an *civis* ſit nominativus & Domitius intelligatur; qui *conſtitit* ante pedes ſuperbi Caeſaris, ut mox 519. iterum *civem* vocat: an *civis ſuperbi* ſcil. Caeſaris. in omnibus vero verba exquiſita: ut *ſuperbum*, id eſt, regem ſe jam quaſi gerentem Caeſarem vocet. vid. ad Petron. cap. XVIII. Deinde Domitius ille pugnax ſtetit, non procubuit, ante pedes, ut ſupplices ſolent: & quidem *recta cervice*, non demiſſo capite aut vultu; quae omnia non puſillanimum fuiſſe arguunt. Et conferri hic debet conſtantia Coroebi apud Stat. I. Theb. 641. qui ab Apollinis oraculo ad mortem vocatus,

Comminus ora ferens, Cyrrhaei in limine
templi Conſtitit &c.

ubi Schol Barth. *recto vultu, more nihil timentis, coram Apolline conſtitit, non ſciſcitaturus aliquid, aut illi adulaturus.*

509 *Alta*] *Ante* Barberin & tres a m. ſec. & Cortii plures: ne vero ablativi hi concurrant, debet conſtrui, nobilitas alta minaci vultu, repoſcit ferrum, recta cervice. Sic & lib. VII. 836.

omniſque cruenta
Alite, ſanguineis ſtillavit roribus arbor.

Arbor cruenta alite, ſtillavit roribus. De duobus ablativis plura diximus ad Sueton. Tiber. LXII. & infr. IX. 927.

510. *Popoſcit*] S. Germ. *repoſcit*, quod ego a librario profectum non puto, & longe aliam vim addit generoſo Domitii animo, qui non modo non timide vitam, nec ſemel, ſed ter quaterve, immo ſaepius ferrum popoſcit: & hanc eſſe proprietatem verborum etiam aliorum ex *re* compoſitorum vidimus ad Suet. Aug XLII. & ad Virg. II. Aen. 139. vide etiam inf. III. 235. Fruſtra vero timidum & ignavum fingunt viri docti Domitium, qui modo vſ. 479. & VII. 600. *pugnax*, infr. 521. *interritus* dicitur, & qui deinde rebus fortiter in hoc bello geſtis, & in Pharſalico proelio egregie edita opera occubuit, & qui hic proditus a ſuis, per nefas belli, argui timiditatis non poteſt: & licet forte Lucanus in eo laudando immodicus fuerit, Suetonius, extra partes poſitus ſcriptor, quamvis non ſatis conſtantem fuiſſe dicat, *truci* tamen *ingenio* dicit fuiſſe, Neron. cap. II. quod timidum non magis arguit, quam ſi *truces Batavos*, ut noſter I. 431. vocat, & alios hoc epitheto inſignitos, puſillanimos fuiſſe credere vellemus.

511. *Timeri*] *Timere* Thuan. pr. & Hamb. pr. *videlicet nolis* fragm. S. Germ *carpe diem* Vir doctus apud Cortium, quod huic loco incongruum. *Diem videre* & *cernere* obvium, & Homericum. Immo *videre* pro vivere ſimpliciter ſaepe occurrit. *Carpere diem* apud Horatium I. Od. II. longe alio ſenſu eſt, paullatim, per partes, conſumere, frui illo, dum licet; *minime credulum poſtero*, quo fere ſenſu Terentius dicit Adel. II. IV. 23. *ſumere diem hilarem*, & alibi.

Cerne diem. victis jam ſpes bona partibus eſto,
Exemplumque mei: vel, ſi libet, arma retenta
Et nihil hac venia, ſi viceris ipſe, paciſcor.
Fatur: & adſtrictis laxari vincula palmis
Imperat. heu quanto melius, vel caede peracta,
Parcere Romano potuit fortuna pudori!
Poenarum extremum civi, quod caſtra ſecutus
Sit patriae, Magnumque ducem, totumque Senatum,
Ignoſci. premit ille graves interritus iras:

Et

514. *Exemplumque mei*] Nec hoc ſatis capio. Si enim ſit genitivus ab *ego*, dic quaeſo, qua ratione Domitius poterat eſſe exemplum Caeſaris, quum potius ille deberet Caeſaris factum ſequi, & imitari ejus exemplum, qui victis ignoſcebat, quum Pompejani crudeliſſime in Caeſarianos ſaevirent. Alii explicant exemplum meae miſericordiae. Sed quis ita locutus umquam? Putabam, *Exemplumque meis*, ut inde mei diſcant non imitari Pompejanorum crudelitatem, ſed meam clementiam, nec velint par pari reddere Pompejanis, de quorum ſaevitia ipſe Cicero ſaepiſſime queritur. Videant doctiores.

514. *Retenta*] *Recepta* Langerm. Rott. ſec. & Hamb. pr. utrumque quidem poſſet explicari, ſed elegantius & efficacius *retenta*. victus & depoſitis armis mihi traditus, reſume dimiſſus a me arma, ſi libet, & iterum tenta contra me fortunam belli. Ovidio familiare hoc verbum, & ſaepius cum *retractare*, quod & hic locum poſſet habere, ſi codices juvarent, commutatum. vid ad Ovid. v. Met. 316. & x. 268. Sic *retentare fila lyrae* v. Met. 117. & ita recte cepit Oudendorpius. Alio ſenſu pro reprimere poni vidimus ad Val. Flac. III. 97.

515. *Et nihil hac venia, ſi viceris ipſe, paciſcor.*] Heinſius volebat, *hac nihil e venia. Si vinceris* Thuan. ſec. Langerm. & Turr. ſed ſenſus ſatis apertus. hanc veniam dando tibi, non eamdem paciſcor mihi, ſi tu victor fueris: hoc eleganter dicit Juſtin. lib. XI. 13. *in dubios belli exitus, aut in leges pacis lenocinia quaerere.* Frontinus in praefat. *huic labori non injuſte veniam paciſcor.*

517. *Quanto melior*] *Quantum* tres libri vid. ſupr. ad vſ. 224. praefero tamen *quanta*. quod mollius. Ovid. XV. Epiſt. 191. *At quanto melius jungi tua pectora mecum*, ubi tamen etiam in tribus codicibus *quantum* eſſe notavit Heinſius. Stat. III. Theb. 157

Ha quanto melius, dextraque in ſorte jugatae.

519. *Civi*] *Eſt civi* Hamb. ſec. *caſtra* vel *ſigna*, quis legat, non intercederem. vid. lib. I. 407. & Tibull. II. VI. I. *caſtra Macer ſequitur*. Ovid. III. Am. VIII. 26. *fera caſtra ſequi.* & alibi ſaepe, & noſter ſup. 348. & IV. 676. Propert. III. X. 2.

Miles & Auguſti fortia ſigna ſequi.

patria fragm. S. Germ.

522. *Petes*] *Petis* Thuan. tert.

524. *Jamdudum*] Vide Broukh. ad Tibull. libr. III. VI. 64. & nos ad Virgil. II. Aen. 103.

525. *Et Caeſaris*] Heinſius, ut amabat, hic legebat, *I, Caeſaris effuge munus. minas* fragm. S. Germ. eleganter etiam Statius lib. I. Theb. 663. de Goroebo, cui Apollo ignoſcit,

Triſtemque viro ſubmiſſus honorem
Largitur vitae.

ubi offendit me *ſubmiſſus*, quod cum Lutatius *flexus*, *miſericordia inclinatus*, Scholiaſt. Barthii *pacatus* interpretantur, dubito an

Et ſecum: *Romanine petes, paciſque receſſus*
Degener? in medios belli non ire furores
Jamdudum moriture paras? rue certus, & omnes
Lucis rumpe moras, & Caeſaris effuge munus.
Neſcius interea capti ducis arma parabat
Magnus, ut admixto firmaret robore partes.
Jamque ſecuturo juſſurus claſſica Phoebo,
Tentandaſque ratus moturi militis iras,
Adloquitur tacitas veneranda voce cohortes:

O

an non dederit Statius, *jam mitis:* nam *ſubmiſſum* Deum dicere praeter decorum puto, niſi ita placuerit Statio, qui multa novavit. Quinctil. VII. de Inſt. Orat. cap. 4. ubi in abdicatione dicit pro patre orationem eſſe *aſperam*, pro filiis *ſubmiſſam*. Ita ut haec opponi poſſent in Apolline, antea crudeli, nunc miſericorde: ſed indignam judico Deo vocem. MS. Cortii hic duos ineptos inſerebat verſus.

Haec ait, & timidos pepulit de corde furores,
Theſſalicisque ſuum finivit robur in armis.

527. *Ut immixto firmaret robore partes*] *Admixto* tres libri: ego vero mallem *immiſſo*, quo verbo toties noſter uti ſolet, & ſenſum poſſe inde effici puto. Pompejum Domitio, quem nondum victum & captum ſciebat, voluiſſe novos milites & auxilia ſubmittere. nam *immiſcere milites* pro novos conſcribere, inauditum eſſe puto, ſed veteribus novos in ſupplementum addere ſignificare debet, ut rectius poſtea explicat interpres. Sed immittere volebat Caeſari, ut ſubſidium ferrent Domitio obſeſſo. Heinſius volebat *hinc miſſo*, a loco ubi ipſe verſabatur, e Campania. Si *immixto* tamen, vel *admixto* retinendum erit, legendum foret cum uno Voſſiano, *firmavit*, ut eſſet, poſtquam varias copias antea diſperſas evocavit, & ſuis, quas ſecum habebat, immiſcuit. Cogitabam aliquando, an legendum eſſet, *ut immixto firmaret robore patres.* id eſt, ut juvenes admixtos ſenioribus (ex quibus omnis fere ejus comitatus conſtabat; nam totus ſenatus erat in ejus partibus, ſed bello non tam utilis, ut juvenes) firmaret oratione. *admixto* ergo *robore*, id eſt, militibus ad concionem advocatis, ſimul cum ſenatoribus: & ita mox milites & cohortes vocat, quas adloquitur. *robur* vero de juventute dici probari non opus: vid. quae dixi ad Val. Flac. II. 644. & *partes* & *patres* centies confundi ibid. lib. I. 72. Videant eruditi, utra explicatio ſit praeferenda. Mihi ultima magis arridet, & eodem ſenſu poſſet *admiſſo* legi, id eſt, advocato milite ſimul cum patribus in concionem. *partes* pro, qui ejus partes ſecuti eſſent, capi poſſe non nego: nam ita mox 596. occurrit, niſi & ibi *patres* legas.

528. *Juſſurus claſſica*] *Viſurus* tres; ſed perperam, ut ſolent haec verba confundere ſcribae.

529. *Moturi*] *Morituri* quatuor etiam ex noſtris: *moturi* licet explicare, pro caſtra moturi, iter ingreſſuri contra Caeſarem, ut ita apud Sueton. Caeſ. cap. LX. & alias *movere* ſimpliciter occurrere, pervulgatum eſt. Heinſius malebat, *commoti milites.* ſed minus alacres erant Pompejani milites, ut poſt habitam concionem ſenſit Pompejus, & forte jam mente praecipiebat: nam quis imperator diceret, *votis depoſcite pugnam*, non potius ſuis fidens, *depoſcitis.* an hortandi eſſent, ut peterent pugnam? immo poſcentes pugnam acri oratione magis incitandi erant.

O ſcelerum ultores, melioraque ſigna ſecuti:
O vere Romana manus: quibus arma Senatus
Non privata dedit, votis depoſcite pugnam.
Ardent Heſperii ſaevis populatibus agri:
Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes:
Jam tetigit ſanguis pollutos Caeſaris enſes.
Dii melius! belli tulimus quod damna priores.
Coeperit inde nefas. jamjam me praeſide Roma
Supplicium, poenamque petat. neque enim iſta vocari
Proelia juſta decet, patriae ſed vindicis iram.
Nec magis hoc bellum eſt, quam quum Catilina paravit
Ar-

534. *Ardent Heſperii*] *Heſperiae* Torr. *populantibus* Thuan. pr. & Hamb. pr. ſed nihil hic novandum. *ardere* enim eleganter bello, populationibus &c. non modo urbes & tecta, ſed & agri & regiones dicuntur. *Ardebat bello Syria* Cicer. VI. ad Att. 5. *Aſiam ardere bello*, & mox, *fines uri exſcindique* dixit Livius lib. XXVIII. 44. ſic *bellis accendere terras* Claud. I in Ruf. 9. vid. Gronov. ad Senec. Thyeſt. 560. & nos ad Sueton. Caeſ. LXX. Virg. VII. 644. *quibus Itala terra arſerit armis.*

535. *Per gelidas*] *Gemulas* Langerm. a m. pr. an librarius ille credidit, ut a *queror*, *querulus* & ſimilia, ita a *gemo gemulus* poſſe derivari? *perfunditur* quatuor libri. *profunditur* Edd. priſcae.

537. *Dii melius, belli &c.*] Non expediebat ſe ex his Heinſius, ut obelus appoſitus indicat. Cortius diſtinctionem mutabat,

Di! melius, belli tulimus quod damna priores:
Coeperit inde nefas.

Sed intricatior inde videtur ſenſus factus, & formulae frequentiſſimae, *Di melius*, verba divelluntur. Credebat forte, *Dii melius* eſſe formulam (de qua vid. ad Ovid. VII. Met. 37. & alibi) averruncandi inſtantia & futura mala, & ſubintelligi *dent*, *velint*, *ferant* &c. Sed & de praeteritis, quae recte & ex ſententia noſtra, licet aliter optaſſent alii, evenerunt, occurrit. Sic Helena Paridi apud Ovid. Ep. XVII.

Quae tua nequitia eſt, non his contenta fuiſſet,
Di melius! ſimilis non fuit ille tui.

id eſt, Dii melius conſuluerunt mihi. Noſter ipſe lib. III. 93.

Dî melius, quod non Latias Eous in oras
Incubuit.

Ubi non monito lectore Cortius iterum mutat diſtinctionem. Sed plura proferre non vacat, & quid juvat aliquid novare, ubi non melior ſententia exſurgat? quam eſſe puto, Dii melius, ſcilicet fecerunt, conſuluerunt, quod non ego prior intulerim arma, ſed nos priores adfecti ſimus injuria a Caeſare, auctore hujus belli. *Coeperit* eſt concedentis, & omen inde in futurum de ſucceſſu captantis; bene eſt, gaudeo illum priorem coepiſſe nefas. Quare jamjam, confeſtim, celeriter Roma ſupplicium, me praeſide, petat de tam nefando homine. *coeperat* erat in Hamb. pr. & quarto.

540 *Proelia juſta*] Hic non pia & aequa, ſed quae vere dici poſſunt proelia, ut *juſtus hoſtis* X. 437. vid ad lib. III. 228 *tumultum* ergo magis quam *bellum* vocare volebat. Hoc autem praefatur Pompejus, ut jure videri poſſit crudelitatem exercere in Caeſarianos, ut

Arſuras in tecta faces, ſociusque furoris
Lentulus, exſertique manus veſana Cethegi.
O rabies miſeranda ducis! quum fata Camillis
Te, Caeſar, magnisque velint miſcere Metellis,
Ad Cinnas, Mariosque venis. ſternêre profecto,
Ut Catulo jacuit Lepidus, noſtrasque ſecures
Paſſus, Sicanio tegitur qui Carbo ſepulcro,
Quique feros movit Sertorius exſul Iberos.
Quamquam, ſi qua fides, his te quoque jungere, Caeſar,
Invideo, noſtrasque manus quod Roma furenti
Oppoſuit. Parthorum utinam poſt proelia ſuſpes,

Et

ut in hoſtes judicatos, cum quibus nullum jus belli eſſet, ſed qui, ut Catilinarii deberent haberi, & in vindictam patriae necari, ex vi iſtius ſenatuſconſulti, quo contra Caeſarem, hoſtem judicatum, armati erant conſules, & magiſtratus. vid. Caeſ. lib. I. de B. C. cap. 5.

541. *Nec magis hoc bellum eſt, quam quum*] *Eſt* non habent Langerm. & fragm. S. Germ. *quam quod* multi; unde Heinſ. *quam quo Catilina rotavit Arſuras in tecta faces.* quod non ſequor. nam *rotare arſuras* incongruum videtur, quam *ardentes* debuiſſet dicere; neque etiam rotavit faces, ſed incendium & faces paravit, id eſt, minatus erat & machinatus, ſed vigilantia Ciceronis ejus conata diſcuſſa ſunt. Sed dicitur paraſſe faces in tecta, ut recte conſtruit Oudendorpius, ſicut Florus IV. 12. *faces in urbem captam poſcerentur.* Ovid. Nuc. 126.

Semper habent in me tela parata viae.

& III. Met. 508 *faces feretrumque parabant. Arſuras* dixit, non otioſo epitheto, quia & ſunt *ſine luce faces* Ovid. III. Am. 9. vid. ad Phaedr. I. fab. 28. *quam quo* etiam Cortius, nec male. *parant* Oiſel.

543. *Exſertique manus*] Lutat. ad Stat. I. Theb. 413. citat *exerta manus veſana Cethegi.* Barthius explicat implacabilis, ſtrictus. ego malim *pugnacem* explicare, vel paratum ad pugnam. Reſpicere videtur ad *cinctutos Cethegos* Horatii in Art. Poët. 50. ubi vide commentatores.

544 *Camillis*] Hic *Metellis*, & ſeq. verſu *Camillis* habet Oiſel. quod forte melius, ut imitatus fuerit Propertium, qui lib. III. VII. 31.

Crede mihi, magnos aequabunt iſta Camillos.

546. *Ad Cinnas Marioſque venis*] *Ad Cignos* Rott. pr. *Mariosque tales* Langerm. a m. pr. Cortius quum in ſuo inveniſſet *telis*, inde faciebat *cadis*, quod a *talis* facilius veniret. Sed pro *telis* librarius, repetito verbo ex priori verſu, voluit *velis*: ſed *venis* ſervandum.

548. *Sicanio*] *Sicano* Turrian.

549. *Feros*] *Ferox* Rott. tert. ſimilis diverſitas lib. IV. 664

551. *Invideo*] Heinſius mallet, *invidia eſt. ferenti* Rott. tert. Notanda vero diverſitas conſtructionis. *invideo jungere*, & *quod oppoſuit*, pro *oppoſuiſſe.* vid. ſupr. ad vſ. 440.

551. *Et Scythicis*] Longius quaeſitum illud *Scythicis*, quia ſcilicet Parthi oriundi dicuntur a Scythis. forte ſcripſerit, *& Syriae* vel *Syriis*; nam & hoc gentile adjectivum in uſu fuit. Syria enim provincia fuit Craſſi, & hinc Noſter lib. I. 105.

Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras.

 Aſſy-

Et Scythicis Craſſus victor remeaſſet ab arvis
Ut ſimili cauſſa caderes, qua Spartacus, hoſtis.
Te quoque ſi Superi titulis accedere noſtris
Juſſerunt, valet in torquendo dextera pilo:
Fervidus haec iterum circa praecordia ſanguis
Incaluit: diſces non eſſe ad bella fugaces,
Qui pacem potuere pati. licet ille ſolutum,
Defectumque vocet, ne vos mea terreat aetas.
Dux ſit in his caſtris ſenior, dum miles in illis.
Quo potuit civem populus producere liber,
Adſcendi, ſupraque nihil, niſi regna, reliqui.

Non

Aſſyriam enim & Syriam confundi notiſſimum eſt. qui vero *Scythicis* retinere velit, per me licet, & firmet etiam loco ex lib. VIII. 304.

Experti Scythicas, Craſſo pereunte, pharetras.

Quamvis ibi Scythicae pharetrae in genere poſſint intelligi, ut ſaepe etiam *Parthicae*, *Achaemeniae* & *Armeniae* ſagittae, quia illae gentes eo armorum genere cenſebantur. Sed facilius *Scythicas pharetras* & *ſagittas* fero, quam *oras*, pro Parthiae regno, & finibus. Ceterum variant etiam aliquantum ſcripti, *poſt proelia Craſſus & Scythicis ſoſpes victor* Thuan. ſec. *victor Craſſus* multi: *remeabat* Langerm. pro *remearat*: *ab arvis* ſex ſcripti; *Scythicas oras* etiam Ovid. VII. Met. 507. pro Colchide, vel loco, ubi Cerberus extractus in Mariandinis, dixit.

554. *Qua Spartacus hoſtis*] Languidum illud *hoſtis*, quum *Spartacum* nomine appellaſſe ſufficiat; quod ſentient Poëticae periti. quare non alienus eſſem a ſcriptura fragm. S. German. quae *hoſti* exhibet, id eſt, ut occidereris ab hoſte, id eſt, a Craſſo, qui tibi, ſi remeaſſet (id eſt, victor rediiſſet: vid. ad Val. Fl. IV. 589.) a Parthis, aeque ſe oppoſuiſſet, ut Spartaco, qui ab eo ſuperatus in proelio cecidit. *cadere* vero *hoſti* vel *hoſte* eſt eleganter dictum, ut modo vſ. 547. *ut Catulo jacuit Lepidus*. vid. ad Grat. Cyneg. 314. Siquis *hoſtis* mutare nolit, non Spartacus hoſtis, ſed Caeſar intelligendus, eodem modo in patriam animatus, quo Spartacus, & mutata diſtinctione legendum,

Ut ſimili cauſſa caderes, qua Spartacus, hoſtis.

Hoſtis nimir. patriae, ut judicatum fuiſſe vidimus ſupr. ad vſ. 540.

555. *Te*] *Tu* Turrian. imitatum vero hic Ovidium recte Bersmannus notavit, qui Epiſt. IX. I.

Gratulor Oechaliam titulis accedere noſtris.

ubi vide notas.

556. *Valet in*] *Calet in* Langerm. & Hamb. quart. *valet en* quatuor libri, & hoc praetulit Cortius. Parum refert: nam *valere re*, & *in re* dici ſolet. Noſter lib. VI. 496. *an tacitis valuere minis*. Ovid. XIII. Met. 12. utrumque habet.

Quantumque ego Marte feroci,
Inque acie valeo, tantum valet ille loquendo:

niſi ibi praepoſitio retrahatur a ſequenti membro. vide Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 59. quare eligat lector.

558. *Diſces*] Ita plurimi. *diſcet* tres. *diſcat* Thuan. quart. & Langerm. qui a m. ſec. *diſcant* habebat. *diſcent* quatuor. *ad bella fugaces* eleganter dictum. vid. Heinſ. ad Ovid.

XII.

Non privata cupit, Romana quisquis in urbe
Pompejum tranſire parat. hinc Conſul uterque,
Hinc acies ſtatura ducum. Caeſarne Senatus
Victor erit? non tam caeco trahis omnia curſu,
Teque nihil, Fortuna, pudet. Multisne rebellis
Gallia jam luſtris, aetasque impenſa labori
Dant animos? Rheni gelidis quod fugit ab undis,
Oceanumque vocans incerti ſtagna profundi,
Territa quaeſitis oſtendit terga Britannis?
An vanae tumuere minae, quod fama furoris
Expulit armatam patriis e ſedibus urbem?

Heu

XII. Met. 167. & Broukh. ad Propert. II. VIII. 7.

560. *Ne vos*] *Nec vos* quinque libri.

562. *Perducere*] Nullus fere locus apud Poëtas occurrit, quin MSS. *perducere* & *producere* permutent; vid. ad Virg. Ecl. I. 73. & infr. IX. 389. ut centies Critici notarunt: ita hic quoque Hamb. quart. *producere* habet, quod non dubito praeferre, quia agit de magiſtratibus & imperiis, ad quae evectus fuit: in qua re proprium hoc eſſe verbum docebunt adnotata ab Heinſio ad Claudian. I. in Rufin. 123. *qua potuit populus quemquam perducere* habet Sarisberienſis lib. VIII. 17. ſed ſignifantius *civem*, qui non debet plus cupere, etſi populus vellet ipſi dare. mox, *niſi ſigna reliqui* Rott. pr. malim etiam, *regna reliquit*, ſcilicet populus: nam invidioſius hoc de ſe praedicaret Pompejus.

564. *Cupit*] *Cupis* & *paras* eſt in multis, quod etiam Cortius nobis dedit. Sed vulgata eſt apud Sarisber. lib. VII. 20. Langerm. vero habet *capit*, quod blandiri poſſet novandi cupido, & acuto ſatis ſenſu explicari, ut ſupr. I. 185. ſed vulgatam firmat etiam locus libri IX. 27.

Nec regnum cupiens geſſit civilia bella.

Deinde *Romanam q. i. urbem* Thuan. pr.

565. *Uterque*] *Uterque eſt* nonnulli. qui mox poſt *ducum* omittunt, *Statura ducem* Langerm. mox *trahit* Hamb. duo.

568. *Multisne*] *Multisve* Langerm. *aetas impenſa* Hamb. duo. *aetasque impulſa* Rott. tert.

570. *Quod fugit*] *Quos fugit* omnes fere. *quo* Thuan. quart. *quos fudit* Rott. tert. a m. ſec. *quos fugat* fragm. S. Germ. *quod facit* Voſſ. a m. pr. ſed vulgata ſervanda: duplicem enim fugam, (ita invidioſe breves trans Rhenum & in Britanniam excurſiones, unde re fere infecta rediit, vocat) exprobrat. *Oceanumque vorans* Langerm. *incertum profundum* vocat, ut Tacitus XI. Annal. 20 majorum noſtrorum ſedes, *incerta Oceani* dixit, propter aeſtum maris venientis & recedentis, & quae *ſolidis* opponit lib. I. 70. ita dixit *dubiam* & *incertam* Syrtin. vid. I. 419. IX. 860. *quaeſitis* dixit, ut Florus III. 8. *Quaerendi fuerunt, ut vincerentur.* & imitatur Claudianus III. Stilic. 149.

Vincendos alio quaeſivit in orbe Britannos.

in Chronico Lobienſi, quod Pez edidit tom. I. Rer. Auſtriac. p. 945. hic verſus adducitur; ſed additur, Caeſarem in proelio Britannico vulneratum, & confectum multis jaculis per natandi diffugium evaſiſſe, teſte Valerio.

573. *Tumuere*] *Tenuere* Langerm. unde Cortius *tonuere*; qualia ſi reperio non repudio, ſed ubique intrudi non probo. *armatam*

ur-

Heu demens! non te fugiunt, me cuncta ſequuntur:
Qui quum ſigna tuli toto fulgentia Ponto,
Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem,
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit,
Anguſtaque domum terrarum in ſede popoſcit.
Idem ego per Scythici profugum divortia Ponti,
Indomitum regem, Romanaque fata morantem,
Ad mortem, Sulla felicior, ire coëgi.
Pars mundi mihi nulla vacat: ſed tota tenetur
Terra meis, quocumque jacet ſub ſole, tropaeis.

Hinc

urbem diximus lib. I. 605. pro incolis poni, & ita *captam urbem* apud Stat. I. Theb. 633. antiquus Scholiaſtes interpretatur, *incolas omnes*. vide & Barth. ad lib. II. 119. Sed neſcio, an recte hic *armatam urbem* dixerit, quum ſupr. 392. trepido agmine diſceſſiſſe Pompejum dicat, & non expulſum, ſed terrore Caeſaris adventus percuſſum, turpiter cum Senatu fugiſſe. & lib. III. 92. Caeſar dicit nullo Marte coactos Romam deſeruiſſe, nec pro urbe pugnaſſe Pompejanos. Quomodo ergo *armata* dici poteſt? forte alia vox latet. melius dixiſſet *fama furoris expulit armati* &c. ut furor armatus, ſit Caeſar & ejus milites, quos ad excidium & direptionem urbis adventare fama diſtulerat.

575. *Non te fugiunt*] Hic verſus vel per interrogationem debet legi, vel ſuppleri, *non te fugiunt, ſed me cuncta ſequuntur*. prius malo *non* pro *nonne* obvium eſt.

577. *Exactum*] Hoc rectum, & bene expoſitum ab Oudendorpio. ſed *exactum orbem*, non de ipſo Lunae diſco, quem *orbem* dici centies novi, ſed de curſu menſtruo intelligo, quem bis peregit, & mortalibus viſa ſe abſcondidit, donec nova luna rediret. Nam Florus III. 6. quadrageſimo die partam victoriam tradit, ubi vide levem in dierum numero diſcrepantiam apud commentatores. Ita & *exactos menſes* dici vidimus ad Phaedr. lib. I. fab. 18. & exacta omnia, perfecta & finita conſtat dici, ut inf. *exactum annum* IV. 44. & ita *magnus orbis* pro magno anno Virg. II. Georg. 337. *condere* vero finire, ut *condere ſoles* apud Virgil. IX. Ecl. 52. & alios, pervulgatum eſt. Neſcio vero unde Cortio in mentem venire potuerit, *exeſum clauderet orbem*, quia ſcil. orbem de diſco capiebat, quem *condi* recte dici non putabat. *Exedi* vero rupes, antra, ripas, & alia, quae aſſiduo attritu aquae excavantur, facile patior: ut III. 226. *exeſis rupibus antrum*; vel tabe & curis exedi etiam homines, & alia quae corrumpuntur ſenſim, dici ſolent. Sed lunam *exedi* poſſe, quum cornua oſtendit, vellem mihi perſuaderi poſſit. Deinde ſi jam exeſam fingere quis vellet, novo alimento, aut remedio, opus eſſe fingi debet, ut orbem clauderet, & tabem corrigeret. *Recreſcere* dicitur Ovid. II. Ep. 5.

Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit.

Somnia vera: licet *clauderet* etiam ſit in Langerm. ſollemni varietate, de qua vid. ad Ovid. I. Epiſt. 113. Sil. Ital. VI. 327. & alibi.

578. *Metuens pelagi*] Haec recte jungit Oudend. ut ſupr. vſ. 233. *metuens futuri*.

579. *Anguſtaque*] *Anguſtamque* octo ſcripti & editi nonnulli. *in* deeſt duobus.

580 *Idem per*] Languidiorem verſum erigas, ſi legas cum Sixii & Rott. tert. *idem ego*, quam voculam ſaepe ejecerunt librarii, quia ſine ea verſus conſtaret. Sed recte reſtituit Cor-

Hinc me victorem gelidas ad Phaſidos undas
Arctos habet: calida medius mihi cognitus axis
Aegypto, atque umbras nuſquam flectente Syene.
Occaſus mea jura timet, Tethynque fugacem
Qui ferit, Heſperius poſt omnia flumina Baetis.
Me domitus cognovit Arabs, me Marte feroces
Heniochi, notique erepto vellere Colchi.
Cappadoces mea ſigna timent, & dedita ſacris
Incerti Judaea Dei, mollisque Sophene.
Armenios, Cilicasque feros, Taurosque ſubegi.

Quod

Cortius. Virgil. x. Aen. 851. *Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen.* Sic *vidi ego*, *ergo ego* ſaepe Ovidio reddidimus ego & Heinſius. vid. ad i. Amor. ii. 49. iii. Ep. 49. & alibi ſaepe.

583. *Vacat*] *Vagat* Thuan. pr. a m. pr. ut ita variatur lib. viii. 101. & alibi. Obſcurior autem ſenſus, & non ordinaria verbi *vacare* ſignificatio videtur: nam poſſet contra mentem Pompeji notare, nullam partem fuiſſe a ſe viſam aut ſubactam. ut lib. viii. 801.

Si tota eſt Herculis Oete,
Et juga tota vacant Bromio.

id eſt, ipſi ſoli ſunt poſſeſſa, dicata &c. ita, quod addit, *quare Unus in Aegypto Magno lapis*, potuiſſet dicere, nullam partem mundi vacare Pompejo, praeter unum illum lapidem: hic vero, ubi agitur de victoriis, quibus totum orbem peragravit, debet ſignificare, nullam eſſe partem, quam non perdomuit, & ita non vacavit, id eſt, caruit Pompeji victoris praeſentia, ſed tota tenetur ejus tropaeis. Sed neſcio quis alius ita locutus fuerit. niſi huc referas illa ii. 56. *Nulla vacet tibi, Roma, manus*, id eſt nullus tibi toto orbe deſit hoſtis, ſed omnes in te arma capiant. libr. v. 675. *litora vacant ſaxis* dixit, pro illis carent. ſed *ſaxis* ibi eſt ablativus caſus, aliter ſi dativus eſſet, notaret, dant locum ſaxis. Vide quae ibi dixi. hic haereo. an poſſet conſtrui pars nulla vacat mihi, id eſt, caret meis tropaeis, ſed tenetur tota illis. ſed tum odioſe *meis* iteratur. mox, *quoſcumque jacet* Rott. tert. & a m. ſec. *quaecumque*, quod & Barber. habet. Sed *quocumque* rectum. Sic *alio ſole calentes terrae* Hor. ii. Od. 16. & inf. ix. 872.

588. *Mea jura timet*] *Timent* quinque ſcripti, ut jungantur *occaſus* & *Baetis*, ut centies Noſter & alii ſolent, non ut *occaſus* ſit pluralis numeri. *Signa manent* Cod. Cortii, qui interrogandi modo legebat, *mea jura tremit?* quia mox ſequitur, *Cappadoces mea ſigna timent*, ubi eodem jure, *tremunt*, poſſet reponi. *Tethinque* Langerm. & Voſſ.

593. *Incerti Judaea Dei*] Adſcripſi olim, Rosweidum, neſcio nunc quo in opere, legiſſe, *Ignoti Judaea Dei*. ut ſcilicet ignotus ille, vel ignoti Dei Athenienſium, de quibus multa viri docti commentati ſunt, intelligantur. Sed *incertus* Pompejo dicitur, quia ignorabant gentes, quem Deum Judaei colerent, quum nullas apud eos imagines deprehendiſſent.

593. *Mollisque Sophene*] Ita novem ſcripti, quod neſcio cur ſit rejiciendum, & Grotius & Cortius probarunt; licet *Sophonae* Rott. tert. & Hamb. tert. *Sophoene* Oiſel. habeant: *Armenias* fragm. S. Germ. *Galicasque feros* Hamb. pr. an *Galatasque*: nam Cilicas jam antea vſ. 579. memoravit. *Tauri* vero hic ſunt populi Scythici, in Cherſoneſo Taurica, non Tauri montis accolae, quos

Quod ſocero bellum, praeter civile, reliqui?
Verba ducis nullo partes clamore ſequuntur,
Nec matura petunt promiſſae claſſica pugnae.
Senſit & ipſe metum Magnus, placuitque referri
Signa, nec in tantae diſcrimina mittere pugnae
Jam victum fama non viſi Caeſaris agmen.
Pulſus ut armentis primo certamine taurus
Silvarum ſecreta petit, vacuosque per agros
Exſul in adverſis explorat cornua truncis,
Nec redit in paſtus, niſi quum cervice repleta
Excuſſi placuere tori: mox reddita victor

Quos-

Tauros dici neſcio. Sed illorum frequens mentio apud Ovid. in Triſtibus & Ponticis; vide & Claudian. I. in Eutrop. 249.

595. *Quod ſocero bellum*] *Quid* Sixii, Thuan. ſec. & Langerm. & editiones priſcae, unde Heinſius, *quid ſocero belli*; Cortius ex viri docti ſententia,

Quid ſocero, bellum praeter civile, reliqui.

Quod & Oudendorpio in mentem venit, neque mihi diſplicet: ut ſupra vſ. 565. *nihil, niſi regna, reliquit*, vel *reliqui*. ſed ſenſus idem eſt.

597. *Petunt*] *Petit* Thuan. quart. ut *clamor* intelligatur petiiſſe ſigna.

599. *In tantae diſcrimina mittere pugnae*] Cortius, non monito lectore, unde petierit, dedit, *tanti Martis*. Verum eſt, apud Ovidium, Val. Fl. Claudian. & forte alios, ſaepe, ubi vulgo *bellum*, *ferrum*, *proelium* &c. legitur, inveniri in ſcriptis *Martem*, vid. ad Ovid. VI. Met. 464. XIII. 255. Haec legerat & noverat vir doctus. Sed talia tentare, ubi nullus codex variat, arbitrarium & dictatorium eſſe credimus: praeceſſerat ſcil. *pugnae*, ideoque hic mutandum erat. praeterea notandum hic praecedere forma paſſiva *referri*, & jungi *mittere*, de quo vid. infr. ad lib. X. 348.

604. *Niſi cum cervice recepta*] *Si cum* Richel. an talem codicem viderit Cortius, qui conjecit, *niſi ſi*, an quia alibi ita commendarunt viri docti, ut Heinſ. apud Ovid. IV. Epiſt. III. & alibi, neſcio: Sed eſt ex genere emendationum, de quo modo egi. *cervice repleti* Voſſ. a m. pr. *repleta* Rott. ſec. Barber. & a m. ſec. Richel. quod placet, & *recepta* gloſſatoris eſſe puto. Sueton. Calig. III. *gracilitas crurum repleta aſſidua equi vectatione poſt cibum.* vid. Barth ad Stat. IV. Theb. 757. unde *plenus* pro pingui. vid. ad Ovid. I. Art. 66. & Remed. 327. & Quintil. Decl. VII. 8. ſi quis tamen *recepta* tueri velit, quia & *amittere corpus* dicitur pro macreſcere, quod *recipit*, qui iterum pingueſcit, per me licet. ſed tamen nondum hoc legi; & facilius, *vires*, *ſanguinem* &c. quam *cervicem recipere* reperturum confido. timebant librarii ſyllabae primae in *repleta*. ſed communem eſſe recte docet Heinſ. ad Ovid. VII. Metam. 628. & noſter corripuit lib III. 242. *Excuſſi tori* debent capi, ut *excuſſi lacerti*, I. 424. Virg. XII. 7. *Excutiens cervice toros* Propert. II. XIII. 27. de fortiter faciente in concubitu, *Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis*, quod proxime accedit *toris excuſſis*: licet *excuſſos toros* durius quis credat eſſe dictum, niſi capias, pro examinatis, an ſufficere pugnae jam poſſint. Vel quia tauris domitis & aratro adhibitis cervix & tori alti & eminentes ſolent decreſcere, & quaſi intra carnem deſidere,

nunc

Quoslibet in ſaltus comitantibus agmina tauris
Invito paſtore trahit: ſic viribus impar
Tradidit Heſperiam, profugusque per Appula rura
Brunduſii tutas condit ſe Magnus in arces.
Urbs eſt Dictaeis olim poſſeſſa colonis,
Quos Creta profugos vexere per aequora puppes
Cecropiae, victum mentitis Theſea velis.
Hinc latus anguſtum jam ſe cogentis in artum
Heſperiae, tenuem producit in aequora linguam,
Hadriacas flexis claudit quae cornibus undas.
Nec tamen hoc artis immiſſum faucibus aequor

Por-

nunc pulſus armentis, & in ſilva paſcens recepit cervicem pleniorem, & toros ante latentes quaſi excuſſit. vide locum Statii ab Oudendorpio adductum, cui adde alterum ex lib. I. 134. ubi aratro juncto, *ardua nodoſos cervix deſcendit in armos.*

608. *Tradidit Heſperiam*] Heinſius malebat, *prodidit*, pro reliquit, deſeruit. *Apula rura* plurimi, *Apulia regna* Hortenſii cod. Varia in hoc nomine eſt licentia Poëtarum circa modum ſyllabarum. Sed hoc nunc agere non vacat.

609. *Brunduſii tutas conſcendit Magnus in arces*] *Brundiſii* plurimi: unus Voſſii *Brondiſii.* deinde variant codices noſtri, ut Oudendorpiani, partim *conceſſit*, partim *concedit*, Turrian. *conſedit*, a m ſec. exhibentes. *Magnus conſcendit* Rott. ſec. Ita apud Virgil. III. Aen. 292. *Buthroti adſcendimus arcem*, ubi alii, *accedimus.* Sed unice placet mihi Thuanei tertii lectio, *condit ſe Magnus in arces.* Quae a librario profecta non videtur, & profugo aptiſſima, & quae metum, quem ex ſilentio militum conceperat, oſtendit. *Conſedit* enim ſyllabis mutatis fecit ex *condit ſe* librarius. Firmatur vero, quia ſimilem variationem notavi tum alibi ſaepe, tum in primis apud Sueton. Calig. LI. & Neron. XLVIII. ubi vide. & ita Virgil. IX. Aen. 24.

Huc ſe provecti deſerto in litore condunt.

Denique *tutas*, (ut & ſupra occurrunt vſ. 504.) hoc exigit. Eodem fere modo apud Virgilium lib. IV. Georg. 227. pro *alto ſuccedere coelo*, Pierius in Romano codice invenit, *alto ſe condere coelo* De verbo *condere*, vide Broukhuſ. ad Propert. III. XXIII. 19.

610. *Urbs eſt*] Languet ab ipſo initio ſpondaicus verſus, qui erigeretur, ſi codices darent, *Urbs ea*, ut alibi ita variatur. vid. Ovid. VI. Met. 217, & 260. ſed quid opus, dicet quis, meliorem Poëtam facere Lucanum, quam revera fuit?

612. *Victum*] *Functum* malebat Heinſius, non veritus controverſiam huic verbo a quibusdam factam, de qua egi ad Albinov. Eleg. in Druſ. 393. ſed *victum*, a Minotauro ſcilicet, intelligamus, ut putabat ejus pater.

613. *Hanc*] *Hinc* quinque libri. Sed Cortius hic, & vſ. 615. *qua* edidit. ultimum auctores libros habet, hoc vero nequaquam. mihi cum Oudendorpio *hinc* ſatis placet. *in ortum* Turrian. ſed *artum* plurimi. *arcum* nullus praeter Thuan. quart. dein, *perducit* Langerm. *produxit* Thuan. ſec. eadem variatione, qua ſupr. 427. *percurrit* & *procurrit.* *in aequore* Barber. pro *linguam* tres, *ſulcum*, & duo pro var. lect. Sed imitatio Ovidii XIII. Met. 427. *linguam* vindicat. per quam hic portum intelligit. mox *qua* duo. *ſcindit quae*

fragm.

Portus erat, ſi non violentos inſula Coros
Exciperet ſaxis, laſſasque refunderet undas.
Hinc illinc montes ſcopuloſae rupis aperto
Oppoſuit natura mari, flatusque removit,
Ut tuemulo ſtarent contentae fune carinae.
Hinc late patet omne fretum, ſeu vela ferantur
In portus, Corcyra, tuos, ſeu laeva petatur
Illyris Iönias vergens Epidamnus in undas.
Huc fuga nautarum, quum totas Hadria vires
Movit, & in nubes abiere Ceraunia, quumque

Spu-

fragm. S. Germ. ſed *claudit* rectum, quia portum facit. vid. lib. I. 421. deinde pro *immiſſum*, *immenſum* Rott. tert. mate.

618. *Laſſasque refunderet undas*] Ita quinque ex noſtris, & recte adſeruit Oudendorpius, & recepit. *Laſſas* Cortius, ſed *retunderet* etiam nobis dedit, quod in uno tantum Rott. ſec. reperi, & Heinſius etiam damnavit. Et ratio docet *laſſas undas* potius *refundi*, quam *retundi*. Nulla enim vi opus eſſe videtur, quia jam *laſſae* non vehementer irruunt, & feriunt. Sed *Boreas* recte *retundere* dicitur pelagus lib. v. 661. *Refunduntur undae* quum recedunt, ut *refuſus Oceanus* lib. VIII. 797. Virg II. Geor. 163. ubi etiam de portu,

Itala qua ponto longe ſonat unda refuſo.

ubi etiam *retuſo* volebat Barth. ad Stat. VI. Theb. 483. ſed & VI. Aen. 107.

Tenebroſa palus Acheronte refuſo.

& VII. 225. *ſi quem tellus extrema refuſo Submovet Oceano.* Sic apud Plinium Paneg. cap. XXX. de Nilo, *non placido ſe mollique lapſu refuſum abſtulerat.* ubi Vir Cl. Chriſt. Gotl. Schwartzius reponebat, *refugum*, quod & ſe tueri poteſt. vid. ſupr. lib. I. 411. *Exciperet* quoque non mutandum in *acciperet*; vid. ſupr. vſ. 429 *Portus erat*, vero poſitum pro *eſſet*. vid. Cortii notas ad fragmenta Salluſtii pag. 970. & infr. lib. III. 597. & VIII. 155. Sic Flor. II. 17. *Rapta erat impetu Hiſpania, niſi fortiſſimi viri cecidiſſent.* & ita ſaepe alii.

619. *Hinc illinc montes*] *Illic* Oiſel. Elegantius cenſet interpres, ſi ex amici ſententia legeretur, *moles*. Offendit forte, *montes rupis*. miror etiam non adduxiſſe illa paullo poſt. vſ. 661.

Sed molibus undas
Obſtruit, & latum dejecit rupibus aequor.

Sed contra libros ſcriptos nihil moveo, quia video Poëtas ſaepe in montibus *rupes* & *ſcopulos* tamquam partes agnoſcere, & ita *mons rupis ſcopuloſae* non terrenus, ſed in quo rupes & ſcopuli eminent, eſt capiendus. Infr. 665.

Si celſus in undas
Depellatur Eryx, nullae tamen aequore rupes
Emineant.

ubi, quas ante *moles* & *rupes* vocaverat, mox *montes* vocat. vid. & lib. VI. vſ. 16. de Petra, cui & ſcopulos deinde tribuit. Ovid. XIV. Met. 160.

Deſertum quondam mediis qui rupibus Aetnae
Noſcit Achaemenidem.

Sic *montes* & *ſaxa*, *rupes* & *ſcopuli* paſſim occurrunt tamquam diverſa, quae ſunt partes unius corporis. Noſter lib. VIII. 46.

Rupis in abruptae ſcopulos.

Ovid. VI. Faſt 5.

Eſt moles nativa; loco res nomina fecit,
Appellant ſaxum. pars bona montis ea eſt.

XIV. Met. 181.

vidi,

Spumoſo Calaber perfunditur aequore Saſon.
Ergo ubi nulla fides rebus poſt terga relictis,
Nec licet ad duros Martem convertere Hiberos,
Quum mediae jaceant immenſis tractibus Alpes:
Tunc ſobole e tanta natum, cui firmior aetas,
Adfatur: *Mundi jubeo tentare receſſus.*
Euphraten, Nilumque move, quo nominis uſque
Noſtri fama venit, quas eſt vulgata per urbes
Per me Roma ducem: ſparſos per rura colonos
Redde mari Cilicas: Pharios hinc concute reges;

Tigra-

vidi, quum monte revulſo
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.

Silius IX. 393.

Tunc ſilicem ſcopulo avulſum, quem montibus altis
Detulerat torrens.

& ita paſſim Poëtae. vid. & ad Ovid. Remed. 179. Eodem ergo jure quis poſſet hic corrigere, *montes ſcopuloſae molis*. nam & *rupes* & *moles* permutari videbit ad Ovid. II. Met. 12. Sed ſequamur ſcriptos libros, in quibus ut, ſi *moles* reperiretur, non mutarem in *montes*, ſic nec *montes* loco moverem. Recte vero vindicavit *funem* Oudendorpius, & ita capi debere patet ex vſ. 649. *ſolvunt cavas a litore puppes*: & hic aliquis, novandi cupidus, poſſet legere, *tremulae ſtarent contento fune carinae.* Quod etiam ſenſum egregium faceret, & *contentus funis* exemplis multis probari poſſet. vid. Miſcell. Obſerv. Critic. T. IX. pag 386.

621. *Ut tremulo ſtarent*] *Starent tremulo* Rottend. pr. *ut ſteterint* Thuan. ſec. Mox, *ſeu vela feruntur* Hamb. pr. deinde, *Epidauros* tres. *Epidamnus* Oiſel. a m. pr. *Epidamnus* a ſec. vid. Oudendorp.

625. *Huc*] *Hoc* quinque libri. *haec* multi.

627. *Perfunditur aequore Saſon*] *Profunditur* Thuan. quart. & Langerm. ſed male: nam humilis inſula. v. 650. tota quaſi aequore inundatur. Dein praeter notatas varias lectiones *Saſon* fragm. S. Germ. *Saron* Turrian.

629. *Nec licet*] Id ne quidem propoſuiſſe ſibi, ſed longe alia agitaſſe ex Ciceronis ad Att. IX. Ep. II. notabat Brouckhuſius. Ineptit ergo iterum Poëta.

630. *Jaceant*] *Jaceat* fragm. S. Germ. quaſi *Alpes*, ut alibi, eſſet ſingularis numeri; ſed *mediae* admonere debuerat librarium.

631. *Tunc ſobole e tanta*] *Ex* Cortius, quod nusquam reperi, niſi in editis nonnullis. *ſubole* duo: non ſequor. Rationem ſupr. ad vſ. 330. reddidi. Sed illud *tanta* ſuſpectum, & miror praeteriiſſe interpretes, quum plures duobus filios Pompejum habuiſſe non reperiam. Certe noſter duorum tantum meminit, an hi *ſoboles tanta* dici poſſint, dubito. Videant ergo viri docti, an plures invenire poſſint. infr. lib. V. 34. pro *ordine de tanto*, tentabam de *ſancto*, ſed vix audeo idem hic admittere. quare malo aliis illud ulcus ſanandum relinquere, licet facile eſſet, aliud epitheton, quod ſoboli conveniret, reperire, ut *cara*, *digna* &c.

635. *Poſt me*] Multi codices, *per me*, quod modeſtius videtur, & *per* & *poſt* paſſim confuderunt apud Virgilium & Ovidium & alios: vid. infr. lib. V. 318. & ad Suet. Tib. V. & LXII.

636 *Pharios*] *Parthos* tres. Mox, *utraque vacantes* fragm. S. Germ. ſup. vſ. 583.

 640.

Tigranenque meum. nec Pharnacis arma relinquas,
Admoneo, nec tu populos utraque vagantes
Armenia, Pontique feras per litora gentes,
Rhipaeasque manus, & quas tenet aequore denſo
Pigra palus, Scythici patiens Maeotica plauſtri.
Sed quid plura moror? totos mea, nate, per ortus
Bella feres, totoque urbes agitabis in orbe
Perdomitas: omnes redeant in caſtra triumphi.

At

640. *Et quas*] Heinſius corrigebat, *quos*, quaſi nunc populos ſubintelligeret. Mox, *Maeotia* Langerm. & fragm. S. Germ. ut ſaepe alibi.

642. *Sed quid*] *Sed quod* Rott. ſec. *Et quid* multi ſcripti & editi: *plura loquor* unus Voſſii, ſollemni variatione. vid. Heins. ad Ovid. III. Met. 193. & alibi. *mea ſigna* Thuan. ſec. *per orbes* Rott. pr. *bella ferens* Turrian. nullus *ſeres*, quod tamen Grotio, Heinſio, Cortio & aliis placuit. vid. ad Sil. Ital. I. 390. Plin. Paneg. XXXI. Sed non imperat filio ut bella ſereret inter populos Orientis, id eſt, ut inter ſe committerent proelia & acies, ſed ut excitaret eos ad arma pro ſe capienda, & jungendas ſecum vires & copias. Hinc *concute*, & mox *agitabis*, dicit, quod oſtendit, illas gentes nunc quietas, & in pace viventes eſſe excitandas in bellum contra Caeſarem. Hinc non *ſeres bella*, ut ita *odia*, *diſcordiam*, *lites ſerere* dicimus, ſed *feres* legendum, id eſt, dices pacem eſſe ruptam, & bellandum eſſe. exempla ubi *bella ferre* legitur, non unum omnia ſenſum habent, quae excutere non vacat. Apud Ovid. VIII. Ep. 21.

Aſpera pro caro bella tuliſſe toro.

eſt pro geſſiſſe, intuliſſe, ut & apud Sabin. I. Epiſt. 24.

Et Phrygas in miſeros ultima bella ferunt.

& apud Stat. III. Theb. 655.

Quod ſi bella efferа Grajos
Ferre vetas.

Sed hic eſt, legatus, nuntius ibis ad Orientis populos, & feres, nuntiabis illis bella hic geri, & ad illa auxilia poſces. ut *verba*, *voces*, *nuntium*, *mandata*, ad aliquem & ſimilia *ferre*. ſic lib. V. 781. *puppis quae fert fata laeta*, id eſt, nuntiat, & ita paſſim. Forte etiam, *motoque orbe*. Nam ſaepe voces iterarunt librarii ex praecedente verſu, ut ſupr. 633. *Euphraten*, *Nilumque move*, & centies alibi. *Triumphi* hic ſunt populi triumphati, & victi, ſub me militent.

645. *Qui Latio*] *Qui Latios ſ. n. faſtus* Turr. & fragm. S. Germ. *faſtus* etiam Thuan. tert. a m. & adſeruit Heinſ. ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 155. qui locus ex Lucano expreſſus; & alii plures *faſtus* receperunt. *Faſtis* Thuan. tert. ſed lis eſt, an *Latio nomine*; an *Latios faſtos* praeſtet, & an *Latios* ſit otioſum epitheton, quia faſti per ſe intelliguntur Romani. Sed quid etiam opus erat, *Latio nomine*, quum omnes Conſules haberent Romana nomina, non Graeca & peregrina? Sed unaquaeque gens, quum haberet ſuos faſtos, quos illi ſuorum magiſtratuum nomine, Romani vero ſuos conſulum, ſignabant, recte *Latios* dixit. Sed eligat lector, non certabo: ſic *Latios faſces* dixit lib. III. 87. de verbo *ſignare* vid. inf. v. 390.

646. *Primus*] Heinſius *pronus* olim, ſed induxerat. Boreas *primus* eſt, quam primum flat. Sic apud Propert. II. II. II.

Ac veluti primo taurus detractat aratro.

ubi nihil mutandum, nec *aratro* cum *detractat* conſtruendum, ſed primo aratro eſt abſolute poſitum, quum primum aratro jungitur taurus; & ita *primus* ſol. IV. 15. & talia paſſim.

647.

At vos, qui Latios ſignatis nomine faſtos,
Primus in Epirum Boreas agat: inde per arva
Grajorum, Macetumque notas adquirite vires:
Dum paci dat tempus hiems. Sic fatur: & omnes
Juſſa gerunt, ſolvuntque cavas a litore puppes.
At numquam patiens pacis, longaeque quietis
Armorum, ne quid fatis mutare liceret,
Adſequitur, generique premit veſtigia Caeſar.

647. *Acquirite vires*] *Exquirite* margo Hortenſii; nihil mutandum docet Ovidii locus, quem videtur imitatus ex lib. VII. Met. 457.

Ante tamen bellum vires acquirit amicas.

ubi vide. Virg. IV. Aen. 175. *vires acquirit eundo.* Manil. V. 501.

Artifices auri faciet, qui mille figuris
Vertere opus poſſint, caraeque acquirere dotem
Materiae.

Ita correxit Scaliger, quum olim *carni* legeretur: Sed legendum *carnis*, hoc ſenſu: artifices ita materiem formare ſignorum & imaginum, ut videantur veram carnem habere, ut ita ſaepe ebur, metalla &c. dicuntur *vivere*. vid. ad Val. Fl. II. 467. Petron LXXXII. *carnis dotes* dixit, ut eod. libro 324. *vocis dotes.*

648. *Dat tempus hiemis*] *Tempus iners* Turr. a m. ſec. quod non de nihilo, & veroſimile eſt aliquem *tempus iners* explicuiſſe per hiemem; & quia *tempus hiems* aliud verbum poſtulat, correxiſſe *paci*, pro, *dum pacem dat tempus iners*, id eſt, inutile ad bellum movendum. Sic *brumam inertem* dixit Hor. IV. Od. 7. & Ovid. I. ex Pont. II. 26. *ignavam* Virg. I. Georg. 249. *frigus iners* Ovid. VIII. Met. 190. & alii *pigram hiemem*: ita *tempus iners* pro inutili de aliis Ovid. ſaepe, ut III. Art. 60. *Dat paci dum* Rott. pr. *pacis* Sixii & Barber. *Stat* in nullo reperi, ſed ultima litera in *pacis*, juncta ſequenti, unde *ſtat* provenit: ſimilem harum vocum variationem vidimus ad Gratii Cyneg. vſ. 100.

549. *Juſſa gerunt*] Notanda locutio, pro agunt, & ut ſupr. dixit, *peragunt*. lib. IV. 342.

Gerit omnia victi,
Sed ducis.

Vid. & lib. III. 350. & verbum *gerere* communem ſaepe cum *agere* habere vim, oſtendunt loca, ubi inter ſe librarii permutaverunt, ut vidimus ad Suet. Caeſ. XLV. Aug. XXXVII. & alibi. Paullum alio ſenſu apud Statium II. Theb. 2. Mercurius dicitur *juſſa gerens Jovis*, id eſt legatus, nuntius a Jove miſſus, ubi gloſſa, *complens*, *facessens.*

650. *Patiens pacis*] In omnibus fere ſcriptis noſtris & multis aliorum, *patiens ſegnis*, quod ſegnem facit verſum; & credo inrepſiſſe ex gloſſa, quae adſcripta fuit, *patiens pacis*, ideſt, *ſegnis*. *Signis* Turrian. *pax* ſaepe a noſtro pro otio, tarditate, ceſſatione a bellicis actibus ponitur, ut modo praeceſſit, & ſupr. vſ. 559. de ſe Pompejus, *qui pacem potuere pati.* Heinſius exſculpebat ex vitioſa lectione, *patiens ſenii*: & certe *ſenium* pro omni ſenectutis vitio, ſitu, torpore ſumi certum eſt. ita *ſenium aevi* dixit lib. IV. 812. pro oblivione ex vetuſtate nata Sil. Ital. XVI. 14. *ſenio torpeſcere rerum.* adſcripſerat etiam ex Tacito *mens ſenio fluxa*, quod reperire non potui. Hunc Lucani locum reſpexiſſe & latius acturum fuiſſe *de ſenio*, indicant ejus notae ad Sil. XVI. 135. ubi & *ſeneſcere* pro torpeſcere, langueſcere, egregie illuſtravit Cl. Drakenborchius noſter. Ingenioſa emendatio, an vera ſit, neſcio. *ne quid factis* fragm. S. Germ.

Sufficerent aliis tot primo moenia curſu
Rapta, tot oppreſſae dejectis hoſtibus arces:
Ipſa caput mundi, bellorum maxima merces,
Roma capi facilis: Sed Caeſar in omnia praeceps,
Nil actum credens, quum quid ſupereſſet agendum,
Inſtat atrox: & adhuc, quamvis poſſederit omnem
Italiam, extremo ſedeat quod litore Magnus,
Communem tamen eſſe dolet: nec rurſus aperto
Vult hoſtes errare freto, ſed molibus undas

Ob-

653. *Aliis*] *Alii* fragm. S. Germ. & Turr. *tot primo* fere omnes.

654. *Tot oppreſſae depulſis hoſtibus arces*] *Obſeſſae* in uno Langerm. codice reperi, & tamen Cortius recepit. *Infeſtae* in tribus erat, unde Heinſ. *inſeſſae*, vel *invaſae*. Sed nihil mutandum, agit enim de celeritate Caeſaris, qui mox *praeceps* dicitur, nec qui obſidet urbes. Inceperat quidem Corfinium obſidere, ſed proditum a militibus rapuit. vid. ſupr. vſ. 505. ad obſidendum enim longius tempus requirebatur, nec patiens morae animus obſidere urbes, ſed opprimere feſtinabat. *repulſis* etiam Langerm. de quo ſupra egimus ad vſ. 436. nec prima ſyllaba deterreret, niſi maxima pars codicum *depulſis* daret, quod jure tuetur Oudendorpius. Praeterea, *moenia curſu capta* habebat etiam Hamb. pr. ſed nec hoc Caeſaris celeritati convenit, nec voci *curſu*. Flor. II. 17. *raptae inſulae, rapta Hiſpania* &c. ita *incurſu rapta caſtella* lib. VI. 268. & paſſim. *curſu ſuperaverat Alpes* lib. I. 183. & ſaepe Noſter, & alii de celerrimo itinere.

657. *Nil actum*] Rara iterum captans Cortius legit, *nil credens acti*, quod in nullo codice exſtare credo. Sed in Plinii II. Epiſt. XI. I. nos remittit ad notas ſuas in Lucanum; ubi latius ſine dubio de hac loquendi ratione, cui nemo controverſiam moveret, ſi codices hic, ut Pliniani, adjuvarent, acturus fuiſſet. cur vero lib. III. 39. reliquit, *nihil relictum*? ſed ubique talia intrudere eſſe oſtentat onem intempeſtivae eruditionis puto. Sic & apud Quinctil. Decl. CCXLVI. *quid acti ſit narraverunt*. ſed Stat. I. Theb. 222. *Nil actum*, & lib. V. 286.

Nil actum eſt bellis, ſi nondum comperit iſtas
Omnia poſſe manus.

Florus II. VI. 150. *Actum erat poculdubio, ſi vir ille ſe cum fratre junxiſſet. Nil credens actum* etiam duo, ex noſtris exhibent, & hinc novandi cepiſſe occaſionem crediderim, ne ingratus' ſonus *actum quum* offenderet aures. Sed iſti incommodo medetur Thuan. quart. qui habet, *ſi quid ſupereſſet.* bona etiam lectione. Heinſius Grotio, legenti *dum*, adſentiebatur. *ſupereſſet* vero omnes noſtri tuentur. Cortius *ſuperaret* obtrudit, quod pro *ſupereſſet* poni multis potuit locis firmare.

658. *Poſſederit*] Heinſius malebat *inſederit.* ſed nihil opus. nam *poſſidere* pro tenere ſaepe noſter & alii. *poſſederit orbem* Thuan. ſec. & Oiſel. repetitum ex lib. I. 120 & VII. 420. *poſſederat*, quod in quibusdam, praetulit Cortius, ut ſcilicet probaret, *quamvis* etiam indicativum poſſe pati.

661. *Molibus undas*] *Undam* Hamb. pr. *obſtruit* non movendum: nam ipſe Caeſar apud Ciceronem lib. IX. ad Att. 14. *ſe ab utroque portus cornu moles jeciſſe*, ſcribit, *ut aut cogat quam primum copias trajicere, aut exitu probibeat Pompejum.* deinde, *dejectis pupibus* Langer. an pro *puppibus*, ut mox vſ. 666. eadem varietas in eodem codice, ita ut naves demerſas, quibus obſtrui portus ſolent, intelligat. Sed ita pro *dejectis*, praeſtaret,

de-

Obſtruit, & latum dejectis rupibus aequor.
Cedit in immenſum caſſus labor: omnia pontus
Haurit ſaxa vorax, monteſque immiſcet arenis:
Ut maris Aegaei medias ſi celſus in undas
Depellatur Eryx, nullae tamen aequore rupes
Emineant, vel ſi convulſo vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus ſtagnantis Averni.
Ergo ubi nulla vado tenuit ſua pondera moles,
Tunc placuit caeſis innectere vincula ſilvis,

Ro-

depreſſis, vel *demerſis*. quare *rupibus*, nam & mox *ſaxa* ſequuntur, ſervamus. vid. ſupr. 619. mox, *cedit & immenſum* Rottend. ſec.

664. *Monteſque*] *Montemque* Cortii MS. *montes immiſcet* Thuan. ſec. & Langerm. *immiſcit* Sixii; quod utinam vidiſſet Cortius, ut firmaret ſuum *miſcuntur*, quod reperit in ſuis lib. I. 579.

665. *Ut maris Aegaei*] Egi de hoc loco ad Val. Flac. II. 522. ubi tentavi aliquo modo Lucano lucem adferre, tentarunt & alii, pro *Aegaei*, hic *Hadriaci* reponentes. Sed ſi Eryx ſitus fuiſſet in illa parte inſulae, qua Ætna, poſſet illius maris mentio fieri; ſed quum Eryx fuerit magis propinquus Tyrrheno vel Africo mari, hic Hadriatico mari nullus locus eſſe poteſt. nam Mela lib. II. 7. dicit Siculum fretum altero curſu modo in Tuſcum, modo in Ionium pelagus (cujus pars Hadriaticum) perfluere, & Ionium ad Pachynum uſque extendi: & a Pachyno Himeram fl. *alio ore in Lybicum*, *alio in Tuſcum mare devenire*; Hadriatico jam ad Pachynum deſinente. Quare ipſe etiam male, *Ionium* pro Tuſco, ibi memoraſſe me nunc video: nondum ergo omnis mihi ſcrupulus exemtus eſt, quem nunc forte adimi poſſe puto, ſi per mare *Ægaeum*, non intelligatur illud magnum; quod communiter ita appellari ſolet; ſed illa pars maris mediterranei, ubi ſitae ſunt inſulae Ægates, in conſpectu Drepani, cui imminebat Eryx. quae inſulae *Ægates* & *Æguſae* dictae hoc commune habent cum mari Ægaeo, quod ab αἲξ αἰγὸς, *capra*, dictae ſunt, unde & una ex illis *Capraria* vocata fuit: hinc jam Lucanus potuit ſibi formare *Ægæum*, licet Stephanus de urbibus, inde deducat *Ægusaeum*: hoc vero ſibi licere credidit noſter; ut ſaepe ſingularia captare ſolet. Qui melius attulerit, vicerit. Cortius etiam inter alia conjecerat, *Maris Aegatum*: ſed ita non ſolent loqui veteres, nec *mare Siciliae*, *Icariae*, ſed *Siculum*, *Icarium* & ſimilia reperimus; certe ego non obſervavi. In editionis Gymnici Colon. 1549. quae in fronte promittit doctiſſima Scholia, margine notatur legendum, *Eſtis*, qui eſt in ora Macedoniae, qui mons mihi ignotus, nec legem carminis ſervat. *In undis* Turrian. De verbo *depellere* videbimus ad lib. IV. 101. *aequore puppes* Langerm. *immineant* Thuan. ſec. *vel convulſo* Rottend. ſec. *Taurus* pro *Gaurus* etiam Oiſel. vid. Cl. Drakenb. ad Silii lib. VIII. 534.

670. *Innectere*] *Annectere* Turrian. Quas hic *ſylvas* & *robora* poëtice vocat, *rates* fuere: ut Cicer. IX. ad Att. 12. *affertur circumvallatum eſſe Pompejum*, *ratibus etiam exitus portus teneri*. vid. & Epiſt. ſeq. In Hortenſii marg. pro *immenſis* legitur, *immerſis*, ſed hoc ſatis per ſe intelligitur: non enim hae rates & robora poterant immenſis catenis vinciri, niſi ſub aqua. Sed *immenſae* catenae, ſunt longa & perpetua ſerie connexae, pro funibus, ne poſſent deſcindi. ut ita etiam, licet in minori re, *longam catenam* apud Ovid. I. Amor. VI. 26 ſumi oſtendi:

Roboraque immenſis late religare catenis.
Tales fama canit tumidum ſuper aequora Perſen
Conſtruxiſſe vias, multum quum pontibus auſus,
Europamque Aſiae, Seſtonque admovit Abydo,
Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helleſponti,
Non Eurum, Zephyrumque timens: quum vela, ratesque
In medium deferret Athon. ſic ora profundi
Artantur caſu nemorum. tunc aggere multo
Surgit opus, longaeque tremunt ſuper aequora turres.
Pompejus tellure nova compreſſa profundi
Ora videns, curis animum mordacibus angit,
Ut reſeret pelagus, ſpargatque per aequora bellum.
Saepe Noto plenae, tenſisque rudentibus actae,
Ipſa maris per clauſtra rates faſtigia molis
Diſcuſſere ſalo, ſpatiumque dedere carinis:

Tor-

672. *Xerxen*] *Perſen* Hamb. ſec. *Serſem* Thuan. ſec. *Derſem* Langerm, *Perſen* recepit Cortius, quod ego magis Poëticum puto. Eadem varietas infr. lib. III. 286. & apud Ciceron. V. Tuſc 7. *nam Xerxes refertus omnibus praemiis doniſque fortunae.* ubi quum Daviſius ex Palatino codice, in priore editione protuliſſet *Perſes*, in altera mutavit. Apud Propert II. Eleg. IX. 22.

Xerxis & imperio bina coiſſe vada.

ubi in duobus codicibus eſt *Perſis*, quod tamen an Grammaticorum placitis congruere poſſit, dubito. Catalectis Pithoei pag. 59. de Xerxe:

Perſes magnus adeſt.

& pag. ſeq.

Idem commiſit longo duo litora ponto Perſes.

Quicquid ſit, alterutrum eſt ex gloſſa, & veroſimilius eſt, *Xerxen* inde proveniſſe.

673. *Conſtruxiſſe vias*] Poſſet & *conſtraviſſe* legi, quo verbo in hac hiſtoria ſaepe ſcriptores utuntur, & *conſtratum*, *ſtratum* mare dixerunt. vid. Juven. Sat. X. 175. Juſt. II. 10. & alios. Sic ſaepe apud alios & Ciceronem, *conſternere vias* ſilice, & aliis rebus occurrit. Sed quia libri non variant, nec nos mutemus. *Conſtituiſſe*, quod quidam habent, etiam non abſurdum, ut ſtabilem & firmam viam fecerit in mobili mari. Sequentia: *multum cum pontibus auſus*, fateor me vix intelligere, aut ſenſum inde elegantem poſſe elicere, & Heinſium quoque haeſiſſe in illis, obelus adpictus indicat. Scripti codices quoque nihil juvant, niſi quod, *cum montibus auſis* Turrian. Cogitabam aliquando, an in *multum* lateret, *ſtultum*; unde faciebam, *ſtulto quum pontibus auſu Europamque* &c. *auſu* pro *auſo*, quod vulgatum magis. vid. ad Ovid. XI. Metam. 242. & Virg. VI. Aen. 624. Sed deſperatum vulnus durius tractare non audeo.

677. *Deferret*] *Transferret* Rottend. tert. *differret* tres.

681. *Mordacibus*] *Mordacior* S. Germ.

682. *Spargatque*] Vid. lib. III. 64.

683. *Noto plenae*] *Pleno* malebat Heinſius, ut

Tortaque per tenebras validis balliſta lacertis,
Multifidas jaculata faces. Ut tempora tandem
Furtivae placuere fugae: ne litora clamor
Nauticus exagitet, neu buccina dividat horas,
Neu tuba praemonitos perducat ad aequora nautas
Praecepit ſociis. jam coeperat ultima Virgo
Phoebum laturas ortu praecedere Chelas,
Quum taciti ſolvêre rates. non ancora voces
Movit, dum ſpiſſis avellitur uncus arenis:
Dum juga curvantur mali, dumque ardua pinus
Erigitur, pavidi claſſis ſiluere magiſtri:
Strictaque pendentes deducunt carbaſa nautae,
Nec quatiunt validos, ne ſibilet aura, rudentes.
Dux etiam votis hoc te, Fortuna, precatur,
Quam retinere vetas, liceat ſibi perdere ſaltem

Ita-

ut apud Ovid. II. Amor. XI. 41.

Ipſa roges, Zephyri veneant in lintea pleni.

Nec ab hoc olim abhorrebam. vid. ad VII. Metam. 471. Nunc potius vulgatum ſervarem, quia & vela & naves plenae vento ſaepe etiam occurrunt. vid. Ovid. III. Ep. 58. & alibi. Plin. IX 25. *navis plena vento.*

684. *Per clauſtra*] *Per cluſa* Hamb. quart.

685. *Diſcuſſere*] *Diſcurrere* fragm. S. Germ, *decuſſere* MS. Cortii: ſi *ſolo* quis praeferret, etiam *faſtigia* deberent capi de ima parte molis infixa fundo maris, ut apud Virgil. II. Georg. 288. & inf. IV. 296. ſed Oudendorpio accedo, *ſalo* vindicanti: mox, *totaque* Hamb. pr.

688. *Ne litora*] *Neu* Ed. Gryph. major. ſed *ne* vel *nec* hoc & ſeq. verſ. multi ex noſtris. *non litora* Langer. *dividat auras* Hamb. ſec. *permonitos* plurimi: *per monitus* Turr. *deducat* octo libri. quod & defendi poſſet. vid. lib. V. 541.

693. *Quum taciti*] *Tum* Thuan. ſec. *tacitas* octo codices, quod aliqui arripuerunt. Sed imitari credo Maronem III. Aen. 667. *taciti incidere funem.* & IV. 289.

Claſſem aptent taciti, ſociosque ad litora cogant.

Unde apparet per *voces* clamorem nauticum hic intelligi, ut recte Scholiaſtes. & hinc mox, *ſiluere magiſtri*, id eſt, nullo hortamine aut clamore uſi ſunt. mox, *cum ſpiſſis* tres.

697. *Pendentes*] Heinſius *tendentes* malebat: ſed & ſimul adſcripſerat locum Silii III. 129. ſed & inde *pendentes* firmatur, quod ne probem pluribus effecit diligentia Oudendorpii. *Pandentes deducunt*, ſi quis retinere velit, debet hoc modo tueri, quo vidimus participia adjungi aliis verbis, idem fere ſignificantibus: ut *temperat abſtinens* Horat. III. Od. 8. *portat ferens* Sil. IX. 585. ubi vid. Drakenb. & nos ſaepe ad Virgilium & alios notavimus: eadem varietas in *pandere* & *pendere* infr. v. 428.

700. *Perdere*] Et hic *prodere* ſubſtituebat Heinſius; ſed nollem hoc ubique intrudi.

Italiam. vix fata ſinunt: nam murmure vaſto
Impulſum roſtris ſonuit mare, fluctuat unda,
Totque carinarum permixtis aequora ſulcis.
Ergo hoſtes portis, quas omnes ſolverat urbis
Cum fato converſa fides, murisque recepti,
Praecipiti curſu flexi per cornua portus
Ora petunt, pelagusque dolent contingere claſſi.
Heu pudor, exigua eſt fugiens victoria Magnus.
Anguſtus puppes mittebat in aequora limes

Ar-

Perdere hic eſt relinquere Caeſari Italiam, & ita amittere, dummodo ſalvus evadat, & Brunduſium teneat.

703. *Totque carinarum*] Non videtur ſenſus perfectus, & exſpectat poſt copulam illam aliud quid verbi lector. Sed poſſet repeti ex primo membro *fluctuat*, quod ibi ſingulari numero cum *unda* junctum, hic debet ſubintelligi repetitum plurali, ut ſit, & *fluctuant aequora.* quod quam durum ſit unusquisque videt, & vere Lucanicum. Mollius eſſet, ſi *aequora & unda fluctuat* dixiſſet, ut lib. III. 526. & VIII. 426. & alibi, ut notabimus. Sed vide etiam ad III. 397. & v. 730. unde poſſet vulgata hic defendi. mallem tamen nobis dediſſet,

Totque carinarum permiſcent aequora ſulci.

vel etiam *ſultos.* Nam ſolae naves ſulcum dant conſpicuum, multarum vero & propinquarum ſulci miſcentur & delentur.

704. *Omnes*] Sive *omnis*, ut quidam codices. Sed & ſic accuſativo caſu magis probarem: nam oſtendit majus ſtudium Brundiſinorum recipiendi Caeſaris. Sic alia in re, *effunduntur omnibus portis ad opem ferendam* apud Livium lib. XXXVIII. 6. & duriſſime diceretur, *omnis fides* ſolvit portas urbis, pro totius urbis fides.

706. *Per cornua*] Vid. ſupr. ad vſ. 58.

707. *Pelagusque dolent contingere claſſes*] *Claſſem* Oiſel. nec nego *tangere*, *contingere pelagus* recte poſſe dici. vid. Ovid. VII. Met. 6. & alibi. Sed elegantior multo & rerum ſtatui accommodatior lectio fragm. S. Germ. mihi videtur, *Claſſi*: ut *contingere* nobis dicuntur, quae votis petimus, & ſaepe praeter ſpem eveniunt. Sic lib. IX. 65. *Pompejo contigit ignis.* Ovid. III. Amor. IX.

Haec mihi contigerant, ſed vir non contigit illi.

vid. ad Phaedr. IV. 23.

710. *Artior*] *Altior* Richel. *Chalcida*, *Chobcida*, *Chalchida* erat in ſcriptis.

711. *Claſſique paratas excepere manus*] Aut *paratae* cum Hamburg. ſec. & uno Oudendorpii mallem legere, quae paratae erant, manus, ſc. ferreae, excipiendae claſſi: vel *paratas accepere*, ut haerentes naves intelligantur, quae facile apprehendebantur ferreis illis manibus. *Claſſisque* erat in fragm. S. Germ. Quum vero ter brevi hic intervallo recurrat vox *claſſis*, cogitabam aliquando, an poſſet ſcripſiſſe, *cladique paratae excepere*, vel *cladique paratas accepere manus.* ut lib. III. 287. *tantis percuſſit claſſibus*, in tribus vidi, *cladibus*, ubi plura.

712. *In litora*] *Ad litora* quinque. *in litore* duo.

714. *Summis ſpoliata carinis*] *Summum diem*, *tempus*, *ſupplicium* & ſimilia pro ultimo, extremo poni facile patior. Sed *ſummas carinas* has duas, quae haeſerunt & captae fuerunt, eleganter dici eras credam, hodie nihil, quum altiores reliquis poſſent ita etiam intelligi. Scio quidem *ſumma agmina carpere*, pro extremis dictum a noſtro lib. IV. 155. ſed non

ideo

Artior Euboica, qua Chalcida verberat, unda.
Hic haeſere rates geminae, claſſique paratas
Excepere manus: tractoque in litora bello,
Hic primum rubuit civili ſanguine Nereus.
Cetera claſſis abit ſummis ſpoliata carinis:
Ut Pagaſaea ratis peteret quum Phaſidos undas,
Cyaneas tellus emiſit in aequora cautes,
Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus Argo,
Vanaque percuſſit pontum Symplegas inanem,

ideo *ſummas carinas*, pro extremis credo recte dici. Quare palmariam Heinſii correctionem, *ſummis ſpoliata ceruchis*, vel *corymbis*, non meo tantum calculo, ſed ſuffragio omnium eruditorum approbanda videtur: non modo quia ipſe Lucanus lib. x. 495. dixit: *Tranſtraque nautarum, ſummique arſere corymbi:* ſed quia comparatio cum Argo navi, quae hoc levi damno evaſit Symplegadas, hoc poſtulat. Deinde ipſa etiam ratio hoc exigit. Furtiva erat fuga, in qua ſolent omnia inſignia detrahi, & ideo Pompejus quoque ceruchos vel corymbos detrahi juſſit, ne forte longius hinc conſpici poſſent, & agnoſci oriente crepuſculo, & deinde die. Sic quoque victis & captis ſolebant navibus demi omnia ornamenta, ut contra victrices auro &c. ornari, ut ex Scheffero notavi ad Valer. Fl. I. 273. Fefellit, credo, interpretem non in omnibus reſpondens comparatio τοῦ Argo, cui non Jaſon detraxerat ceruchos, ſed quae, coëuntibus Symplegadibus ſpoliata ſuis ceruchis fuerat; & ideo credebat a Caeſare vel Caeſarianis has naves ſpoliatas fuiſſe. Sed claudicat hac in parte comparatio; & ſaepe non per omnia ſimilis eſt res comparata, ut hoc recte obſervat Servius ad Virg. I. Aen. 497. & quam illuſtrat amplius H. Stephan in Diatr. de Criticis. pag. 108. & 184. Similem in Apoll. Rhodio obſervat Scholiaſtes ad lib. I. 883. haec Poëtices ſtudioſi obſervare debent, ne immerito accuſentur veteres. Convenit vero navibus Pompejanis cum Argo, ut utraeque eſſent ſine ceruchis, ſed illis detractae erant a Pompejo, huic, vi Symplegadum coëuntium, extremi ceruchi avulſi erant. *Puppe* ſpoliatum Argo noſter dicit. jam vero nudatas his inſignibus ab ipſo Pompejo, ut fuga lateret, debemus intelligere; neque ſemper *ſpoliatio* hoſtilis hoc verbo indicatur, ſed quum nos ipſi nudamus, detrahimus aliquid. Sic quid magis obvium, quam *ſpoliare* montes arboribus, & ipſas arbores foliis & fructibus *ſpoliare*, & ſimilia? ut Noſter lib. III. 395. VI. 112. & alii paſſim. vid. ad Ovid. Epiſt. XVI. 10. & ad Claudian. II. Rapt. 139. Audacius etiam dixit Vellej. Paterc. II. 119. *ſpoliatum equite peditem*, pro nudatum. Jam vero fugientes naves ſuas omnibus illis, quae hoſtibus inſequentibus conſpiciendas dare poſſent, nudaſſe apparet ex Pompeji filio, qui fugiens *exſtingui* juſſit *lumen Praetoriae navis*, & *annulos abjici*; teſte Floro IV. 8. ubi quinam illi annuli ſint nondum conſtat inter eruditos: & corruptam vocem credo, in qua inſignia quaedam navis latere veroſimile eſt, & apluſtria vel corymbos intelligi.

716. *Emiſit in aequora cautes*] In Thuan. quarto erat, *cautes emiſit in aequor*. *in aequore* Thuan & Hamb. primi.

717. *Rapta*] *Rupta* Rottend. ſec. *Argos*, Thuan. quart. & Hamb. tert. *deſcendit montibus Argo* Cod. Cortii. quod librarius ſumſit ex ſcriptoribus, qui de prima inſtitutione

Et ſtatura redit. jam Phoebum urguere monebat
Non idem Eoi color aetheris, albaque nondum
Lux rubet, & flammas propioribus eripit aſtris,
Et jam Plias hebet, feſſi jam plauſtra Bootae
In faciem puri redeunt languentia coeli,
Majoresque latent ſtellae, calidumque refugit
Lucifer ipſe diem. pelagus jam, Magne, tenebas,
Non ea fata ferens, quae, quum ſuper aequora toto
Praedonem ſequerere mari. laſſata triumphis
De-

navis, ex nemore Pelio detractis arboribus, frequentiſſime hoc iterarunt, *Utinam ne ex nemore Pelio* &c. de quo ad Phaedr. IV. 6. commentatores. Sed *montes* hic ſunt Cyaneae cautes. Mox, *unaque percuſſit* fragm. S. Germ. & a m. pr. Thuan. tert. *inane* idem fragm. male: inanem pontum dicit, quia jam tranſierat Argo; quare coëuntes Symplegades nihil niſi aquam ſolam elidere potuere.

720. *Non idem*] Poteſt ſumi pro diverſo a noctis colore, qui niger eſt: ſed hic tamen nondum albus, ut ſole orto. medius ergo quaſi inter nigrum & album, quem Aurorae pallorem dicit Stat. II. Theb. 333. ubi vide Barth.

722. *Pleias*] *Plias* magno numero codicces, ut fere ſemper variant. *hebet* inepte in *habet* mutatum; ut & apud Valer. Fl. V. 372. ubi vide adnotata. *flexo Boötae* in tribus erat, & in uno ex iis, *Boote*; ut eſſet graecismus *flexo plauſtra*. Sed non placet. *In faciem redeunt* dictum, ut apud Phaedrum IV. 16.

Faciem in ſerenam ſubito mutatur dies.

Ceterum operoſa nimis & moleſta aurorae ſurgentis deſcriptio mihi videtur; cumulatis pluribus, quorum unum vel alterum ſufficit ſanioribus Poëtis.

726. *Super aequora toto Praedonem ſequerere mari*] Egi de hoc loco ad Val. Fl. II. 375. & *ſuper aequora victor P. ſ. maris* legi poſſe ex ſcriptis dixi, ut *aequora maris* jungerentur, ne tautologus fieret Lucanus. nec improbat Oudendorpius. niſi quod *praedonem maris* mallet conjungi; quod admitti poſſe non nego, etſi *praedones maritimos* dici in proſa videam, non *maris*. Sed liceat ita loqui. an tamen haec quoque non erit tautologia, quum *praedo* ſimpliciter ita capi ſoleat, nec quisquam *praedonem terrae* dixerit. *aequora maris* vero multos dixiſſe probavi. quare ſi jam, per me licet, vulgata ſervetur, ita explicanda erit, ut primo *ſuper aequora* de qualibet navigatione & curſu, quo claſſe inſtructa inſecutus eſt piratas, capiatur; ſed quum addat, *toto mari*, intelligat nullam partem non neglexiſſe Pompejum, quam non inſederit, claſſibus ſuis diviſis & diſpoſitis, & ut dicit Florus III. 6. *toto mari ſparſam peſtem ſemel & in perpetuum exſtinguere voluerit.* & deinde, *per omnes aequoris portus, ſinus, latebras, receſſus, promontoria, freta, peninſulas, quaſi indagine clauſos piratas oppreſſerit*: jam vero *aequora*, *mare*, *undas*, *pontum* in una periodo cumulari vidimus in lib. I. 103. & ipſe Oudendorpius ad h. l. vſ. 435. & male talia carpit Markl. ad Stat. III. Silv. II. 6. *tuto mari*, id eſt, liberato a piratis volebat Heinſius, quod & placuit Cortio. Sed dum ſequeretur nondum tutum erat, ſed disjectis & victis piratis tutum fecit demum.

728. *Deſcivit Fortuna*] Multa hic habet interpres, ut variis lectionibus, *deſeruit*, *deſtituit*, & neſcio quibus, fidem faceret, aut de-

Deſcivit fortuna tuis. cum conjuge pulſus,
Et natis, totosque trahens in bella penates,
Vadis adhuc ingens, populis comitantibus, exſul.
Quaeritur indignae ſedes longinqua ruinae.
Non quia te Superi patrio privare ſepulcro
Maluerint: Phariae buſto damnantur arenae:
Parcitur Heſperiae, procul hoc ut in orbe remoto
Abſcondat Fortuna nefas, Romanaque tellus
Immaculata ſui ſervetur ſanguine Magni.

detraheret. noſtri etiam multum variant, & praeterea, *deſivit* habent tres, quod proxime ad *deſcivit* accedit, quod reliquis merito praefert Oudendorpius, praecipue motus loco Statii II. Theb. 311. *Reſpiciens deſciſſe Deos.* ubi variant etiam codices, & ex MSS. *diſceſſe* pro *diſceſſiſſe* legit Tollius ad Auſon. Sapientes pag. 270. non ſine ſpecie, & exemplis aliorum. In alio cod. ibi erat *deciſſe.* Barthius loca quaedam producit, quae abiiſſe, diſceſſiſſe Deos probant. ego tamen ibi *deſciſſe* ſervandum puto. *Reſpiciens* etiam non placet Barthio, quia paullo ante praecedit, & ille *ſuſpirans* conjicit. forte *ſuſpiciens* pro *ſuſpectans*, ut ita Salluſtium & alios locutos docuit Rivius ad Terent Andr. III. 2. ſuſpectos jam habebat Deos, ſibi minus faventes, Polynices. Sed omnes in hoc loco aeſtus forte componet egregia Oiſeliani lectio, *Laſſata triumphis Deſuevit Fortuna tuis*, quam & probavit Heinſius, adſcriptis Silii & aliorum locis, ut conſtruatur, *fortuna laſſata deſuevit triumphis tuis.* Sic apud Maronem lib. VI. Aen. 813.

Reſidesque movebit
Tullus in arma viros, & jam deſueta triumphis Agmina.

lib. VII. 693. *deſueta bello agmina.* Sil. III. 575.

Gens ferri patiens, ac laeta domare labores,
Paullatim antiquo patrum deſuevit honore.

Contra Ovid. II. Triſt. 169.

Sic adſueta tuis ſemper victoria caſtris
Nunc quoque ſe praeſtet.

Sic *deſuetae ſilvis ferae* infr. IV. 237. vid. & ad v. 404.

728. *Pulſus*] *Pulſis* Langerm. mox, *totosque*, ſuſpectum erat Heinſio; an iterum, ut alibi, *motosque* praeſtaret? id eſt, quos jam moverat, & Roma fugiens Brunduſium tranſtulerat, & inde jam in Epirum transvehebat, quo ſedem belli tranſtulit. Sed quum multus ſit noſter in voce *totus*, nihil moverem.

732. *Non quia te*] *Namque te* S. Germ. & Cortii codex. *non qua te* Cortius conjecit.

734. *Hoc ut*] *Hoc et* multi. Heinſius malebat, *hoc ſed.*

M. AN-

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Tertius exponit; primo quid Julia dixit;
Quid Magnus fecit; audax quo Curio miſſus.
Altera pars libri dicit, quod Caeſar in urbem
Ivit, opesque dedit Romae, nolente Metello,
Militibus; Magnique notat, qui ſigna ſequuntur.
Ultima, quod tendens Hiſpanas Caeſar ad oras
Maſſiliae ſtetit; hanc ſed vicit in aequore Brutus.

Propulit ut claſſem velis cedentibus Auſter
Incumbens, mediumque rates tenuere profundum,
Omnis

1 *Propulit*] Ita omnes omnino. Cortius dicit quosdam editos habere, *protulit.* neſcio quos intelligat. vide libr. v. 430. pro *cedentibus* in uno Voſſiano erat, *ſurgentibus*, unde Heinſius, *turgentibus:* & certe, quum paſſim *plena*, *turgida*, *tumida*, *cava*, *ſinuoſa* &c. dicantur vela, quando acrior ventus propellit navem, inſolentius videtur dictum vela *cedere* vento, quum non penitus cedant, niſi quatenus funis, quo laxantur vel contrahuntur, permittit, & contra ſinuata reſiſtant & reluctentur vento, retenta funibus, ne volitent & fluctuent in proram. Sed relinquamus, quod emendare non poſſumus, nec volumus.

2. *Tenuere*] Mirum ſane, tot codices, ut in noſtris tredecim, conſpirare in *movere*, quod etiam ex ſuis recepit Cortius. Sed quum hoc verbum proprie de remigantibus dicatur, qui vento vel nullo, vel exiguo navem propellunt, hic vero auſter *incubuiſſe* dicatur, quod de leni & non diu flante vento non ſolet intelligi, ut lib. I. 390. V. 414. 419. 718. & alibi, & apud Ovid. XIII. Ep. 15.

Incubuit Boreas abreptaque vela tetendit: hic locus eſſe τῷ *movere* non poteſt, quia jam vento motum erat mare, non vero a navigantibus, niſi vellet quis ea parte intelligere motum, qua navis ſecat mare & ſulcum fa-

Omnis in Ionios ſpectabat navita fluctus:
Solus ab Heſperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum litora numquam
Ad viſus reditura ſuos, tectumque cacumen
Nubibus, & dubios cernit vaneſcere montes.
Inde ſoporifero ceſſerunt languida Somno

Mem-

facit. Sed hoc in ſummo mari fieri ſolet; Sed a remigantibus *moveri*, & quaſi a fundo erui mare vidimus ad Ovid. VI. Met. vſ. ult. & Val. Fl. II. 110. & V. 44. ubi ex Lucano laudavi locum lib. V. 448. *Claſſes inertia tonſis Æquora moturae.* Virgil. I. Georg. 130.

Praedarique lupos juſſit, pontumque moveri.

ubi male Servius, *ventis moveri* explicat, quum certe prius homines remis impellere naves coeperint, diu antequam velificari inſtituerint, ut ipſe Maro deinceps vſ. 136. etiam probat.

Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas.

quod de remigatione intelligendum quiſque videt. quare cum Oudendorpio *tenuere* probo, & illud *movere* librariis redono, qui ſoliti fuere haec verba confundere, non conſiderantes, utrum conveniat reliquis verbis. vid. ad Ovid. XII. Ep. 98. III. Amor. I. 13. Claudian. II. Raptus 9. & alibi. Hic vero remis demum utuntur, quum terrae propiores eſſent facti, vſ. 45. Scio ſaepe *remis* & *velis* properantes uti, ſed ſemper leniori vento, non incumbente & tendente vela, ut hic, quando remorum nullus eſt uſus. Cortius conjecit, *ſecuere*, quod certe Lucanus potuiſſet dicere, ſed an ſcripſerit neſcio. potuiſſet, & *tetigere*, & quodvis aliud verbum, quod unicuique Critico placet. Sed ſequamur ſcriptos.

4. *Lumina terra Magnus*] *Lumina Magnus terra* Thuan. quart.

7. *Dubios*] Vid. ad Val Fl. II. 72. omnia *dubia* dicuntur, quae diſtantia aliquantulum non certe dignoſci poſſunt. vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 42.

8. *Inde ſoporifero*] Nec hoc epitheton admodum placet. Scio *ſoporiferum vinum*, *venenum* & alia, quae gravi ſomno opprimunt aliquem, dici. Sed ipſum *ſomnum ſoporiferum* non legi. Scio etiam *ſoporem* graviorem eſſe *ſomno*, & ideo talem poſſe intelligi; ſcio etiam *ſomnum* pro nocte ſaepe ſumi. Sed his obſtat, quod in gravi ſopore imagines illae nocturnae non videantur, ſed fere mane, quum jam multum ſopor ille remiſit, ut paſſim apud Poëtas fingi notiſſimum eſt, nec multis probare meretur. vid. Delr. ad Senec. Troad. vſ. 435. Quare ego *Somno* ſcriberem majori litera, & de Deo ſomno explicarem, cui ceſſerunt membra Pompeji. Et in epithetis vidi ſaepe magis Lucanum attendiſſe ad ſonoram vocem, quam propriam, ut centies Poëtis mediocribus uſu venire ſolet. Videant acutiores, an Lucanum tam inſolentis dictionis abſolvere velint, & aliis Poëtarum locis haec tueri; me judicem habebunt faventem; ſin minus, inter ejus ſingularia & hoc referri patiantur. *ſomno cedere* etiam dixit Val. Fl. II. 71. Haec ſcripſeram, quum Lucanum abſolvendi inſolentioris locutionis aliam viam forte inveniri poſſe cogitarem, ſi *Somnus ſoporifer* ſumatur pro *irrigante*, ut centies hoc verbum occurrit in hac re, ubi quaſi humore quodam, aut liquore irrigari fingitur aliquis in ſomnum labens: ſic apud Virgil. I. Aen. 680. Venus ait de Aſcanio,

Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta Cythera, recondam.

ubi Servius: unum quidem eſt *ſopor* & *ſomnus*, ſed modo *ſopitum*, irrigatum intelligimus. Sic ergo ſomnus *ſoporifer* eſt cornu illud gerens, quo irrigat quietem per membra,

V

Membra ducis: diri tum plena horroris imago
Viſa caput maeſtum per hiantes Julia terras
Tollere, & accenſo furialis ſtare ſepulcro.
Sedibus Elyſiis, campoque expulſa piorum
Ad Stygias (inquit) *tenebras, maneſque nocentes,*
Poſt bellum civile trahor, vidi ipſa tenentes
Eumenidas, quaterent quas veſtris lampadas armis.
Praeparat innumeras puppes Acherontis aduſti
Portitor: in multas laxantur Tartara poenas.

Vix

bra, ut Servius mox ad vſ. 692. notat.

9. *Imago*] *Imago eſt* Barber. *per hiantes tollere terras Julia* Hamb. tert.

11. *Accenſo furialis ſtare ſepulchro*] Heinſius adſcripſerat, forte, *eſcenſo feralis ſtare ſepulchro*, ut lib. VI. 536. *feralis fragmenta tori.* Et paſſim in Noſtro & aliis *feralis* & *furialis* permutantur. De *eſcendere* remittebat ad Virgil. IX. 37. ubi late de hoc verbo ſibi amato egit, quod ego probum quidem agnoſco, ſed nimis cupide a viris doctis ubique intrudi nolim, quaſi *adſcendere* non aeque in uſu fuiſſet. Sed haeſerunt interpretes in voce *ſepulchro*, quod de loco, in quo humatum corpus, aut certe oſſa recondita jacebant, capiunt: quaſi vidiſſet Pompejus Juliam ex tali ſepulchro ſurgere, & ei inſiſtere, quod quomodo *accenſum* dici poſſit, jure mirantur. Sed quam puſilla res impedit eruditos? Julia ex Campis Elyſiis expulſa per hiatum terrae, ubi nullum erat ſepulchrum, exſurgit; ſed prope eam Pompejus videt rogum accenſum, ad quem ſtabat, & viro has voces edebat. *Sepulchrum* pro rogo ſumi, ſibi probari non poſtulabit humanioris diſciplinae peritus, & ex ſolo Terent. And. I. I. 111. hoc diſcere poterit. & noſtro lib. IX. 1091. Videat & Hottom. ad Cicer. V. Verrin. 36. & innumeros alios. Videbat ergo Pompejus Juliam, & juxta eam rogum, ut omen, quaſi ſibi paratum, & jam accenſum, & minas illas Juliae, quibus cladem praedicebat. *Accenſum* vero *rogum* centies dixere veteres. vid. inf. VI. 526. (ubi & *accenſum ſepulchrum.* & ibid. vſ. 765. *membra ſepulchro exuram*) & Naſonem V. Triſt. XIV. 38. III. ex Pont. I. 112. & alibi. Cortius in MS. ſuo *furiali* quum reperiſſet, conjicit *furiale adſtare*, id eſt, in Furiarum modum, quod magno exemplorum copia, ubi *horridum*, *blandum videre* &c. occurrit, firmaſſet: ſed dubito an *furiale adſtare* potuiſſet ſimili loco adſerere. Ego *feralis*, id eſt, lugubri & ferali ſpecie & habitu, malim, ſi libri paterentur.

13 *Maneſque nocentes*] Scholiaſtes dicit, *contra campum piorum, poſuit manes nocentes.* Ergo debuiſſet & *campos pios* dixiſſe, vel *manes nocentum.* Praeterea hunc verſum exeuntem in *nocentes*, excipit alius in *tenentes*, quod ingratum auribus, niſi ſint monachales, ſonum facit: & licet hic & illic tales ὁμοιοτέλευτοι occurrant, ſaepius tamen librariis, aevi ſui deliciis adſuetis, debemus, quam Poëtis, ut & in Virgilio notabimus. Quare in priſcis libris, antequam in manus monachorum venirent, credo exſtitiſſe, *maneſque nocentum:* ut lib. VI. 695. *paenae nocentum.* Et ita mox vſ. 29. *reges ſilentum* & *ſilentes* variarunt. *Nocentes* vero proprie in Tartari detruſi, ubi eorum manes verſabantur. Ita lib. VI. 798. opponit, *campoſque piorum*, & *turbam nocentem*, quem locum reſpexiſſe puto Scholiaſten. vide ad Val. Fl. I. 850. praeterea *in Stygias* Hamb. tert.

15. *Eumenidas*] *Eumenides* Thuan. ſec.

&

Vix operi cunctae, dextra properante, Sorores
Sufficiunt: laſſant rumpentes ſtamina Parcas.
Conjuge me laetos duxiſti, Magne, triumphos:
Fortuna eſt mutata toris: ſemperque potentes
Detrahere in cladem fato damnata maritos,
Innupſit tepido pellex Cornelia buſto.
Haereat illa tuis per bella, per aequora ſignis,
Dum non ſecuros liceat mihi rumpere ſomnos,
Et nullum veſtro vacuum ſit tempus amori,

Sed

& quart. &, *lampades* Turrian. & Thuanei iidem. Cortii aures potuerè ferre, *veſtris quas lampadas*, quum in vulgatis certe *as* & *is* alternetur: ſed ubique caeſuram quartae ſedi vindicare ſtudet, licet libri non juvent.

17. *Poenas*] Oiſel. *ſedes*, quod recipi poſſit, niſi *Elyſias ſedes* praeceſſiſſet. nam *poenas* ſatis intelligit, qui ad Tartara detruſos legit. non capacia tantae turbae proferuntur pomoeria Tartarorum. Bono autem judicio hic futilitatem Lucani de *innumeris* puppibus Charontis, oſtendit Oudendorpius, quam emendare non eſt noſtrum. ſed una non ſuffectura, plures eum praeparare fingit. *Laxantur* etiam fere omnes noſtri.

18. *Cunctae*] Heinſius corrigebat, *junctae*, vel *intentae*: prius recepit Cortius, quae variatio obvia. vid. ſupr. II. 144. ubi plura adduxit Oudendorpius, laudans etiam Heinſium & Drakenb. ad Sil. Ital. IX. 641. Sed quum fere ſemper junctae hae ſorores introducuntur, non video cur potius hic *junctae* dicerentur, quam in quovis alio negotio. Sed has tres ſorores ita operi ſuo invigilare dicit, ut licet cunctae operarentur, & aſſidue properarent, vix tamen ſufficiant tres, ſed opus fore pluribus: ut ita hyperbole ſit ſimilis illi de Charonte, cui una cymba non ſufficeret, ſed claſſe opus foret ad transferendos caeſos. Praeterea *cuncta* in differunt ab *omnibus*, quod *cuncti* dicatur proprie de conjunctis, & uni rei ſimul operantibus. vid. Feſtum in *cuncti*, & Voſſ. ad Catul. carm. LXVII. pag. 260. Et hinc forte toties interpretes *cunctos* per *junctos* expoſuere, quod inde in textum ſaepe irrepſit. Notandum praeterea ideo recte *cunctas* etiam de tribus dici: quum alias enim diverſis officiis ſingulae vacarent, nunc omnes rumpendis ſtaminibus ſimul occupantur, quas partes aliter Atropos ſola agebat. Altera conjectura, *intentae*, nihil addit Parcarum diligentiae, quae ſemper operi ſuo intentae, nec umquam vacant.

19. *Parcas*] *Parcae* etiam in Thuan. ſec. & fragm. S. Germ. *partes* Rottend. pr.

20. *Laetos*] *Latos* Hamb pr. ſed *laeti triumphi* centies apud Ovid. & alios; vid. infr. ad lib. VI. 261. numquam quod ſciam, *lati*. Sed *late triumphare*, *poſſidere*, *regnare*, *vincere*, & ſimilia paſſim occurrunt. vid. infr. ad lib. VII. 419. *fortuna mutata*, ſine *eſt* Thuan. ſec.

23. *En nupſit*] *Innupſit* quatuordecim: dixi ad Ovid. VII. Met. 856. *En nupſit* ſeptem, *Pelex* omnes fere. ut & apud alios in MSS. exhibetur. An *pellex* jure dicatur, vid. infr. ad lib. VIII. 104. *Haeſerit* Rott. pr. eleganter, ut ita *viderit* & ſimilia obvia.

25. *Mihi*] *Tibi* tres libri. *& nulli* Sixii; *noſtro* Rott. pr. *ſed teneant* Cortius, nulla ſcriptorum fide, ſed novandi ſtudio. in Scholiaſte legendum, *non tamen in te ſum mortua*.

Sed teneat Caeſarque dies, & Julia noctes.
Me non Lethaeae, conjux, oblivia ripae
Immemorem fecere tui, regesque ſilentum
Permiſere ſequi. veniam, te bella gerente,
In medias acies, numquam tibi, Magne, per umbras
Perque meos manes genero non eſſe licebit.
Abſcidis fruſtra ferro tua pignora. bellum
Te faciet civile meum. Sic fata, refugit
Umbra per amplexus trepidi dilapſa mariti.
Ille, Dei quamvis cladem, maneſque minentur,
Major in arma ruit, certa cum mente malorum.
Et, quid (ait) *vani terremur imagine viſus?*

Aut

29. *Silentum*] *Silentem* fragm. S. Germ. *ſilentes* Thuan. ſec. vid. ſupr. vſ. 13.

31. *Per umbras*] *Per umbram* Turrian.

32. *Genero*] *Generoque* vel *generumque* neſcio ubi legatur, aut quomodo verſus ratio patiatur. Sed vel *genero* vel *generum* fere aequo numero codices habent, & parum referre arbitror. vid. lib. II. 249. ſed *Tibi* hic exigere magis *genero* videtur, ideoque praetuli. *Te & generum* Rottend. pr. & quidam editi.

33. *Abſcindis*] *Abſcidis* novem ex noſtris; probatum Cortio & Oudendorpio. vid. Gronov. ad Liv. XLIV. 5. infr. IV. 503. *abſcideris* Barber. a m. ſec. quod tolerari poteſt. Heinſius malebat, *tua vincula*. ego ut dixi ſupr. I. vſ. 111. *pia pignora* tentabam. *pignera* duo codices. de quo ſupr. II. 370.

35. *Per amplexus*] Heinſius conjecerat, *ter amplexu dilapſa*; & notum eſt Poëtas ſaepe per *ter* conatum aliquem, vanum licet, repetitum exprimere. vid. Virg. II. Aen. 792. ſed quum *per amplexus* omnes codices ſervent, explicari debet, dum amplectitur, vel amplecti tentat. ut ſupr. II. 58. *per fulmina*, de quo ad Valer. Fl. I. 767. *dilata* Hamb. quart.

36. *Quamvis cladem*] *Cladem quamvis* durioribus numeris Cortius. *minantur* Thuan. ſec. ut *quamvis* indicativum regat, quod alibi contra libros invexit Cortius, hic neglexit. *Major* vero hic eſt incitatior, terribilior, ut ita τὸ *ingens* poni obſervavimus ad Val. Fl. II. 104. Et ſic de Caeſare lib. I. 479. *majorque feroxque*. Et ita Dii majores, dicuntur, ubi vires majores, iras ampliores &c. oſtentant. vid. ad Val. Flac. VIII. 74. *certa mens*, recte exponitur, conſilium & propoſitum belli gerendi, & ultima tentandi, ne quidem territum hoc ominoſo ſomnio. Ovid. XVIII. Ep 38.

Quid mecum certa proelia mente geris?

Val. Max. IV. VII. 7. *Alter virorum, alter Deorum maximum amicum, & certa mente, & ſecundis omnibus ſortiti.*

38. *Et quid, ait*] *Et quid nunc vani* Hamb. quart. quod arriperet quis, ut oſtenderet multis ſaepe eleganter, *ait*, *inquit*, *dixit* omitti: Sed languidiorem verſum facere religio eſt. vid. ad IX. 706.

39. *Aut nihil eſt*] *At* Thuan. tert. Ceterum Declamator, cujus excerpta dedimus poſt Quinctiliani Declamationes majores, pag. 392. haec ſua fecit, ſed dedit nobis,

Aut nihil eſt animi nobis a morte relictum,
Aut mors ipſa nihil.

Sed *ſenſus* propria vox in hac formula, *ſi quis manibus ſenſus*. inf. lib. VIII. 749.

Si

Aut nihil eſt ſenſus animis a morte relictum,
Aut mors ipſa nihil. Titan jam pronus in undas
Ibat, & igniferi tantum demerſerat orbis,
Quantum deeſſe ſolet lunae, ſeu plena futura eſt,
Seu jam plena fuit: tunc obtulit hoſpita tellus
Puppibus acceſſus faciles: legêre rudentes,
Et poſito remis petierunt litora malo.
Caeſar, ut emiſſas venti rapuere carinas,
Abſconditque fretum claſſes, & litore ſolus
Dux ſtetit Heſperio, non illum gloria pulſi
Laetificat Magni: queritur quod tuta per aequor
Terga ferant hoſtes. neque enim jam ſufficit ulla
Prae-

Si quid ſenſus poſt fata relictum.

Phaedr. IV. 4.

O ſi maneret condito ſenſus patri.

& paſſim. vid. ad Ovid. I. ex Pont. II. 113. & infr. 471. miror Cortium hic non *relicti* maluiſſe, ut ſupr. II. 657. *nil acti* nobis dedit.

40. *In undas*] *In undis* Thuan. ſec. & Hamb. quart. mox, *dimerſerat* octo libri. *Dimiſerat* Thuan. ſec. ex quo Cl. Drakenb profert, *demiſerat*. Sed Heinſius & mea manus, ex qua Cl. Vir deſcripſit varias lectiones, *dimiſerat* clare exhibent. Sed *demerſerat* vera lectio. vid. ad Ovid. VI. Met. 664. & III. Faſt. 617. mox, *futura* fine *eſt* Hamburg. tertius.

44. *Acceſſus facilis*] *Acceſſum facilem* Rott. pr. & ita forte Cortio inſpectus codex, ex quo ita juſſit excudi, ne ſcilicet quatuor voces in *i* exirent, ex quibus tres in *is*. Si non pepercisse auribus ſemper Lucanum. ſaepe vidiſſemus jam, ſequerer Cortium.

46. *Caeſar*] Cort. ad Plin. X. 34 hic *ἀνανταπόδοτον* obſervat, cui medetur adjectum pronomen *illum*. Nominativum abſolutum poni videbimus inf. vſ. 663. pronomen vero ſaepe ſubjici notavimus ad Suet. Aug. LXVII. nec plura exempla proferre opus eſſe credo, quia ſunt obvia.

46. *Emiſſas*] Nihil variant codices noſtri. Heinſius tamen malebat, *admiſſas*, eo ſenſu, quo *admiſſi equi*, *admiſſae rotae*, *aquae* & ſimilia dicuntur, quae celeriter ruunt: ut apud Ovid. III. Art. 312.

Quamlibet admiſſas detinuere rates.

Sed quia furto elapſae erant Pompejanae naves, quas claudere aggere & molibus Caeſar tentaverat, recte *emiſſas* tuetur Oudendorpius. alio ſenſu *emittere equos* dixit infr. lib. IV. 765. deſumta ſimilitudine ab equis circenſibus, vel aliis, qui in curſum emittuntur. de quo vid. Gronov. ad Livii lib. X cap. 5.

47. *Abſconditque fretum claſſes*] Cortius *claſſis* pro *claſſes*, quod tamen in nullo reperi, dicitque vulgo hic nominativo caſu accipi: quod apud nullum etiam inveni. Omnibonus quidem primum ſtatuit hypallagen eſſe, pro *claſſes abſconderunt fretum*: ſed quia hoc ineptum eſſet hoc loco, quum claſſe ex oculis Caeſaris ablata, mare pateret totum, redit ad aliam, & veram & omnibus receptam interpretationem, fretum, id eſt, mare longum, quod jam emenſae erant naves, abſtuliſſe eas e conſpectu. Vide quae diximus ad Val. Fl. IV. 443. ubi *condere* & *abſcondere* eo ſenſu obvium eſſe oſtendimus. Et ita idem Valer. II. 7. *mergere* utitur. Claſſis *abſcondere fretum* dici poteſt, ſi multis navibus operiatur, ut, *latet ſub claſſibus aequor* Virg. IV. Aen. 582. ait. Sed hic e con-

Praecipiti fortuna viro: nec vincere tanti,
Ut bellum differret, erat. tunc pectore curas
Expulit armorum, pacique intentus agebat,
Quoque modo vanos populi conciret amores
Gnarus, & irarum cauſſas, & ſumma favoris
Annona momenta trahi. namque adſerit urbes
Sola fames, emiturque metus, quum ſegne potentes
Vulgus alunt. neſcit plebes jejuna timere.
Curio Sicanias tranſcendere juſſus in urbes,
Qua mare tellurem ſubitis aut obruit undis,

Aut

ſpectu ablatae naves erant. ut apud Val. Fl. I. 496. ubi pontus celſior & aer immenſus abſtulit ratem ſpectantibus.

50. *Ferant*] *Ferunt* Richel. vid. lib. I. 126. & infr. vſ. 321.

54. *Vanos*] Nihil variant noſtri, quum alias *varius* ſaepe & *vanus* permutentur, & recte Oudendorp expoſuit, leves & mobiles. Heinſius diſtinguebat,

Quoque modo vanos populi conciret amores
Gnarus, & irarum &c.

Cui facile accedo: nam magnifice tractare & verſare populi animos ſciebat Caeſar. Nec impedit hanc diſtinctionem variatio modorum, *gnarus quomodo conciret*, & *trahi*, pro quomodo traherentur: nam ita veteres ſaepe ſolitos loqui, vidimus ad lib. II. 440. & 550. & alibi his ſimilia occurrunt. *Gnarus* vero ſenſu bis debet repeti, *gnarus quomodo conciret*, & *gnarus trahi*. *Conſciret* duo libri. mox, *annonae* Thuan. pr. & Oiſel. *trahi* pro rapi, ſibi adſeri inſolentiori phraſi. Similiter fere Tacit. III. Ann. 53. *recte factorum ſibi quisque gratiam trahunt.* quomodo & locutus Juſtinus lib. II. 7.

56. *Aſſerit urbes ſola fames*] Explicant vulgo, propter famem ſaepe urbes, occiſo tyranno, ſe in libertatem vindicare. Sed potius caperem de ipſo tyranno, qui ſibi adſerit urbes, & emit metum fame, ſi eam ſublevet, & curet annonam laxari, ut ita Auguſtum feciſſe docet Tacit. I. Ann. 2. *Adſerere* ſibi, pro arrogare, acquirere vidimus ad Suet. Calig. XXII. mox, *neſcit pubes* Rottend. pr.

59. *Tranſcendere*] Proprie quidem de montano itinere ſolet ſumi, ſed & pro trajicere mare, vel fluvios tranſire poni docui ad Vellej. Pater. II. 8. Cortii MS. *in arces*, quod vocabulum mallet trajicere in vſ. 56. *adſerit arces*, ut ſcilicet *arces* pro tyrannide explicaret. quo tunc poſſet etiam trahi illud lib. I. 319. *ac juſſam ſervire famem*. ſed MS. obſtant.

62. *Illic*] *Illinc* Rott. tert. *ingens illic* Rott. pr. & Thuan. quart. *illic* omiſit Serv. ad Virg. III. Aen. 414. mox, *repetunt* fragm. S. German. male citat Lutat. ad Stat. III. Theb. 597. ubi, *ſperat tellus abrupta reverti.* forte, *renecti*, quod τῷ *abrupta* conveniret. ſed contra libros non audeo mutare.

64. *Bellaque*] Heinſius volebat, *velaque*, nimirum, quia *paci intentus* nunc agebat, & annonae magis, quam bello ſtudebat, ad quam comportandam naves in Siciliam & Sardiniam mittebat. Facilis certe horum confuſio, ut ita apud Ovid. XII. Met. 25. ſtidem Heinſius volebat, *velaque non transfert*, pro *bellaque*. ſed *bella* retineri hic poteſt, quia Pompejanae factionis Cotta obtinebat Sardiniam, ad quem expellendum Valerium miſit Caeſar, ut recte Sulpitius & alii: & hinc Florus lib. IV. 2. *Siciliam & Sar-*

Aut ſcidit, & medias fecit ſibi litora terras.
Vis illic ingens pelagi, ſemperque laborant
Aequora, ne rupti repetant confinia montes.
Bellaque Sardoas etiam ſparguntur in oras.
Utraque frugiferis eſt inſula nobilis arvis.
Nec prius Heſperiam longinquis meſſibus ullae,
Nec Romana magis complerunt horrea terrae.
Ubere vix glebae ſuperat, ceſſantibus Auſtris,
Quum medium nubes Borea cogente ſub axem
Effuſis magnum Libye tulit imbribus annum.

Haec

Sardiniam annonae pignora per legatos habuit. & *habuit* notat illum in poteſtatem redegiſſe, ut ſaepe hoc verbo ita utuntur, & ſequitur: *nihil hoſtile erat in Gallia*, & Caeſar docet lib. I. Bel. Civ. 30. *Sardiniam obtinuiſſe Cottam*, *Siciliam Catonem*, Pompejanos duces, quibus fugatis Valerius Sardiniam, Curio Siciliam, quos eo cum exercitibus perveniſſent, Caeſari adſeruerunt. *Bella ſpargere* ut Noſter aliis in locis, & *arma*, *agmina* &c. eſt, diviſis copiis diverſis locis gerere. vid. lib. II. 682. & quae dixi ad Val. Fl. v. 488. & *VI. 612.* & *ſpargi* dici, qui diverſa in loca diſcurrit, vidimus ad lib. I. 468. quare ſine libris nihil muto.

66. *Nec plus*] *Ne plus* Turrian. a pr. m. Oudendorpius ex ſuis, *prius*, cum quo faciunt ſeptem e noſtris. nec repugno. ſic & apud Ovid. IV. Triſt. IV. 39.

Aut timor, aut error, nobis prius obfuit error,

ut Heinſius prae *plus* probavit. Valer. Max. VI. IV. 4. *Rutilii verba prius, an facta aeſtimem neſcio.* ubi nihil opus reſcribere *pluris*. Contra merito *prius* ejecerunt apud Ciceronem lib. VI. ad Famil. 4. *vidiſſe me plus, quam ceteri*: ut apud Terent. Andr. IV. II. 29. *aut tu plus vides*. & ipſe Cicero Epiſt. ſeq. *plus proſpiciam*. Per *longinquas* vero meſſes intelligit annonarias & frugiferas provincias, Aegyptum & Africam, ex quibus deinceps Romana horrea compleri dicit, ſed non ante, nec tanta frumenti copia, quanta ex Sicilia & Sardinia, vicinioribus & ſuburbanis quaſi provinciis, nunc ſubvehebant. Si *citius* dixiſſet, non *plus*, crederem Poëtae, harum inſularum feracitatem nimis extollenti: nam minime hae inſulae aequabant Africae & Aegypti meſſes. quare *prius* probo, non *magis*, niſi de hoc ſolum tempore intelligamus, ideoque non etiam placet, *complerint*, ut malebat Heinſius.

68. *Vix glebae*] *Vi glebae* Turr. a m. pr. *ſuperant* Thuan. tert. Rott. tert. Oiſel. & fragm. S. Germ.

69. *Quum medium nubes Borea cogente ſub axem*] Omnes uno fere ore Poëtae, & alii etiam ſcriptores inter ſententias diverſas de Nili incremento, tradunt, nubes in ſeptemtrione coactas, impellente Borea in Africam, ibi ſolvi in pluvias, quod probare multis nihil attinet. Qua ratione ergo Boreas *ſub medium axem* poteſt dici cogere nubes, quum per illum intelligatur meridies, nec quisquam ſeptemtrionem dixerit *medium axem*. Hunc vero eſſe meridiem docet & Noſter h. l. vſ. 423.

Medio quum Phoebus in axe eſt.

& lib. X. 287. *medio conſurgis ab axe*. & alibi. Notum enim eſt, *axes* non ſolos polos, ſed omnes cardines quatuor coeli vocari a Poëtis. *cogere* vero eſt impellere, propellere nubes collectas, ut paſtor *cogere pecus* dicitur. Boreae vero axis eſt ſeptemtrio, quem inde

Haec ubi ſunt proviſa duci, tunc agmina victor
Non armata trahens, ſed pacis habentia vultum,
Tecta petit patriae. pro! ſi remeaſſet in urbem,
Gallorum tantum populis, Arctoque ſubacta,
Quam ſeriem rerum longa praemittere pompa,
Quas potuit belli facies! ut vincula Rheno,
Oceanoque daret! celſos ut Gallia currus

No-

inde *ſuum* vocat lib. IV. 62.

Ille ſuo nubes quaſcumque invenit in axe
Torſit in occiduum Nabathaeis flatibus orbem.

Quare *cogere ſub axem medium* deberet ſumi pro in axem, ut jam ſaepe *ſub* poni docuimus. Sed hoc vix placet, quia tunc, *cogere ſub axem* eſſet, ſparſas antea nubes, in meridie demum in unum denſare, & ita inde imbres dejicere. Sed cogit nubes Boreas ſparſas jam in ſeptemtrione, ut paſtor cogit pecus diſperſum, & inde in unum coactum gregem agit. Si quis ita capere velit per me licet, ſed legerem potius alia diſtinctione,

Quum medium, nubes Borea cogente, ſub axem
Effuſis imbribus:

ut *effuſis ſub axem* conjungantur. cogitabam & olim,

Quum gelidum, nubes Borea cogente, ſub axem.

ut paſſim *gelidus axis* Septemtrio dici ſolet. ſic lib. X. 250. ſeptemtrionem, & meridiem exprimit,

Frigore ab Arctoo medium revocata ſub axem.

Sed ſilentibus libris & ego inhibeo manum, quum diſtinctione juvari poſſit locus. Sequenti verſu, *Libye tulit annum* rectum eſt, nec dubitare debebant viri docti, nec praeferre *Libyae intulit*, quamvis ita noſtri quatuor habeant. Libye enim *ferre magnum annum* dicitur, quum dat meſſem copioſam, ut agri dicuntur *ferre fruges*: Ovid. I. Met. 109.

Fruges tellus inarata ferebat.

vel, ſi *Libye* ponatur pro incolis; *ferre* dicitur pro tollere ex agro ſuo proventum magnum, ut Ovid. V. Met. 131. *totidem tollebat farris acervos.* ita contra arenoſa Libye non *ſentit annum* lib. IX. 437.

71. *Victor*] *Ductor* duodecim ex meis, ſollemni varietate. vid. VIII. 760. & alibi. MS. Cortii *tutus*, quod ille non rejicit.

72. *Sed pacis habentia vultum*] Heinſius corrigebat, *multum*, vel *cultum* Sed Lucanus mox etiam *faciem belli*, ut *faciem pompae* dixit Ovid. III. Am. XIII 31. & Heinſius, mutata ſententia, etiam ad vocem *vultum* adſcripſerat, id eſt, *ſpeciem*. Sic Livius lib. XLII. 60 *Fortunae ſecundae vultum gerere* dixit, pro externa ſpecie & imagine, & centum alii ita locuti, quorum loca non lubet congerere. *Trahens* vero dicit, lentum agmen indicans, ut in pace ſolet ingredi, quum ſupra *praecipitem*, *celerem*, dum inſequitur Pompejum, induxiſſet.

75. *Longa praemittere pompa*] Cortius ſine libris conjicit, *quanta p. p.* quo nihil opus. non enim hic de magnificentia pompae, ſed de ſpoliis & ferculis, quae longo ordine praeferebantur ante currum triumphantis, agitur, quae oſtenderent longa ſerie res per decem annos in Gallia geſtas. ut apud Florum lib. IV. 2. *Rhenus*, *Rhodanus*, *Oceanus* &c. in vinculis picti, *captivi*, (ubi reſpicit Florus Noſtri vſ. 76.) ibi conſpiciebantur: & hoc firmatur ſimili loco lib I. 286. *Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi Excipit.* Ovid. I. Met. 561. *longae viſent Capitolia pompae.* & ita lib II. 298. *longum funus* explicuimus, de quo Propert. II. X. 19.

Nec mea tunc longa ſpatiatur imagine pompa.

&

Nobilis, & flavis ſequeretur mixta Britannis!
Perdidit o qualem vincendo plura triumphum!
Non illum laetis vadentem coetibus urbes,
Sed tacitae videre metu. non conſtitit uſquam
Obvia turba duci: gaudet tamen eſſe timori
Tam magno populis, & ſe non mallet amari.
Jamque & praecipites ſuperaverat Anxuris arces,

Et

& putidum foret pluribus id adſerere. *promittere* Hamb. pr. quod poſſet quis adripere, ut *promittere crines*, & ſimilia. Sed res ipſa & triumphi ſpecies poſtulat *praemittere*.

77. *Gallia*] Hic pro *Gallis* ponitur, qui mixti Britannis. Ita ſolere ſcriptores populos & regiones conjungere, multis docuit Cl. Drakenb. ad Liv. III. 16. & VII. 26. & VIII. 37. Ovidius ſaepe gentium & regionum nomina miſcet. ut III. Triſt. XI. 55.

Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getaſque.

ubi nihil mutandum recte oſtendit Heinſius.

80. *Non illum laetis vadentem coetibus urbes, Sed tacitae videre metu*] *Laetae* Barberin. *venientem* Langerm. a m. ſec. *ſedibus* Turrian. a m. pr. Oudendorpius malebat *laetis cantibus*. Sed hoc minus τῷ *videre* congruit, quamvis ſciam *videre* pro audire aliquando poni, & verba ſenſuum inter ſe permutari Sed ſi viderunt vadentem *laetis cantibus*, deberet capi de Caeſare ipſo, vel militibus ejus cantantibus *io triumphe*, & aliis cantibus celebrantibus victoriam. Sed hanc mentem Poetae eſſe non puto, qui non tam laetum Caeſarem, quam ſpectatores voluit indicare, & ſenſum hunc eſſe, urbes, id eſt, incolas, non frequentia magna, & laetitia exultantes, obviam iviſſe, nec multitudinem, laetam etiam, adventum ejus celebraſſe. *cantibus* tolerari quidem poſſet, ſi *laetae* legeretur, ut *laetae cantibus* opponantur τοῖς *tacitae metu*, vel legendum etiam, *tacito metu*. Sed maneat vulgata potius, & *laetis caetibus* idem ſit, quod mox vſ. 102. dicit, *laeto tumultu*, cui proprium eſt *coetus*. Frequens ea vox Statio de omni multitudine congregata, etiam de privatorum inter ſe conventiculis. vide Barth. ad IV. Theb. 202. & 305. VII. 914 & alibi ſaepe. ut lib. I. Silv. II. 13. & II. V. 5. & de convivio etiam Virgil. I. Aen. 735. ubi vide notas.

81. *Non conſtitit uſquam obvia turba duci*] Hoc poſſet confirmare *coetibus*, & explicari, parva fuit turba, non frequens; ut ita dicuntur *conſtare* omnia, quae numeros ſuos habent, ut *officia*, *rationes* &c. & ita illa capienda Ovidii, ſi modo Ovidii ſint, I. Art. Am. 60.

Mater & Æneae conſtat in urbe ſui.

& tunc *conſtitit Duci* eſſent jungenda Sed quia hoc durius videri poſſet, malo a *conſiſtere* derivare; & explicare, non turba ex ſedibus ſuis excita certo loco, quem tranſire debebat Caeſar, ſtetit, ut ſalutaret victorem, & acclamationibus gratularetur ipſi tot victorias: ſed dilapſa fuit, ad adventum ejus metu malorum, quae ſibi a Caeſare praecipiebat mente. Nec male explicuit Oudendorpius: nam multiplex verbi *conſiſtere* vis eſt. Ideoque Heinſii conjectura *confluit* recte rejecta fuit. *unquam* etiam Hamb. pr. *ſeſe. non mallet* Thuan. quart.

84. *Jamque &*] *Et jam* Thuan. ſec. quod mollius: ſed tamen centies *que &* jungere veteres oſtendit Cl. Drakenb. ad Liv. II. 31. quod deſiderarunt doceri docti Lipſienſes in Actis Septb. 1738. pag. 484. vid. & ad Sueton. Caeſ. cap XI. & XIII. In Livii loco I. 43. *tela in hoſtes*, *haſtaque & gladius*: poſſunt tela eſſe quae manu emittuntur, jacula, pila &c. quibus addita eſt haſta & gladius.

84. *Praecipites*] *Praecipitis* quatuor etiam

e no-

Et qua Pomptinas via dividit uda paludes,
Qua ſublime nemus, Scythicae qua regna Dianae;
Quaque iter eſt Latiis ad ſummam faſcibus Albam:
Excelſa de rupe procul jam conſpicit Urbem,
Arctoi toto non viſam tempore belli:
Miratusque ſuae, ſic fatur, moenia Romae:
Tene, Deûm ſedes, non ullo Marte coacti
Deſeruere viri! pro qua pugnabitur urbe?
Dii melius, quod non Latias Eous in oras
Nunc furor incubuit, nec juncto Sarmata velox

Pan-

e noſtris. Sed quod ambiguam faceret ſententiam, an non ad *Anxuris* poſſet referri. Quare non amo ſemper illos accuſativos in *is* edere, & hic ipſe Cortius *praecipites*, contra morem ſuum praetulit. *Anxyris*, *Anxiris*, *Axyris*, & *Anſyris* in ſcriptis. vide notas ad Virgil. VII. Aen. 799. & X. 545.

85. *Pomptinas*] In variis lectionibus adfertur, ut vulgata, *Pontini*, quod nuſquam vidi. credo *Pontinas* debuiſſe nobis dare typographos, ut duo etiam codices. reliqui rectius, *Pomptinas*.

86. *Qua regna*] *Quae* Thuan. pr. Heinſius malebat, *per regna*. *Regna* vero hic dicuntur, quia ſacrificulus nemoris Aricinae *rex* vocabatur, non quia Diana & reliqui Dii reges & reginae paſſim vocari ſolent locorum, in quibus colebantur. Sed haec notiſſima.

88. *Excelſa*] *Et celſa d. r. p. j. proſpicit* edidit Cortius: *proſpicit* non male, & ita Rott. pr. & tert. & Langerm. vid. ad Phaedr. II. fab. 5. Saepe librarii, ubi lex pedia permittebat, pro *celſa*, *excelſa* dederunt. vid. ad Virg III. Aen. 76. & infr. v. 16.

90. *Miratusque*] Nihil movendum puto. Sed tamen in Thuan ſec. exſtare *iratusque* moneo. quod forte aliquis adriperet, & explicaret commode. Saltem hinc apparet, primas literas verſuum omiſſas ſaepe dediſſe locum varietati, & turbis. *Miraturque ſuae ſic fatus* Cortius ex editionibus veteribus notat, & eleganter dictum pronuntiat. Ego parum aut nihil intereſſe puto, & *miratus* praefero, quia aliter eſſet, minime neceſſarium, ὕστερον πρότερον: prius enim miratur, tunc fatur.

91. *Non ullo Marte coacti*] *Nullo jam Marte* Thuan. quart. *ſubacti* duo Cortii, ſed alibi audiendos dicit, quia ſcilicet *ſubacti* non tantum dicuntur bello victi, ſed ſimpliciter quocumque modo coacti: quae ratio eſt, cur haec verba ſaepe confundantur. vid. ad lib. VII. 735. unde forte librarii repetiverunt. vid. & ad Virg. IV. Georg. 85. & Ovid. VII. Met. 496. & alibi ſaepe. mox, *deſeruere tui* malebat Heinſius. ſi libri addicerent, non male.

93. *Quod non Latias*] *Latias quod non* Rott. ſec. *non furor* Turrian. a m. ſec. *nunc juncto* Richel. *non victo* Hamb. quart. *Sarmate* Rott. pr. *Pannoni Dacisque* Thuan. quart. *habendi tam tibi Roma ducem pavidum* Rott. ſec. *jam pavidum* fragm. S. Germ. *tam pavidum, Fortuna, ducem tibi Roma* Barberin.

97. *Bellum civile fuit*] *Civile fuit bellum* Rott. pr. Heinſius corrigebat, *tulit*, ſcil. Fortuna Certe ſaepe *tulit* & *fuit* confuſa docent notae ad Ovid Remed. 528. IV. Triſt. ult. 22. & alibi. Nihil tamen temere muto, quia ſenſus ſatis conſtat. Si tibi externus hoſtis fuiſſet, ille, fugiente Pompejo, diripuiſſet aut evertiſſet urbem: nunc civile quum

fit

Pannonio, Dacisque Getes admixtus: habenti
Tam pavidum tibi Roma ducem Fortuna pepercit,
Quod bellum civile fuit. Sic fatur, & Urbem
Attonitam terrore ſubit. namque ignibus atris
Creditur, ut captae, rapturus moenia Romae,
Sparſurusque Deos. fuit haec menſura timoris:
Velle putant, quodcumque poteſt. non omina fauſta,
Non fictas laeto voces ſimulare tumultu:
Vix odiſſe vacat. Phoebea palatia complet
Turba Patrum, nullo cogendi jure Senatus,

E la-

ſit bellum, ego Caeſar, dux & civis, patriae meae parcam, licet incolae graviſſima quaeque a me metuant, & credant me incenſurum urbes & templa.

98. *Namque ignibus atris*] Singularem & hunc loquendi modum puto, *rapere urbem ignibus.* Varius quidem uſus verbi *rapere*, ubi agitur de igne & incendio, ut ipſe ignis & flamma *rapere* dicitur. vid. ad Ovid. III. Amor. IX. 27. & *rapax*, *rapidus* ignis vulgare apud poëtas: & hinc apud Stat. IV. 168. variat lectio, *raptas* & *rapidas faces.* immo ipſa materia etiam dicitur *rapere* ignem, ut infr. 683. *Carinae rapiunt incendia*, & lib. X. 499. *tecta rapuere ignem*, & fulmen *rapiens ignem* lib. I. 534. *ignis raptus a taeda* infr. h. l. 504. & paullo ante, *rapiens incendia ventus*: & de cadavere *rapi igne* Stat. III. Theb. 97. *vetat igne rapi.* & ita varius hujus verbi uſus in incendiis patet, ſed qui dixerit *urbem vel moenia rapere ignibus*, niſi per moenia intelligat tecta urbis, nondum vidi: melius ergo Virgil. II. Aeneid. 374.

rapiunt incenſa, feruntque
Pergama.

Sed indulgeamus Lucano. *Aut captae* Thuan. pr. *ut carae* Hamb. pr. *capturus moenia* Richel. *fuit haec menſura timoris*, notat, nihil niſi timorem paſſi ſunt, hoc defuncti urbem viderunt integram Sic *menſura dies aevi* Stat. IV. vſ. 557. vid. Quinct. VIII. Decl. I.

101. *Feſta*] Recte, *fauſta omnia* viri docti praetulere. v. Suet. Aug. LVII. & Calig. XIII. & alibi.

103. *Complet*] *Complent* Oiſel. ut Cortius conjecerat. Sed notanda iterum inconſiderantia Lucani, qui totum Senatum Pompeji caſtra ſecutum ait lib. II. 520. & ſaepe alibi. Hic tamen turba patrum complet palatia in ipſa urbe Roma. Manſit ergo magna pars in urbe, ſed quam indignam forte nomine Senatus credidit Lucanus, quod tantum Pompejanam factionem mereri cenſebat.

104. *Nullo cogendi jure Senatus*] Verba intricata & obſcura: nam vel per adpoſitionem, *turba patrum*, id eſt, Senatores, *cogendi nullo jure*: ut *turba tuti* Ovid. I. Met. 91. vel, ſi *Senatus* ſit genitivus, turba patrum, nullo jure cogendi Senatus, complet tamen palatia. ſed in his omnibus ſunt ſentes & ſalebrae. in Rottend. ſec. erat *cogentis*. in Hamb. pr. *cogenti*, & tunc ſi eſſet pro *cogente* (vid. ad lib. I. 155.) poſſet conſtrui, nullo, id eſt, nemine, cogente *Senatum* (ita enim legi oporteret) jure, quia Conſules & alii, quibus jus erat cogendi ſenatum, cum Pompejo fugerant. vel etiam, turba patrum educta e latebris Caeſari (pro a Caeſare, vel in gratiam Caeſaris) cogenti Senatum nullo jure, complet palatia: quod magis placere non diffiteor, licet non plane ſatisfactum ſit. Si *nullo* pro nemine capias, qui jure poterat Senatum cogere, obſtabit, quod certe Tribuni plebis fuerint in urbe, quibus hoc tem-

E latebris educta ſuis: non Conſule ſacrae
Fulſerunt ſedes: non proxima lege poteſtas,
Praetor, adeſt: vacuaeque loco ceſſere curules.
Omnia Caeſar erat. privatae Curia vocis
Teſtis adeſt. ſedêre Patres cenſere parati,
Si regnum, ſi templa ſibi, jugulumque Senatus,
Exſiliumque petat. melius, quod plura jubere
Erubuit, quam Roma pati. tamen exit in iram:
Viribus an poſſint obſiſtere jura, per unum
Libertas experta virum. pugnaxque Metellus,
Ut videt ingenti Saturnia templa revelli

Mole

pore etiam jus erat cogendi Senatum: nam Aedilibus fuiſſe illud jus, ut Scholiaſtes, probandum foret. Sed illos etiam abſuiſſe dicit, poſt praetores illos innuens, per *curules*. Pro *educta* duo libri Sixii & Hamb. quart. *producta*. de quo vid. ad Phaedr. III. x. 34. Si quis clariorem ſententiam dederit, facile accedam. Praeterea, pro *jure* erat, *more* in Voſſ. a m. ſec. *e latebrisque* Barberin.

107. *Loco ceſſere*] Varie explicant: quidam de Aedilibus Curulibus, alii de ipſis ſellis curulibus. *Loco cedere* uſitata locutio in re militari, pro fugere, vinci. vid. Serv. ad Virg. VIII. Aen. 333. Liv. II. 47. Suet. Aug. XXIV. & ad Salluſt. Catil. IX. commentarios, & infr. VIII. 381. Si ergo de ſellis capiamus, rei inanimatae tribuit, quod proprium eſt hominum; quaſi ipſe ſellae curules, itidem ut magiſtratus, fugiſſent conſpectum Caeſaris, & comitatae fuiſſent Conſules & Praetores, vel quodam prodigio ſponte e curia exceſſerint. Sulpitius explicat, *remotae ſunt*. Servius ad Virgil. XI. Aen. 334. ut legitur in Edd. Baſilienſibus, *vacuaeque loco ſedere curules*, ut *ſedere*, pro manſere ſuo loco vacuae, ſit capiendum; ut ita *manere*, *ſtare loco* occurrit. vid. ad Val. Fl. II. 19. & III. 120. Vix me expedio ex hoc loco, niſi hypallage ſit, pro *Curules*, ſc. Aediles, *ceſſerunt loco vacuo*, & legatur: *vacuumque locum ceſſere Curules*, etſi & *vacuo loco* poſſet retineri, quia *cedere* utrumque caſum regit. ut infr. 341. *foribus cedente Tribuno*, & paſſim: vid. ad lib. VIII 693.

108. *Omnia Caeſar erat*]. Vide ad Petronii cap. XXXVII.

110. *Si regnum*, *ſi templa*] *Si templum*, *ſi regna* fragm. S. Germ. *auxiliumque petat* Oiſel. Joh. Sarisb. lib. III. cap. 10. haec citans poſt *Senatus* ſubjungit, *Paſſuraſque infanda nurus*, quae leguntur lib. V. 307.

112. *Exit in iram*] Id eſt, non potuit libertas, licet oppreſſa, ita tamen comprimere vocem, ut non unus Metellus rumperet ſilentium, & ſe Caeſari, qui erat omnia, opponere auderet. Sic apud Claudian. lib. I. Rapt. 32. pro vulgato, *exarſit in iras*, in duobus codicibus erat, *exit in iram*. vide & quae notavimus ad Ovid. III. Art. Amat. 419. *reſiſtere* in nullo inveni, & ab interpretatione credo ortum. *poſſint* in plurimis.

118. *Uſque adeo*] Hic iterum inepta & intempeſtiva declamatio, quaſi Metellus pro ſuo auro pugnans, non publico, inſigne avaritiae & cupiditatis ſpecimen edidiſſet, nihil auſus antea contra Caeſarem, dum leges omnes violaret. Sed in curia nihil ſe profecturum videns, ſilentium ſervaverat, nunc

ſciens,

Mole, rapit greſſus, & Caeſaris agmina rumpens,
Ante fores nondum reſeratae conſtitit aedis,
(Uſque adeo ſolus ferrum, mortemque timere
Auri neſcit amor. pereunt diſcrimine nullo
Amiſſae leges: ſed, pars viliſſima rerum,
Certamen moviſtis opes) prohibensque rapina
Victorem, clara teſtatur voce Tribunus:
Non niſi per noſtrum vobis percuſſa patebunt
Templa latus, nullasque feres, niſi ſanguine ſacro
Sparſus, raptor, opes. Certe violata poteſtas
Invenit iſta Deos. Craſſumque in bella ſecutae

ſciens, ſi Caeſar ſpoliaret aerarium, vires inde ipſi magnas acceſſuras, quia ad conata perficienda maxima pecuniae difficultate premi noverat, ſe fortiter opponit. Laudandus ergo erat animus Metelli, qui hanc pecuniam non ſibi vindicare pugnabat. nec etiam publicum aurum decorum eſt vocare, *partem viliſſimam*, pro qua non dignum erat viro contendere, ſed recte videbat eſſe nervum belli, & ſumma inde momenta trahi, ut ſupra de annona dixerat Poëta vſ. 55.

120. *Sed pars*] *Et pars* erat in tribus, & recepit Cortius. Si quid mutandum, aptius foret, *at pars. monniſtis opes* fragm. S. Germ.

124. *Feres, niſi ſanguine ſacro Sparſas*] Variant codices noſtri, ut aliorum: *ferus* Hamb. pr. *ſine* Thuan. pr. & fragm. S Germ. *noſtro* plurimi. *fuſo* Rott. ſec. a m. ſec. *ſanguine ſacras* Hamb. *ſparſo* tres. *ſparſus* Hamb. tert. Sed in vulgata lectione omnia mihi molliter ſatis procedere videntur: & inter tam varias lectiones, una modo me moveret,

nullaſque feres, niſi ſanguine ſacro
Sparſus, Raptor, opes.

Ut non ipſa pecunia, quae latebat adhuc in ſacro Saturni aerario, ſpargeretur ſanguine, ſed quicumque rapere vellet, non, niſi ſanguine ſacroſancti Tribuni adſpergeretur, poſſet intrare templum, & rapere opes publicas: in ipſo ergo aditu templi minatur caedem Caeſar, antequam raperet. Cortius poſt varias lectiones aliquot, conjicit,

nullaſque feres niſi ſanguine ſparſa
Sacro, Raptor, opes.

Quae non intelligo, neque quo *ſparſa* referri poſſit video. non ad *templa*, nam tunc conſtructio non conſtaret. Credo vitio operarum *ſparſa* editum pro *ſparſas*, ut ejus conjectura intra verborum tranſpoſitionem conſtiterit, ut fere ſemper; Heinſius malebat, *ſanguine ſacro Partas, raptor, opes*; ſed hoc minus invidioſum, nec tam acerbum, quam *ſparſas*, vel *ſparſus*.

126. *Invenit Deos*] Recte hic ſubintelligunt Deos *ultores*, ut male lib. I. 569. *cecinere Deos*, volebant intelligi, *Deos iratos*. Nam hic vis verbi *invenit* hoc ſubindicat, quo utuntur de malis, vulneribus, morte & ſimilibus, quae nobis obtingunt. & hinc *invenire Deos* in malam partem debet ſumi, nec poſſumus faventes & benignos, ſed iratos & vindices ſcelerum intelligere. Sic Virgil. I. Aen. 645.

Ipſe manu mortem inveniam.

Stat. VIII. Theb. 526. *mortemque invenerat haſta.* & *invenire vulnus* Noſter infr. 582. lib. IX. 512. & Sil. Ital. IV. 145. vid. ad Ovid. VII. Met. 281. & ita poſſumus capere illa Ovid. X. Epiſt. I.

Saeva Tribunitiae voverunt proelia dirae.
Detege jam ferrum. neque enim tibi turba verenda eſt
Spectatrix ſcelerum: deſerta ſtamus in Urbe.
Non feret e noſtro ſceleratus praemia miles.
Sunt quos proſternas populi, quae moenia dones.
Pacis ad exhauſtae ſpolium non cogit egeſtas:
Bellum Caeſar habes. His magnam victor in iram
Vocibus accenſus: *Vanam ſpem mortis honeſtae*
Concipis: haud (inquit) *jugulo ſe polluet iſto*
Noſtra, Metelle, manus. dignum te Caeſaris ira
Nullus honor faciet. te vindice tuta relicta eſt
Libertas? non uſque adeo permiſcuit imis
Longus ſumma dies, ut non, ſi voce Metelli

Ser-

Mitius inveni, quam te, genus omne ferarum.
pro experta ſum. ut *invenire malum* Propert. II. XIII. 19. Ita Graecis κιχάνειν. Sed deſino.

127. *Voverunt proelia dirae*] Nec hoc ex loco facile me expedio, niſi *voverunt* capias pro *devoverunt*, ut Omnibonus & Sulpitius videntur explicuiſſe: ſed utinam nobis exemplum hujus ſignificationis adtuliſſent; ego neſcio. *noverunt*, quod quidam proferunt, ego in nullo inveni: *ſaeva* an *ſcaeva* legas, nihil plus lucis oſtendet. An *voverunt* Craſſum Dis Manibus (ut *vovere caput* lib. VII. 759.) ſubintelligendum? Sed tunc quo referas *proelia* non conſtabit. Cogitabam aliquando.

Craſſoque in bella ſecutae
Saeva Tribunitiae voverunt proelia dirae.

Id eſt, ſpoponderunt, promiſerunt ipſi ſaeva & mortifera proelia. Ita *vovere* videtur poſuiſſe Statius lib. VII. 433.

Sic vos in moenia primus
Ducere, ſic clauſas voveo perfringere Thebas.

& ita poſſent illa capi apud Noſtrum lib. VII. 658.

Vovitque ſui ſolatia caſus.

ubi Oudendorpius lectorem ad hunc locum remittit, ubi *vovere* dirarum eſſe dicit; licet *movere* videatur praeferre. Ibi vero Micyllus *optare* explicuit. non male, ut & hic poſſet ſumi. Cogitabam aliquando, quia pro optare pervulgata eſt hujus verbi ſignificatio, an non legendum eſſet.

Saeva tribunitiae voverunt praemia Dirae.

Nam ita mox 130. pro *praemia proelia* erat in S. Germ. & alibi voces hae confundi ſolent. In contemtae religionis praemium & mercedem optarunt ipſi mortem, ut *praemia* ironice dicatur. Sed nondum mihi ſatisfacio.

130. *E noſtro*] Dictum, ut *de meo, de tuo, de alieno* apud Terentium, Juſtinum & alios paſſim *Suum* vero vocat Metellus, quia quum aerarium eſſet commune omni populo, etiam ſibi partem poterat vindicare,

132. *Ad exhauſtae*] *Et exh.* Rott. ſec. *exauſtae* Hamb. quart. *exhuſtae* Thuan. ſec. *exuſtae* Voſſ. unde Heinſ. conjiciebat, *exutae*. alius apud Cortium *exoſae*. *non cogit* Richel. *pax illa exhauſta* iterum obſcure & duriter dicta. Sulpitius de priore Caeſaris furto, quo cellam Capitolinam ſpoliaverat, capit:

Serventur leges, malint a Caeſare tolli.
Dixerat: & nondum foribus cedente Tribuno
Acrior ira ſubit: ſaevos circumſpicit enſes,
Oblitus ſimulare togam. tum Cotta Metellum
Compulit audaci nimium deſiſtere coepto.
Libertas, inquit, *populi, quem regna coërcent,*
Libertate perit, cujus ſervaveris umbram,
Si, quidquid jubeare, velis. tot rebus iniquis
Paruimus victi: venia eſt haec ſola pudoris,
Degeneriſque metus, nil jam potuiſſe negari.
Ocius avertant diri mala ſemina belli.
Damna movent populos, ſi quos ſua jura tuentur.
Non ſibi, ſed domino gravis eſt, quae ſervit, egeſtas.

Pro-

pit: forte urbem intelligit, quae expers belli erat, & ad quam praeter opinionem Caeſar paci intentus, non ut hoſtis, venerat. Quare explicarem, ſatis tibi praedae & ſpoliorum ex bello & urbibus bello ſubactis eſt, qua ita abundas, ut non cogat te egeſtas, etiam ex urbe Roma, ubi pax eſt, & aerario, quae ſatis exhauſta ſunt, rapere. Et forte reſpicit rapinas Caeſaris, quibus Gallias ita expilavit, ut abundaret auro, & etiam promercale haberet, teſte Sueton. cap. LIV. Cogitabam &, an *exhauſtum* poſſet legi; tu Caeſar, poſt tot ſpolia bello parta, non ita es exhauſtus, ut etiam cogaris ad pacis ſpolium, id eſt pacatae urbis, & patriae tuae, & in primis ſanctioris aerarii direptionem. Videant alii, an hoc eleganter & clare explicare poſſint.

134. *Vanam*]. Lutatius ad Statii II. Theb. 216. *unam ſpem m. h. concepiſtis*, vitioſe. *mortem honeſtam* etiam Noſter lib. I. 539. dixit.

135. *Polluet*] *Polluit* Sixii Cod. mox, *Caeſaris enſe* Cortii Cod.

138. *Permiſcuit*] *Promiſcuit* Barber. deinde, *ut ſi non* Hamb. tert. *ut non qua voce* Richel. *ſervantur* quatuor libri. *mallent* Langerm.

145. *Quem*] *Quam* Thuan. quart. Hinc vero colorem ſumſit Florus lib IV. 7. de Caſſio & Bruto. *Libertatem, quam maxime reſtitutam voluerunt, illo ipſo parricidio perdiderunt*, id eſt, nullum inde fructum retulerunt; ut ita *perdere* & *perire* centies occurrunt. vid. ad lib. II. 244. IV. 280. & alibi, & ſaepe ad Statium Barthius.

147. *Quidquid*] *Quidquam* Rottend. pr. de ſenſu verborum horum vid. ad lib. I. 372. *ſola pudentis* Hamb. pr. *degener atque metus* Langer. *non jam* fragm. S. Germ.

151. *Sua jura*] *Regna* fragm. S. Germ. & Turrian. a m. Sed *ſua jura* dicuntur, ut populus *ſui juris* VII. 55. & contra gens Etruſca perdidit *jus ſui* II. 463. vide & lib. VI. 302. Non recte credo Broukhuſum illa Propert. III. III. 4.
Tigris & Euphrates ſub ſua jura fluent, explicare, ejectis regibus, erunt ſui juris & liberi: immo *ſub tua jura* legendum: Caeſarem enim victorem auguratur. & hoc ſequentia: *Seres & Auſoniis venient provincia virgis*, poſtulare videntur. Adſuetus enim regibus oriens libertatem ferre non poterat, ſed vel in provinciae formam gentes victae redigebantur, vel Rex illis dabatur, ut hoc no-

Protinus abducto patuerunt templa Metello,
Tunc rupes Tarpeia ſonat, magnoque recluſas
Teſtatur ſtridore fores: tunc conditus imo
Eruitur templo, multis intactus ab annis,
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi praeda Philippi:
Quod tibi Roma fuga Pyrrhus trepidante reliquit,
Quo te Fabricius Regi non vendidit auro,

Quid-

notum ſatis eſt. Quod vero *tua* non habeat, quo referatur, nihili eſt: vertit enim directam orationem ad Caeſarem, neque opus cum Heinſio legere primo verſu *meditaris*. ſenſus vero Noſtri hic eſt. Qui poſſunt efficaciter libertatem, jura & leges ſuas tueri, ſentiunt damna publica, & aerarii inopiam, quia debent ſupplere vectigalibus & tributis de ſuo. Sed gentes, quae tyranno ſervire coguntur, ubi ad inopiam redactae ſunt, non tam ſibi, quam ipſi tyranno ſunt graves, quia nec in publicum conferre poſſunt, & Tyrannus, ut expleat eorum inopiam, & in officio contineat, multa cogitur crudeliter facere, unde ſibi deinde odium conflat. Ideoque ſuadet Cotta Metello, ne reſiſtat Caeſari, ſed ſinat, *averti ſemina belli*, id eſt, pecuniam tolli, unde ſibi odium & novi belli cauſſas Caeſar movebit, & immenſo odio flagrabit. Vel etiam, *gravis eſt domino*, quia debet illos alere & multa donare, quia ut ſupr. vſ. 58. dixit, *neſcit plebes jejuna timere*, & ideo, *emere* debet *metum*, ne rebellent. In quatuor Codd. erat, *avertant*, quod odioſius, ut omnes Caeſarianos intelligat. *avertent* totidem. Male Heinſius capiebat pro *avertantur*. Sed de furto, peculatu, & de praedatione *avertere* efficaci verbo utitur, ut apud Caeſ. III. Bel. Civ. 59. *Stipendium equitum fraudabant, & praedam omnem domum avertebant.* vid. ad Virg. I. Aen. 472. & plura in Oudendorpii notis hic, & lib VI. 585. & apud Lindenb. ad Amm. Marcel. XIV. 2.

153. *Protinus*] Deerat hic verſus Puteaneo.

154. *Rupes Tarpeja*] Atqui aerarium ſanctum erat in templo Saturni in foro, ut ipſe vſ. 115. Sed Lucanus, ſui immemor, ut poſſet exſpatiari, & etiam Capitolium, ubi multae quoque gazae erant reconditae, expilatum oſtenderet, ejus hic mentionem injicit, contra hiſtoriae fidem. Niſi quis tanta vi aerarii fores revulſas ſtatuat, ut ad Capitolium penetraverit ejus *ſtridor*: qui hic non de tenui, ſed graviſſimo ſonitu deberet capi, ut aliquando occurrit: ſed quia *ſtridor* proprie de cardinibus januarum dicitur, & in primis de Capitolii foribus, ut apud Virgil. I. Aen. 449. malo priorem ſententiam ſequi: ideoque etiam mox *recluſas* ſervandum eſt, & hinc *tunc rupes*, eſſet explicandum praeterea; praeter Saturni templum etiam Capitolium fuit expilatum. *Rupis* erat in duobus, ut ſimilia nomina duplicem habuere nominativum in *es*, & *is*. infr. IV. 16. in codice antiquo *proxima rupis*. Vide Pier. ad Virg. V. Aen. 198. & XI. 522. infr. V. 286. *mercis* pro *merces*. ſic VIII. 242. *cladis*. *aedis* & *aedes*. vid. ad Liv. IV. 25. *ſonant* Rottend.

154. *Magnoque recluſas*] In Rott. & Hamb. ſecundis erat, *revulſas*, & ita ex ſuis edidit Cortius, niſi quod antiquitatis ſtudioſis *revolſas* dedit. & certe hoc verbum eſt majoris violentiae, quam *recluſas*, & ideo etiam Heinſius praeferebat. ſupr. vſ. 115.

Ut videt ingenti Saturnia templa revelli
Mole.

vid. ad Virg. VIII. Aen. 262. ubi eadem varietas. ſed *ſtridor*, ut diximus, *recluſas* vindicat.

155.

Quidquid parcorum mores ſervaſtis avorum,
Quod dites Aſiae populi miſere tributum,
Victorique dedit Minoïa Creta Metello,
Quod Cato longinqua vexit ſuper aequora Cypro.
Tunc Orientis opes, captorumque ultima regum
Quae Pompejanis praelata eſt gaza triumphis
Egeritur: triſti ſpoliantur templa rapina;
Pauperiorque fuit tunc primum Caeſare Roma.

In-

155. *Tunc conditus*] *Tamen abditus* Langerm. *Eruitur* vero, non *egeritur*, ut mox vſ. 167. quia violenter aperto aerario inſtrumentis fabrilibus, ut dolabra, &c. gaza & in ſubterraneis cellis defoſſa pecunia eruebatur, ut metalla ſolent erui, inf. IV. 223 & *aurum terra eruitur*, Ovid. III. Amor VIII. 53.

156. *Non tactus*] Ita noſtri fere omnes, pro *intactus*, & centies hoc obſervare licet, in compoſitis ex *in* praepoſitione nominibus & participiis, variare libros & *non* ſimplici verbo praeponere. vid. ad Ovid. I. Amor. VI. 17. & Bentl ad Horat. Ep XII. 25. & quum nihil fere differant, tutius eſt ſemper codices ſequi, & non, ut fere Cortius in Lucano fecit, ubique *non* intrudere. Sic infr. 417. *belloque intacta priori*, ille tentabat, *ac bello non tacta*. Sed hoc temerarium & minime neceſſarium. In uno Oudendorpii erat, *nec motus*, quod etiam poſſet ferri: Et fere inducor *tactus* eſſe ab explicatione. & ita *immota praeſepia* apud Virgil. III. Georg. 416. diu non tacta, aut purgata explicuimus.

157. *Punica*] *Publica* Thuan. ſec.

158. *Victi*] *Victa* Hamb. ſec. mox, *trepidansque* Rottend. ſec. ſed tunc *fugax P. trepidansque* praeſtaret. nihil mutandum.

160. *Quo te Fabricius*] *Quod te* fragm. S. Germ. *aurum* unus Deerat vero totus verſus Rottend. ſec. & ſane mihi ſuſpectus eſt, niſi ineptiiſſe, ut ſaepe ultra modum, Lucanum velimus. Quocumque enim modo tentes emendare, ſenſus abſurdus exibit. Si enim, ut conſtat, Fabricius auro Pyrrhi corrumpi non potuit, nec accepit, non potuit hoc inlatum fuiſſe aerario. Nec etiam ſi ſtatuas, victo Pyrrho, Fabricium id aurum, quod antea ipſi obtulerat, in praedam abſtuliſſe, non illud tantum fuiſſe fingi poteſt, ut in haec tempora ſervatum a Caeſare fuerit ablatum: Pyrrhus enim egens fere ſemper pecunia Tarentinorum & Graecarum civitatium opibus ſublevatus fuit, ex quibus victis Romani praedam in triumpho duxere, quam etiam pompam magnifice praedicat Florus. I. 18. Sed hoc jam priori verſu a noſtro relatum, ubi aurum a Tarentinis & ſociis Pyrrho fugiente relictum, in aerarium illatum memoravit, cui acceſſio hujus auri, quo Fabricium tentavit Pyrrhus, inepte ſubjicitur, & omnia ultra fidem, quaſi ex hoc auro adhuc non tactum ſuperfuiſſet aliquid in haec tempora: & ſtulte deinde etiam vectigalia Aſiae, Cyprii regis gazam &c. ſubjicit, quum omnes uno ore ſolum aerarium ſanctum, in quo pecunia ex viceſima manumiſſionum recondita, ad extremos reip. caſus ſervari ſolebat; non vero aerarium commune, in quo parum pecuniae hoc tempore fuiſſe crediderim, expilatum dicant.

161. *Quidquid parcorum*] Cortius, *parcorum quidquid*, ut ſcilicet rhytmus evitetur. *partorum* Barberin. *ſervatis* Hamb. quartus & fragm S. Germ & Ed. Gryph. major.

165. *Captorumque ultima*] Cortii MSS. *captorum victima*: intelligit certe reges a Pompejo in bello Mithridatico ſuperatos: nam Florus III. 5. *alios ex aliis prodire reges* notat, & enumerat Tigranem, Orodem, Artho-

Interea totum Magni fortuna per orbem
Secum caſuras in proelia moverat urbes.
Proxima vicino dat vires Graecia bello.
Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cyrrha,
Parnaſusque jugo miſit deſertus utroque.
Boeoti coïere duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephiſſos aqua, Cadmeaque Dirce,
Piſaeaeque manus, populisque per aequora mittens

Si-

thocem & alios. Sed nullum fuiſſe ab eo in captivitatem redactum nobis tradit, ſed aut ignotum fuiſſe illis, aut ſedes mutare juſſos, aut obſides dare. Forte *victorum* ſcripſerit, ut ſolent librarii haec verba permutare. vid. ad Ovid. xv. Epiſt. 63. vel *raptorum*.

166. *Praelata eſt*] *Collecta*, vel *collata* Thuan. pr. *erigitur* Thuan. quart. & Hamb pr. a m. pr. & a ſec. *eripitur*. *eruitur* Langerm. ut ſupr. 155. vid. infr. 718. *egreditur* marg. Hortenſii. *ruina* Thuan. pr. vid. ad x. 150.

170. *Moverat*] *Suſcitat* Oiſel. mox, *dat vires* Thuan ſec. & Rott. pr. quo evitatur ſimilis ille ſonus, in *vicino vires*.

172. *Cyrrha*] *Cirra* duo. *cura* Turr. *ſaxa* Rottend. tert. variant vero in nominibus his propriis admodum MSS. ut *Boecii* S. Germ. *Caephesſos* Langerm. *Siſiphos* Rott. *Alpheos* multi. *Cathmeia* Hamb. ſec. ut mox vſ. 189. *Cathmi* duo.

178 *Herculeam*] *Herculeum* unus. vid. infr. VII. 450. mox, *Selloae* fragm S. Germ.

182. *Exiguae Phoebea* &c.] Difficiles hos duos verſus oſtendunt variae virorum doctorum emendationes & explicationes, quae in Oudendorpii editione legi poſſunt. Codices noſtri nihil variant. Heinſius olim etiam *Piraea* probabat, ſed adſcripſerat, potius *Rhodon* intelligi, & ex lib. v. vſ. 50. firmari hoc credebat. Idem adfirmat Oudendorpius & luce meridiana clarius patere cenſet: vix audeo tam confidenter agere; quum non vero ſimile mihi videatur Rhodon, quae hic poneretur primo loco, inter eos, qui auxilia tulerunt, tres tantum naves miſiſſe, & quae ob tantillum numerum donis ornaretur a Pompejano ſenatu. Athenienſes vero, *veteres famae*, tantum laudantur, ob auxilia vix alicujus momenti adducta. Certe nemo Rhodon poſſe dici *Phoebeam* negabit, ſed non ſolam, quum & aliae urbes iſti numini ſacratae fuerint: ideoque ego olim Gronovio adſentiebam, & de Actio capiebam: nam de Rhodo minime veroſimile credebam, tum quia tam potens mari inſula abſurde tantum tres naves, & illas exiguas ſuppeditaſſe diceretur: tum quia nullum ejus inſulae hic indicium appareret, nec recte opponeretur antiquae potentiae navali in proelio Salaminio, Praeterea, ſi *Phoebea navalia* notaret Rhodon, & tamen naves Atticae deberent etiam intelligi, fingendum foret, tres naves Atticas contendiſſe verſus Rhodon, ibique in ſtatione fuiſſe, quod verbum *tenent* notare debet; nim. poſt navigationem eum portum attigiſſe & tenuiſſe. vid. Ovid. III. Met. 2. & VIII. 5. & paſſim: ut enim *altum tenent* in mare egreſſae naves (vid. ſupr. h. l. vſ. 2.) ita navalia tenent, quum eo pervenerunt, vel etiam otioſae ſtant. Quid vero inde in Illyrico & Epiro Pompejo, omnia ad bellum conquirenti, profuiſſent naves tres ſtantes in portu Rhodienſi? Haec pro Actio, quo tres illas naves perveniſſe diceret Poëta, mihi facere olim videbantur; ſed eadem militant pro alia in vicinia urbe, ſi ibi reperiri queat, quae *Phoebea* dici poſſet. Atque hanc ego nunc Apolloniam in Illyrico vel Epiro,

ſitam,

Sicaniis Alpheus aquas. tunc Maenala liquit
Arcas, & Herculeam miles Trachinius Oeten.
Theſproti, Dryopesque ruunt, quercusque ſilentes
Chaonio veteres liquerunt vertice Sellae.
Exhauſit totas quamvis delectus Athenas,
Exiguae Phoebea tenent navalia puppes,
Tresque petunt veram credi Salamina carinae.
Jam dilecta Jovi centenis venit in arma
Cre-

ſitam, non longe ab Epidamno, eſſe credam. Haec Apollini ſacra, & ab eo nomen ſortita, & ſatis celebris, & a Livio & aliis in bellis cum Philippo, Rege Macedoniae, ſaepe memorata legitur. Apolloniatae vero Apollinem conditorem ſuum celebrabant. Vide egregie agentem de hac urbe Palmerium in Graec. Antiq. I. cap. XXVII. Caeſar etiam inter urbes a Pompejo occupatas recenſet lib. III. de Bell. civ 5. & deinde cap. 12. ſe eam in poteſtatem recepiſſe ſcribit. Quae urbs ergo ſi intelligatur, ſenſus erit clariſſimus. Licet delectus Athenas exhauſerit proximis bellis, tres tamen, easque non magnas, miſiſſe naves, quae quum veniſſent Apolloniam, id eſt, tenuiſſent *Phoebea navalia*, nullam fidem poterant facere antiquae potentiae, qua Athenae celebrabantur, maxime in Salaminio proelio: petebant tamen & contendebant hae tres naves, ideo non deberi falſi argui, quae de illo proelio jactabant. Haec ſatis clara videntur, ſed quia gloriatio illa inepta eſt, ut ex tribus nunc exiguis navibus aeſtimetur vetus fama, forte rectius legeretur,

Tresque vetant credi veram Salamina carinae.

ut non Salamis inſula intelligatur, illa enim non miſit has naves, & ineptiſſimum eſſet acumen: nam etſi ad inſulam illam pugna acciderit, non ideo ſequitur olim potentem claſſe & mari fuiſſe: ſed *Salamis* eſt proelium ad Salamina, in quo in primis apparuit potentia navalis Athenienſium, quorum naves maximam partem claſſis faciebant, quum nunc exhauſtae Athenae vix tres poſſent Pompejo mittere, quae quum veniſſent Apolloniam, vetabant credere ſpectatores, vera eſſe, quae de antiqua potentia Athenienſium jactabantur. Sic *Salamina* pro proelio ad eam capit Florus II. 8. *Epheſo Salamina penſavimus*, ut Noſter etiam lib. V. 38. *Heſperiam penſant Superi*, eodem ſenſu. Vidi poſtea in commentariis Trevoltienſibus, qui Amſtel. prodiere A°. 1702. pag. 440. quemdam *Du Tot*, non longe abiiſſe ab explicatione *Salaminis*, & retento verbo *petunt*, ita explicare, ut credat Lucanum hic inſultaſſe & irriſiſſe Graecorum vanitatem, qui ſemper oſtentabant Perſas a ſe victos: qua ſpecie jam poſſunt petere & exigere a nobis, ut credamus illis quae narrant de victoria Salaminia? Aliter paullum explicabat Tourneminius, nimir. Athenienſes his tribus navibus miſſis gloriatos fuiſſe, ſe aeque victuros Caeſaris claſſes, ac majores eorum Xerxem ad Salamina vicerant. quae non plane abſona lectoribus dijudicanda relinquimus. Ego tamen minime hos ſarcaſmos Lucano in mente fuiſſe puto, neque eum tam ineptum fuiſſe, ut Athenienſes jam exhauſtos, eam vim tribus ineſſe ſuis navibus, iiſque exiguis, gloriatos finxerit. Meliora forte & doctiora proferent poſthac alii.

184. *In arma*] *In armis* Thuan ſec. & Rott. tert. recte quidem *in armis*, pro armatos dici vidimus libr. I. 413. & alibi, ſed quia hic *centenis populis veniſſe in armis* Cretam, durius eſſet dictum, vulgatum ſervavi:

Creta vetus populis, Gnoſosque agitare pharetras
Docta, nec Eois pejor Gortyna ſagittis.
Tunc qui Dardaniam tenet Oricon: & vagus altis
Diſperſus ſilvis Athamas, & nomine priſco
Encheliae, verſi teſtantes funera Cadmi.
Colchis, & Hadriacas ſpumans Abſyrtos in undas,
Et Penei qui rura colunt, quorumque labore
Theſſalus Haemoniam vomer proſcindit Iolcon.
Inde laceſſitum primo mare, quum rudis Argo
Miſcuit ignotas, temerato litore, gentes,
Primaque cum ventis, pelagique furentibus undis
Compoſuit mortale genus, fatisque per illam
Acceſſit mors una ratem. tunc linquitur Haemus
Thra-

nam *venire in arma* obvium. Sic Ovid. I. Art. 36.

Qui nova nunc primum miles in arma venis.

XIII. Met. 34.

An quod in arma prior, nulloque ſub indice veni.

& ita paſſim, ut & *ire in arma* Noſtro, Ovidio & aliis familiare eſt: *mittere in arma* infr. vſ. 293.

185. *Gnoſosque*] *Gnoſſasque*, *Gnoſſosque*, *Gnoſasque*, *Gnoſtasque* varie libri veteres. *Cortyna* etiam multi. deinde *Dardanidam* Hamb. pr. *Oricon* plurimi. *Horrichon* Hamb. pr. *Orycon* duo. vide Palmer. Graeciae Antiquitates pag 235. *Diſperſis* Richel. *Encheloe* etiam Richel.

190. *Abſyrtos*] *Ariſtos* Thuan. ſec. *Apſyrtos* unus Heinſii *Abſyrtas* Hamb. quart. mox, *Poenei* Putean. & S. Germ. Heinſ. correxerat *Pbenei* ad Ovid. XV. Met. 332. *Haemonia Iolco* S. Germ. Heinſ. malebat, *Aeſoniam*, ut etiam edidit Cortius, quia ſcilicet *Theſſalus* & *Haemonius*, idem notaret. Sed ſine libris talia non ſequor.

197. *Mors una*] Id eſt, ut recte Heinſius, unum & novum genus mortis. ſc. naufragium, & ſub undis ſubmerſio. Stat. I. Theb. 109. & *populis mors una venit* ſc. peſtilentia. vid. infr. 751. & alio etiam paullum ſenſu dici vidimus ad lib. II. 195. adde & lib. VI. 213. IV. 491. & quae dixi ad Val. Fl. I. 501. ubi remiſi ad Propertium III. V. 44 a Broukhuſio illuſtratum. *ratem*, & *linquitur* Thuan. tert.

200. *Conſuetus*] *Aſſuetus* Barber.

201. *Perdit*] *Prodit* Cortius. Sed produnt aquas fluvii in fontibus, ubi erumpunt, perdunt vero, ubi per oſtia in mare emittunt. alio ſenſu dixit lib. V. 423. *nubes* & *undas perdere*, pro non uti: *caput* hic oſtium, de quo egimus lib. II. 52. & ad Virgil. IV. Georg. 319. *abluit* ſeptem ſcripti, ut fere ſemper variant libri: *multifide* pro *multifidi* in Ed. Oudendorpii adſcribo negligentiae operarum, ne quis *multifide caput* conſtituat, quaſi *multifidis* olim fuerit in uſu, unde & ſupr. II. 687. inter varias lectiones refertur, *multifides jaculata faces.*

204. *Idalis*] Locus & hic vexatus. *Idalis* ab Ida monte derivari poſſe numquam perſuadebitur, credo, viris doctis. Cogitabam aliquando tranſpoſitis literis & totidem
&

Thracius, & populum Pholoë mentita biformem.
Deſeritur Strymon, tepido committere Nilo
Biſtonias conſuetus aves, & barbara Cone
Sarmaticas ubi perdit aquas, ſparſamque profundo
Multifidi Peucen unum caput adluit Iſtri:
Myſiaque, & gelido tellus perfuſa Caïco
Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.
Quique colunt Pitanen, & quae tua munera, Pallas,
Lugent damnatae Phoebo victore Celenae:
Qua celer & rectis deſcendens Marſya ripis
Errantem Maeandron adit, mixtusque refertur:
Paſſaque ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon: qua culta ſecat non vilior Hermos.

Ilia-

& iisdem ſervatis, *Lidias* pro *Lydias* fuiſſe olim ſcriptum, ut *tellus Lydias* dicatur, ut *Ambracias* & ſimilia, de quibus egerunt Heinſius ad Ovid. Ep. xv. 164. & Drakenb. ad Sil. Ital. II. 117. Sic *Cephiſias* Ovid. VII. Met. 438. aut *Daedalis*, quia tali nomine urbs Ptolemaeo eſt ad Caycum, & alia etiam *Daedala* ad Caycum in Lycia, unde Stephanus *Daedasis* femininum derivat, unde *Daedalis tellus* ab illa urbe potuiſſet dici. Sed miſſis his omnibus, vero ſimilior nunc mihi lectio videtur, *Attalis*, ut intelligatur Pergamenum regnum olim, a regibus *Attalis*, ita a Poëta nuncupatum, quod fuit ad fluvium Caycum; quae conjectura ſi mereatur eruditorum ſuffragationem, non opus erit hic de Attalis & Pergamo multa congerere, ad eam adſtruendam. odioſe vero iterum Graeciſmum nobis obtrudit Cortius, *glebas exilis*. *Ariſpe* Thuan. tert. & Hamb. pr. *Ariſte* Rott. tert. & Langerm.

205. *Pitanen*] *Pitanem* Turrian. *Et qui* Rott. pr. *qua* tert. *tua numina* Thuan. ſec. *Celene* Schol. Stat. ad IV. Theb. 186.

207. *Qua celer ereptis*] *Erectis* Thuan. quart. *quaque celer rectis* Hamb. tert. Sic lib. I. 289. pro *is rectus equis*. Thuan. habebat *erectus*. *qua celer & ripis d. M. rectis* Barber. *qua celer & rectis* maxima turba codicum, quam ſi lectionem, ſive Hamb. tert. *quaque celer*, eligat lector, perinde erit: nam *erectis*, & *ereptis* abſurdae ſunt. Hinc *dirigere aquas* lib. VI. 475. de Maeandro contra naturam fluente. Mela lib. III. 6. *rectam ripam agit* dicit de Gadibus: & de maris Caſpii freto, lib. III. 5. *ubi recto alveo influxit*. Sic *rectum litus* Virg. VI. 900. & *rectus limes* Valer. Fl. IV. 614. ubi vide. Curt. VIII. 9. de Gange; *Magnorum montium juga recto alveo ſtringit.* Fluvium, qui nec ripas nec alveum habet, ut Bersmannus fingit, ego novi nullum, ſed talem poſſe, ubi inundat undique campos, fieri credo. Sed de eo hic non agitur, verum lib. II. 217.

209. *Exire metallis*] Nihil variant codices. Cortius tamen conjicit legendum eſſe, *medullis*. Quia ſcilicet hanc varietatem in ſcriptis viderat lib. IV. 304. ubi recepit *medullis* in contextum. Sed quia uno loco variant codices, non ubique fingendi ſunt habere diverſas lectiones, vel potuiſſe habere. Denique an *auriferae medullae* recte dicantur, etiam dubito.

210. *Pactolon*] *Pactalon* Rott. pr. & Hamb.

Iliacae quoque ſigna manus, perituraque caſtra
Ominibus petiere ſuis: nec fabula Troiae
Continuit, Phrygiique ferens ſe Caeſar Juli.
Accedunt Syriae populi, deſertus Orontes,
Et felix, ſic fama, Ninos: ventoſa Damaſcos,
Gazaque, & arbuſto palmarum dives Idume.
Et Tyros inſtabilis, pretioſaque murice Sidon.
Has ad bella rates non flexo limite ponti,
Certior haud ullis duxit Cynoſura carinis.

Phoe-

ſec. *Pactolo qua c. ſ. u. v. Hermo*, vir doctus apud Cortium. Antiquus vero Horatii commentator ad Epod. xv. 20. *Pactolus qui c. ſ. u. vilior Hermo.* In Oiſel. a m. pr. erat, *Hermos*, & ita forte alii olim codices, unde provenit *Hermo*.

213. *Phrygiique ferens ſe Caeſar Juli,*] Subintelligendum *genus*, *nepotem*, ſe jactans Aſcanii, ut dici aliquando ſolet per ellipſim. Sic *Hasdrubal Giſgonis*, ſcil. filius. vid. Gronov. ad Liv. xxviii. 12. & Ovid. ii. Met. 184.

Jam Meropis dici cupiens.

Phrygios Julos dixit quoque Valer. Fl. i. 9. de Caeſare agens. *Peritura* vero ambiguum, an *manus* peritura, an *caſtra*. Sed hoc praeſtat: nam vocat caſtra peritura ominibus ſuis, id eſt, iisdem, quibus olim Trojana fata victa erant a Graecorum fatis. vid. ad Ovid. i. Epiſt. 28. ita nunc Pompejus a Caeſare vincendus erat. Et firmat imitatio Statii iv. Theb. 127. de Neſtore: *Ire tamen peritura in caſtra negavit.* Sic Petron. cap. cxix. *Peritura prodere fata.* ubi vide. & quae Schulting. ad Quinctil. Decl. viii. 1. qui capiebat pro *perditura*. Ego diu ante ejus notas viſas ſimilia notaveram ad Petronium.

214 *Syriae populi*] *Syriaeque manus* S. Germ. *Populi Syriae* Rottend. pr. *Oruntes* Thuan. ſec.

215. *Sic fama*] Centies haec formula occurrit apud veteres, interjecta antiquis narrationibus. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. viii. 191. pro qua viri docti ſaepe nobis dederunt, etiam aliquando ex libris ſcriptis, *ſcit fama*; quod ſciens Cortius, hic quoque ita exhibuit. vide Gronov. ad Stat. ii. Theb. 108. & notavi jam olim ad Gratii Cyneg. 203. Heinſium quoque hic, *ſcit fama* maluiſſe, me non intercedente: Nunc tamen potius codices ſequendos judico. Nam Noſter alibi dicit *fama eſt*, *ut fama* &c. quae index dabit. pro *Ninos*, erat *Micos* in Thuan. quart. *Minos* in quatuor, *Damaſcos* in multis.

216. *Arbuſto*] *Arbuſtis* Rottend. tert. Hinc Heinſius apud Silium lib. xiv. 200. legebat, *palmaeque arbuſta Selinus*, pro *palmis quoque onuſta*. vid. eum ad Virgil. iii. Aen. 705. *Idyme* Thuan. pr. & Oiſel. *Idime* Hamb. quart. & Richel.

217. *Pretioſaque*] *Pretioſo murice* Rott. tert. vid. ad illa Petronii cap. cxix. *Ne deſit bellua dente ad mortes pretioſa.* &, *hos ad bella* Richel.

219 *Certior*] *Gratior* Barberin. male. vid. ad Valer. Fl. i. 17 *Cynoſura ſagittis* Oiſel. a m. pr. quia nempe, *certae ſagittae*, & *manus certae* ſaepe occurrunt.

220. *Si creditur*] *Si credimus* S. Germ. qualis varietas & ſupr. lib. i. 107. notata. Nihil fere hic abrupti video, quum Gaza, Idume, Tyros, & Sidon Phaeniciae urbes ſint memoratae, nec opus fingere alios etiam Phoenicas, qui primi invenerint literas, acceſſiſſe; Nam haec laus propria Tyriis & Sidoniis fuit, quare hanc notam, qua diſtinguuntur ab aliis, more Poëtico ſubjungit

Phoenices primi, famae ſi creditur, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat: & ſaxis tantum, volucresque feraeque,
Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.
Deſeritur Taurique nemus, Perſeaque Tarſos.
Coryciumque patens exeſis rupibus antrum,
Mallos, & extremae reſonant navalibus Aegae.
Itque Cilix juſta, jam non pirata, carina.

Mo-

git Lucanus, licet hoc nihil ad hoc civile bellum faciat, non magis, quam quod Iliacos fingit nunc fatis antiquis perituros Pompeji caſtra potius, quam Caeſaris ſecutos, quum hi Ilienſes ab antiquis Trojanis deſcendere ſe falſo gloriarentur. Sed tales deſcriptiones & excurſiones Poëtis permitti debent. mox pro *figuris* erat, *loquelis* in Oiſel.

222 *Flumineas*] *Flumineos* Thuan. quart. *Fulmineos* Barber. *flamineas* Turrian. *byblos* Thuan pr. Bangius in Obſervat. tom. I. pag. 1142. cenſet lignum arboris, ex cujus cortice chartae fiebant, intelligi: unde & naves fiebant Sed credo ex alio ligno contextas naves; ſed biblis, id eſt charta, lignorum commiſſuras texi, & quaſi conglutinari potuiſſe, ne rimas facerent ut ita IV. 136.

Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.

Sed hic non de navibus, ſed papyro Niliaca, in qua ſcribi ſolet, agi puto.

227. *Linguas*] *Terras* Oiſel. a m. pr.

226. *Coryciumque*] *Coryciamque* Hamb. quart. *Coriciique* Langerm

227. *Mallos*] *Mallus* Hamb. quart. *Extremae* omnes fere codices; quae ita dici poſſent, ſi reſpectu reliquarum in Cilicia urbium Aegae in finibus poſitae intelligantur. Nam Iſſus poſt Aegas ad fines Syriae poſita, majori jure poſſet extrema dici. immo Strabo lib. XIV pag 676 etiam poſt Iſſum, Rhoſon, Myriandrum & alias urbes Ciliciae adſcribit, & primam poſt Ciliciae Syriae urbem Seleuciam Pieriam facit Non ergo proprie *extremae* poſſent dici Aegae. De hac urbe aliquid diximus ad Seren. Samm. pr. vſ. 5. ubi Aeſculapii templo nobilem fuiſſe vidimus, & hinc ſuſpicor hic aliud epitheton latere, quod ad medicinae Deum referri poſſet. *reſonans* vir doctus apud Cortium. quod quomodo conſiſtere poſſit non video. nam *Aegae reſonans*, ſcilicet *urbs*, durum & inſolens mihi videtur. An vero mallet conſtruere, & Mallos reſonans navalibus Aegae, neſcio, quum *Aegam* dici ignorem. Vellem haec nobis planius expoſita fuiſſe. Altera difficultas videtur, ſi Aegae *reſonant* navalibus, deſeri non potuere: nam hoc videtur ſignificare, ibi fervere navalia, vel nautarum vel fabrorum aut ſimilium clamore, & navium ſtructura. an, reſonant apparatu navium, quas miſſurae ſunt Aegae? hoc poſſet ferri. quia ibi ſtatio erat, ὕφορμος, ut Strabo ait XIV. pag. 676. *externae* Edd. quaedam, ut Gryphii & Grotii. Sed an praeter reliquas urbes Ciliciae externae hae ſolae erant? niſi fingamus colonos aliunde adveniſſe Quia Strabo πολίχνιον vocat. hariolabar olim, *exiguae*. ſed exſpectet feliciorem manum hic locus.

228. *Itque Cilix juſta*] Heinſius malebat *juſſa*, ut Oudendorpius jam notavit, quaſi Pompejus illis naves imperaſſet. Ut etiam lib IV. 765. volebat,

Ut primum juſſae placuerunt foedera pacis.

Et certum eſt paſſim has voces a librariis confuſas. Sed quia hic agitur de navibus bellicis, quibus Pompejum adjuvarent, opponit *juſtas* piraticis, quae leviores & fere lembi, & fugaces & leves Myoparones (ut

Flo-

Movit & Eoos bellorum fama receſſus,
Qua colitur Ganges, toto qui ſolus in orbe
Oſtia naſcenti contraria ſolvere Phoebo
Audet, & adverſum fluctus impellit in Eurum:

Hic

Florus vocat lib. III. 16.) erant, ideo *juſtas* capio, ut *juſta arma*, *juſtum exercitum*, *regem* & ſimilia ubique obvia, quae numeros ſuos habent, & vere ita dici poſſunt, ut *juſta proelia* ſupr. II. 540. *juſti portus* Sil. XIV. 201. vid. Gronov. ad Liv. XXII. cap. 48. & Barth. ad Stat. IV. Theb. 822. Sic *juſta forma* Ovid. II. Met. 732. *ſtatura* Suet. Ner. 51. *juſtus triumphus* Calig. 48. vid Freinsh. Ind. in Florum. Male cepiſſe puto veterem Scholiaſten, qui de juſtitia belli ſomniaſſe videtur, quia jam non pirata erat; quod verum quidem: jam enim *juſtus miles* erat eo ſenſu, quo dixi, & ut dici poterat, etſi ipſum bellum injuſtum & impium eſſet: & ita *jam non* notat mutationem antiqui ſtatus. vid. ad lib. IX. 800.

229. *Eoos*] *Extremos* Rottend. pr.

230. *Ganges*] Legi merentur, quae huic loco illuſtrando ſcripſit Freinshemius ad Curt. VIII. IX. 5. *Coli* vero *Ganges* dicitur, pro India, eodem modo ut Gratius Cyneg. 314. dixit,

Nardiferumque metunt Gangem.

ubi vide quae adnotavimus. Vel *colitur*, pro qua India habitatur. Hoc vero iterum abſurdum: nam Indi ignoti & intacti fuere Pompejo. vid. ad lib. VIII. 229. & ullum Indos cum Romanis habuiſſe commercium ante legationem ad Auguſtum miſſam non legi; & Suetonius Aug. XXI. de ea agens, dicit Indos *auditu modo cognitos* ad id usque tempus fuiſſe. Qua ſpecie ergo illi auxilia miſiſſe Pompejo fingi poſſunt? Sed hæc Lucanus inſeruit, ut excurſioni de Alexandro & Indorum populis locum reperiret.

232. *Impellit*] *Depellit* Hamb. tert. *attollit* Thuan. quart. quod Cortius arripuit. Sed hoc magis de moto ventis fluvio aut mari ſolet dici. ſic *fretum non impulit Iſter* lib. V. 437. & Rubicon, *parvis impellitur undis* I. 213. *Liris Veſtinis impulſus aquis* IV. 425. & Ovid. XV. Met. 18. *ut unda impellitur unda*, ubi male alii *repellitur*. Et multiplex uſus hujus verbi apud Noſtrum & Statium, in cujus lib. V. Silv. II. 4. legendum

Udaque turgentes impellunt lumina guttas.

non ut Markl. *guttae*. nam guttae non impellunt oculos, ſed oculi guttas impellunt, & effundunt, ut fontes, & fluvii aquas ſuas.

233. *Hic ubi*] *Hinc ubi* Richel. *Tethidos* Thuan. ſec. Hamb. pr.

234. *Vinci ſe faſſus*] *Se vinci* Thuan. pr. *feſſus* Oiſel. *paſſus* Thuan. tert.

235. *Quaque ferens rapidum* &c.] Et hic locus tentatus varie a viris doctis, & a librariis etiam diverſis lectionibus interpolatus. Cortius, neſcio an codices, an conjecturam ſecutus, edidit,

Qua feriens rabidum diviſo gurgite pontum.

Inductum potius credam aliis locis, ubi *ferire* dicuntur fluvii mare ingredientes, ut lib. II. 518.

Tethynque fugacem
Qui ferit, Heſperius poſt omnia flumina Baetis.

& VI. 366. *ferit amne citato Haliacas Sperchius aquas:* & contra Nilus dicitur, *ferire campum* lib. X. 294. & varium uſum hujus verbi eſſe conſtat. Neque negari poteſt claram & elegantem ex hac lectione ſententiam exire. *Ferens pontum* etiam in quinque libris noſtris exſtat, & duobus a m. ſec. Oudendorpii explicatio initio mihi etiam blandiebatur, ſed poſtea non concoquebam *ferre pontum* dici fluvium, pro tantas aquas ferre, ut non videatur fluvius, ſed mare. Scio quidem illud Ovidii XI. Met. 488. *Aequorque effundit in aequor.* de quo vide quae dixi ad Valer. Flac. IV. 606. ubi *aequor* & *mare* de magna copia aquae marinae dici notavi: Et quod propius accedit, Virgilium lib. I. Aen. 114.

Ingens

Hic ubi Pellaeus poſt Tethyos aequora ductor
Conſtitit, & magno vinci ſe faſſus ab orbe eſt.
Quaque ferens rapidum, diviſo gurgite, fontem
Vaſtis Indus aquis mixtum non ſentit Hydaſpen;
Qui-

Ingens a vertice pontus
In puppim ferit.

& Claudianum non diſſimiliter Bell. Gild. 276 *exhaurire fretum* dixiſſe novi. & de Timavo idem Maro I. Aen. 246. *pelago premit arva ſonanti*, id eſt, aquis ad oſtium tam copioſis, ut pelagus videatur; ubi vide notas noſtras. Sed in illis & ſimilibus locis de magna aquae marinae copia capi poſſe fateor, ſed tamen *flumen ferre pontum*, id eſt, aquam tantam, ut mare videatur, vix his exemplis defendi poſſe putem. Sed ſi forte ſimilis magis locus poſſet reperiri, non abſurdam eſſe lectionem lubens agnoſcam. Et miror non adduxiſſe viros doctos locum Curtii ex lib. VIII. 9. *Indus aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes*; quod Lucanus expreſſit per *fert pontum*. Sed ſic quoque duriter dictum puto, nec in hac lectione acquieſcere potui. Quare cogitabam, quum aeſtus marinus retro agere flumina ab oſtiis verſus fontes & ſuperiores aquas ſoleat, & ita prohibeat, ne per oſtia facile exeant, forte poſſe recte dici Indum *ferre pontum*, ubi prae copia aquae ex mari irrumpentis & retro agentis curſum fluvii, vix ſentit incrementa, quae ex Hydaſpe capit. Quare formabam:

Qua referens rabidum diviſo gurgite pontum

Sic de Garumna Mela lib. III. 2. *Ubi obvius* (malim *obviis*) *Oceani exaeſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iisdemque retro remeantibus ſuas illiusque aquas agit*. ubi *agit* idem fere eſt quod *fert*, vel *refert*. jam vero ſollemne illud librariorum vitium fuit, ut verbis compoſitis ex particula *re* primam ſyllabam auferant, & loco ejus *que* praecedenti voci adjungant. vid. ſupr. lib. II 510. infr. VI. 24. & IX. 430. & ad Ovid. XII. Met 12. & Livinej. ad Propert. IV. X. (vel IX.) 35. non improbante Brouckhuſio. Sed nondum mens conſiſtebat, quia copulam hic neceſſariam ejici non debere videbam. Tentabam ergo,

Quaque petens rabidum diviſo gurgite pontum;

nam *ferre* & *petere* verba centies permutata ſciebam, ut apud Ovid. V. Triſt. VIII. 30. I. ex Pont. V. 30. & II. III. 33. & alibi notavi. & inf. etiam lib. IX. 706. videbimus. *Rabidum* vero melius pontum, quam flumen, qui *rapidus* recte dicitur, vocari puto. Sed forte omnia, quae nos & alii moliti ſumus, fruſtra ſunt. Et vulgata lectio,

Quaque ferens rapidum diviſo gurgite fontem

explicari hoc modo poſſet, ut *fontem* non capiamus de origine fluminis, ſed toto ejus, qua patet curſu, pro aqua, ut jam vidimus ad lib. II. 403. & ita lib. V. 337.

Flumina, quos miſcent pelago, ſubducere fontes.

id eſt, aquam decurrentem. vid. Barth. ad Stat. I. Achil. 180. qui *fontes* de quavis aqua dici docet. *ferre* vero aquas ſuas dicitur fluvius, & *trahere*. Sic lib. I. 433.

Qua Rhodanus raptum velocibus undis
In mare fert Ararim. adde Stat. VIII. Theb. 361.

Ita Indus rapidum fontem fert in mare. vid. & Oudend. ad lib. II. vſ. 466. *pontem* tres. pro *diviſo* eſt *diverſo* in ſolo Voſſiano. Sed *diviſo* gurgite eſt in duo brachia diviſo, ita ut ex ſententia Melae lib. III. 7. *duobus oſtiis longe diſtantibus exeat.* Nam hic agi de divortio fluminis, non de primis fontibus, docet adjecta mentio Hydaſpis, qui longe ſurgens ab origine Indi, demum in illum influit. Licet vero diviſus jam ſit fluvius, uterque tamen alveus tam vaſtis aquis rapitur, ut non ſentiat ex alienis Hydaſpis aquis aliquid incrementi ſibi accedere. *Dividi* vero ſaepe fluvii dicuntur, in divortia ſciſſi, ut de Thybri Ovid. IV. Faſt. 291.

Oſtia contigerat: qua ſe Tiberinus in altum
Dividit.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine ſucos,
Et qui tinguentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis adſtringunt carbaſa gemmis.
Quique ſuas ſtruxere pyras, viviqne calentes
Conſcendêre rogos. pro quanta eſt gloria genti
Injeciſſe manum fatis, vitaque repletos,
Quod ſupereſt, donaſſe deis! Venere feroces
Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani,
Armeniusque tenens volventem ſaxa Niphatem:
Aethera tangentes ſilvas liquere Coaſtrae.

Ar-

Unde *dividuam aquam* vocat lib. I. Faſt. 292. & Noſter *dividuum Nilum* lib. VIII. 465. *ſenſit* vero eleganter, ut contra de Enipeo Val. Fl. I. 357.

Segnior Apidani vires ubi ſentit Enipeus.
ubi vide quae dixi. Eligat ex his omnibus lector, quod ſibi placere maxime judicet.

241. *Gloria genti*] *Gentis* Thuan. ſec. & Hamb pr. vid. VII. 112. *ingeciſſe* Thuan. ſec. & quart. unde Heins. *ingeſſiſſe*, & in Cortii MS. *ingeſiſſe*. Sed tam obvia locutio, *injecere manum* non debet mutari cum inſolentiore, quae etiam diverſum habet ſenſum. Acumen vero hic Lucani notandum, quia mors, ſive fata omnes rapiunt, tamquam ſibi debitos, & ut Ovid. III. Am. IX. 20.

Omnibus obſcuras injicit illa manus:
Brachmanes noſter ſignificat occupaſſe & praeveniſſe fata, injecta manu. *Vitaque repletis* Richel. Sed, licet defendi poſſit, planior eſt ſententia, ſi *repletos* legas, ne quis *fatis*. & *Diis* conjungat. *Gens* autem licet praeceſſerit, *repleti* poteſt jure ſequi, ut jam centies a viris doctis obſervatum eſt. Ita *turba tuti* Ovid. I. Met. 92 & alibi paſſim.

244. *Duri non cultor Amani*] Ita decem ex noſtris, & probarunt Omnibonus, Grotius, & qui eos ſecuti ſunt interpretes, & explicant, quia durus eſt Amanus, ideo habitatur quidem, ſed non colitur, id eſt, aratur, ut videntur ſumſiſſe. Sed *cultor* pro habitatore, etiam in loco duro & ſterili, millies ſumitur. Si ergo non habitat populus in Amano, quem a Cappadocibus diſtinguunt aliqui, ubi ergo habitabat, & qualem nobis populum, qui auxilio venit Pompejo, hic dat Lucanus? Veroſimile eſt Comagenos indicari, qui maxime incolunt Amanum, & licet mons ipſe non eſſet ferax admodum, tamen partes quaſdam & valles fuiſſe credibile eſt, quae coli & habitari poſſent. Immo Amanum in duo cornua porrectum includere totum ſinum Iſſicum, & campos etiam Ciliciae, auctor eſt Strabo lib. XII. p. 535. Praeterea ſi non eſſent arva, quae arare poſſent, venatu tamen & carne ferina ſe aluiſſe potuerunt. Vide de venatu in Amano celeberrimo ad Valer. Flac. I. 492. deinde caſtella etiam munita Amanenſes poſſediſſe, quae incendiſſe ſe, multis occiſis, captis & diſſipatis, ſcribit Cicero lib II. ad Fam. 10. Quare, ſi diverſos hos a Cappadocibus fecit Lucanus, legendum foret, *duri quoque cultor Amani*, vel *mox*, ut venere primo Cappadoces, mox cultor Amani. Sed & vulgata *nunc*, ſervari ſi debeat, non diverſos a Cappadocibus intellexit, ſed illos etiam hoc tempore Amanum, vel ejus partem tenuiſſe indicat: nam Cappadocas late tenuiſſe Aſiae hujus partes, & Comagenis vicinos fuiſſe ſaepe dicit Strabo, & fines harum gentium non ſemper eoſdem fuiſſe: & ideo ſaepe conjungit, ut lib. XI. pag. 522. & 527 & Amanum montem porrigi ait eo uſque, quo Commagena τῇ Καππαδοκίᾳ προσκειται: ubi adjacet Cappadociae. Si vero *non* placet, intelligit Cappadoces,

qui

Ignotum vobis, Arabes, veniſtis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.
Tunc furor extremos movit Romanus Horetas,
Carmanosque duces, quorum devexus in Auſtrum
Aether, non totam mergi tamen adſpicit Arcton:
Lucet & exigua velox ibi nocte Bootes.
Aethiopumque ſolum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli, niſi poplite lapſo
Ultima curvati procederet ungula Tauri
Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphra-

qui ad Pontum accolebant, quos diſtinguit ab aliis, qui ad Amanum accolebant, ut unius gentis duos populos. In quibuſdam editionibus erat, *Cappadoces duri pop.* fine ulla diſtinctione, at in Gryph. *Cappadoces duri, populus.* *Amanni* plurimi libri. *Amandi* Barberin.

245. *Tenens*] *Tegens* Turrian. *Niphatem* fluvium facit Omnibonus & Sulpitius, qui aliis mons eſt. Et certe *volvere ſaxa* potius fluvio convenit, niſi velimus, *volvere ſaxa* explicare, de vento, terrae motu vel alia cauſſa, qua ſaxa abſciſa vertice montis in inferiora volvi poſſunt, ut infr. vſ. 470. quod vix credam Si ergo mons, ut veteres omnes, non fluvius ſit Niphates, forte poſſet legi, *tollentem ſaxa Niphatem*, quia ſcopuloſus eſt mons, ἰυτκέπηλος Νιφάτης a Piſandro dictus, apud Stephanum in *Niphates:* vid. ſupr. II. 619. Jam vero *tollere* & *volvere* commutari a librariis apparet ex Horatio II. Od. 9. ubi *rigidum Niphatem* memorat, & addit, Medum flumen, id eſt, Euphratem, *minores volvere vortices.* ubi Lutat. ad Stat. XI. Theb. 508. habet, *tollere.* Sed maneat vulgata, quia Servius ad III Georg. 30. & fluvium & montem eſſe dicit.

246. *Coaſtrae*] *Cobatrae*, *Coatrae*, *Cobactrae*, in MSS.

247. *Ignotum*] Heinſius reſcribebat, *inviſum*, & adſcripſerat Hygin. de Limitib. Agrorum, non deſignato certo loco: & ita hanc vocem pro non viſum, reddiderunt Jul. Caeſari lib. II. de Bell. Civil. 4. & Floro lib. IV. 12. viri docti. vid. & Muncker. ad Fulgent. Mythol. III. 6. & apud Virg. II. Aen. 574. *inviſa ſedebat*, quidam explicant pro *non viſa*, ubi vide. Sed illic MSS. favent, hic nihil variant. ideoque manus cohibenda.

249. *Oreſtas*] Ita exhibent noſtri fere omnes, niſi quod *Oreſtes* Thuan ſec. & Hamb. quart. Sed *Oretas* vel *Oritas* nunc fere omnes ex Scaligeri ſententia receperunt, qui *Horitae* dicuntur Curtio lib. IX. cap 10. vid. Freinsh. Ind. ubi fuiſſe finitimos Gedroſis docet, & hunc etiam Lucani locum illuſtrat: potuit Lucanus nomen populi derivatum eſſe crediſſe ab ὅρος *terminus*, quare epitheton *extremos* eo reſpiciens addidit, qui mos Poëtis frequentiſſimus. Inepte vero hic tot Indiae populos Pompejo adfuiſſe fingit, qui, ut diximus, ignoti & inviſi fuere tunc temporis Romanis.

250. *Carmanosque*] *Carmaciosque* Thuan. ſec. *Carmeniosque* Hamb. quart. forte etiam, *Carmanosque truces.* Nulla enim ratio, cur hujus populi duces ſolos diceret. *Carmannosque* unus Heinſii. *jam flexus* maxima pars ſcriptorum. *devexus* Thuan. tert. & Hamb. quart. quod placuit Grotio & Oudendorpio non damnatur, & merito: Septemtrionem enim altum dixiſſe veteres conſtat, meridiem humiliorem. *defluxus* vir doctus apud Cortium. *non tantam* Oiſel. *velox ubi* Lang.

254. *Lapſo*] *Flexo* tres: *Laxo* Hamb. ſec. & Rottend. ſec.

255. *Magnus Euphrates*] Ita in S. Lite-

Euphrates, quos non diverſis fontibus edit
Perſis, & incertum, tellus ſi miſceat amnes,
Quod potius ſit nomen aquis. ſed ſparſus in agros
Fertilis Euphrates Phariae vice fungitur undae:
At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu,
Occultoſque tegit curſus, rurſuſque renatum
Fonte novo flumen pelagi non abnegat undis.
Inter Caeſareas acies, diverſaque ſigna
Pugnaces dubium Parthi tenuere favorem,
Contenti feciſſe duos. tinxere ſagittas
Errantes Scythiae populi, quos gurgite Bactros

Hinc

ris Deuteron. I. 7. vocatur, *magnus fluvius Phrat.* & ſic ſuo cuique fluvio epitheton proprium dat. *rapidus* enim Tigris, quia nomen a ſagitta, velociſſime volante, habere dicitur. vide Philoſtorg. Hiſt. Eccl. III. 7. & VIII. & ad eum Jacobi Gothofredi notas.

258. *Incertum tellus ſi ſmiſcuit amnes*] Quaſi dubitaret Lucanus, an miſceant aquas ſuas Euphrates & Tigris, quod tamen ignorare non potuit, omnibus id tradentibus. Quare potius legendum,

At incertum, tellus ubi miſcuit amnes,
Quod potius ſit nomen aquae.

Ait enim, non diverſis, nec longe inter ſe diſtantibus fontibus edi; & ab origine diſcerni nominibus propriis, ſed ubi confluxerunt, incertum eſſe. an Euphrates, an vero Tigris vocari debeat. *Fontibus exit* Oiſel. *ignotum tellus* Turrian. *quid potius* Rottend. ſec. *nomen aquae* Barber.

260. *Fungitur*] MS. Cortii, *funditur*. *Tigris* Rott. ſec. Hamb ſec. & Langerm.

264. *Signa*] *Caſtra* Thuan. ſec. ut ſaepe alibi.

266. *Feciſſe duos*] Occiſo Craſſo Triumviros redegiſſe ad duos: obſcurius dictum, quum praecedant Caeſareae *acies*, & *diverſa ſigna*, ſcil. Pompeji: neſcio an rectius foret *duo*. ſc. ſigna & acies.

266. *Tinxere*] *Cinxere* Thuan. tert. *nexere* Langerm. vide Oudendorpium. *Populi Scythiae* Barberin. *Scythici* Thuan. quart.

267. *Bactros*] Recte puto de fluvio expoſuiſſe interpretes, quem *Oaxem* etiam dictum tradunt. Plutarch. vero de Flumin. in Araxe pag. 79. *Araxem* narrat influere in Bactrum, qui deinde *Bactrus* dicitur. forte ille in ſcriptore antiquo invenerat *Oaxem*, quem mutavit in *Araxem*, aut ille ipſe ſcriptor, ex quo ſuo habuit Plutarchus, in hoc nomine erravit. Certe haec duo flumina ſaepe a librariis confuſa, apparet ex Virgil. I. Ecl. 66. & Claudian. Bell. Gild. 31. & alibi apud eum Poëtam: Strabo vero lib. XI. p. 516. diverſum facit ab *Oxo*, dicens, urbem eſſe Bactra (quae & *Zariaſpa* dicitur) eamque *fluvium ejuſdem nominis perfluere, in Oxum ſe ejicientem*. mox, *incluſit* Hamb. tert. & fragm. S. Germ. *vaſtis Hyrcania* Thuan. ſec.

270. *Heniochi*] *Eniochi*, *Aeniochi*, *Oeniochi* in ſcriptis. Deinde, *Mochis*, *Molchis*. *Colchis*.

271. *Quo rura ſecat ditiſſima*] *Qua regna* Hamb. tert. *dulciſſima* Thuan. tert. Heinſius adſcripſerat, lege, *laetiſſima*. ſed quid opus ſana tangere, quum dites regiones paſſim dicantur a Poëtis. vid. Sil. Ital. VII. 160. Poteſt & apte ad Phaſin referri, qui dives

auro

Includit gelido, vaſtisque Hyrcania ſilvis.
Hinc Lacedaemonii moto gens aſpera freno
Heniochi, ſaevisque adfinis Sarmata Moſchis,
Colchorum qua rura ſecat ditiſſima Phaſis:
Qua Croeſo fatalis Halys, qua vertice lapſus
Rhipaeo Tanais diverſi nomina mundi
Impoſuit ripis, Aſiaeque & terminus idem
Europae, mediae dirimens confinia terrae,
Nunc huc, nunc illuc, qua flectitur, ampliat orbem.
Quaque fretum torrens Maeotidas egerit undas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,

Ocea-

auro fuit celebratus, & poſſet ſumi pro Phaſis ditiſſimus ſecat rura Colchorum: nam Phaſin *ipſam ditiſſimam* fem. genere ſumi poſſe vix puto, quum Graeci & Latini, quantum novi, maſculino genere efferant. Aliter & *divites fluvii* dicuntur, copia aquarum abundantes, ut ita *dives Nilus* Ovid. III. Amor. VI. 39. & hinc flumini vſ. 94. *divitias* tribuit, ſed praefero *ditiſſima rura. Rura* & *regna* confuſa videbis ad II. 608. & IX. 130.

272. *Halys*] *Halus* Rottend. pr. *Alis* multi.

273. *Diverſi*] *Diverſis* Turr. Cortius edidit, *diviſi*; ut unus Oudendorpii habebat. Ita lib. VIII. 290.

Dividit Euphrates ingentem gurgite mundum.

Sed hic *diverſi* retineo, id eſt, Europae & Aſiae ſibi oppoſitae, ut centies *diverſus* ponitur. ut ſup. II. 43. infr. 382.

Aggere diverſos vaſto committere colles:

Sic *diverſum litus*, lib. IV. 495. & mox, *dirimens* ſequitur. *numina mundi* Rott. pr. mox, *Nunc hunc, nunc illum* Rott. tert. Hamb. pr. & Langerm. duriſſimo & ingratiore ſono, quam in alia lectione, quam ſecutus ſum.

277. *Quaque fretum torrens Maeotidas egerit undas Pontus.*] Credo etiam non male expoſuiſſe Micyllum & alios interpretes, qui videri poſſunt; licet per appoſitionem *Pontum* dici *fretum torrens* durius mihi videatur: id quoque ſenſiſſe Cortius videtur qui antiquarium hic agens, *quaque fretu torrens* repoſuit. Sine dubio in notis hic Nonium & Gellium compilaſſet, & Lucani hunc ſcribendi morem fuiſſe probandum ſumſiſſet. Sed cur non potius *freto* (ut jam olim adſcripſeram orae mei codicis) conſueta ratione dedit? quum enim centies ablativus ille ex accuſativo *fretom*, ut ſcribebant, poſſit deduci, vid. Broukh. ad Propert. II. XXV. 61. & quae diximus ad Phaedr. III. X. 42. & Suet. Aug. 14. & alibi ſaepe: ſic recte poterat dici Pontus acceptas a Maeotide per Boſporum Thracium, quo freto torrens & rapidus it, egerere aquas in Propontidem, & inde in Aegaeum mare &c. & ita haec gloria Oceano, quaſi ille ſolus immitteret aquas in mediterraneum mare, aufertur. Cortius etiam ex MSS. profert *tollens*. ego in S. Germ. reperi *fretum torquens*, quod rectius poſſet explicari, nam *tollere fretum* eſt ventorum opus. *Maeotidas* omnes fere ſcripti. vid. Heins ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 180. *Maeotidos* Rottend. ſec. *Maeotides* tertius Thuan. *erigit* etiam Turrian. *Herculeis qua fertur gloria metis*, malebat Heinſius, neſcio quo ſenſu, niſi *fertur* pro celebratur ſit poſitum. *gloria maetis* Voſſ. & Rottend. ſec. Sequenti verſu, *negant* tredecim e noſtris, quod probo, neque tamen ad

Z 3 *undas*

Oceanumque negant ſolas admittere Gades.
Hinc Eſſedoniae gentes, auroque ligatas
Subſtringens, Arimaſpe, comas: hinc fortis Arius,
Longaque Sarmatici ſolvens jejunia belli
Maſſagetes quo fugit equo, volucresque Geloni,
Non, quum Memnoniis deducens agmina regnis
Cyrus, & effuſis numerato milite telis
Deſcendit Perſes, fraternique ultor amoris
Aequora quum tantis percuſſit claſſibus, unum

Tot

undas refero, ſed abſolute poſitum capio, pro homines negant, ut millies: vid. Serv. ad Virg. IX. Aen. 86. Scal. ad Catul. II. & quae dixi praeter alios multos ad Ovid. I. Metam. 132. In fragm. S. Germ. erat, *Oceanoque negat*, quod ex eodem fonte, ut modo de *freto* ex *fretum* diximus, ortum puto.

280. *Hinc & Sidoniae*] Unice vera lectio Heinſiana, *Hinc Eſſedoniae*, vel *Iſſedoniae*, utraque enim appellatione veteres efferunt. immo & *Aſſedones* vocatos ex Alcmane docet Stephanus de urbibus, ut & ſcriptum apud Solinum invenit Salmaſius in Exerc. Plin. pag. 135. In Thuan. pr. erat, *Ecſidoniae* proxime verum. *Iſidoniae* fragm. S. Germ.

282. *Solvens jejunia*] Imitatus videtur Ovidium, qui hac locutione utitur, pro cibum capere, famem cibo ſumto vincere: v. Met. 534. IV. Faſt. 607. & Boëth. de Conſol. II. metro 5.

286. *Xerxes*] *Perſes* plurimi; vid. ſupr. lib. II. 672. *Perſis* Thuan, ſec. Rottend. ſec. & Oiſel. *Perſes deſcendit* S. Germ.

287. *Claſſibus*] *Cladibus* tres Heinſio collati. vide Miſcel. Obſervat. Critic. tom. I. pag. 105. ubi has voces permutari ſolitas videbis, & ſupr. II. 711. Tentavit etiam in illis Propertii lib. III. III. 27.

Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur,
Nec miſer aera paro claſſe, Corinthe, tua.

Broukhuſius ex duobus codicibus defendere, *clade Corinthe tua*, licet & ita olim emendaſſet Scioppius, niſi quod ille, *aera peto clade Corinthe tua*, quem refellit Acidalius ad Vellej. Paterc. lib. I. 13. qui tamen ipſe perperam explicat, multa moliens fruſtra. Ego vero de hac emendatione vehementer dubito: nam praeterquam, quod duriſſima ſit conſtructio, *parare clade Corinthi aera*, pro acquirere & parare velle aera, quae ex clade Corinthi orta fuere, vel ſuperfuere; vel conjungere *aera clade*: etiam epitheton *miſer* non reſpondet: qui enim aera Corinthiaca parare poterant, non miſeri, ſed divites erant. & hoc ſentiens Paſſeratius, *miſerum* expoſuit avarum, quod longe petitum, & *miſeros* non omnes avaros, ſed hoc ſenſu parcos, & qui non audent erogare pecuniam, dici ſcio: ſed nec hi ſumtus facient in pretioſiſſimam ſupellectilem Corinthiacam. Quare *miſerum* ibi expono, qui cogitur ſe mari credere & exponere periculis longae peregrinationis, & eſt proprium epitheton navigantium. Virg. III. Georg. 38 *miſeris velamina nautis*. vid. ad Val. Flac. I. 575. & infr. VIII. 173. ubi plura dicam. Quare hunc Propertii ſenſum eſſe putem, ſe neque arare arva, nec pinguia Campaniae rura poſſidere, nec etiam ſe negotiatorem eſſe, neque, ut mercatores, lucri & divitiarum cupidine pererrare remotas longe regiones. & hinc multorum codicum ſervata lectione, *claſſe*, forte legi poteſt:

Nec

Tot reges habuere ducem. coïere nec umquam
Tam variae cultu gentes, tam diſſona vulgi
Ora tot immenſae comites mixtura ruinae
Excivit populos, & dignas funere Magni
Exſequias Fortuna dedit. non corniger Hammon
Mittere Marmaricas ceſſavit in arma catervas:
Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris,
Uſque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes,
Acciperet felix ne non ſemel omnia Caeſar,

Vin-

Nec miſer ire paro claſſe, Corinthe, tua.

Id eſt, ego non ingredior mare nave Corinthiaca, ut diteſcam negotiando per terras remotas a patria. & ita ipſe Propertius etiam *ire parat* dixit lib. I. XV. 8. & II. XXIII. 63.

Paras Phrygias nunc ire per undas.

Ovid. II. Amor. XI. 8.

Fallaceſque vias ire Corinna parat.

Nihil ergo aliud voluit Propertius, quam nec ſum arator, nec negotiator: deſumta periphraſi a Campania feliciſſima regione, & a Corintho, mercatura celebri & florenti: ut ſolent poëtae a ſpecie, quae excellit, generatim aliquid intelligere.

289. *Variae*] *Vario* Langerm. *gentes cultu* fragm. S. Germ.

290. *Tot immenſae comites miſſura ruinae*] *Immiſſae* Oiſel. *mixtura* etiam placuit Grotio & aliis, quia mox *mittere* ſequitur, & quia melius convenire *τῷ diſſona* videbatur, ut lib. VIII. 272. *mixtae diſſona turbae barbaries.* Sed mihi parum referre videtur, quum utrumque defendi poſſit. ſic lib. VII. 655. *genteſque ſuae miſcere ruinae.* vid. & II. 253. ſi *miſſura* placet, conſtructio poteſt eſſe ambigua & duplex, vel *miſſura ruinae* pro in ruinam, ut hunc loquendi modum multis exemplis probavit Oudendorpius ad lib. II. 685. Sic *mittere Tiberi* pro in Tiberim Ovid. V. Faſt. 695. & paſſim. vel *miſſura comites ruinae* in genitivo, ut lib. II. 346 Cogitabam olim poſſe legi, *comites merſura ruina immenſa*, vel *immenſae ruinae*, ſi cum *comites* conſtruatur: quia *mittere* & *mergere* & compoſita ex illis ſaepe permutantur. vid. ſupr. vſ. 41. & infr. vſ. 426. 748. & alibi. Videat lector, quid eligat.

291. *Excivit*] *Excutiunt* Hamb. quart. ſed non reſpondet *τοῖς miſſura* & *Fortuna*. *Excuſſit* poſſet tolerari; ut ſedibus ſuis excuti dicitur. Sed *Excivit* verum puto, alterum ab interpretatione. vid. ad Virg. VII. Aen. 623. mox *barbaricas* Thuan. quart.

294. *Libye*] *Libyae* in multis invenit Oudendorpius, quia ſcilicet cum *quidquid* conſtruebant. Sed, *quidquid*, *quodque* & *quodcumque*, quaſi adverbialiter & cum verbo, & nominativo conſtrui multis exemplis, etiam ex hoc Lucani loco, docuit Heinſius ad Claudian. Conſ. Mall. 57. Livius lib. VII. 32. *Quidquid ab urbe longius proferrent arma*, & VIII. 39. *quidquid progrediebantur.* ubi vide notas, & Oudend. ad Lib. VIII. 365 ubi pro quantum capit, vel in quantum. vid. & ſupr. II. 133.

295. *Uſque Paraetonias*] *Paraedonias* Rott. pr. *Paeretoias* Thuan. ſec. Cortius, *Paraetonidas*: ſed hanc derivationem probatam non dubiis auctorum locis videre vellem; ut modo *Marmaridas* & ſimiles. De ſyllaba correpta tertia vid. ad lib. I. 9. Epitheton vero longius petitum. nam Paraetonium longius diſtat a Syrtibus, mediâ Cyrenaicâ. In Schol. vitioſe legitur, qui locus Africam *mittit* ab Aegypto, pro dirimit, vel ſimili verbo.

296.

Vincendum pariter Pharſalia praeſtitit orbem.
Ille ubi deſeruit trepidantis moenia Romae,
Agmine nubiferam rapto ſuperevolat Alpem:
Quumque alii famae populi terrore paverent,
Phocaïs in dubiis auſa eſt ſervare juventus
Non Graia levitate fidem, ſignataque jura,
Et cauſſas, non fata, ſequi. tamen ante furorem
Indomitum, duramque viri deflectere mentem
Pacifero ſermone parant, hoſtemque propinquum
Orant, Cecropiae pacata fronde Minervae,
Semper in externis populo communia veſtro
Maſſiliam bellis teſtatur fata tuliſſe,
Comprenſa eſt Latiis quaecumque annalibus aetas.
Et nunc, ignoto ſi quos petis orbe triumphos,

Ac-

296. *Ne non*] *Nec non* Thuan. ſec. *ſemel* omnes mei, non *ſimul*. dictum jam ſaepius alibi a multis.

299. *Alpem*] *Alpen* Rottend. ſeq.

303. *Fata*] *Facta* S. German. male. Florus IV. 2. *Pompeji caedem partium fato, non Caeſari dederat. ante favorem* Rottend. ſec.

304. *Deflectere*] *Delexere* Turrian. *pacato ſermone* Hamb. pr. *pacifero* reliqui fere omnes. *Cecropidae* Thuan. quart. *Cicropiae* ſec. *fronte* Hamb pr.

309. *Comprenſa*] *Compreſſa* quinque libri: quod ſi placere poſſet, deberet de brevitate annalium, qua ab Hiſtoriis, quae ampliores, differunt, intelligi: ut in re militari compreſſi ordines, acies, milites &c. vid inf. IV. 787. ſed quia ſollemnis eſt horum verborum variatio, ſervetur potius vulgata.

310. *Ignoto*] *Ignotos* Rottend. tert.

311. *Externa in proelia*] *Aeterna* Thuan. ſec. praeceſſerant enim, *externa bella*, ubi in quatuor libris erat *extrema*, ſed fruſtra. & ita poſſent hic Maſſilienſes promittere operam in longum ſine fine tempus, & ſimul oſtendere ſe vovere bellis civilibus brevi finem fore. *Accipe* vero *dextras*, eſt foedere facto operam noſtram & fidem tibi adſere, ut apud Ovid. III. Faſt. 226.

Dant ſoceri generis accipiuntque manus.

Quare non alienus ſum ab hac lectione *aeterna*; nam indecore Legato Maſſilienſi tam parvo intervallo haec odioſa repetitio vocis *externa* datur, de quibus bellis ſe agere, ſatis patet, ſi triumphos peteret ex ignoto orbe. Dubia autem conſtructio, an *accipe dextras devotas in proelia*, an *accipe in proelia devotas dextras*. vid. ad lib. I. 387.

314. *Secretumque damus*] Varie & non ex auctoris ſententia haec explicat Scholiaſtes, neque etiam hoc voluiſſe legatum puto, ut Maſſiliam offerat receptaculum & perfugium illis, qui in hoc civili bello medios ſe gerunt, aut ſi victi ſint ab alterutra parte, aut a bello civili diſcedere velint, apud eos hoſpitium accipiant, de quo melius capi poſſent vſ. 333. & ſeqq. Sed hunc eſſe ſenſum puto, non lugebimus publice, aut dolorem prodemus, nullis etiam votis publicis, ut mox 318. huic vel illi Deos faventes invo-

ca-

Accipe devotas externa in proelia dextras.
At ſi funeſtas acies, ſi dira paratis
Proelia diſcordes, lacrimas civilibus armis
Secretumque damus. tractentur vulnera nulla
Sacra manu. ſi coelicolis furor arma dediſſet,
Aut ſi terrigenae tentarent aſtra gigantes;
Non tamen auderet pietas humana vel armis,
Vel votis, prodeſſe Jovi: ſortiſque deorum
Ignarum mortale genus, per fulmina tantum
Sciret adhuc coelo ſolum regnare Tonantem.
Adde quod innumerae concurrunt undique gentes,
Nec ſic horret iners ſcelerum contagia mundus,
Ut gladiis egeant civilia bella coactis.
Sit mens iſta quidem cunctis, ut veſtra recuſent
Fata;

cabimus, ſed lacrimas & ſecretum (haec enim per ἐν διὰ δυοῖν conjungenda, pro lacrimas ſecretas) damus, id eſt, abditi in aedibus, & in ſecretum nos conferentes, plorabimus & dolebimus fatale hoc bellum. Sic *ſecretum captare* Suet. Otho. IX. & ſaepe ille, Phaedrus & alii ita utuntur hoc vocabulo, ut notum.

314. *Tractentur vulnera nulla Sacra manu*] *Tractantur* Turrian. *atra manu* volebat Heinſius. *noſtra manu* Voſſian. a m. ſec. ſed nihil mutandum. ut enim mox comparat hoc civile bellum, Deorum inter ſe, vel contra Gigantas, bellantium furori, ita Caeſare & Pompejo bellum gerentibus, nefas eſſe mortalibus ait, ſe immiſcere his turbis & ſeditionibus.

318. *Sortiſque*] *Sortique* Turrian. & mox, *per flumina* S. Germ. perperam. vid. comment. ad Horat. III. Od. 5. pr.

321. *Concurrunt*] Ita conſtanter omnes noſtri, & ex uno modo, *concurrant* profert Oudendorpius: Sed veteres amabant indicativum, ubi hodie plerique grammaticorum filii ſubjunctivum adhibere ſolent. Et hoc jam probavimus multis exemplis ad lib. I. 126. & Noſter & Ovidius, ut patebit ex indicious in verbo *addere*, ſemper indicativum adhibent, quod temere eveniſſe non puto. Sed librarii ex dictatis grammaticorum mutaverunt ſaepe modum. ut apud Ovid. VI. Faſt. 663.

Adde quod aedilis juſſerat.

ubi duo libri *juſſerit*. Sed plenius id probant loca, ubi non licuit illis ex lege metri mutare, ut lib. IV. ex Pont. XI. ult.

Adde quod &c. felix jam potes eſſe.

& aliis in locis: & hinc immerito accuſari a Cl. Perizonio credo Sanctium, quod lib. III. Minervae cap. XIV. p. 501. dixerit, *adde quod multi Graece ſcripſerunt*, cujus eamdem putat eſſe rationem, ac ſi dixiſſet, *dic inſuper, quod multi ſcripſerunt*, quod non puto, & conſuetudinem loquendi hic eſſe ſervandam. Sed alteri liti; an liceat dicere, *ſcio, dico quod*, pro infinitivo, in his notis me immiſcere non vacat, quum illud alibi jam egerimus. vid. ad Calpurn. III. Ecl. 35.

322. *Nec ſic*] *Non ſic* Rottend. ſec. & S. German.

Fata, nec haec aliis committat proelia miles.
Cui non conſpecto languebit dextra parente?
Telaque diverſi prohibebunt ſpargere fratres.
Finis adeſt rerum, ſi non committitis illis
Arma, quibus fas eſt. nobis haec ſumma precandi,
Terribiles aquilas, infeſtaque ſigna relinquas
Urbe procul, noſtrisque velis te credere muris,
Excludique ſinas, admiſſo Caeſare, bellum.
Sit locus exceptus ſceleri, Magnoque, Tibique
Tutus, ut, invictae fatum ſi conſulat Urbi,

Foe-

325. *Fata*] *Facta* Hamb. quart. *comitetur proelia* ex duobus Oudendorpius, & recepit etiam in textum Cortius. Sed parum eſt *comitari*: nam & puellae, lixae, & alii inutiles bello comitari ſolent: & addita vox *miles* docet *committat* legendum, id eſt, manu adjuvet bellantes. Heinſius inveniſſe ſe etiam notat, *ut haec aliis committat proelia miles*. Sed vulgata vera eſt, eo ſenſu quo Scholiaſtes explicuit, ut nullus, niſi civis Romanus, ſe bello huic immiſceat, alii, ut ſocii & foederati, ſe abſtineant.

327. *Spargere*] *Mittere* Cod. Berſmanni. Sed perperam: vide quae dixi ad Valer. Flac. VI. 229. & 696. *ſpargere* notat temere etiam miſſa, quae poſſent non ex conſilio mittentis vulnerare conſanguineos: *mittere* eſt certa manu dirigere, velut ad ſcopum, ut hunc vel illum laedamus. *ſpargere* etiam eſt in turbam mittere.

328. *Si non*] *Si nunc c. ullis* fragm. S. Germ. *ullis* etiam Richel. *haec nobis* plurimi.

333. *Exceptus*] *Exemptus* malebat Heinſ. ſed efficacius *exceptus*; id eſt, quum omnes diſcedant in partes, nobis ſolis liceat eſſe mediis. Sic fere apud Flor. II. 6. Saguntus dicitur, *excepta in libertatem*, quum reliquae Hiſpaniae civitates in Romanorum vel Carthaginienſium cederent ditionem.

334. *Ut invictae fatum ſi conſulat urbi*] *Et invictae* tres codices. Heinſius hic, *invitae* malebat, ut centies hae voces permutatae fuere. Sed quum Roma invicta, aeterna &c. paſſim vocetur, & boni ominis verba voluerit legatus proferre, nihil mutem. Sententia eſt vero clara; licet his bellis civilibus Roma videatur in ruinam praecipitari; ſi tamen inter Te & Pompejum, fatis conſulentibus invictae urbi, foedera iterum placent, huc ambo inermes poteritis venire: non vero, ſi alteruter victor ſit, in nos, quod partes diverſas ſecuti ſimus, iram ſuam effundat. *foedera ſi placant* erat in Thuan. pr.

337. *Quid rapidum*] *Quo* Turrian. *non momenta* Rottend. pr. & Oiſel. Sed *nec* agnoſcit etiam Servius ad Virgil. X. Aen. 528. *nec* vero capio pro *nec quidem*: non ſumus pondera, quod de gravibus dicitur, nec quidem momenta, quod de levioribus, ut centies *leve*, *paullum*, *mediocre momentum* dicitur, quo tamen inclinatio quaedam fit. ut ita Juſtinus & alii, qui praecipue lib. V 4. de Alcibiade, miratur, *tantum in uno viro fuiſſe momenti; ut maximi imperii ſubverſi & rurſus recepti auctor eſſet, fieretque cum eo mira quaedam fortunae inclinatio.* Hoc momentum ſe non eſſe dicunt Maſſilienſes. Talis Curio lib. IV. 819.

Momentumque fuit mutatus Curio rerum.

VIII. 807. *momentaque maxima rerum*, ut quidam legunt, & ita noſter & alii paſſim. *Nec* pro nec quidem ſaepe poni vidimus ad Suet. Aug. cap. XXXV. & Phaedr. I. fab. 30. & alibi.

338.

Foedera ſi placeant, ſit quo veniatis inermes.
Vel, quum tanta vocent diſcrimina Martis Hiberi,
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,
Nec momenta ſumus: numquam felicibus armis
Uſa manus patriae primis a ſedibus exſul,
Et poſt translatas exuſtae Phocidos arces,
Moenibus exiguis, alieno in litore, tuti,
Illuſtrat quos ſola fides. ſi claudere muros
Obſidione paras, & vi perfringere portas,
Excepiſſe faces tectis, & tela parati,

Un-

338. *Numquam felicibus armis uſa* &c.] *Viſa* fragm. S. Germ. *e ſedibus* quinque libri. Cortius conjicit, *primum Patriis ab ſedibus exul.* Ita forte carmen formaſſet Cortius, non Lucanus. nam *numquam*, & *primum*, quam amice conveniant in unum neſcio. Sed captaſſet forte Cortius locum oſtendendi *numquam* ſaepe pro *non* poni, ut *numquam hodie effugies*, apud Virg. Ecl. III. & paſſim, ut vulgo notum. deinde multa exempla ex Virgilio & aliis adduxiſſet, ubi *ab ſedibus* in MSS. occurrit, quod nemo invitis codicibus expellet, ſed nec ſemper obtrudet, quaſi *a ſedibus* non liceret dicere. vid. ad lib. I. 482. & quum ex noſtris etiam quinque, *e ſedibus* habeant, ut & lib. II. 574. *expulit patriis e ſedibus*, nihil eſt, nec in ſcriptis, nec in exemplis praeſidii, ut *ab* ſemper ingeratur. *Patrias ſedes* etiam occurrere centies ſcimus, ſed & *patriae*, in genitivo *ſedes* licet dicere, praecipue ſi accedat aliud adjectivum ut hic *primae*. quae eſt Phocaea, ex qua poſtquam migrarunt, numquam ſe felicibus armis uſos eſſe dicunt Maſſilienſes. An vera ſint, non diſputo, ſed legato in rem patriae haec licebat, credo, fingere & adfirmare. Haec vero mutavit Cortius, ne, ſi *patriis* intruderet, *primis* malum faceret ſonum. ideoque & hoc in *primum* erat mutandum.

340. *Exuſtae Phocidis*] Oſtendit optime Oudendorpius, cum aliis interpretibus, Lucanum confundere *Phocaeam* cum *Phocide*: ſed an Phocaeenſes relictam urbem incenderint neſcio. Certe modum, quo decepto Harpago urbe exceſſerint, narrat Herodotus lib. I. cap 164. & ſeqq. Sed nulla mentio urbis exuſtae, ut nec apud Iſidor. XV. I. quae diu etiam poſt haec tempora floruit. quare malim hic legere, *exhauſtae*: nam uxores, liberos, & omnia, quae poterant, navibus impoſuerunt. Et ita *exuſtus* & *exhauſtus* inf. h. l. vſ. 496. & IX. 382. in MSS permutantur, ubi ablegabitur lector ad Cl. Drakenborchii notas ad Sil. Ital. X. 379. in quibus plura exempla dantur. Sic & apud Stat. III. Theb. 259. *exhauſti*, & *exuſti ſolibus amnes* in ſcriptis, de quo vide ad Phaedr. I. fab. 6. *tranſlatas* vero *arces* dicit, non quaſi ipſae arces transferri poſſent, ſed intelligit incolas, eodem modo, ut Ovid. VII. Epiſt. 151.

Ilion in Tyriam transfer feliciter urbem.

& Virgil. I. Aen. 72.

Ilium in Italiam portans.

Scaligerum ad Manilium in prolegomenis hic poëtam noſtrum carpere, notaverat Broukhuſius.

344. *Perfringere*] Nihil variant noſtri. Sed aliorum codices, *perſtringere*, *praeſtringere*, *confringere.* Cortius vero aliquid ſemper novans, *refringere* conjicit, ut ſcilicet alibi occurrere, *refringere portas*, ut apud J. Caeſarem & alios, & ſimul *re* poſſe

 pro-

Undarum raptos averſis fontibus hauſtus
Quaerere, & effoſſam ſitientes lambere terram:
Et deſit ſi larga Ceres, tunc horrida cerni,
Foedaque contingi maculato carpere morſu.
Nec pavet hic populus pro libertate ſubire,
Obſeſſum Poeno geſſit quod Marte Saguntum.
Pectoribus rapti matrum, fruſtraque trahentes
Ubera ſicca fame medios mittentur in ignes:

Uxor

produci, nos docere poſſet.

344. *Tectis & tela*] *Et tectis tela* Thuan. quart. *parare* Voſſianus.

345. *Averſis fontibus*] *Adverſis* Langerm. ſed *fontes* hic iterum, ut ſupr II. 403. ſunt aquae, quas ſi avertes a nobis, quaeremus ereptos nobis hauſtus, ſcilicet effoſſis puteis, qui ſi non largam aquae copiam praebent, lambemus terram effoſſam, & madentem, ut ſaltem aliquo humore ſitis ſedetur.

347. *Et deſit ſi larga Ceres* &c.] Locus iterum vexatiſſimus, cujus varias lectiones in duobus verſibus exhibet fere omnes noviſſima editio: ego memorabo quas reperi: *At deſit* Thuan. pr. & Oiſel. *longa Ceres* Rottend. ſec. & Oiſel. *horrida coeni* fragm. S. Germ. & Oiſel. *maculato ctingere* Langerm. id eſt, *contingere*; *tingere* Rottend. ſec. *carpere* tertius, ut Grotius conjecerat, in reliquis variant cum notatis in editionibus. Ego ſuſpicor hic iterum vitium natum ex prioribus literis verſus prioris, in quo duo codices exhibent *At*, unde legi poſſe puto,

Stat, deſit ſi larga Ceres, tunc horrida cerni,
Foedaque contingi, maculato carpere morſu:

hoc modo omnia facillime fluunt, & ſententia eſt apertiſſima. *Stat* pro decretum eſt, vulgare eſt, & nemo doctior ſibi probari multis exemplis poſtulabit. Nec *carpere* inuſitatum eſt, ita lib. VI. 111. *carpere dumos*. & vſ. 555. *pendentia corpora carpſit*, ubi mox vſ. 561. *morſus* etiam ſequitur. Cortius conjiciebat etiam, *frangere*, ſed hoc non aeque aviditatem famelicorum exprimit, atque *carpere*, licet haec verba etiam commutata forte probaſſet Cortius. ut apud Seren. Samon. cap. XXXIII.

Aut ovis, in ſtabulis fractas qui ruminat herbas.

ubi Conſtantinus *carptas* pro varia lectione in ora codicis ſui notavit. vide ibi notas noſtras. Virgil. II. Georg. 72.

Glandemque ſues fregere ſub ulmis.

Sed *frangit* cibum, quicumque manducat & dentibus minuit & terit, & maxime otio & commodo ſuo. Sed *carpit* avidus & fame preſſus. ut paſſim Ovidius *ore*, *dente carpere cibos*, *pabula* &c. *Horrida cerni*; & *foeda contingi*, conſueto loquendi modo, pro viſu & tactu horrida & foeda, ut cadavera & immunda quaevis, quae fame ardente & urguente nihilominus ſe ore ſuo carpturos dicunt. Horum jam interpretatio eſt *corpora*, id eſt, cadavera, quod adſcripſerat aliquis gloſſator. *maculato morſu* dixit; ut, lib. I. 332. *pollutas fauces*. Cl. Dorvilius volebat, *ſunt horrida*, pro adſunt: etiam non abſurde, qui tamen *tunc* ſervari etiam poſſe credit, ſi *ſunt* ſubintelligatur, ut apud Homer. Iliad. I. 227.

Πάρα γὰρ μενοεικέα πολλὰ δαίνυσθ.

Adſunt multi delicati cibi ad comedendum.

Sed *tunc* eodem modo poſtea vſ. 367. *ſi ſolus eam, tunc mihi tecta patent*, & ita ſaepius.

349. *Nec pavet hic populus*] Heinſius volebat, *nec paveat populus*, ſed ut *ſtat*, decretum eſt in praeſenti, ita & *pavet* debet ſequi. & *hic* populus cum emphaſi, quem tu mollem & imbellem credis, & *Graeculum*

ci-

Uxor & a caro poſcet ſibi fata marito.
Vulnera miſcebunt fratres, bellumque coacti
Hoc potius civile gerent. Sic Graja juventus
Finierat: quum turbato jam prodita vultu
Ira ducis, tandem teſtata eſt voce dolorem.
Vana movet Grajos noſtri fiducia curſus.
Quamvis Heſperium mundi properemus ad axem,
Maſſiliam delere vacat. gaudete cohortes:

Obvia

civitatem, ut Florus vocat IV. 2. & Noſter vſ. 388. *Grajam urbem*, eodem animo tolerabit obſidionem, & ejus extrema mala, quo Saguntini. *populus* fragm. S. Germ. per archaiſmum, toties in his libris obvium. ita mox 375. *tumulos*.

350. *Geſſit quod*] Nec hoc placebat Heinſio, qui corrigebat, *quod paſſum eſt*. in quinque noſtris erat, *geſſit quae*: & ita edidit Cortius, & firmat Schol. Juven. ad Sat. XV. 93. Sed ſine libris nihil moveo. Nec me offendit *geſſit*, pro egit, fecit, quod jam illuſtravimus lib. II. 649. Elegit vero forte hoc verbum Lucanus, quia fames moleſtum & grave eſt onus, quare malint dicere *geſſit*, quam *fecit*, ut & antea, *ſubire* dixit. *Saguntus* eſt in Thuan. tert.

352. *Mittentur*] *Mittantur* Thuan. pr. Hamb. pr. Cortius ex ſuis profert, *trudantur*. Sed *trudere*, eſt propellere ſtantes in ignem. mittit ſe in ignem, qui ſponte deſilit, ut uxor Hasdrubalis, *quae ſe a culmine domus in medium miſit incendium*, teſte Floro lib. II. cap. 15. vel ſi alius injiciat, ut in alia re Ovid XIII. Met. 121. *Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes.*

355. *Hoc potius*] Heinſius *hic* volebat. Sed iterum efficacius *hoc*, ſi cogantur bellum civile gerere, hoc potius inter ſe Maſſilienſes deſperatione ſubacti gerent, quam ſe immiſcebunt tuo cum Pompejo. *gerant* etiam Cortii codex. Sed *miſcebunt* praecedit. nec amo ſemper illas modorum variationes captare, ſi codices non ſuggerunt.

355. *Sic Graja*] *Sic fata* Turrian. a m ſec. *finierant* dedit Cortius, ne ignoremus ſcilicet *juventus* poſſe ferre pluralem numerum. ut revera ſaepe fieri ſolet, & modo vſ. 301. quum *Phocais juventus* praecedat, mox vſ. 305. ſequitur *parant* & *orant*; & infr. vſ. 446. *clauſa juventus exſultant*. quae ubi reperimus in ſcriptis, ſequimur, ſed non ſemper & ubique invitis auctoribus obtrudimus, ut nec ipſe Cortius in Lucano ſemper fecit. ut VII. 270. 548. & alibi: nam omnia perrepere loca non vacat. ſed infr. vſ 499. & alibi morem gerit novandi prurigini.

359. *Heſperium*] *Extremum* Thuan. ſec. *properemus in axem* tantum vidi in Turriano a m pr. & quibusdam editis: reliqui omnes *ad axem*. parum quidem hic loci refert; ſic lib. VIII. 289. *Eoum properemus in orbem.* & 656. *properantem in fata tenetis.* Aliquando tamen non poſſe promiſcue has praepoſitiones adhiberi puto. Sic, ubi de homine, ad quem imus, ſermo eſt, ſemper *ad* dicendum, ut Ovid. III. Amor. VI. 2.

Ad dominam propero.

ubi ridiculum eſſet dicere, *in dominam*. idem lib II. Amor. XI. 52. *Dumque ad me properas.* De loco vero, credo, promiſcue poſſe dici *in*, vel *ad*; licet, *properare in Hiſpaniam*, plus notare credam, quam *ad*. Illud enim jam vicinius & majori parte perfectum iter notat ut ſi quis Romae pararet ſe itineri, poſſet rectius dici, *properare ad Hiſpaniam*, ſed itinere ſuſcepto etiam, *properare in Hiſpaniam*, ut in loco Ciceronis ab Oudendorpio adducto. Sic *ad urbem*, & *in urbem*, & ſimilia, *venire*, differre alibi notavi-

Obvia praebentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit vires, niſi robore denſae
Occurrunt ſilvae, ſpatio diffuſus inani:
Utque perit magnus nullis obſtantibus ignis;
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet: damnumque putamus
Annorum, niſi, qui vinci potuere, rebellant.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis,
Tunc mihi tecta patent. jam non excludere tantum,
Incluſiſſe volunt. at enim contagia belli
Dira fugant. dabitis poenas pro pace petita:
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius aevo,
Quam duce me bellum. Sic poſtquam fatus, ad urbem
Haud trepidam convertit iter: tum moenia clauſa
Conſpicit; & denſa juvenum vallata corona.

Haud

tavimus vid. ad Virgil. VI. 720. ita mox *ad urbem* vſ. 373. & 702. *ad undas.* & VI. 14. *tendit ad arces.* ubi etiam *in* codex unus. *venire ad hoſtes*, & *in* lib. X. 437. Sed haec forte nimis ſubtilia, & non ſemper obſeruata, quare ubi copia ſcriptorum praevalet, illis obſequamur.

360. *Vacat*] *Juvat* Rottend. pr. ſed *properanti* melius reſpondet *vacat.* eadem variatio infr. lib. VII. 688.

361. *Praebentur fatorum*] *Fatorum praebentur* Rottend. pr. *munera* Putean. & fragm. S. Germ. ut eſſet appoſitio, bella, munera fatorum. ſed malo vulgatum.

362. *Niſi robore denſae*] *Non robore* Thuan. ſec & Hamb. quart. *robora denſae* quatuor libri. *robore denſo* totidem. utraque haec lectio poſſet locum tueri. Sed in priore non conſtruerem, *robora ſilvae denſae* in genitivo, ſed per Graecismum, *ſilvae denſae robora*, pro roboribus. Sed ſi cui durius hoc videri poſſet, non recuſo ſequi vulgatam, *robore denſae.* Si *denſo* quis velit, ille alternatione illa epithetorum animum ſuum oblectare poterit. Sic apud Valer. Flac. III. 484. *denſos trabe montes*, ubi alii *denſo*, ut notavimus. *robore* pro arboribus, ut mox 395. *ſpoliantur robore ſilvae. occurrunt* vero eſt in quatuor libris, & hoc arbitrarium, quia poſt *niſi* utroque modo utuntur, ſed & ſaepius indicativo. ſic apud Calpur. VI. Ecl. 28. *niſi forte recuſas.* Mutarunt ſaepe librarii, quia hodie fere ſubjunctivum adhibere ſolent. & ita mox vſ. 366. *niſi rebellant*, omnes fere ſcripti, quod cur mutatum ſit neſcio, & recte Cortius hic & illic ſervavit indicativum. poſt *niſi*, *ſi*, utriusque modi exempla videbis apud Heinſium ad Ovid. IV. Epiſt. III.

364. *Obſtantibus*] *Obſtatibus* Thuan. pr. a m. ſec. Sed ſaepe litera illa *n* nunc intruditur, nunc omittitur. vid. ad Ovid. II. Amor. VI. 23. nam *obſtatus* pro *obſtaculis* dixiſſe ignoro.

365. *Mihi deeſſe*] *Mundi deeſſe* fragm. S. Germ. vitioſe.

367. *Dimiſſis*] *Demiſſis* quinque libri. ſed male. *dum*, vel *tum mihi* Langerm. *tum* Thuan. quart. & Rottend tert. mox, *incluſiſſe velint* malebat Heinſius. eraſa erat vetus lectio in *volunt*, in ſec. Hamb.

370. *Dira fugant*] *Diffugiunt* Torrian. *dubios poenas* Voſſ. a m. ſec. *poenam* Rottend. tert.

Haud procul a muris tumulus ſurgentis in altum
Telluris, parvum diffuſo vertice campum
Explicat: haec patiens longo munimine cingi
Viſa duci rupes, tutisque aptiſſima caſtris.
Proxima pars urbis celſam conſurgit in arcem,
Par tumulo, mediisque ſedent convallibus arva.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore,
Aggere diverſos vaſto committere colles.
Sed prius ut totam, qua terra cingitur, urbem
Clauderet, a ſummis produxit ad aequora caſtris
Longum Caeſar opus, fonteſque & pabula campi
Amplexus foſſa, denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus, crudaque exſtruxit brachia terra.
Jam ſatis hoc Grajae memorandum contigit urbi,
Ae-

tert. mox, *dicetis* Hamburg. quartus.

373. *Haud trepidam*] *Haud trepidum* Hamb. tert. & Roſt. pr. *circuit & denſa* conjiciebat Heinſius, non male: *juvenum denſa* Hamb. quart.

375. *Tumulus*] *Tumulos* fragm. S. Germ. *parvo diffuſum* Thuan. tert. a m. ſec. *diffuſo in vertice* Turrian. Vir doctus apud Cortium, *cumulus* volebat, quia nempe hae voces vulgo confuſae in MSS. ſed *tumulus* hic nativus intelligendus & collis, ut mox *rupes* vocatur. Eſt vero imitatio Virgili ex lib. II. Aen. 715.

Eſt urbe egreſſis tumulus.

Ovid. XV. Met. 296.

Eſt prope Pittheam tumulus Troezena.

Praeterea epitheton *altus* melius convenit *tumulo*, quam *cumulo*, ut ſaepe apud alios. vid. Ovid. III. Met. 603. V. Triſt. IX. 17. & alibi paſſim.

377. *Patiens*] Omnibonus videtur legiſſe *patens*; exponit enim *aperta*, & in editione Venet. 1486. ita legitur contra metrum. Sed *patiens* rupes, eſt ita poſita, ut facile poſſet muniri, ut ſinat ſe undique cingi. ita lib. V. 702.

Compoſuit pelagus, ventis patientibus, undas.

lib. IV. 16. *pons hibernas paſſurus aquas.* & VI. 94. *pati virus*, ubi etiam *patens* Codd. idem mox, *aptiſſima caſtris*, quod, quaſi Latine non diceretur, mutare vellet in *accommoda caſtris* Cortius. cui bono non video. an, quia apud Virgil. V. Aen. 522. *vallis accommoda fraudi*, non licuit Lucano dicere *aptiſſima?*

379. *Urbis*] *Urbi* Heinſ. ſed hoc dubium, an de parte hujus tumuli proxima urbi, an de parte urbis, quae prope tumulum erat, & inter quae erant convalles, in quibus arva: quod veroſimilius videtur, quia dicitur, *par tumulo*, id eſt, aequalis altitudine tumulo. & ſequentia de *diverſis* collibus hoc probant. *conſcendit* ſeptem e noſtris, quod tamen vix placet, quia ſimile hujus verbi exemplum, qua locus dicitur *conſcendere* in arcem vel altum ignoro. *conſurgere* & *inſurgere* obvium. mox, *cum vallibus* Langerm. & alius. *in vallibus* Turrian.

382. *Diverſos vaſto*] *Diverſo vaſtos* ſeptem ſcripti; mox, *produxit* recte probat Oudendorp. & firmant duo Thuanei. *Summum Caeſar opus* etiam Thuan. pr.

390.

Aeternumque decus, quod non impulſa, neque ipſo
Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli
Praecipitem curſum: raptisque a Caeſare cunctis,
Vincitur una mora. quantum eſt quo fata tenentur!
Quoque virum toti properans imponere mundo
Hos perdit Fortuna dies! tunc omnia late
Procumbunt nemora, & ſpoliantur robore ſilvae:
Ut, quum terra levis mediam virgultaque molem
Su-

390. *Strata metu*] *Strata manu* Turrian. quod & ſuum ſenſum poſſet habere: ſed *ipſo* repugnat. ut dicat non primo impetu & vi capta. Sed maneat vulgata. *neque ipſo* tres libri. *fraglantis* Hamb. ſec. & Richel. quam vitioſam ſcripturam & alibi in MSS offendi. Heinſius corrigebat, *ſtagnantis*, neſcio quo ſenſu. an morantis, ſtantis, ut ſtagnum ſolet ſtare? & dubium an Caeſaris, qui recte ſtagnaſſe dici non poteſt, an *belli ſtagnantis*? & tunc *in omnia* non congruit. quare nec *belli flagrantis in omnia* debet conjungi, ſed nec curſum tenuit Caeſaris, flagrantis in omnia belli; id eſt, omnes partes, caſus belli. ut lib. x. 461. *ducere in omnia*. de verbo *ſtagnare* vide ad lib. II. 417.

392. *Quantum eſt quod fata tenentur*] Fateor haec me non ſatis intelligere. Scholiaſtes explicat, *cum admiratione dictum*, *id eſt*, *multum eſt hoc* Nec hoc ſatis capio. forte legendum, *quantum eſt*, *quo fata tenentur*; id eſt, quantillum eſt, quo fata Caeſaris, omnia vincentis, & praecipiti curſu rapientis, retinentur, et ipſi mora injicitur: & id omnia quae praecedunt poſtulare videntur. *Quantum* vero pro quantillum, quam parvum, ſaepe occurrit. ut lib. IV. 377.

Quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat.

Ovid. IX. Met. 560.

Quantum eſt, quod deſit.

Stat. IV. Silv. IX. 40.

Quantum, vel dare cereos nitentes,
Cultellum, tenuesve codicillos.

Phaedr. II. 8. *Quantum eſt laboris.* Tacit. Agricol. xv. *Quantum tranſiſſe militum, ſi ſeſe Britanni numerent.* ubi non opus cum Boxhornio *quantillum* reponere. vid. & infr. lib. V. 654. & ita alii paſſim. Quantilla ergo res, Maſſilia, ſi conferatur cum omni mole belli, & cunctis a Rubiconis tranſitu raptis? ſola illa *Graja urbs* vincitur, non vi, non impetu, ſed mora, & longa & difficili obſidione. mox etiam malim, *Quoque virum*, id eſt, quantillo illo, quam parva illa re & mora, *perdidit hos Fortuna dies. perdidit* enim Barberin. quod & Cortius recepit. *toto properans* Thuan. ſec. & Langerm.

395. *Spoliantur*] Vid. ſupr. II. 714. & ad Ovid. XVI. Ep. 107. ſic *ſpolia agreſtia* eleganter dixit Claudian. II. Rapt. 139. ubi vide Heinſii notas.

397. *Suſpendant*] *Suſpendat* Puteaneus. quod miror Cortium praeteriiſſe. nam poteſt referri ad *terra*, licet *virgulta* propius ſint poſita; & poſſet addi exemplis ab Oudendorpio ad lib. I. 422. adductis. vide & infr. vſ. 526. II. 702. & alibi. *ſuſpendunt* tres, *ſuſpendent* duo. nobis nihil mutare placet. *ligata* Hamb. pr. *nec cedat* Thuan. ſec. & S. Germ. *ne cedet* Rottend. pr.

400. *Obſcurum cingens connexis aëra ramis*] Nihil variant noſtri, & tamen hic locus obſcurior mihi videtur. Quomodo enim ſilva poteſt cingere aëra ramis ſuis? niſi *aëra* explicemus compreſſum ſub ramis, id eſt, lucem naturalem, qui ex aëre in terras defluit. Sed quis umquam ita locutus eſt? paſſim poëtae de talibus lucis agentes, dicunt ſolis radios non penetrare ramos, denſas

Suſpendant, ſtructa laterum compage ligatam
Artet humum, preſſus ne cedat turribus agger.
  Lucus erat, longo numquam violatus ab aevo,
Obſcurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas alte ſummotis ſolibus umbras.
Hunc non ruricolae Panes, nemorumque potentes
Silvani, Nymphaeque tenent, ſed barbara ritu
Sacra Deûm, ſtructae diris altaribus arae;

Omnis

ſas ſilvas lucem non admittere, & aliis modis luxuriare ſolent, in deſcribenda obſcuritate ſub arboribus denſis. vid. Ovid. xii. Epiſt. 67. & Stat. iv. Theb. 419. ſeqq. & ibi Barth. neque etiam eleganter alteri verſui hoc verbum *cingere* congruere videtur: quid eſt enim *cingere umbras* ſubmoto ſole? quare aliud verbum latere putem. cogitabam, *obſcurum condens aëra*, id eſt, ita aëris proſpectum per denſitatem ramorum demens, ut tenebrae fere eſſent. ut mox contra 413. *fronde carentes admiſere diem*, vel etiam *jungens aëra ramis*: ſed neutrum ſatisfacit, quare acutiori relinquo, qui vel vulgatam apte explicet, vel emendet. Tandem, *cingens* poſſe ſervari exiſtimabam, locutione a nubibus ſumta, quae ut obſcurum aëra reddunt, ſic rami & vertices arborum inſtar nubium tegunt aëra? ut ita Virgil. v. 13.

Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?

Et ita ille ſaepe hoc verbo *cingere* utitur, pro obtegere, abſcondere. ut i. Aen. 398. *Aut coetu cinxere polum.* & alibi. Pro *ambire* vidimus poni lib. i. vſ. 594. Auſonius in Moſell. 14. haec imitatur.

Etjam, conſertis per mutua vincula ramis,
Quaeritur excluſum viridi caligine coelum.

Ubi alii *connexis*: ſed ibi recte *excluſum coelum* dicitur, non *cinctus aër*. qui ſtantibus in terra ſub arboribus poteſt cinctus videri obſcuritate illa ramorum. Sequenti in verſu *alte* corruptum eſſe ſuſpicor, & deſiderari verbum, *gelidas praebens*, vel ſimile, *umbras*. vel unum verbum deeſt, ut ſaepe.

404. *Structae diris altaribus arae*;] Nota ſatis ſunt & pervulgata, quae Grammatici proferunt de diſcrimine inter *altaria* & *aras*, ut hae ſint humiliores, illa altiora. quam ſi veram credidit differentiam Lucanus, hic arae debent altaribus ſuperſtructae intelligi, & *altaribus* ſumi, pro *in altaribus*: vel arae ſtructae altaribus, ut ex ligno, lapide, ceſpite, vel alia materia ſtrui ſaepe dicuntur. non enim alium ex his verbis ſenſum exſculpi poſſe video. Quae quum inſolens & inaudita videretur loquendi ratio Grotio, ille ex codice Berſmanni edidit, *ſtructae ſacris feralibus arae*, id eſt, ut ad eas ſacra feralia, & ſacrificia dira, humanis nempe hoſtiis, fierent: quae lectio ſenſum dat obvium & planum. Sed merito offendit repetitio vocis *ſacris*, quum praecedat eodem verſu *ſacra Deûm*. Cortius reduxit veterem lectionem, quam & probat Oudendorpius, ſed vellem explicuiſſent impeditam illam conſtructionem, *ſtructas altaribus aras*. Hic vero tantum dicit, Servium notare ad Ecl. v. 65. *altaria poni pro libamine & oblato ſacrificio*, & ita ſenſus hic deberet exire, aras ſtructas libaminibus & ſacrificiis, id eſt, ut libamina & ſacrificia in illis fierent. Atqui Servius poſt diverſas ſententias tantum dicit, alios altaria eminentias ararum & ipſa libamina explicare, nullo verbo *ſacrificia oblata* explicans, & ut probet ſententiam ſuam producit locum ex lib. xii. Aen. 174. *paterisque altaria libant*, ubi dicit, *altaria* poni pro in altaria, & *pateris* pro ex pateris. deinde addit, *etiam ipſum vinum dici altaria, quia, quae in altaria funduntur, altaria dici voluit*. Sed non video Ser-

Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbor.
Siqua fidem meruit Superos mirata vetuſtas,
Illis & volucres metuunt inſidere ramis,
Et luſtris recubare ferae: nec ventus in illas
In-

Servium has explicationes valde probaſſe, ſed fere aliorum ſententias protuliſſe. Si autem verum eſſet, libamina dici ipſa altaria, etiam *arae* id ſignificare deberent. nulla enim ara fingi poteſt, in qua non libamina fierent, ſine quibus nullum erat ſacrificium. & in Virgilii loco, *pateris altaria libant*, crederem ibi *libant* eſſe tingunt, audaciori figura. & *libare* pro *tinguere* poni docuit Heinſius ad Claud. II. in Rufin. 406. Deinde tractans locum Quintiliani ex Decl. XII. 26. *Quod aris altaria imponimus*, ubi me *legere* dicit, *quod aris donaria non impoſuimus*. Si *conjeciſſe* me dixiſſet, & forte ita legi poſſe, nihil pro certo adfirmantem, verum dixiſſet: quia enim apud Lucan. lib. IX. 516. in codice Hamburg. videram, *nec Eois ſplendent altaria donis*, ubi vulgo *donaria* erat, ſuſpicabar & ibi potuiſſe librarios hanc vocem pro altera arripuiſſe. Nihil vero mutavi in contextu, & quum *donaria* pro ipſis templis abuſive dicantur, teſte Servio ad Virg. III. Aen. 63. & pro locis, in quibus dona reponuntur deorum, eodem interprete ad III. Georg. 533. cur non *altaria*, quibus vina imponuntur, poſſent donaria dici, & hae voces commutari? quare vellem, ſi vehementer dubitet, an *donaria* dicantur de iis, quae imponuntur aris, nos ſimul docuiſſet recte dici *aris altaria imponere*, id eſt, libamina & oblata ſacrificia. multum certe de illo Quinctiliani loco meritus fuiſſet. Si vero jam ex illorum ſententia, qui teſte Servio, *altaria* explicant eminentias ararum, ſive eam partem, in qua libamina fiunt, quae ἐπίπυρον Graecis vocabatur, & de qua Salmaſ. Exerc. Plin pag. 110. agit, capiamus, omnia certe planiora eſſent. Locus vero ipſe Solini ex cap. IX. *Ara eſt in cacumine Jovi dicata, cujus altaribus ſi qua de extis inferuntur*, ubi Salmaſio mirum loquendi genus nobis dare Solinus videtur; certe ibi *altaria* non poſſunt eſſe ipſa libamina, ſed vel pars arae, in quam igne accenſo pars extorum inferebatur. vel *cujus*, ut Salmaſio videbatur, referendum non ad *ara* remotiori vocabulo, ſed ad *Jovis*; ut ita in eadem periodo *aram* vocaverit eamdem, quam & *altaria*, quod ex Solini more illuſtrat, & alios feciſſe conſtat. Nam veteres ſaepe *aras* & *altaria* confudiſſe, & ita ſaepe ſcrupulos injeciſſe interpretibus, quos omnes eximere ne doctiſſimi quidem poſſunt, nemo negabit. Si ergo non liceat dicere, *donaria aris imponere*, ut centies *dona* occurrit apud poëtas, & apud Virgil. XI. Aen. 10. *cumulant altaria donis*, abeat conjectura mea in malam rem, & explicemus, *aris altaria imponere*, eminentia illa, ἐπίπυρος, vel ſimile quid, in quo ignem accendebant & libabant. Sed haec omnia nihil etiam faciunt ad tuendam lectionem vulgatam in Lucano, *ſtructae diris altaribus arae*, unde nullis fidiculis extorqueri poteſt, ut ſit, arae ſtructae ad oblata ſacrificia & libamina dira. in lectione codicis Bersmanni, ne offendat repetitio, *ſacra*, & *ſacris*, poſſet levi mutatione legi; *ſtructae diris feralibus arae*. Sacra vero feralia potuerunt librarii non tantum ex lib. VI. 432. ſed & ex lib I. 616. repetiviſſe: poteſt autem *diris feralibus* deduci a *feralia dira*, vel a *ferales dirae*, ut ſint devotiones nimirum, & humanae hoſtiae, per diras conceptas mactatae. & ita omnia eſſent ſatis plana: nam ita finem, quem ſibi aras illas ſtruentes proponebant, indicat Poëta: aras nimirum ſtructas, ut diras illas ferales, vel feralia dira peragerent. Cogitaveram etiam, an non hic, ut ſaepe, Virgilium ante oculos habuiſſet, & ſcripſiſſet, *ſtructae donis feralibus arae*. Ille enim lib. V. Aen. 54.

Struerem que ſuis altaria donis.

Quod idem fere eſt quod loco modo laudato dixit, *cumulare altaria donis*. Quicquid
ſit

Incubuit ſilvas, excuſſaque nubibus atris
Fulgura: non ullis frondem praebentibus auris,
Arboribus ſuus horror ineſt. tum plurima nigris
Fontibus unda cadit, ſimulacraque maeſta deorum
Arte

ſit in difficili hoc loco non contendam, me veram lectionem aut ſententiam pervidiſſe, ſed patiar vulgatam lectionem circumferri, ſi altaria non pro libamine aut ſacrificio, ſed pro parte arae illa, quam dixi, ſumamus, quamvis *diris feralibus* elegantius & clarius exiſtimem.

407. *Inſiſtere*] Hic verſus deerat Richeliano. *conſiſtere* Oiſel. *inſidere* Turrian. quod, quum & alii ex MSS. memorent, merito praeferri poteſt vulgato *inſiſtere*. quia *ſidere*, *conſidere*, *inſidere*, κυριολογίᾳ quadam de avibus dici docuit Heinſ. ad Ovid. I. Met. 367. cui acceſſi ad Quinct. Decl. XIII. 4. & in loco Statii III. Theb. 387. & Lutatii Scholiis, conjicere licet *inſidere* olim lectum fuiſſe. Et licet Oudendorpius hoc loco adſentire nolit, tamen lib. V. 461. pro *conſiſtere* probat *conſidere*, ubi minime opus erat. Ibi enim de caſtris collocatis poſt iter, & ſimul acie decernere volentibus ducibus, agitur, qui melius *conſiſtere*, quam *conſidere*, dicuntur. denique de his verbis in aeternum litigare licebit, quia ſaepe utrumque admitti poteſt, & codices ſollemniter variare conſueverunt. Sed veroſimilius librarios *inſiſtere* ſuppoſuiſſe τῷ *inſidere*, quod illis non aeque notum erat hoc ſenſu & proprietate.

410. *Fulgura*] *Fulmina* quatuor libri.

410. *Non ullis frondem praebentibus auris*] Verbum illud *praebentibus* ſollicitos habuit interpretes, quorum varias conjecturas & expoſitiones Oudendorpii notae nobis exhibent. Ipſe reprehendens Barthium, qui ex lectione varia codicis ſui, *equitantibus*, conjicit *quatientibus*, ſed proprius accidere ait, *nutantibus*: quum certe *quatientibus* tranſpoſitis literis facilius formetur ex *equitantibus*: Deinde conjicit *agitantibus*, ut ego ad Ovid XIV. Epiſt. 39. correxeram, & exemplis firmavi. hac quoque conjectura rejecta, vulgatam defendit, quia arbores recte dici poſſunt *praebere folia ventis*. quod verum, ubi venti flant. Sed quum hic ſumma fingatur eſſe tranquillitas, nec ullas eſſe auras, illis praebere ſuam frondem nequeunt, quum inde ſenſus abſurdus oriatur, & exponi deberet, etſi aurae eſſent, tamen frondem immotam manere, nec ſe praebere ventis. Cortius, ut etiam ſymbolam conferret, procudit nobis, *non ullis fronde praebentibus auris*, quod quo ſenſu dicatur, qui meus eſt captus, non intelligo, & producit ſyllabam brevem in *fronde*, ea ſpecie, credo, ut & alibi fecit, quod *pr* in *praebentibus* ſequens mutet modum ſyllabae: forte etiam *horrorem* capiens de motu arboris, quae fronde ſua nullas auras, id eſt, motum, qualis ex aura naſcitur, praebuiſſe voluit. Sed ſi hoc velit, videtur ſcribendum *auras* hoc modo, *non ullis praebentibus auras Arboribus ſuus horror ineſt*. id eſt motus. Sed quid in hoc aenigmatete ſolvendo tempus tero? in Turriano eraſa erat vetus lectio, quod indicium eſt variaſſe codices. in Richel. erat, *non nullis*. in Oiſeliano, *praebentibus auſtris*. cogitabam etiam an non pro *praebentibus* poſſet ſupponi, *non ullis frondem laedentibus auris*, ut ſemper viridis & integer manſerit lucus. Sed prae omnibus placet etiam nunc, *agitantibus*, quod ſi non arridet, relinquendus locus nondum perſanatus meliori & certiori medicinae. Omnibonus & Sulpitius cepiſſe videntur, frondere & virere ſilvam, licet nullae aurae praebeant frondem, id eſt, producant frondem, aut cauſſae ſunt ut frondeſcant ſilvae, quia radii ſolis eo penetrare non poſſunt, ut Omnibonus; vel ut ſint aurae alentes frondem, ut Sulpitius, quae certe tolerabilia ſunt, ſi de interiori fronde ſub connexis ramis capiantur: nam ſuperior pars arborum ventis & ſoli expoſita ſatis frondeſcere intelligitur: jam vero ventis nutriri & firmari plantas & arbores vidimus ad Val.

Arte carent, caeſiſque exſtant informia truncis.
Ipſe ſitus, putrique facit jam robore pallor
Attonitos: non vulgatis ſacrata figuris
Numina ſic metuunt: tantum terroribus addit,
Quos timeant non noſſe deos. jam fama ferebat
Saepe cavas motu terrae mugire cavernas,
Et procumbentes iterum conſurgere taxos,
Et non ardentis fulgere incendia ſilvae,
Roboraque amplexos circumfluxiſſe dracones.

Non

Fl. VI. 340. & 712. Sed inſolentior tamen eſt locutio, *auras praebere frondem* pro alere, producere. Micyllus *auram lucem* explicat. *Horror* vero non video quî capi poſſit de motu arboris, qui nullus ibi eſt: quum obvium ſit hac voce reverentiam ſacram & terrorem illum, quem luci & nemora, & loca omnia ſacra incutiunt intrantibus, ſignificari; unde toties *numen ineſſe loco* Poëtae dicunt, nec hoc ſibi probari multis exemplis aliquis poſtulabit. Hic vero praecipuus horror & terror erat, ex arboribus luſtratis humano cruore, & diris illis feralibus. Si vero *horror* de motu arborum & frondis eſſet capiendus, melius ex Richeliano legeretur, *nonnullis frondem praebentibus auris arboribus*, id eſt, levibus auris frondem ſuam quatiendam praebentibus, ita ut motus quidam diverſus ab aliis arboribus graviori vento quaſſatis, intelligeretur. Sed hoc, credo, nemini placebit. Ad probandum vero illum motum & horrorem adducitur locus ex Valer. Fl. III. 403. quem ego longe aliter explicandum cenſui. ibi enim quum ſint, *tacitae frondes*, & *immota ſilva*, dicitur *horrere verna comanti jugo*; id eſt, medio vere, quum aliae ſilvae & arbores florent & rident, illic horrere, pallere, & rigere, ac ſi media eſſet hiems, quod noſtro idiomate dicere ſolemus, verſleuſt zyn. quae explicatio ex ipſis verbis & auctoris ſententia exoritur. *tunc plurima* Thuan. quartus.

413. *Caeſiſque*] In Turriano erat, *celſiſque*, quod non caret etiam ratione. *deformia* Hamb. quart. ſed perperam. *informia* ſunt, quae arte carent, non polita, rudia ſimulacra. ita *informes truncos* in alia re dixit lib. II. 189. vid. ad Ovid. VII. Met. 269. & IV. ex Pont. X. 31.

414. *Robore pallor*] Heinſius prius conjecerat, *ſqualor*, ſed induxerat poſtea; Cortio tamen placuit, non veritus hic ante *ſq* corripere ultimam in *robore*, qui modo produxerat ante *pr* ultimam in *fronde*. Sed indulgeamus omnia pro libidine mutanti. Sed *ſitus* idem fere quod ſqualor, ideoque *pallor* recte contrarius virori, qui adſcribitur areſcentibus herbis & arboribus, quae centies a Poëtis *pallere* dicuntur Ovid. VIII. Met. 759. ubi ſenſum humanum dat arbori ruinam ſuam metuenti.

Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Coepere, ac longi pallorem ducere rami.

III. Art. Am. 703.

Palluit, ut ſerae, lectis de vite racemis,
Palleſcunt frondes, quas nova laeſit hiems.

& ita paſſim. Tutius ergo eſt ſcriptos codices & Poëticos loquendi modos ſequi, quam incertis conjecturis omnia ſollicitare. *putriſque* erat in Richel.

416. *Tantum*] *Multum* Thuan. pr. *quos timeat* MS. Cortii. ipſe prius *timeas*, ſed mox vulgatum ſervat. *non eſſe deos* Rottend. pr. male. Sic *neſcire Deos* & *noſſe* dixit I. 452. & Judaeos *incertum Deum* co-

Non illum cultu populi propiore ſtequentant,
Sed ceſſere Deis. medio quum Phoebus in axe eſt,
Aut coelum nox atra tenet, pavet ipſe ſacerdos
Acceſſus, dominumque timet deprendere luci.
Hanc jubet immiſſo ſilvam procumbere ferro:
Nam vicina operi, belloque intacta priori
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes.
Sed fortes tremuere manus, motique verenda
Majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,

In

colere lib. II. 593. *nam fama* etiam Thuan. pr.

420. *Et non*] *At non* Hamb. quart.

421. *Circumfluxiſſe*] Praeter varias lectiones vulgatas, in Turriano a m. pr. erat, *circumſpexiſſe.*

422. *Cultu propiore*] Explico de adoratione, ut non audeant ad ſtatuas in luco poſitas accedere, ut adorationis ritum peragant, ſed obſcurum illum lucum ex longinquo venerentur. *propiore propinquant* Rott. pr. unde ſcribarum ineptias videmus. *propriore* Turr. *populi cultu* multi. mox, *dum Phoebus* Thuan. quart. Dubia diſtinctio, an major ſit ponenda poſt *Deis*, ut de medio die & nocte tantum ad Sacerdotem ſit referendum; an ita diſtinguendum. *Non i. c. p. p. f. ſed ceſſere Deis, medio* &c. ad *tenet.* & ibi diſtinctio collocanda. quod non ita diſplicere mihi fateor.

424. *Ipſe ſacerdos*] Cortius ex Servio ad IV. Georg. 401. *tunc ipſa ſacerdos* producit; & reperi ita ex codice Heinſium ibi notaſſe; ſed editur *ipſe* vulgo ibi *timet.* & *tumet* alii. in uno *cūet* quod neſcio quid velit. an *cavet*? praeterea MSS. in Servio habent, *dominamque timet. ſucceſſus* Thuan. ſec. ut timeret ſuccedere luco. *accenſus* Richel. cum gloſſa, id eſt, *accendere.*

426. *Immiſſo*] Nihil mutantibus noſtris, nec ego quidquam novare volo: vindicavit etiam hanc lectionem Heinſius ad Claudian. II. in Rufin. 376. Sic & Ovid. XII. Met. 330.

Lancea Perithoi coſtis immiſſa Petraei.

& ita noſter ſaepius. Eadem varietas mox vſ. 574. & 601. & apud Ovid. V. Metam. 338. *Caeſar procumbere ferro* Hamb. pr.

427. *Belloque intacta priori*] Cortius ſcabriorem verſum facit, legens, *operi ac bello non tacta.* vide ſupr. h. l. ad vſ. 196. *priore* maxima pars codicum. intelligunt vero bellum Gallicum a Caeſare per decem annos geſtum: atqui Caeſar numquam circa Maſſiliam bellum geſſit, quae foederata civitas vicina Provinciae, jam in ditionem Populi R. redactae, erat. Unde videmus Lucani incuriam. nam de alio bello, quam a Caeſare geſto, nemo, credo, intelligendum putabit, quod quale fuerit vellem edoceri. *nudatos* id eſt, arboribus ſpoliatos. vid. Barth. ad Stat. V. Theb. 16. ubi *nudum Haemum* Schol. explicat, *ſine honore ſilvarum.* ſed idem Barthius non vidit lib VI. Th. 572. *nudas genas* ſimilitudine hinc ſumpta dici *imberbes*, quia ſine pilis & pectora & os erant. quod ex comparatione Idae vſ. 585. poteſt intelligi, ubi jam lanugo deſerpebat per genas. *intra nudatos* Voſſ.

429. *Tremuere manus*] *Tenuere* Thuan. quart. *trenuere* Hamb. pr. unde Heinſius faciebat, *renuere*: non autem renuebant operam milites, ſed jam intentos operi ſubitus tremor occupavit & impediit. *manus* autem recte milites explicat Scholiaſtes, nam ſequitur *motique*, quod perperam mutavere quidam, ut librarius Thuanei ſec. *motae vene-*

 ran-

In ſua credebant redituras membra ſecures.
Implicitas magno Caeſar terrore cohortes
Ut vidit, primus raptam librare bipennem
Auſus, & aëriam ferro proſcindere quercum,
Effatur merſo violata in robora ferro:
Jam ne quis veſtrum dubitet ſubvertere ſilvam,
Credite me feciſſe nefas. Tunc paruit omnis
Imperiis, non ſublato ſecura pavore,
Turba, ſed expenſa Superorum, & Caeſaris ira.

Pro-

rande; quod fecit, quia & *manus* & mox *cohortes* genus femininum exigere videtur. Sed quia milites intelliguntur, recte maſculino uſus eſt. Sic apud Sueton. Calig. XLVIII. *vocatas* (legiones) *ad concionem inermes equitatu armato circumſedit* (rectius *circumdedit*) *ſed quum videret pleroſque dilabi.* non *pleraſque*; ſed milites plerosque ex legionibus, ubi plura exempla attulimus, quibus facile eſſet alia addere: Sed hoc nunc non agemus.

432. *Implicitas magno Caeſar torpore*] Diſcedunt in partes interpretes, hi *torpore*, illi *terrore* praeferentes. nec ſcripti libri ſibi conſtant. mihi tamen *terrore* magis adridet, primo, quia *tremuiſſe*, non *torpuiſſe* milites dixerat, *torpor* vero ita alligat omnia membra, ut obſtupeſcant homines & rigeant, & ſanguis gelidus coëat, ut nihil agere poſſint. ut docent exempla a viris doctis adlata. Et ſic inf. vſ. 734. *toto riguit corpore* quum dixiſſet, mox vſ. 741. *torporem* vocat. lib. IV. 289.

Tum frigidus artus
Adligat, atque animam ſubducto robore torpor.

Terror vero, qui a Cicerone IV. Tuſc. 8. deſcribitur, *eſt metus concutiens, & eum pallor, tremor & dentium crepitus conſequitur,* ſi concutiat, non ſequitur ergo torpor, ſed tremor. nec mox dicit, ut inf. 741. *caruiſſe torpore* milites, ſed *ſublatum* fuiſſe *pavorem.* & tunc impigre ſilvam exſecuiſſe milites. altera ratio, quae militat pro *terrore* eſt, quod dicat eos *implicitos* fuiſſe; quod de *torpore* dici nequit, ſed impliciti dicuntur religione, formidine, horrore & majeſtate loci, ut *dubitarent* (ut vſ. 436. ait) an nefas hoc auderent committere. Ita *implicari religionibus muliebribus* dixit Cicer. pro domo cap. XL. Val. Max. lib. I. cap. VII. 4. *veritus ne cum aliquo incommodo ſuo religione ſummum implicaret imperium*: idem lib. I. cap. VI. §. 12. *ſubita triſtitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus.* quare horror, ut ſupra dixit, qui inerat luco, inter opus incuſſit terrorem & pavorem, quae voces de religione debent exponi: ut lib. I. 486.

nec ſolum vulgus inani
Percuſſum terrore pavet.

& haec innumeris aliorum locis firmari poſſent. tentabam olim,

Implicitas magico Caeſar terrore cohortes.

Quia *magnus* & *magicus* ſaepe confunduntur. Vide Rutgerſ. Venus. Lect. cap. X. & Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 405. & ita Horatius II. Ep. II. 208. *magicos terrores* dixit. & Val. Fl. VI. 151. *& diros magico terrore Choatras*: Sed hoc tantum ut conjecturam do, a ſcriptis minime abire cupidus.

433. *Bipennem*] *Securim* Turrian.

434. *Aëriam*] *Aetheriam* quatuor. ſed ex Virg. I. Ecl. 59. recte vindicat vulgatum Oudendorpius. *ferro* Hamb. ſec. *perſcindere* Hamb. pr. *quercum eſt* Thuan. tert. mox,

mo-

Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex.
Silvaque Dodones, & fluctibus aptior alnus,
Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus,
Tunc primum poſuere comas, & fronde carentes
Admiſere diem: propulſaque robore denſo
Suſtinuit ſe ſilva cadens: gemuere videntes
Gallorum populi: muris ſed clauſa juventus
Exſultat. quis enim laeſos impune putaret
Eſſe Deos? ſervat multos Fortuna nocentes:

Et

violato in robore Thuan. quart.

436. *Subvertere*] *Succidere* MS. Cortii. *ſubmittere* olim ex Berſmann. Cod. praetuli ad Ovid. VI. Faſt. 645.

438 *Non ſublato*] *Nec* Langerm. & hic debet ſubintelligi *quidem: non*, vel *nec* quidem, ſublato *pavore*, ſed magis metuens iratum Caeſarem, quam Deos. vid. ſupr. h. l. ad vſ. 337. *ſuperumque &* Thuan. quart. quod Cortius edidit. *expenſa* eſt inter ſe comparata & examinata, utra ira gravior, & magis metuenda eſſet. *penſitare* dixit Sueton. Caeſ. cap. XXX. & *pendere* noſter lib. IV. 707. & VIII. 276.

441. *Dodones*] *Dodonis* novem ſcripti, quod adripuit Cortius, ſecurus metri, licet id monuerit Hortenſius. Caeſurae confidit hic, ut & ſaepe alibi; ſed an hic produci poſſit ultima vehementer dubito, & quid opus talia captare, quum *Dodones* nihil ſcrupuli injiciat. Credo vero antiquos librarios putaſſe eſſe genitivum caſum a *Dodo*, ut *Didonis* a *Dido*. Sed Cortius, forte meliora doctus, reſpexit *Dodonida quercum* apud Valer. Flac. I. 302. De alno omnia notiſſima. vid. Barth. ad Stat. VI. Theb. 106. de cupreſſo vid. Lutat. ad Stat. IV. Theb. 460. ubi hunc Lucani locum citat.

444 *Propulſaque robore denſo*] *Provulſaque* Hamb. quart. Heinſius conjiciebat, *verbere denſo*, pro crebro. ut mox vſ. 465. *denſo turbine*, & 469. *ingenti verberis ictu*, ubi alii, *ponderis*. Sed quia ſequitur, *ſuſtinuit ſe ſilva cadens*, ita, cum Omnibono fere idem ſentiens, rem factam puto, ut quia arbores denſae & contiguae erant, ut ſupr. 392. *robore denſae ſilvae*, ſuccifae arbores non caderent in terram, ſed in vicinam & ſequentem, qua ſe ſuſtinebat arbor cadens.

447. *Exſultat*] Iterum hic Cortius genium ſuum, non libros, ſecutus, *exſultant* dedit vid. ad vſ. 356. bene tamen factum, quod mox vſ. 461. his deliciis locus non ſit relictus. *quis enim laedat impune* Turr.

448 *Servat multos Fortuna nocentes*] Quia *nocentibus* hic opponuntur *miſeri*; Markland. ad Stat. III. Silv. III. 68. hic reſcribi jubet, *magnos nocentes*: vellem exemplis idoneis probaſſet *magnos nocentes* aeque Latine & eleganter dici, ac *multos*. At dicit, ſatis irreligioſe hoc dictum. quid tum poſtea? & quis in his expoſtulationibus cum Diis, qui ſaepe videntur ſceleratis prae piis favere, exigat ab antiquis Poëtis religionem? Quid fiet igitur, ubi Deos ſceleris poſtulant, ubi invidiam illis faciunt, ubi crudeles, ſaevos &c. vocant, quae ſexcentis in locis offendimus. Immo hanc veram & juſtam incuſandi Deos credebant cauſſam, quod plures nocentes ſervarent, & contra pios in miſeriam detruderent. Legat quis Claudianum lib. I. in Rufin. in pr. qui noſtrum aemulatur vſ. 12.

Sed quum res hominum tanta caligine volvi

Ad-

Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.
Utque ſatis caeſi nemoris, quaeſita per agros
Plauſtra ferunt: curvoque ſoli ceſſantis aratro
Agricolae raptis annum flevere juvencis.
Dux tamen, impatiens haeſuri ad moenia Martis,
Verſus ad Hiſpanas acies, extremaque mundi,
Juſſit bella geri. ſtellatis axibus agger
Erigitur, geminasque aequantes moenia turres
Accipit: hae nullo fixerunt robore terram,

Sed

Adſpicerem, laetosque diu florere nocentes,
Vexarique pios.
ubi multa congeſſerunt commentatores, & in primis plena manu Barthius, qui nec pios homines ab hac expoſtulatione abſtinuiſſe docet. Praeterea ratio hic expoſcit, *multos nocentes*, quia ſi huic vel illi ſcelerato faverent Dii, forſitan excuſandi eſſent, ſed quum ſcelerati ſint magno numero, *boni* vero *rari*, ut Juvenal. Sat. XIII. 26. injuſtitia augetur, quod turbam illam ſervet Fortuna, & in paucos pios tam iniqua ſit. Per *miſeros* vero, quod decepit Marklandum, non intelligo pauperes, quorum major turba, ſed pios, qui per Deorum iram miſeri fiunt. Nam ſceleratis etiam miſeris non iraſcuntur Dii. Pro *poſſunt* amicus Oudendorpii malebat, *noſcunt*, quod ſi oſtendiſſet Latine dici, magnum mihi ſcrupulum exemiſſet, qui non auſus fui in Sereni Samon. Prooemio, *reduces qui tradere vitae noſcis*, quod Barthius barbarum cenſebat, vindicare. Quare melius Heinſius, qui in ora codicis *norunt*, vel *poſcunt* reſcribebat. Prius admitti poſſet, ſi codices faverent. Alterum non placet. Sed vulgata ſervanda, quae habet vim & venerem ſuam. Et idem eſt, *iraſci poſſunt*, quod iraſcuntur, & iraſci ſolent. De quo uſu verbi *poſſe* miror haeſiſſe viros doctos, quum tot erudiri eum ſcriptis ſuis nobis tradiderint. vide Pricae. ad Apule; II. Met. p. 129. & 570. Torrent. ad Horat. III. Od. III. 42. qui Poëta multus eſt in hoc loquendi genere, ut & Claudianus & alii, ſed in primis videndus Brouckhuſius ad Prop. I. I. 15. & Tibul I. XI. 31. poſt quos novis exemplis lectorem fatigare nolo.

450. *Satis caeſi nemoris*] Ita omnes noſtri, praeter unum Rottend pr. qui *caeſum* habet, & conſentiunt editiones veteres. vid. ad Ovid XIV. Ep. 82. mox, *plauſtra vehunt* Langerm. credo ex gloſſa, quamvis parum intereſſe putem. vid. ad lib. IX. 706. pro *ceſſantis* vitioſe erat, *cenſantis* in Richel. conſtructio vero intricatior, cujus hic ordo: & agricolae, raptis juvencis aratro curvo (pro ab aratro, ut plauſtra arboribus onuſta trahant,) fleverunt annum ceſſantis ſoli. Sic VI. 587. *corpore rapere*. ſupr. 357. *pectoribus rapti matrum*, & alibi. De verbo *ceſſare*, etiam in hac re, egimus ad Ovid. III. Triſt. VII. 26. *Annum* expoſitum videbis in notis Oudendorpii h. l. vſ. 68. ne quis hic *damnum ceſſantis ſoli* cogitet.

454. *Verſus ad Hiſpanas acies*] Sulpitius ad veterem Pompeji exercitum explicat, reliqui tacent. *Acies* vero pro exercitu nondum pugnante an dici poſſit dubito. melius Florus lib. IV. 2, qui eum *ad Hiſpanienſes exercitus* tranſiiſſe dicit. Vel *acies* explicandae eſſent bella, proelia, ad quae gerenda in Hiſpania vertitur nunc Caeſar; ſed tamen neſcio quid hic me moratur. Nec Heinſio placuiſſe ſuſpicor, qui in ora codicis conjiciebat, *Hiſpanas arces*, ut ita, *La-*

tiae

Sed per iter longum cauſſa repſere latenti.
Quum tantum nutaret onus, telluris inanes
Concuſſiſſe ſinus quaerentem erumpere ventum
Credidit, & muros mirata eſt ſtare juventus.
Illinc tela cadunt excelſas urbis in arces.
Sed major Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat. neque enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea, ſed tenſo balliſtae turbine rapta,
Haud unum contenta latus tranſire, quieſcit:

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Sed

tiae arces pro Italia lib. IV. 657. & *Romanas arces* de toto imperio & ejus finibus Virg. II. Georg. 172. ubi plura dicemus. Et *arces* Hiſpanae melius junguntur *extremis mundi*, quae in Hiſpania eſſe credebant. Quicquid ſit nemo, credo, probabit Cortiani codicis ſcripturam, *ad Spanias arces*; ſaltem librarius iſte dediſſet, *ad Spanas*.

455. *Juſſit bella geri*] Non per ſe gerere voluit, ſed ducibus mandavit: male in Scholiaſte legitur, *tamquam ipſam neceſſe ſit vincere*, forte pro *tamquam ipſum* ſc. Caeſarem. Aemulatus haec Florus lib. IV. 2. de hac ipſa Maſſilia, *quia tutis muris erat, vinci eam ſibi juſſit abſenti.*

455. *Axibus*] *Aſſibus* Barberin.

456 *Aequantes*] Heinſius malebat, *aequantia*; ſed moenia jam alta erant, nec poterant aequare turres, ſed turres erigebantur in eam altitudinem, ut aequarent moenia. Olim etiam credebam poſſet ſcribi: *agger Erigitur, geminas qui aequantes moenia turres accipit* &c. Sed malo *que* hic elidi, quam *qui*, ideoque nihil muto.

457. *Hae nullo*] *Haec* S. Germ. nec hypallage hic fingatur, pro hae nullo ligno, ſtipite, infixae erant terrae. Waddel. in Animad. Crit p. 131. volebat:

Hae nullo fixae ſunt robore terrae.

quae non ſatis capio, & obſcura mihi videntur, an voluerit, hae turres non ſunt fixae terrae, ullo robore Quia figere *terrae* & *terra* ſaepe occurrit (vid. ſupr. lib. I. 607.) ut robur hic ſtipites acutos, quibus turres ſtabiles infigebantur terrae, notet. Sed ne ambiguitas remaneat, potius tunc legerem *terra*; nam certe *figere terram robore*, inſolentius dictum, ut dicimus figere corpus, pectus, viſcera &c. telo. Forte tamen hoc placuit Lucano, ut ſingulare quid.

458. *Cauſſa repſere latenti*] De trochleis & rotis, vel alia machina interiore, quae ut αὐτομάτως procedere faciebat turres, explicant; nec male mea ſententia. Heinſius tamen acquieſcere nequit, & varie tentavit locum, nunc, *caula latenti*, Lucretiano vocabulo, de quo Giſan. in indice; nunc, *cavea*; denique, *foſſa latenti*. Foſſarum certe multus uſus in munitionibus & oppugnationibus, ut ſupr. 386. IV. 264. & alibi. Sed hae turres non per foſſam, ſed per ipſum aggerem prorepebant. Quantum enim altitudini deceſſiſſet, ſi in foſſa ſubrepſiſſent?

459. *Onus*] *Opus* Rottend. tert.

460 *Erumpere*] *Rumpere* Rottend. ſec. ſed vulgatum adſerunt omnes reliqui ſcripti; & Servius ad Virg. II. Georg. 478. & III. Aen. 73.

463. *Grajo ferro*] Hoc indicat inſignem virtutem, prae aliis Graecis, Maſſilienſium, quae, teſte Floro IV. II. 24. *Graecula civitas non pro mollitia nominis, auſa incendere machinas &c.* Idem in alio bello lib II. VIII. 9. per contemtum vocat, *Graeculum ferrum.*

495. *Denſo*] Omnes fere ſcripti & editiones multae, *tenſo*: & hoc etiam Cortius rece-

Sed pandens perque arma viam, perque oſſa, relicta
Morte fugit: ſupereſt telo poſt vulnera curſus.
At ſaxum quoties ingenti verberis actu
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abſcidit impulſu ventorum adjuta vetuſtas,
Frangit cuncta ruens: nec tantum corpora preſſa
Exanimat: totos cum ſanguine diſſipat artus.
Ut tamen hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubit virtus, armisque innexa priores

Ar-

recepit. Miror non monuiſſe Oudend. unde *denſo* depromſerit. Drakenb. etiam ad ſimilem Silii locum citat *tenſo*. *tonſo* in Thuan. ſec. & Hamb. pr. vid & variantes lectiones lib. I. 531. *Balearis turbine* Hamb. quart. *aut unum* Voſſian. ſec.

467. *Relicta morte*] Id eſt, dum tranſit per arma & corpus, relicto vulnere mortifero, etiam velocitate ſua fertur ulterius. Valde indulgent ſibi Poëtae in his. Similiter Statius VII. Theb. 681. de haſta expulſa & volante,

Obvia vix ſonuit clypeo, & jam terga reliquit.

469 *Ingenti verberis ictu*] Et codices & editiones variant, aliis *ictu*, aliis *actu* praeferentibus, quod Cortio placuit & mihi, ut notat Oudendorpius. nec fruſtra, quia verbera *aguntur*, ut fulmina &c. de quibus ad Valer. Fl. 179. nervus, quo verbera ejiciuntur, non icitur, ſed adductus & tenſus, ut emittat ſaxa &c. deinde remittitur, & tunc fiunt verbera per emiſſa tela, ſaxa &c. quae quum feriunt aliquem, tunc fit ictus, ut quocumque modo emiſſis telis. ut mox vſ. 486. & 494. Silius IX. 569.

Haſta comes dictis murali turbine pectus
Transforat, & voces venturas occupat ictu.

Hinc ubi ſaxum emittitur, nondum eſt *ictus*, ſed *actus*, & ita hoc loco, *ingenti actu* eſt idem, quod ingenti *vi*, *turbine*, ut Silius del. & modo Noſter vſ. 465. de lancea excuſſa, quae etiam *agitur*, donec ictu ſuo tangit & frangit illa, ad quae pervenit. Sic & mox vſ. 490 Heinſius malebat, *ſuſpenſo fortior actu:* dum enim ſuſpenditur & adducitur, etiam fortius agitur & impellitur, ut feriat, & tunc demum fit ictus Sic & *aries actus lacertis* lib. I. 384. contra *ictu* mox vſ. 494. *aduſti roboris ictu* rectum eſt, quia *percuſſae* additur. vid. & lib. IX. 472. ubi eadem varietas, ut & alibi. non autem mihi contrarius, qui ad Ovid. Met. X 179. laudavi *verberis ictu:* ibi enim tantum agebam de voce *verberis*, & vulgatam lectionem citavi, quia de *actu* vel *ictu* ibi agendi locus non erat. nec de eo cogitabam: ut ſaepe viri docti vulgatas lectiones citant, licet non probent, ubi data opera de certis & aliis vocibus agitur. denique ipſe Oudendorpius ad Caeſ. lib. IV. de Bel. civ. 17. *actu* ſe nunc praeferre ſcribit. Apud Statium VIII. Theb. 468.

Magno quem comminus ictu
Tydeos haſta feri, diſcuſſa caſſide, fixit.

Ubi in MS. *actu*, & probavit Heinſ. nec Gronovius videtur improbare. ego quia *comminus* editur, & *fixit* additur, & *ictu* praeferrem. Licebit vero ſemper de his verbis *actus* & *ictus* contendere, & utraque ſaepe pro re, de qua agitur, admitti poteſt. Sic lib. IX. 319. *ictum* & *actum* remis mare dici poſſe videbimus. hic ergo *actu*, quod habent undecim ex meis, recepi. *ponderis* vero in nullo vidi, ſed puto receptum eſſe a Grotio & aliis ex lib. VII. 513. ubi etiam praeſtat *verbere*.

471. *Adjuta*] Ut hic *adjuncta* Voſſianus, ita & in loco Valerii Fl. II. 528. pro *ventis*

Arma ferunt, galeamque extenſus protegit umbo,
Quae prius ex longo nocuerunt miſſa receſſu,
Jam poſt terga cadunt: nec Grajis flectere jactum,
Aut facilis labor eſt longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modum: ſed pondere ſolo
Contenti, nudis evolvunt ſaxa lacertis.
Dum fuit armorum ſeries, ut grandine tecta
Innocuâ percuſſa ſonant, ſic omnia tela
Reſpuit: at poſtquam virtus incerta virorum

Per-

tis adjuta vetuſtas, in Vaticano erat, *adjuncta*, ubi imitationem Lucani eſſe notavi: plura exempla dabunt interpretes Silii ad lib. VII. 954. ubi tamen vulgatam lectionem ſervari poſſe credo, *adjutae pingueſcere flammae coepere*, non *adjutae pice creſcere*: jam enim unctae erant, antequam adligatae eſſent cornibus boum, ſed adjuvabantur motu & concuſſione capitum boum. Sic Ovid. II. Am. II. II. in genere de jactatione,

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

472. *Frangit*] *Sternit* habent ſex libri: Sic enim ſolent librarii, ut apud Claudian. IV. Conſ. Hon. 318.

Invectus fractis Capitolia Dacis.

ubi vulgo, *ſtratis* circumfertur. vid. ibi Heinſii notas. Sil. Ital. XII. 153.

Depaſti flammis ſcopuli fractusque ruina
Mons.

Ita plurimi, ſed Puteaneus, *ſtratusque*. vid. & ad Claudian. II. in Stilic. 21. & alibi ſaepe.

472. *Corpora preſſa*] Heinſius *prenſa*, id eſt, ictu tacta: & certe eadem varietas fere ubique in his verbis animadvertitur. vid. & lib. VII. 562. Sed quia hic de ſaxo, quod pondere ſuo premit corpora, nolim mutari. Si de haſta, lancea &c. ageretur, *prenſa* praeferrem, ut apud Sil. Ital. XV. 634.

Hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicumque viro, quem prenderit ictus.

474. *Ut tamen*] *Et tamen* S. Germ. & Oiſel.

475. *Armisque innexa priores*] *Prioris* tres libri. *innixa* quatuor. *immiſſa* Langerm. quod & defendi poſſet. vid. inf. vſ. 574. ſed *innexa* placet: nam agitur de primo ordine, qui ſcuta ſua innectebant ſcutis proximi cujuſque, ut undique tuti eſſent: caput (quod hic per *galeam* indicat) etiam extenſo clypeo protegebant: Virgilius IX. 517. *tegmina armorum* vocat teſtudinem. manus viri docti in ora codicis, *proterit* habebat.

477. *Ex longo*] *Et longo* Rottend. pr. *receſſus* ille videtur ſignificari intervallum inter moenia & oppugnantes, quo appropinquante teſtudine abſumpto, irrita & poſt tergum cadebant tela. Hoc eleganter Florus lib. IV. 9. deſcribit, ubi ille contrarium de obſidentibus, *paſſus eſt hoſtem caſtris ſuccedere, donec abſumto jactus ſpatio, adimeret uſum ſagittarum.* Silius lib. IX. 321. *Amiſere ictus ſpatium.* vid. Cl. Duker. ad Flori d. l. Livius lib. XXIV. 34. tales, *interiores ictibus tormentorum* dixit. Vid. ad Valer. Fl. IV. 298. Contra occurrentes ſine impetu in hoſtes, *ſpatium donant* lib. IV. 764. in Grotii editione *recuſſu* legitur, neſcio an in aliis.

482. *Dum fuit*] *Furit* Hamb. quart. Heinſius legebat vel, *ruit*, vel *ſubit*, ut ſupr. *Tecta ſubit virtus* Sed recte *fuit*, id eſt, ut in Gloſſa Oiſel. codicis, *duravit*, mandit innexa, perpetua & continua, nec rupta fuit, ut mox ſcribit 491. & ſeqq.

483. *Innocua*] *Innocuo* Thuan. pr. hinc *pluere ſaxa* Stat. VIII. Theb. 417. dixit. Vid. Barth. *deſpuit* Thuan. ſecundus.

Perpetuam rupit, defeſſo milite, cratem,
Singula continuis ceſſerunt ictibus arma.
Tunc adoperta levi procedit vinea terra,
Sub cujus pluteis, & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Moenia: nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus denſi compagem ſolvere muri
Tentat, & impoſitis unum ſubducere ſaxis.
Sed ſuper & flammis, & magnae fragmine molis,
Et ſudibus crebris, & aduſti roboris ictu
Percuſſae cedunt crates, fruſtraque labore
Exhauſto feſſus repetit tentoria miles.

Sum-

484. *Virtus incenſa*] Quae lectio ſi ſervetur, interpretanda eſt, vel ardens erumpere ex teſtudine: ſed hoc defeſſo militi vix convenit; vel adhortationibus, ut ſubirent alacriter, animata, ut Sil. IX. 244. *incenſus miles.* ubi vide Cl. Drakenb. *accenſa* hic Thuan. ſec. ſed plurimi ex noſtris, *incerta*, quod Heinſius probabat, adſcriptis aliquot e noſtro locis, ubi varie hac voce utitur, ut IV. 753. *incerto pedum non ſtare tumultu.* v. 552. & alibi. Salluſt. fragm. *etiam incerta eſt fortitudo, quae pendet.* ex quibus colligo hanc lectionem veram, ut etiam defendit Oudendorpius, ſed paullo aliter explicarem vim vocis: non quod dubitarent quidam, an deſiſterent ab oppugnatione; alii an durarent & pergerent: ſed quod, ſub teſtudine quum eſſet caecum iter, nec videre poſſent, quo irent, & an multum profligarent, incerti eſſent ſucceſſus, & tandem defeſſi quidam ſcuta remiſerint, & ita rupta fuerit teſtudo, & ſingula arma, id eſt, ſcuta; jam ſoluta, & ita ſinguli milites expoſiti ictibus oppidanorum. In alia re non diſſimiliter admodum Ovidius v. Faſt. 3.

Ut ſtat, & incertus qua ſit ſibi neſcit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Stat. v. Theb. 370.

Incertae jam nec prior impetus alno.

ubi Schol. Barth *incertae* qua eat, nullum curſum ſervanti. Cl. Dorvillius, capit de militibus Caeſarianis, qui ſponte ruperint cratem, & aperto marte pugnare arſerint: ſed quia hoc *defeſſo militi* vix convenit, malit *defeſſo poplite*, vel *vertice.* Quorum prius magis probarem, quia non vertice, id eſt, capite, ſed manibus ſupra caput elatis ſcuta ferebant. & putat *defeſſo milite* huc a librario translatum ex vſ. 496. Sic *defeſſus* vel *defectus poples* Ovid. XIII. Met. 470. Si codices addicerent, non multum adverſarer. *perpetuum* Barberin. *rumpit* idem & Rott. ſec. *defenſo* Turr. a m. ſec.

488. *Fronte*] *Fronde* ſex libri. mox, *parant evertere* totidem.

490. *Fortior ictu*] *Actu* & hic volebat Heinſius. vid. ad vſ. 469.

491. *Incuſſus*] MS. Cortii *impulſus*, unde ille, *impactus.* quodlibet ex quolibet. ſed ſine dubio firmaſſet hoc ex lib. VI. 137. & coëgiſſet Lucanum ſemper eodem verbo uti. Sed hoc modo facile eſt Criticum agere, ubi ex ſynonimis nunc hoc, nunc illud verbum ſupponimus alteri. ut in ſequenti verſu pro *tentat* conjiciebat, *pugnat*, nullo adju-

van-

Summa fuit Grajis, ſtarent ut moenia, voti.
Ultro acies inferre parant: armisque coruſcas
Nocturni texere faces: audaxque juventus
Erupit: non haſta viris, non letifer arcus,
Telum flamma fuit, rapiensque incendia ventus
Per Romana tulit celeri munimina curſu.
Nec, quamvis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires: taeda ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpatioſa volumina fumi:
Nec ſolum ſilvas: ſed ſaxa ingentia ſolvit,
Et crudae putri fluxerunt pulvere cautes.
Procubuit, majorque jacens apparuit agger.

Spes

vante codice; ſed quia noverat ſaepe hoc verbum illius locum occupaſſe. vide Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 308. & ad Claudian. II. Rapt. 196. ſi hic *pugnat* dediſſet Lucanus, eodem jure poterat ſupponere, *tentat*, *tendit*, *certat* & ſimilia, & ita notam longam ſubtexere.

495. *Percuſſae*] Ita omnes codices; Heinſius tamen, quia modo vſ. 483. *percuſſa*, & 491. *incuſſus* praeceſſit, malebat hic, *pertuſae*, ut & lib. IV. 300. pro *percuſſo pumice*, *pertuſo* legebat. Sed mihi leve nimis de gravi ictu verbum hoc videtur, nec injectis tot, quae memorat, flammis, ſaxis, ſudibus &c. conveniens. nec Lucanus, qui eadem verba toties repetit, elegantior fingendus, quam fuit.

497. *Starent ut*] *Ut ſtarent* Hamb, quart. abrupte autem loquitur. prius nihil ultra optabant, quam ut defenderent urbem, nunc etiam erumpere in obſidentes audent. de *ſummus* votis vid. Brouckh. ad Prop. I. XVI. 24.

499. *Nocturni*] *Nocturna* Hamb. quart. *nocturnis* tres. quod placuit Cortio. Sed recte hic Scholiaſtes: & ipſe Cortius lib. X. 373. ſervavit, *Irrue nocturnus*. vid. inf. IV. 732. & Virgil. III. Georg. 338. & ita *matutinus* VIII. Aen. 465. & talia plura. Vid. & inf. 521. *Arma* recte Dorvillius ſcuta accipit, quae obtendebant facibus. Sed neſcio ſcuta alia nocturna, alia diurna fuiſſe, quae Cortius forte nos docuiſſet diverſa fuiſſe.

500. *Erupit*] Ita noſtri omnes; *erumpit* in quibusdam editis. Cortius, quia in ſuo *erupunt* dicit eſſe, hic iterum *erumpunt* facit. vid. ſupr. vſ. 356. melius, quia nocturna fuit eruptio, inde feciſſet, *erepunt*. Sed nihil mutandum. *non arma viris* Rottend. ſec.

503. *Nec quamvis*] *Et q* fragm. S Germ. & Turr. *lectas* idem fragm. *taelo ſed* Hamb. pr. *ſed taeda* Barber.

504. *Raptus*] Vid. ſupr. vſ. 98.

505. *Spatioſa volumina*] Nihil variant ſcripti, niſi quod ex uno, *tenebroſa* det Oudendorpius: ſed in Indice editionis Grotianae video poferri, *ſinuoſa volumina*, quod an ex conjectura, an ex libris ſit neſcio: quibus ſi niteretur, non admodum diſpliceret: forte tamen indicis auctori obſervatus fuit Virgilii locus ex lib. XI. 753. ubi de ſerpente, *ſinuoſa volumina verſat*, & ubi in uno codice vidi, *fumoſa*. Ita *curvata volumina* Sil. XIII. 644. Sed & Val. Flac. II. 514. monſtro dat, *ſpatioſa volumina*. mox, *nec ſolvit ſilvas* Hamb. ſec.

507. *Fluxerunt*] *Liqueſiunt* Oiſel. a m.

Spes victis telluris abit, placuitque profundo
Fortunam tentare mari. non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas,
Sed rudis, & qualis procumbit montibus, arbor
Conſeritur, ſtabilis navalibus area bellis.
Et jam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stoechados arva tenens. nec non & Graja juventus
Omne ſuum fatis voluit committere robur:
Grandaevoſque ſenes mixtis armavit ephebis.
Accepit non ſola viros, quae ſtabat in undis
Claſ-

pr. quod ex interpretatione natum. vid. ad lib. I. 441.

509. *Profundo Fortunam tentare mari*] Mirabar equidem, ſi non hic aliquis maluiſſet *maris*, quia utrumque paſſim occurrit, *profundum mare*, & *maris*: ſed codices ſequi tutiſſimum. vid. ad Sueton. Tiber. cap. XL. *tentare fortunam* etiam centies ſimpliciter occurrit, & etiam *terrae*, *maris*, vel *terra*, *mari* fortunam tentare aeque recte dici puto. Sed quia additur hic *profundo*, non conjungenda, *tentare maris fortunam profundo*, ſed *tentare profundo mari*, vel *maris*, fortunam. ita ut locus Juſtini huc faciat. quare ſi *maris* hic dediſſent ſcripti, non mutarem, ſed quum omnes conſentiant in *mari*, hoc retineo.

513. *Stabilis*] Vitioſe *ſtabulis* Ed. Gryph. Stabilis area eſt oppoſita mobilitati navium, ut mox 556. *ſtabilem carinam*: idem enim hic dicit Lucanus, quod Florus, forte noſtrum aemulatus, lib. II. II. 9. *coacti hoſtes quaſi in ſolido decernere*.

515. *Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis*] Nec hic locus admodum facilis explicatu videtur, nec an *in fluctus Rhodani*, an *cum gurgite Rhodani*, ſint jungenda patet. *cum gurgite Rhodani* explicant ſecundo fluvio venientes, ſimul cum fluvio deſcendentes in fluctus, id eſt, mare. Et ita *gurges* de fluvio eſſet capiendus, ut fieri ſolet. lib. I. 399. 684. IV. 18. & 22. Stat. V Theb. I. & alibi; locutio tamen haec ſingularis advertit credo Heinſium, qui reſcripſerat, *cum milite*, quod ex Scholiaſte poſſet aliquo modo firmari, qui dicit Brutum adduxiſſe rates in mare per Rhodanum, *cum multitudine ſociorum*. in Thuan. quarto erat, *Rhodani conſurgere*, ſine ſenſu: mihi magis placeret cum editionibus antiquis quibusdam legere, *Rhodani de gurgite*, ut ita deſcendiſſe per Rhodanum in fluctus, id eſt, mare dicantur: factae enim erant hae naves Arelate, ut Caeſ. I. Bel. Civ. 36. dicit, unde ſecundo flumine deſcenderant in mare. Deinde *Stolchadas* Thuan. pr. *Stoechadas* Richel Sed quum nulla Stoechadum mentio fiat apud Caeſarem, & claſſis haec ex Rhodani oſtio recta Maſſiliam verſus curſum direxiſſe dicatur, ſi ad Stoechadas ſteterit, jam prius praeteriiſſe Maſſiliam debuit, & ad remotas has aliquantulum a Maſſilia inſulas haeſiſſe, & inde Maſſilienſium claſſi occurſiſſe. quare latere aliud nomen loci ignotum magis, quam Stoechadum ſuſpicor, qui propior oſtiis Rhodani fuerit: & Caeſar lib. I. c. 56. deſcribens pugnam hanc navalem dicit, naves Bruti ſtationes obtinuiſſe ad inſulam, quae eſt contra Maſſiliam, ubi non ſitae ſunt Stoechades; & veroſimilius eſt Domitium obviam iviſſe

Claſſis; & emeritas repetunt navalibus alnos.
Ut matutinos ſpargens ſuper aequora Phoebus
Fregit aquis radios, & liber nubibus aether,
Et poſito Borea, pacemque tenentibus Auſtris,
Servatum bello jacuit mare, movit ab omni
Quiſque ſuam ſtatione ratem, paribusque lacertis
Caeſaris hinc pubes, hinc Grajo remige claſſis
Tollitur: impulſae tonſis tremuere carinae,
Crebraque ſublimes convellunt verbera puppes.
Cornua Romanae claſſis, validaeque triremes,
Quasque quater ſurgens exſtructi remigis ordo

Com-

iviſſe claſſi Bruti venienti ex oſtio Rhodani verſus Maſſiliam, quam cum illa jam praetervecta Maſſiliam, ad Stoechadas pugnaſſe. Suſpicionem auxit Gervaſius Tilberienſis, qui in Otiis Imperial. t. I. Rer. Brunſv. a Leibnitio editis, pag. 961. nobis dat, *Leucados arva tenens*, & intelligit inſulam Rhodano & mari mediterraneo clauſam. An tali nomine fuerit inſula, vel, ſciens eſſe alibi Leucadem, id ſuppoſuerit librarius, neſcio. Aut Lucanum ignoraſſe ſitum locorum, ut geographiae imperitum Scaliger in prolegomen, ad Manilium cenſet, debemus credere: & certe Strabo lib. IV. p. 184. inſulam memorat inter oſtia fluvii Rhodani: haec conſiderent viri docti & videant, an quid verius inveſtigare poſſint. Mihi aqua haeret, nec *Stoechades* admodum placent. In codice ſuo Cortius invenit *arva petens*. male. nam ſtationes obtinuiſſe dicit Caeſar, ut recte Micyllus obſervavit. Haeſit ad huncetiam locum Cl. Dorvillius, & putabat ita poſſe conſtrui: Claſſis, tenens arva Stoechados, (id eſt, ibi ſubducta, vel adligata ad oram), cum Rhodani gurgite venerat in fluctus marinos. Sed ita non ſolvitur nodus, de Stoechadibus inſulis, ad quas ſtans claſſis, cum Rhodani gurgite venire non poterat in mare, niſi tranvecta Maſſiliam. Videant eruditi viri.

519. *Non ſola*] *Jam ſola* Hamb. quart. mox pro *alnos* MS. Cortii, *ornos*. ita ex Hortenſii margine vſ. 512. pro *arbor* notatur *ornus*. Sed alnus fluctibus & navibus aptior orno. ſupr. 441.

521. *Matutinos*] *Matutinus* ſeptem noſtri, ut eſſet eodem modo ut ſupr. vſ. 499. *nocturni*. Sed tunc mallem *ſparſos* legere. *nubibus aër* tres libri. *Expulſo Borea* Thuan. ſec. male. vid. Barth. ad Stat. v. Theb. 13. *tenentibus aſtris* Barberin.

527. *Tonſis*] *Contis* Rottend. pr. Langerm. & duo Cortii, qui elegantius fore putat, ſi ſcribas, *tonſis gemuere carinae*. Sed *gemere* poſſunt dici naves ita graves & oneratae, ut vix onus ferre poſſint. & ſub navibus talibus ipſum mare Poëtis, hyperbolice admodum, *gemere* dicitur, quos Florus fere ſuperat, qui lib. IV. XI. dicit de Cleopatrae navibus, *non ſine gemitu maris & labore ventorum ferebantur*. Bellicis vero his navibus talia non conveniunt, ſed *tremere* remorum impulſu vere dicuntur. Val. Flac. II. 77.

Certatim remis agitur mare, roſtraque curſu
Prima tremunt.

Ubi in notis etiam videbis Bentlejum in Horatio fruſtra voluiſſe *gementes*, pro *trementes ripas* reponere. *impelli* autem proprie dici de remigio docuit Heinſius ad Ovid. VIII. Met. 103. qui male verſu ſequenti *compellunt* legere malebat. *convellunt* Thuan. ſec.

530.

Commovet, & plures quae mergunt aequore pinus,
Multiplices cinxere rates. hoc robur aperto
Oppoſitum pelago. lunata fronte recedunt,
Ordine contentæ gemino creviſſe liburnæ.
Celſior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus ſenis agitur, molemque profundo
Invehit, & ſummis longe petit aequora remis.
Ut tantum medii fuerat maris, utraque claſſis
Quod ſemel excuſſis poſſet tranſcurrere tonſis,

In-

530. *Quasque*] *Quisque* Edit. Gryph. major. *& ſtructi* Richel.

534. *Et plures quae mergunt aequore pinus*] Salmaſius ad Jus Attic. pag. 687. citat hoc modo, *& longae quae verrunt aequora pinus*, & pinus explicat de remis ex pinu arbore, ut hic Scholiaſtes & Oudendorpius. Idem Salmaſius iterum p 696. hunc locum adducens, dat nobis, *& plures quae verrunt aequora pinus multiplices cinxere ratem.* Ita ſolebat Vir ſummus ſola memoriae fiducia loca veterum, non inſpectis libris, ad teſtimonium citare. *Pinus* vero pro taedis, trabibus &c. poni notiſſimum, ſed vellem produci locum, ubi pro remis ſumatur. Ex pinu multa in navibus erant, malus & alia, unde & pro navi ipſa ſaepe occurrit, ſed lignum ejus arboris non flexile ſatis, nec lentum puto eſſe ad remos faciendos. Diu vero me hic locus ſollicitum habuit, neque etiam nunc ejus ſenſum pervidere me jactare audeo; cogitabam tamen forte legi poſſe,

Et plures, quae mergunt aequore quinis,
Multiplices cinxere rates.

quinis ſcilicet *ordinibus*: ut non ſolum, ut praeter triremes & quadriremes, etiam quinquiremes adfuiſſe dicat, quae inſtructae ita erant in cornibus Romanorum, ut aperto mari, id eſt, longius in mare procurrentes, oppoſitae, includerent minores naves, quae redactae inter duo eminentia cornua, lunatam ſive ſinuatam frontem hoſtibus oſtendebant. Et quinqueremes hic debere memorari oſtendit deinde, quod ſolam deinde Bruti navem ſexerim fuiſſe dicat. Dubium vero facit, *cornua* ſit accuſativi, an nominativi caſus. An cornua cinxerint multiplices illas naves, an naves illae cornua. Prius puto, triremes, quadriremes & quinquiremes, quae cornua faciebant, cinxiſſe minores, quae erant multiplices, id eſt, majori numero. Praeterea tentabam, an *pinus* in nominativo non poſſet capi pro navibus, & *plures* in accuſativo, ut ſenſus eſſet, & pinus, ſive naves, quae plures, ſc. remos mergunt aequore, quam triremes aut quadriremes. Et licet praecedat remigis ordo, ſenſu tamen *ordines* vel *remos* poſſet ſubintelligi, ut in exemplis ab Oudendorpio ad lib. II. 218. & alibi productis. Sed nec in his acquieſcebam. Credebam etiam in voce *plures* haerere mendum, quae ſuperſcripta τῷ *multiplices* irrepſit in textum, ut legeretur. *Et remis quae tergunt aequora quinis*, vel, *remos q. mergunt aequore quinos. tergunt aequora* etiam Heinſio placebat. Vides lector aeſtum, qui nondum conſedit. Tu cogita an felicius expedire haec poſſis. Sequentia alia diſtinctione dat Salmaſius,

Hoc robur aperto
Oppoſitum pelago lunata claſſe. Recedunt
Ordine &c.

non male, ſi *lunata fronte* retineas, ut veniens ex Rhodano Brutus cornua ſua ex triremibus, quadriremibus & quinqueremibus forma-

Innumerae vaſto miſcentur in aethere voces:
Remorumque ſonus premitur clamore: nec ullæ
Audiri potuere tubae. tum caerula verrunt,
Atque in tranſtra cadunt, & remis pectora pulſant.
Ut primum roſtris crepuerunt obvia roſtra:
In puppim rediere rates, emiſſaque tela
Aëra texerunt, vacuumque cadentia pontum.
Et jam diductis extendunt cornua proris,
Diverſaeque rates laxata claſſe receptae.

Ut,

formaverit, & illa aperto pelago venienti hoſti oppoſuerit, biremes vero interius recedere juſſerit, & ita lunata fronte perrexerit in hoſtem. *Oppoſitum eſt* Thuan. quart. & Rott. pr. *fronte* habent quatuor. *recidunt* plurimi. deinde, *ordine contenti* Richel. *contento* vir doctus apud Cortium. *Celſior* & Oiſel.

537. *Petit*] *Ferit* hic locum habere vix poteſt.. Sed *petit*, eſt vix, aegre tangit, & conatur longis illis remis aequor movere, ſed vix ſummis, id eſt, extrema parte remorum, petit, quum minores mergerent aequore remos. Heinſius adſcripſerat, forte, *terit* male. Val. Flac. I. 288.

Illa quidem feſſis longe petit horrida palmis
Vellera.

Et ita ſaepe petimus, quae non capimus, aut prehendimus. Ut *petere praedam*, non ferre vidimus ad Ovid. Ibin. vſ. 20. confer Stat. VII. Theb. 142. ſed ubi de tempeſtate.

Jamque natant remi, natat omnis in aequore ſummo
Anchora.

539. *Excuſſis*] *Incuſſis* Thuan. quart. Sed *excuſſi* remi dicuntur valide moti, ut *excuſſi lacerti* ſupr. lib. I. 424. mox 567. & lib. III. 386. & alibi. *poſſet* quinque. *decurrere* conjiciebat Cortius. Pro *tonſis*, quatuor habent, *remis*, ex gloſſa.

540 *In aethere*] *In aequore* Rottend. tert. & Turrian. mutatione ſolita.

543. *In tranſtra cadunt*] Non proni, ſed ſupini: nam adducentes ad pectus remos quisque cadebat in remigiis, poſt ejus tergum ſedentis, tranſtrum. vid. ad Valer. Fl. III. 480. Statius V. Theb. 375. *remi cadunt in pectus inanes.* Contra, quum ab hac inclinatione corporis ad impellendam navem remis redirent, dicebantur *inſurgere remis*, quia ex tranſtris levabant corpus, ut recte Oudendorpius & Brouckhuſius in ora codicis, ſui qui ad Servium in V. Aen. 189. & Columnam ad Ennium pag. 71. lectorem remiſerat. *In traſtra* erat in fragm. S. Germ. & *rimis* Hamb. tert.

545. *In puppim rediere naves*] *Cecidere* MS. Cortii. male. Impulſu illo roſtrorum inter ſe naves retro ceſſere, quod alias fiebat mutato remigandi modo, ut retro agerent navem, & quod *inhibere remis* vocabant, de quo viri docti ſaepe egerunt. Sic Virgilius I. Aen. 115. *in puppim ferit*, ubi plura dicemus. vid. Scheffer. de Milit. Naval. III. 4. qui Graecos dixiſſe πρύμναν vel ἐπὶ πρύμναν κρούειν docet. χωρεῖν πρύμναν, pro retrocedere dixit Euripides in Androm. vſ. 1120. & ἐπὶ πρύμναν ἐλάυνειν Polyb. lib. III. cap. X. §. 17. & ita alii ſaepe.

546. *Texerunt*] *Traxerunt* Turrian. notum de Xerxis exercitu in Catal. Pithoei pag. 59. *Solem texere ſagittae*, & a multis celebratum. *mediumque* S. Germ. Sed *vacuum*, ubi nullae erant naves, quae retro ceſſerant. Ita & infr. vſ. 703.

547. *Deductis*] *Deductis* tres. *cornua roſtris*

Ut, quoties aeſtus Zephyris, Euriſque repugnat,
Huc abeunt fluctus, illuc mare: ſic ubi puppes
Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, haec retulit aequor.
Sed Grajis habiles, pugnamque laceſſere pinus
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Curſum, nec tarde flectenti cedere clavo.
At Romana ratis ſtabilem praebere carinam
Certior, & terrae ſimilem bellantibus uſum.
Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait: *paterisne acies errare profundo?*
Artibus & certas pelagi? jam conſere bellum:
Phocaïcis medias roſtris oppone carinas.
Paruit, obliquas & praebuit hoſtibus alnos.

Tunc

ſtris totidem. *remis* Rottend. ſec.

549. *Eurisque*] *Eurisve* quatuor *repugnant* duo.

550. *Huc*] *Hunc* Turrian. *illo* multi. *illoc* Thuan. ſec. Hamb. ſec. & ita poterat etiam *hoc*, ut pro *huc* veteres dicebant, reſcribi.

551. *Sulcato*] *Sublato* Thuan ſec. *ſiccato* Rottend. pr. vid. lib. II. 703.

552. *Haec retulit*] Ita fere omnes. *hoc retulit* Thuan. pr. Rott. ſec. fragm. S. Germ. & Oiſel. *Haec contulit illuc* Turrian.

553. *Sed Grajis*] *Si Gr.* Thuan. quart. *habilis* Hamb. ſec. *laceſſere* quinque & a m. ſec. Turrian. ita Florus IV. 11. *Caeſaris naves habiles in omnia, quae uſus poſcebat:* ubi mirari libet *habiles* dici, quarum maxima ſex ordinum fuit, ut hic modo una Bruti fuit. & tamen hic Lucanus dicit Caeſaris naves ad flexus fuiſſe tardas, & impares Maſſilienſium navibus. Ita quisque ſcriptor ornat pro libidine & auget res geſtas. An graves tardasque fuiſſe dicemus, quia ſubito fabricatae, ſupr. 510. ut etiam Duillii rates apud Flor. II. 2. mox Cl. Dorvillius, *tardae f. cedere clavo* malebat.

560. *Artibus*] *Ratibus* Thuan. ſec. transpoſitis literis. *artes nauticas* Flor. II. 2. dicit.

561. *Oppone*] Cortius ſine ullo auctore, *appone* edidit, & contra mentem Bruti, qui volebat percuti navem ſuam, ut haereret hoſtis, & ita tamquam in ſolido pede collato pugnarent. quod & factum. Si *apponere* voluiſſet, debuit latus lateri apponi; non latus *roſtris*, quae figentia Bruti naves, darent militibus pede collato dimicandi, & tranſiliendi in hoſtilem navem facultatem.

564. *Ictu victa ſuo*] *Fixa ſuo* volebat Heinſius; ut mox 602. *affixusque rati:* deinde *inflicta & capta*, vel *percuſſae, ut capta*, vel, *& capta*, ut Cortius edidit. adſcripſerat Heinſius locum Livii, & ad Barthii Averſ. XI 10. & Freinshemium ad Curtii locum a Grotio laudatum, remittebat lectorem, ubi & Raderus conſulendus. *percuſſaque capta* quatuor libri: *percuſſa capta* Thuan. tert.

566. *Seque tenent remis*] Nihil variant noſtri: niſi quod, *toto aequore* Turrianus. fateor me non ſatis haec intelligere. Omnino-

Tunc quaecunque ratis tentavit robora Bruti,
Ictu victa ſuo percuſſae capta cohaeſit.
Aſt alias manicaeque ligant, tereteſque catenae,
Seque tenent remis: tecto ſtetit aequore bellum.
Jam non excuſſis torquentur tela lacertis,
Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferro:
Miſcenturque manus. navali plurima bello
Enſis agit. ſtat quiſque ſuae de robore puppis
Pronus in adverſos ictus: nullique peremti
In ratibus cecidere ſuis. cruor altus in undis
Spumat, & obducti concreſcunt ſanguine fluctus.
Et quas immiſſi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent jungi conſerta cadavera puppes.
Semianimes alii vaſtum ſubiere profundum,

Hau-

bonus exponit, ſe tenent cum remis, ne poſſent in aliquam partem trahi; Sulpitius pectinatim connexas ſe continuiſſe; ut infr. vſ. 609. ubi Oudendorpius, *remi ſe remis tenuere*, ut forte hic locutum dicit, & in margine Hortenſii *remi* legitur, & quod pectinatim exponunt. ego fateor mihi aquam haerere. an *ſeque tenent remis*, id eſt, contrario impulſu remorum. vel remos fuiſſe adprehenſos, & ita conjunctas naves tenuiſſe. vel etiam remiges, qui jam movere remos non poterant, remis pugnaſſe. quare forte legi poſſet, *ſeque petunt remis*, vel *ſeque premunt*. quae verba paſſim apud Virgilium, Ovidium, & alios mutantur. Suſpicor latere etiam aliud, & deterſiſſe remos ab utraque parte: ut ita movere ſe non poſſent *tecto* vero mutari non debet. antea vſ. 546. cadebant tela in vacuum pontum (ut & vacuos fluctus dixit vſ. 703.) redeuntibus ab utraque parte navibus retro; nunc cohaerentibus erat aequor tectum, & pugna ſtataria, quod verbo *ſtetit* indicat.

567. *Tela*] *Pila* Thuan. ſec. ut mox eadem varietas vſ. 598. & alibi ſaepe. mox, *haec longinqua* fragm. S. Germ. *non* Cortius.

569 *Plurima*] *Vulnera* Thuan. tert. Hamb. tert. ſed repetitum, ut ſaepe, ex praecedenti verſu. *Enſis*, *ait* Richel.

571. *Multique peremti*] *Nullique* Hamb. pr. Langer. & fragm. S. Germ. & a m. ſec. Putean. & S. Germ. ut variant apud Lucret. II. 22. & 94. *e ratibus* Barberin. & Hamb. tert. alterutrum videntur ſequentia exigere: ſi enim cecidiſſent *in* ratibus, illae cruore natarent, non mare ſpumaret ſanguine, & quia *proni* erant procubuiſſe extra naves credibile eſt, & fuiſſe intervallum aliquod inter naves, injectis vinculis ferri, in quo cadavera jacuiſſe apparet ex vſ. 575. quare cum Grotio & aliis *nulli* praefero. *in undas* Hamburg. tres. quod exhibuit Cortius. *in unda* octo libri. *ſpirat* Rott. tert. *abducti* Thuan. tert. *concreſcunt* quinque.

574. *Et quas*] Heinſius legebat, *At quas*. *immenſi* Rottend. ſec. vid. ſupr. vſ. 426. *conſerta* ſex libri. vid. IV. 490.

578. *Animam*] *Animum* Rottend. ſec. male.

Hauſeruntque ſuo permixtum ſanguine pontum.
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes,
Fractarum ſubita ratium periere ruina.
Irrita tela ſuas peragunt in gurgite caedes:
Et quodcumque cadit fruſtrato pondere ferrum,
Exceptum mediis invenit vulnus in undis.
Phocaicis Romana ratis vallata carinis,
Robore diducto dextrum, laevumque tuetur
Aequo Marte latus: cujus dum pugnat ab alta
Puppe Catus, Grajumque audax apluſtre retentat,
Terga ſimul pariter miſſis & pectora telis

Trans-

580 *Tela ſuas*] *Suis* Rott. tert. *in gurgite ſtrages* Cortii MS.

582. *Invenit vulnus*] Supr. h. l. vſ. 125. de eleganti uſu hujus verbi quaedam adnotavimus, & Statium & Silium noſtrum imitatum fuiſſe docuimus: & ita hoc loco telum, quod miſſum erat in ſtantes in navibus, quum irritum & ſine ictu tranſiiſſet, cadens in mare invenit caſu & forte alterum vulnus, in natantem ſcilicet incidens. hinc non ineleganter *ſuas caedes*, id eſt, quas debebant telo emiſſo, opponit vulneri caſu invento, quod *exceptum* vocat a natante, antequam fundum peteret, ut *excepit ferrum* infr. vſ. 601. Haec acuta & melius ficta nobis tradi, quam facta eſſe perſuaderi poſſunt. nam inſanum in modum luxuriare, & miros vulnerum & mortis caſus in proeliorum deſcriptione cumulare ſolent Poëtae. Illud *fruſtrato pondere* obſcurius eſt, nec ſatis capio; an, quia nimis leve erat telum, ut vibratum pervenire in adverſam navem non poſſet, ſed in medium mare cadens ibi vulnus inveniret? non audeo tamen reſcribere *fruſtrato verbere*, licet ſupra vſ 469 iſtas voces permutent codices *pondere telum* Thuan. quart. *fretum* vitioſe Rottend. pr. *quocumque cadit* etiam quatuor libri.

583 *Romana ratis vallata*] *Vallata ratis Romana* Thuan. ſec. deinde, *diducto* omnes fere noſtri.

585. *Aequo Marte*] *Aequore Marte* Richel.

586. *Puppe*] *Rupe* fragm. S. Germ. & Oiſel. *Lagus* multi ex noſtris. *Catus* quatuor. *Dacus* MS. Cortii. *Catus* praetulit Oudendorpius, nec repugno; ſed origine fuiſſe Genevenſem vellem certiori documento ſuſpicatus eſſet; quum Caeſaris claſſis ſupra Arelate, ubi facta fuit, non adſcenderit, quae longe diſtat a Geneva. quare eſſet fingendum hunc ex Geneva urbe extractum in claſſem miſſum. Neque etiam, quia ejus nominis quidam Catus in lapide Genevae legitur, hinc noſtrum deſignari ulla eſt veri ſpecies; quum tot ejuſdem nominis in diverſis imperii locis ſignati in lapidibus reperiantur; denique incerta aetas lapidis, & ut ego credo, longe recentior, incertos nos quoque relinquit. *retentant* fragm. S. Germ

587. *Simul pariter*] Tautologia poſſet videri, niſi forte auctor & idem tempus, & eumdem ex adverſo locum voluerit notare, ut ſimul tela duo ex duabus navibus emiſſa eodem tempore, & per ejuſdem pectus & tergum coeuntia ſibi obvia fierent. Sic *una pariter* geminant Hiſt. Bel. Al. LXIX. & Quinctil. Decl. VIII. pr. Vitioſa vero lectio *transfigitur* etiam erat in pr. Rottend. ſed hoc verbum in ſoluta oratione magis frequens; *trans-*

Tranſigitur. medio concurrit pectore ferrum,
Et ſtetit incertus flueret quo vulnere ſanguis;
Donec utrasque ſimul largus cruor expulit haſtas,
Diviſitque animam, ſparſitque in vulnera letum.
Dirigit huc puppim miſeri quoque dextra Telonis,
Qua nullae melius, pelago turbante, carinae
Audivere manum: nec lux eſt notior ulli
Craſtina, ſeu Phoebum videat, ſeu cornua lunae,
Semper venturis componere carbaſa ventis.
Hic Latiae roſtro compagem ruperat alni:
Pila ſed in medium venere trementia pectus,
Aver-

tranſigere Poëtis. vid. Cl. Drakenb. ad Liv. XXI. 8. §. 11..

589. *Incertus*] *Incertum* Barber.

592. *Telonis*] *Tolonis* Rott. tert. *Ligonis* Thuan. ſec. *miſeri quoque puppim* idem. *puppem* quatuor

593 *Qua nullam*] *Nullae* Sixi & Hamb. pr. *pelagi* fragm. S Germ *pelagus* Richel. & a m pr Oiſel. *adjuvere manum* Thuan. quart. Eſt imitatio Virgilii, qui I. Georg 514. dixit, *nec audit currus habenas.* & alii eum ſecuti. vid Barth ad Stat. v. Theb. 412. ubi Lutatius hunc locum citans male dat, *pelago turbare. notior ulla* Hamb. quart. *notior ullis* Richel.

596 *Componere*] Non video unde pendeat hic infinitivus & licet demus eſſe pro ad *componendum*, debet ſic quoque adjectivum aliquid praecedere, ut in exemplis ab Oudendorpio adductis ut in Ovidii *ocior conſcendere*, id eſt, ad conſcendendum. infr. 697 *eximius ſervare*; & ita in Silii & Claudiani locis. an hic, *lux notior componere* conjungemus? quod durum. Sed ſupplendum videtur, ſive Solem ſive Lunam videat ſemper *peritus*, vel *paratus* componere; vel, videat Phoebum &c. *componere* carbaſa, quod durius etiam videtur? haereo, an in voce *ſemper* lateat vitium: quid ſi, *certus venturis c. c. ventis.*

597. *Compagem ruperat alni*] Mirum navem non in fundum abiiſſe: qui enim compage ſoluta ſuper aquam ferri poſſet? atqui ne tetigit quidem Romanam navem; nam transfixo gubernatoris Telonis pectore; navem a curſu ſuo dextra morientis avertit: quare *ruperat* hic ſine effectu pro conatu capiendum, & pro rupiſſet, niſi ex mortifero vulnere gubernatore labente, ejus tamen dextra adhaerens clavo, navem avertiſſet. vide quae diximus ad Sueton. Galb cap. X. Sic *erat* pro eſſet ſupr. lib. II 617. & *impulerat* pro impuliſſet Virg. II. Aen. 55. Sic apud Livium lib. V. 24. *diviſerant* pro dividere voluerant, recte exponit Cl. Dukerus. Senec. Apocol: *Et impoſuerat Herculi, niſi fuiſſet illic febris.* & ita paſſim. v. Heumann. ad Cicer. pro Arch VII. & poſt red. in Sen XIV. Inf. VIII. 153. Poteſt & eſſe ellipſis τȣ̃ *paene*, ut apud Virg. VIII 657.

Galli per dumos aderant, arcemque tenebant, ubi Serv. *deeſt paene*; nam prope tenebant: & ita apud Lucam V. 6. διεῤῥήγνυτο τὸ δίκτυον: nam ſi ſciſſum aut ruptum fuiſſet rete, enataſſent piſces; ſed verti debet, in eo erat, ut rumperetur prae onere piſcium. & ita ſaepe Scholiaſtes recte etiam, *tentaverat ſolvere* exponit In Oiſel cod erat, *ſolverat*, quo verbo etiam paſſim utuntur in hac re. Ovid. XI. Met. 664.

Avertitque ratem morientis dextra magiſtri.
Dum cupit in ſociam Gyareus erepere puppim,
Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum,
Adfixusque rati, telo retinente, pependit.
Stant gemini fratres, fecundae gloria matris,
Quos eadem variis genuerunt viſcera fatis:
(Diſcrevit mors ſaeva viros: unumque relictum
Ad-

Ingenti jactatam flamine ſolvit.
IV. Triſt. VI. 36. de nave.
Quamlibet exiguo ſolvitur imbre.
I. ex Pont. IV. 17.
Firma ſit illa licet, ſolvetur in aequore navis.
& paſſim. Et ita *ſolutilem navem* vocat Sueton. in Neron. XXXIV. Et recte compagi convenit, nam etiam univerſi compages *ſolvi* dicitur apud Val. Flac. I. 829. ubi vide notas, & v. 769. ubi haec duo verba etiam confuſa fuere, ſed ubi *rumpere* praefero. Apud Ovidium quoque II. Art. 385.
Hoc bene compoſitos, hoc firmos ſolvit amores.
ubi alii, *rumpit*, ſed propter τὸ *firmos*, ut in loco Ovidii, *ſolvit* praeſtat. & ſaepe parum refert, & alterum eſt expoſitio alterius. mox certe 619. *ruptis compagibus* dicit. vid. & lib. VI. 769. An recte *alnum* vocet navem bellicam, dubito, quum alni ſint navigia plerumque minora, quae ex alnis cavatis facta. ut Virgil. I. Georg. 136. Ita culpat Barthius Statium, qui *Argo* vocat *alnum* lib. V. Theb. 370.

598. *Pila ſed*] *Tela ſed* maxima pars librorum.

600. *Gyareus*] *Girareus* Sixi & Voſſ. Cortius ſtudio archaiſmi peccat in legem Pediam, edens *Gyareos erepere*. Sed cur ſervavit *Phoceus* mox 697? Nam *reos* in unam ſyllabam ut *reus* contrahi poſſe vellem exemplis oſtendi; ſaltem *repere* dediſſet. nam in libris *Gyareus* & *repere*, *inrepere*, *erepere* & *irrumpere* inveni. & hinc fluctuat admodum Oudendorpius. Sed quia per latera navis non intellectus conabatur in navem evadere, *erepere* praeferendum puto, quia in ſociam navem irrumpere non congruere videtur, quum irrumpamus in hoſtilem: & *erepere* notare, ex inferiori loco ad altiorem conari adſcendere, docuit ſummus Gronovius ad Senec. Phoenis 112. & hinc *ſuſpenſa ilia* nihil faciunt ad greſſum vel adſcenſum furtivum, ſed ad adfixi & pendentis corporis ad latus navis habitum. Jam vero *repere* & *rumpere*, & ex iis compoſita ſaepe a librariis commutata docuit Heinſius ad Ovid. XV. Met. 620. qui etiam hic in ora codicis notaverat forte, *ſubrepere*. in Thuan. ſec. erat *obrumpere*, unde & *obrepere* poſſet fieri. Hic Gyareus fingendus eſt antea lapſus in mare, & nataſſe, deinde conatus erepere in ſociam navem, non, ut Sulpitius, quod ex una nave in aliam tranſilire voluerit. *immenſum ferrum* etiam Rott. tert. vid. ſupr. 574. & alibi.

603. *Stant gemini fratres*] Ita omnes ſcripti, & recte Aſcenſii ſcrupulum, quaſi *fratres gemini* rectius foret, amovet Oudendorpius, & citat illa, quae dixi ad Quinctil. IX. de Inſt. Orat. pag. 835 & in hac praecipue compoſitione vocum fere ſemper *gemini* praecedere ſolet. Ovid. V. Met. 107.
Hinc gemini fratres, Boreasque & caeſtibus Ammon.
Vid. & Epiſt. XV. 271. XVIII. 250. VIII. Met. 372. & aliis locis. Martial. II. 45.
Sunt gemini fratres, diverſa ſed inguina lingunt.
Ratio etiam poſſet dari, cur in deſcribendis his de eodem partu editis plura ſubjiciat, nec contentus ſit *geminos fratres* dixiſſe, quia *gemini* etiam pro duobus, etſi non eodem partu editis, poſſet capi, unde addit hoc in
ſeq.

Adgnorunt miſeri, ſublato errore, parentes,
Aeternis cauſſam lacrimis: tenet ille dolorem
Semper, & amiſſum fratrem lugentibus offert.)
Quorum alter, mixtis obliquo pectine remis,
Auſus Romanae Graja de puppe carinae
Injectare manum: ſed eam gravis inſuper ictus
Amputat: illa tamen niſu, quo prenderat, haeſit,
De-

ſeq. Sic *gemini Atridae* ſunt duo diverſis partubus editi. vide Serv. ad Virgil. II. Aen. 415. & 501. qui hoc ſaepe obſervat aliis in Virgilii locis.

605. *Viros*] *Viris* Rott. tert. Cogitabam an non *duos* legendum Sed *viros* maneat: in verbo *diſcrevit* acumen eſt, quod oſtendit viros tam ſimiles fuiſſe, ut dignoſci nequirent; ita, licet non de geminis, Albinovanus ad Liviam vſ. 5.

Nec tua ſe pietas diſtendit amore duorum,
Nec poſito fili nomine dicis, uter?

Indulgere vero ſibi Poëtas in geminorum ſimilitudine indiſcreta deſcribenda, vidimus ad Valer Fl I. 368. Hic fere locus ex Virgil X. 390. & ſeq. effictus eſt. vid. & Barth. ad Stat. IX. 295. *agnoſcunt* Barberin.

607. *Aeternis*] *Alternis* Rottend. pr. & fragm. S. Germ. *ille doloris* Langerm. *adſert* MS. Cortii.

609. *Pectine*] Et hoc probabat Heinſius, & erat in novem libris, & ad Adverſaria ſua nos remittebat, & adſcripſerat locum Ovidii ex IX. Met. 299.

Digitis inter ſe pectine junctis.

& *Amazonium pectinem* ex Stat. II. Achill. 159.

610. *Auſus Romanae Graja &c.*] Nihil mutant libri, & multa hic de fide Lucani in narrando hoc miraculo diſputant interpretes. Quidquid ſit de eo, Lucanum hoc incredibile facinus Maſſilienſi adſcripſiſſe, colligo etiam, ex verbo *auſus*, quod non incredibile foret in Romano milite, ſed, in Graeculae civitatis incola, qui, quod nemo crederet, hoc *auſus* fuit. ita ſupr. 307.

Phocais in dubiis auſa eſt ſervare juventus
Non Graja levitate fidem.

Florus IV. 2. *Ad Hiſpanienſes Pompeji exercitus transeunti per eam duci portas claudere auſa Maſſilia*, & deinde plura, quae non *pro mollitia* ſua geſſerunt Maſſilienſes, addit. Deinde cui bono, illud ſtudium Lucani, incredibilia narrandi ultra fidem, Hiſtoricorum graviſſimorum auctoritati praeferre? Si enim ea ſpecie Suetonii fides ſit labefactanda, quia fuit poſterioris aetatis (quum tamen parum remotus a Lucani fuerit) ideoque non potuerit certa cognoſcere, hoc praetextu plurima ab eo tradita falſi accuſare licebit, & ipſi Poëtas, mirabilia narrare & fingere amantes, praeferre: quum ejus cura inquirendi in omnia, quae ſcribit, ſit exploratiſſima. Ipſum vero facinus Cynaegyri olim celebratum, & hujus Acilii, licet multo in talibus modeſtius verſati fuerint Romani, quam Graeci, ſemper docui diſcipulos meos, iiſdem rationibus, quibus hic utitur Oudendorpius, & Plutarchi verbis, in Hiſtoricis exercitationibus, incredibile videri, niſi intra terminos veriſimilitudinis, ut Herodotus de Cynaegiro recte fecit, cohibeatur: ita ut tantum una manu injecta, eaque abſciſſa, debuerint corruere, reliqua quae addiderunt alii, inter fabuloſa referenda eſſe.

612. *Niſu*] *Nexu* fragm. S. Germ. non in Thuaneo, ut ad Quinctilianum errans calamus citaverat, quia Heinſius utrumque codicem *F.* litera notaverat, ſed S. Germani minoris formae litera. *Niſu* praetuli, quia non prendimus nexu, ſed *niſu* prehenſa deinde *nexu* ligamus & tenemus *prenderet* Langerm. pr. *deriguitque* quatuor; & ſunt viri docti, qui ita ſemper malunt ſcribere, quia in antiquiſ-
ſimis

Deriguitque tenens ſtrictis immortua nervis.
Crevit in adverſis virtus: plus nobilis irae
Truncus habet: fortique inſtaurat proelia laeva,
Rapturusque ſuam procumbit in aequora dextram.
Haec quoque cum toto manus eſt abſciſa lacerto.
Jam clypeo, telisque carens, non conditur ima
Puppe: ſed expoſitus, fraternaque pectore nudo
Arma tegens, crebra confixus cuſpide perſtat:
Telaque multorum, leto caſura ſuorum,
Emerita jam morte tenet. tum vulnere multo
Effugientem animam laſſos collegit in artus:
Membraque contendit toto quicumque manebat

San-

ſimis Virgilii, Ovidii & aliorum membranis ita legitur. vid. Ovid. XIV. Met. 754. & ſupr. II. 78. *jam mortua* fragm. S. Germ. Barber. & Thuan. tert. a m. ſec.

615. *Habet*] *Abit* Oiſel. *fortisque* Hamb. pr.

616. *Procumbit*] Perpetua fere eſt illa variatio verborum *procumbit* & *procurrit*. vid. ad Val. Flac. III. 557. 594. VII. 496. & mox vſ. 713. & alibi; hic vero *procurrit* locum tueri non poſſe recte oſtendit Oudendorpius. Sed nec *procumbit* caret difficultate, quum hoc verbo utantur de eo, qui cadit in humum, vel certe inferiorem, quam quo ſtat, locum. Ita ut debuerit cadere in ſolum navis, in quo ſtabat; ſed puto capiendum hic tantum de inclinatione corporis: nam ſtat etiam vſ. 619. & 620. *expoſitus* & *perſtans*; non audeo tamen tentare locum, qui novi Lucani ἀκυρολογίαν. certe melius eſſet, *protendit*, alteram nimirum manum, ut raperet abſciſam dextram & cadentem. *in aequore* quinque libri, quod poſſet de inclinatione corporis ex navi, in qua ſtabat, capi: ut procubuerit forte genubus poſitis, rapturus in aequore jam natantem dextram, tum vero ſe iterum erexerit. credat qui volet, me in his prodigiis explicandis taedet diutius haerere. mox *abſciſa* plurimi, ut & aliis in locis, vid. VI. 473.

618. *Non conditur*] *Nam* Thuan. quart. *conditus* noſtri fere omnes.

620. *Tegens*] *Ferens* fragm. S. Germ. *confiſus* Hamb. tert.

921. *Telaque multorum leto caſura ſuorum*] In fragment. S. Germ. longe diverſa a reliquis lectio,

Tela tot in puppim leto caſura ſuorum.

Minime abſurde, & ita vitatur ille rhytmus *multorum* & *ſuorum*, & mox *multo* etiam ſequitur. Rarior, nec tamen improbanda, licet ſingularis, locutio, *tela caſura leto ſuorum*, id eſt, in mortem, ut inde moriantur. *cadere alicui*, & *aliquo* & *ab aliquo* vidimus uſitatum ad lib. II. 554. ſed *cadere leto alicujus* non reperi: & Heinſium etiam dubitaſſe apparet, quia correxerat *ceſſura*, ſed iterum induxerat. *caſura* dictum fere, ut vſ. 581. ubi irrita *cadunt* tela, & tamen inveniunt vulnus in undis, id eſt, cadunt leto natantium.

622. *Emerita*] *Et merita* Hamb. pr. vid. ad lib. I. 357. *cum vulnere* Thuan. quart. & Oiſel. *lapſos* multi.

624. *Membraque contendit*] *Conſtrinxit* Hamb. tert. ut ſcilicet τῷ *collegit* conveniret: ſed *contendere* membra, licet rarior & durior

ſit

Sanguine, & hoſtilem, defectis robore nervis,
Inſiluit, ſolo nociturus pondere, puppim.
Strage virûm cumulata ratis, multoque cruore
Plena, per obliquum crebros latus accipit ictus.
At poſtquam ruptis pelagus compagibus hauſit,
Ad ſummos repleta foros, deſidit in undas,
Vicinum involvens contorto vertice pontum.
Aequora diſcedunt merſa diducta carina,
Inque locum puppis cecidit mare. multaque ponto
Praebuit ille dies varii miracula fati.
Ferrea dum puppi rapidos manus inſerit uncos,
Adfixit Lycidam. merſus foret ille profundo,

Sed

ſit locutio, interpretor eodem modo dictum, ut *contendere arcum*, *vires*, *vocem*, *nervos*; quod & *intendere* ſaepe dicunt. vid. Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 369. Advocavit ergo omnem vim, ſive velis, vigorem, ut recte Oudendorpius, (id enim eſt *ſanguis*,) ut corpus jaculari poſſet in hoſtilem navem. Ita *ſanguis* infr. vſ. 679. & alibi ponitur: hinc jam patet, *quicumque manebat* legendum, ut plurimi, licet ſit in paucis, *quaecumque* vel *quacumque*. in Hamb. pr. *tenebat*. *manabat* in quatuor. *manabant* Richel.

625. *Defectis robore membris*] *Nervis* noſtri fere omnes, & merito a Cortio & Oudendorpio receptum. Sic apud Seren. Samon. cap. LIV.

Haud quisquam credet disjectos vulnere nervos.

ubi alii, *deſertos*, *diſſectos*, & *defectos*, quod ultimum in notis hoc Lucani loco illuſtrabam. Jam vero *nervos* & *membra* ſaepe confundi docuit Heinſius ad Sil. I. 177 & Cortius mox vſ. 715. *nervis* pro *membris* repe-rit in MS.

626. *Inſiluit*] Vid. Cl. Drak. ad Liv. VIII. IX. 9.

628. *Accipit*] *Excipit* Rott. pr. mox, *compagibus haeſit* fragm. S. Germ.

630. *Deſcendit*] Et de his verbis, *deſidere* & *deſcendere*, aeterna erit inter Criticos lis, quia paſſim commutata, & utrum eligas, ſaepe ſenſum aequè rectum efficiunt. Ego vero hic, *deſidit* mallem, pro quo etiam *deſedit* dixerunt, & hoc multis Heinſius adfirmavit ad Virg. III. Aen. 565. mox, *cum torto* ſex: *cum toto* duo libri. Cortius conjiciebat, *vicinam inv. c. v. pinum*. Sed male: nam deſidens navis, fecit verticem circa ſe, ut hoc fieri ſolere unusquisque novit. nec de altera navi merſa ulla hic mentio, ſed de una carina.

632. *Diſcedunt*] *Diſcindunt* Rott. pr. & Oiſel. Sed vide Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 371. *deducta* Rottend. ſec. mox, *cedit mare* Thuan. quart. melius foret, *rediit*. Verticem illum implevit, ut iterum planum aequor eſſet: ſed & cecidit, quia vortice facto, vorago etiam apparuit, in quam mare cecidit, & replevit illud cavum.

634. *Ille dies*] Ita omnes fere ſcripti. vid. ad lib. II. 98. *miracula belli* Thuan. ſec.

635. *Rapidos*] *Radios* Oiſel. a m. pr. *ingerit* Hamb. quart. vid. III. 300. IX. 483. & alibi. *Lucidam* Rott. ſec. *Lycidan* Cort. & ita Voſſ. & Langerm.

Sed prohibent ſocii, ſuſpenſaque crura retentant.
Scinditur avulſus: nec, ſicut vulnere, ſanguis
Emicuit lentus: ruptis cadit undique venis,
Diſcurſusque animae diverſa in membra meantis
Interceptus aquis. nullius vita peremti
Eſt tanta dimiſſa via. pars ultima trunci
Tradidit in letum vacuos vitalibus artus.
At tumidus qua pulmo jacet, qua viſcera fervent,
Haeſerunt ibi fata diu: luctataque multum
Hac cum parte viri vix omnia membra tulerunt.
Dum nimium pugnax unius turba carinae
Incumbit prono lateri, vacuamque relinquit,
Qua caret hoſte, ratem: congeſto pondere puppis
Verſa, cava texit pelagus nautasque carina:
Brachia nec licuit vaſto jactare profundo,
Sed clauſo periere mari. tunc unica diri

Con-

640. *Diſcurſusque*] Deeſt copula Hamb. quart. forte etiam cum Voſſiano melius erit legere, *diviſa*, vel etiam, *divulſa in membra*.

642. *Dimiſſa*] *Demiſſa* Hamb. quart.

644. *Tumidus*] *Timidus* Turrian.

646. *Cum parte*] *Pro parte* Thuan. quart. forte, *Hac pro parte viri mox omnia membra tulerunt*: nam *vix* ſaepe occupavit locum τῦ *mox*. vid. Heinſ. ad Valer. Flac. VII. 537. & ita apud Amm. Marcel. XIV. 10. puto ſcribendum, *vix dicta finierat*, pro *mox*.

647. *Pugnax*] *Pugnans* fragm. S. Germ. *incubuit & reliquit* magna pars ſcriptorum. *Quo caret* fragm. S. Germ. *congeſtae* Oiſel. *robore* quatuor. *merſa* tres.

651. *Nec licuit*] *Non licuit* Hamb. pr. mox mallet aliquis, *ſed clauſi periere mari*; ſed acutius dictum *clauſo mari*, id eſt, intra carinam verſam, tamquam intra vas aut piſcinam, aut ſinum clauſo. ut ita *claudi mare* dicitur, quod aperto, & hic vaſto opponitur. vid. ad lib. I. 410.

654. *Fixere*] *Adfixere* Thuan. quart & Richel. & Statii Scholiaſtes lib. VIII. Theb. 218. *non probibere* Barber. *obſtrictis* quatuor. *obſtructis* Richel. a m. ſec.

658. *Permixtus viſcere ſanguis*] *Mixtus poſt vulnera ſanguis* S. Germ. qui a ſec. m. *permixtus viſcera ſanguis*, ut edidit Cortius, & habent decem noſtri. Sed durior hic Graecismus mihi videtur, & alium ita locutum ignoro. *mixtus per viſcera ſ.* duo Rottend. *ejectat* Cortius. Sed hoc ſi placet, cur non paullo ante vſ. 611. dedit etiam *injectare*?

659. *Remi*] Variant & noſtri, *remis* & *remos* exhibentes, & ſat multa de illis viri docti; ego *remis* cum Grotio & aliis praetuli: remiges enim inhibent navem remis. in Schol. pro *prohibent*, ſcribendum, *cohibent*, a curſu nempe, & retro agunt. Si *remi* placet, etiam *recedunt* legendum, ut enim remis actio hic datur, ita roſtris etiam debet dari: Sed millies ſub verbis hoc numero de-

peri-

Conſpecta eſt leti facies, quum forte natantem
Diverſae roſtris juvenem fixere carinae.
Diſceſſit medium tam vaſtos pectus ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis oſſibus artus,
Quo minus aera ſonent. eliſo ventre per ora
Ejectat ſaniem permixtus viſcere ſanguis.
Poſtquam inhibent remis puppes, ac roſtra reducunt,
Dejectum in pelagus, perfoſſo pectore, corpus
Vulneribus transmiſit aquas. pars maxima turbae
Naufraga, jactatis morti obluctata lacertis,
Puppis ad auxilium ſociae concurrit: at illi
Robora quum vetitis prenſarent artius ulnis,
Nutaretque ratis, populo peritura recepto,
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertos:
Brachia linquentes Graja pendentia puppi,
A manibus cecidere ſuis: non amplius undae

Suſti-

perſona, ut *inhibent* & *reducunt*, intelligun-tur homines, viri, &c. vid. ad II. 279. & IV. 579. ipſum Oudendorpium. ex *remos* Cortius conjiciebat *remo*, forte lectum fuiſ-ſe. *At roſtra* Hamb. tert. *recidunt* Hamb. tert. & Rottend. tert. *retrudunt* Thuan. tert. *reducunt* multi; ut & mox, *dejectum*, non *disjectum*; non enim corpus erat laceratum & diviſum, ſed tantum perfoſſum. v. inf. vſ. 691.

662. *Obluctata*] *Luctata* Thuan. ſec. & inde ortum illud *ductata*, quod ex Voſſiano profertur.

663. *At illi*] Cortius, *at illis*, ut referatur ad *turba ferit lacertos illis*, quod ferri poſſet, niſi ſaepiſſime auctores in initio nominativum ponerent, qui verbo priori convenit: ita ut ordo ſit, at quum illi prenſarent, turba ferit illis, vel illorum, lacertos. Exempla hujus anacoluthi dedi ad Phaedr. lib. III. 20. vid. ſupr. vſ. 46. & plurima ad manum ſunt, & alia viri docti prodiderunt. quamquam, ſi *illi*, ut omnes ſcripti habent, in dativo, quis vellet tueri, poſſet ad praecedentia, *pars maxima* referre: ſed malo nominativum, qui minus implicitam facit orationem.

664. *Prenſarent altius*] Ego cum illis facio, qui *artius* praeferunt: ita enim & ex noſtris novem. Sic infr. IX. 111.

Arte complexa dolorem.

& *altus* & *artus* commiſceri docui ad Ovid. II. Amor. III. 39. *prenſarunt* Hamb. tert. *preſſarent* Rottend. pr. & Langerm. quae perpetua eſt illorum verborum permutatio. vid. ad Ovid. XI. Ep. 10. & alibi ſaepe. *nudis* Hamb. pr. a m. ſec. *ulnis* pro manibus vel brachiis poſuit, ut & Statius X. Theb. 510. ubi Barth. notat, Virgilium ſic numquam locuturum fuiſſe.

667. *Graja pendentia puppe*] *Grajae puppi* tantum Putean. quod inuſitatius eſſe puto: certe ego exemplum ignoro. Sed ablativus, vel addita praepoſitione, *a*, *ex*, *de*, *in* ob-

vias

Suſtinuere graves in ſummo gurgite truncos,
Jamque omni fuſis nudato milite telis,
Invenit arma furor: remum contorſit in hoſtem
Alter: at hic tortum validis apluſtre lacertis,
Avulſasque rotant excuſſo remige ſedes.
In pugnam fregere rates. ſidentia peſſum
Corpora caeſa tenent, ſpoliantque cadavera ferro.
Multi inopes teli, jaculum letale revulſum
Vulneribus traxere ſuis, & viſcera laeva
Oppreſſere manu, validos dum praebeat ictus
Sanguis, &, hoſtilem quum torſerit, exeat, haſtam.
Nulla tamen plures hoc edidit aequore clades,

Quam

vius eſt. vid. inf. v. 685. Sic *trabe pendere* Ovid. Rem. 18. *tigno* IV. Met. 179. & centies. *Grajae* fecerunt, quia *puppi* credebant dativi caſus, ut habent plurimi codices.

668. *A manibus*] *In manibus* Thuan. ſec.

670. *Omni*] *Omnis* maxima pars ſcriptorum, quod cum *furor* eſſet jungendum. Sed praefero, *omni milite nudato telis.* Sic *omnis vector* Petron. CVII. ubi vide notas. & ad Virg. I. Georg. 372. ubi etiam *omni* alii; adde quae hic Oudendorpius, & Heinſ. notant ad Ovid. IX. Met. 425. ubi *omnis Deus.* & plura ſunt in mundo. Ita mox *multus* vſ. 707. ubi Schol. pro *multi* eſſe accipiendum docet.

672. *At hi*] *At hic* fere omnes. *tortum* ſex.

673. *Excuſſo*] *Expulſo* major pars codicum. parum refert: dum enim ſedilia avellunt, ut tela & arma ex illis faciant, expellunt vel excutiunt remigem. nec opus eſt intelligere in mare projeciſſe, nec cum Scholiaſte occidiſſe, qui etiam de hoſtili telo capit perperam. nam ſocii milites in eadem nave remiges exturbant ſedibus.

674. *Fregere*] *Cecidere* Hamb. quart. cogitabat ille librarius illa lib. I. 306. *in claſſem cadit omne nemus.* Major ille furor Capanei, & immaniori impetu deſcriptus, qui in moenia Thebana quum adſcendiſſet,

—— *truncas rupes in tecta domosque*
Praecipitat, frangitque ſuis jam moenibus urbem.

apud Statium X. Theb. 886. ubi Heinſius malebat, *cum moenibus urbem.*

676. *Inopes teli*] *Telis* quinque libri. *jaculum teli fatale feruntur* Hamb. quart. ſed tunc *traxiſſe* & *oppreſſiſſe* deberet etiam legi: *fatale repulſum* Hamb. ſec. deinde variant noſtri, & omnes fere habent, *vulneribus t. ſ. & viſcera*, quod rectius puto. Heinſius malebat etiam, *compreſſere manu*, ut Berſmanni codex, vel *ſuppreſſere.*

682. *Et tecto ſulfure vivax ſpargitur*] Multum aeſtuant interpretes in *tecto* hoc *ſulfure*: nec Heinſio placebat, qui *tacto* etiam emendabat. Sed vera lectio, puto, exhibetur in Turriano a m. ſec. *rapto ſulfure*, ignis enim vivax & convaleſcens fuit, poſtquam rapuit ſulfur in alimentum ſuum. paſſim enim ignis *rapax*, *rapidus* & *rapere* omnia, quae tangere & prehendere poteſt, dicitur. centies Ovidius & alii ita loqui ſolent, ut oſtendi ſupra ad lib. III. 98. Sequitur quidem *rapere*; ſed & *ſpargitur*, & *ſparſis & flammas* gemi-

Quam pelago diverſa lues. nam pinguibus ignis
Adfixus tedis, & tecto ſulfure vivax
Spargitur: at faciles praebere alimenta carinae
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.
Nec flammam ſuperant undae: ſparſisque per aequor
Jam ratibus, fragmenta ferus ſibi vindicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat ut aequore flammas:
Hi, ne mergantur, tabulis ardentibus haerent.
Mille modos inter leti, mors una timori eſt,
Qua coepere mori. nec ceſſat naufraga virtus.
Tela legunt dejecta mari, ratibusque miniſtrant:
Incertasque manus, ictu languente, per undas
Exer-

minantur, & ſic centies Lucanum verba odioſe repetere notum eſt. Heinſius etiam pro *ſpargitur* malebat, *paſcitur*, quod quidem elegans, ſed quia hic in proelio variis locis ſpargunt quaecumque furor invenit arma, verbum hoc non movendum loco, & paſci ignem ſatis indicat vox *vivax*, & *praebere alimenta* &c. *alimenta carinas* fragm. S. Germ. & tunc *incendia* nominativi caſus eſſet, & hic ordo, incendia rapuere carinas, faciles praebere alimenta: nam & res rapiunt ignem, & ignis res, ut ſupra docui d. l.

685. *Nec flammas*] *Flammam* Cortius ex Bersm. codice, quod nec mihi diſplicet: vide quae de ſingulari numero dixi ad lib. II. 57. & ita apud Ovid. Remed. 722. *Tu timide flammae perfida verba dabis*, ut Heinſius ex melioribus libris, pro *flammis*, dedit. hic etiam *flammis ſuperant* Rottend. pr. & a m. pr. Oiſel. ſed in Thuan. ſec. eraſa erat vetus lectio. mox *ferox ignis* Rott. pr. ita haec verba commutantur lib. II. 549. & IV. 665. *Feram ignem*, licet de amore, dixit Ovid. Remed. 267. Sed de proprio igne ibid. 719.

Omnia pone feros (pones invitus) in ignes.
Fracmenta etiam quatuor libri.

687. *Exſtinguat ut aequore flammas*] *Fauces* eſt in octo libris. *faces* in Thuan. quart. Heinſius legebat, *reſtinguat ut aequore fauces*, & ex veteri edit. notat etiam Cortius. Non male etiam Pulmanni codex, *hic repetit fluctus*, qui nimirum in ardentem navem evaſerat, iterum ſe committit undis. Sic Leander nataturus *repetit aequor* apud Ovid. Epiſt. XVIII. 117.

689. *Modos*] *Modis* Rottend. pr.

690. *Nec ceſſat*] *Ne* Turrian. *nec ceſſant* Rottend. tert.

691. *Dejecta*] Nihil mutant codices. Heinſius nihilominus *rejecta* vellet. Sed *rejecta* eſſent ex mari in terram ejecta, vel haſtilia, quae retorquerent, ut ſupr. 678. *dejecta* ſunt, quae a navibus jacta natabant in mari, quae legunt natantes. Sic *dejectum corpus in pelagus* vſ. 660.

692. *Incertasque manus ictu languente*] *Jactu* Thuan. quart. Sed vulgata eſt apud Lutat. ad Stat. V. Theb. 384. ubi recte explicat. Nam *incertae* manus ſunt natantium, qui quum conſiſtere nequibant, non inferebant vulnera, fallente telo, quia languidus erat ictus, ut contra *certa manus*, quae vulnerat, nec fallit. vid Ovid. II. Art. 192. & paſſim. *Exercent* habent omnes. *nam rara* Rott. ſec. a m. ſec.

Ee 3 694.

Exercent. nunc, rara datur ſi copia ferri,
Utuntur pelago. ſaevus complectitur hoſtem
Hoſtis, & implicitis gaudent ſubſidere membris,
Mergentesque mori. Pugna fuit unus in illa
Eximius Phoceus animam ſervare ſub undis,
Scrutarique fretum, ſi quid merſiſſet, arenis,
Et nimis adfixos unci convellere morſus,
Adductum quoties non ſenſerat anchora funem.
Hic ubi compreſſum penitus deduxerat hoſtem,
Victor & incolumis ſummas remeabat ad undas.
Sed ſe per vacuos credit dum ſurgere fluctus,

Pup-

694. *Saevus*] *Saevum* quatuor. *ſaevis* Ed. Gryph. major, vitioſe. *& implacitis* Hamb. tert. obvium hoc verbum. Stat. III. Silv. III. 17. *tenet, ecce, ſeniles, Leniter implicitos, vultus.* ubi minime *applicitos* probem, quod filii ardorem & pietatis argumentum minus oſtendit; nam jacebat corpus, &, ut applicaretur, tolli debebat. Sed ſolebant incumbere mortuis, & tunc amplecti, ut centies occurrit: ita Cordus lib. VIII. 727. & optabat Cornelia *incubuiſſe viro* IX. 57. Sic & Niobe apud Ovid. VI. Met. 277. & ita paſſim. *implicitos* vero dici, quos amplectimur, nemo credo negabit. Idem Statius X. Theb. 712 *Sic colla manusque tenebat Implicitus.* ubi vide Barth. & adde Ovid. I. Art. 561. Petron. cap. CXXVII. Quod autem roget Marklandus, *quomodo*, aut *cui implicitis?* facilis reſponſio, brachiis filii; ut ita *implicare brachia collo* Ovid. I. Met. 762. amplexu ſuo implicuit vultus patris, ut apud Virgil. II. Aen 215. *ſerpens amplexus uterque implicat.* ubi duriter ſerpens, hic leniter implicat filius. miror in his haerere virum doctum, & quaerere emendandi cauſſas, ubi nullae ſunt: apud Ovid. IV. Faſt. 851. Romulus applicat ſua oſcula jacenti fratri in feretro, non admovet fratrem vultui ſuo; ideoque *applicuit* ibi recte ſcribitur. Si *implicuit* placet, explicandum eſſet ut hoc loco. *Gaudent* vero omnes, & recte: agitur enim de duobus, ſe complexis. licet ſingularis, dum agitur de actu amplectendi, praecedat, nunc uterque complexi ſe, gaudent ſe ſimul mori ſub undis. ut apud Phaedr. I. 15.

Senex ſuadebat aſino fugere, ne poſſent capi.

ſcilicet duo ſimul. vid. & Cort. ad Salluſt. Jugurth. cap. CVI. pr. & infr. lib. VI. 319. & VIII. 152. & ad Virg. II. Aen. 32. & VI. Aen. 678.

697. *Eximius*] *Eximiis* Barber. *Phoceus* Voſſ. Statius lib. IX. 237.

——— ——— ——— *quantum*
Tendere conatus animae valuere ſubundis.

Ubi Lutatius hunc Lucani locum laudat.

698. *Si quid merſiſſet harenis*] Intricatior ſenſus: Scholiaſtes ordinem facit, eximius ſcrutari, ſi fretum quid merſiſſet harenis. Sed an fretum eleganter dicatur *mergere* aliquid, dubito. Heinſius ita diſtinguebat:

Si quid merſiſſet, harenis
Et nimis adfixos &c.

Quod non abſurdum, ſi *merſiſſet* capias pro merſum eſſet, ut ita *vertere*, *mutare* paſſiva ſignificatione ſumi obvium eſt. *merſiſſet in undis* Hamb. tert. ex praecedenti repetitum forte: *Scrutarique, freto ſi quid merſiſſet, harenis. uncis* Oiſel. mox, *non ſenſerat anchora funem*, id eſt, immota manebat anchora, nec ſequebatur funem adductum ab iis, qui

ex-

Puppibus occurrit, tandemque ſub aequore manſit.
Hi ſuper hoſtiles jecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam. non perdere letum
Maxima cura fuit. multus ſua vulnera puppi
Adfixit moriens, & roſtris abſtulit ictus.
Stantem ſublimi Tyrrhenum culmine prorae
Lygdamus excuſſa Balearis tortor habenae
Glande petens, ſolido fregit cava tempora plumbo.
Sedibus expulſi, poſtquam cruor omnia rupit
Vincula, procumbunt oculi: ſtat lumine rapto
Attonitus, mortisque illas putat eſſe tenebras.

At

extrahere conabantur. *ſenſerit* tres codices.

701. *Compreſſum*] Et hic *comprenſum* multi codices. vid. ad Phaedr. IV. I. *adduxerat* Turrian. *demiſerat* Thuan. quart. *deduxerat* quinque libri.

702 *Summas*] *Superas* Turrian. vid. Oudendorpii notas. *in undas* decem. ego *ad* praefero, ut alii codices; nam non pervenit in ſuperas undas, obſtante puppi, cui occurrit. vid. ſupr. vſ. 369. *ſeque ſuper vacuos* Rott. tert. *ſeſe ſuper* Hamb. pr. *ſed ſe dum vacuos credit per ſurgere* Thuan. ſec. & Rott. pr. *ſed ſemper vacuos* Ed. vet. apud Cortium, qui *ſeſe per vacuos* malebat.

705. *Jecerunt*] *Legerunt* Rottend. pr. & Oiſel.

706 *Perdere*] V. Barth. ad Stat. IX. 58.

707. *Multus ſua vulnera*] *Vultus* Hamb. quart. credo ulcus latere, & forte nomen proprium: *multus* pro multi Schol. ut *omnis* vſ. 670. *ſua corpora* a m. ſec. Rott. tert. & Richel. Heinſ. volebat, *ſua viſcera. ſet fixit* Richel.

709. *Tyrrhenum*] *Terrhenum* fragm. S. Germ. *in culmine* Hamb. tert. *Lydamus*, *Lindamus*, *Lycdamus*, *Lygdanus* ſcripti.

711. *Solido*] *Solito* Hamb. tert. Cortius, quia forte legerat in ipſo jactu plumbum ex funda miſſum incaleſcere, & liquefieri, ut apud Ovid. II. Met. 727. & XIV. 825. (vid. Barth. ad Stat. X. Theb. 528) audaciori innovatione edidit, *calido*, & conjicit, forte etiam *fluido* poſſe legi. Quae religio veteres tractandi ſcriptores haec eſt? Annon cogitabat hic navibus junctis, & quaſi in terra comminus pugnari? unde ergo illud ſpatium loci & temporis tam propinquis hoſtibus, ut plumbum incaleſceret & flueret? *ſolidum* ergo eſt durum, ut etiam lapides erant funda emiſſi, ut apud Stat. VIII. Theb. 406.

ſtridentia funda Saxa pluunt.

& ut *ſolidum ferrum* & alia paſſim dici ſolent: immo ideo *ſolidum ferrum* & *ſolidum* plumbum vocat Lucanus, quia nondum incaluerat, aut liquefieri potuerat, tam brevi intervallo. *cava fregit* Stat. *tempora* ſex libri.

712. *Expulſi*] *Excluſi* Hamb. pr. a m. ſec. Heinſ. *evulſi* malebat. *rumpit* Rott. ſec. deinde ſolita variatione, *procumbunt* multi, vid. ſupr. vſ. 616 *prorumpunt* quatuor *procurrunt*, quod recepere recentiores, ideo non placet, quia hoc notat eminuiſſe extra caput, quum ſedibus expulſi debuerint cadere in terram, quod proprie *procumbere*, ut in illo Virgilii V. Aen. 481 *procumbit humi bos*, & mox vſ. 725. & millies alibi. Senſit hoc Oudendorpius, qui, *prociderunt*, vel *proſiliunt* mavult, nulla auctoritate codicum, vel exemplo aliorum ſcriptorum; ſed nihil facilius;

At poſtquam membris ſenſit conſtare vigorem,
Vos, ait, *ô ſocii*, *ſicut tormenta ſoletis*,
Me quoque mittendis rectum componite telis.
Egere quod ſupereſt animae, *Tyrrhene*, *per omnes*
Bellorum caſus. ingentem militis uſum
Hoc habet ex magna defunctum parte cadaver;
Viventis feriere loco. Sic fatus in hoſtem
Caeca tela manu, ſed non tamen irrita, mittit.
Excipit haec juvenis generoſi ſanguinis Argus,
Qua jam non medius deſcendit in ilia venter,
Adjuvitque ſuo procumbens pondere ferrum.
Stabat diverſa victae jam parte carinae
Infelix Argi genitor, (non ille juventae
Tempore Phocaicis ulli ceſſurus in armis:

lius, quam pro difficili explicatu voce, aliam idem fere ſignificantem ſubſtituere. Sed talia non facile veris Criticis perſuadentur: ego fateor me hic haerere, nec praeter *procumbunt* aliud quid aptius invenire. Excidiſſe enim oculos ſedibus puto, & fuiſſe *inane ſolum*, ut, dixit Statius I. Theb. 53. & hoc probat, *lumine rapto*, ubi *raptor* Hamb. quart. ita lib. II. 184. *cavis evolvit ſedibus orbes.*

715. *Membris*] Et hic in MS ſuo *nervis* eſſe teſtatur Cortius; & ita Hortenſii margo. vid ſupr. vſ. 625.

717. *Rectum componite*] Heinſius volebat, *lectum*: ſed *rectum* eſt recto corpore, ut tela & jacula mittere ſolebant erecto & extenſo, quantum poterant, corpore. Sic *recta cervix* lib. II. 510. *rectum pectus* IV. 166. ubi vide Oudend. notas. & *recto corpore homines*, vid. ad Ovid. Nucem vſ. 73.

718. *Egere*] *Ingere* Langerm. ſed *egerere* propriere evacuare, omne exhaurire. ut lib. IV. 644.

Quisquis ineſt terris in feſſos ſpiritus artus
Egeritur

Vid. & III. 167. & ita in aliis rebus uſum hujus verbi illuſtravit Barth. ad Statii IV. Theb. 818.

720. *Defunctum*] Noſtri nihil variant; ſed Cortius, *deſtructum*, Bersmannus, *defectum* profert. ſed *defunctum* rectum eſt. Sic in alia re *praemortua membra* dixit Ovid. III. Amor. 311.

722. *Mittit*] *Miſit* ſeptem ſcripti.

724. *Non medius deſcendit*] *Deſedit*, quod Heinſius volebat, recte rejicit Oudendorpius. *diſcedit* quatuor codices. Sed ſi corporis humani formam conſideremus, venter medius circa umbilicum eſt, quaſi collis & tumulus, qui hinc ad ilia, ut clivo, deſcendit. & hunc *imum ventrem* circa pubem eodem modo, ut *imum montem*, *collem* dicebant. Juſtin. XXXVIII. 20. *Scrutator regio more miſſus*, *curioſius imum ventrem pertractans.* Apulej. VIII. Met. *imi ventris bene praeparata.* Hic jam Noſtro eſt *non medius.* Sic de monte Ovid. IIX. Faſt. 835.

Caelius ex alto qua mons deſcendit in aequor.

Ita *regio deſcendit* apud Valer. Fl. I. 738. ubi Pius *diſcedit* malebat. Sed haec obvia & nota. *pectore ferrum* ſex libri. mox, *jam victae diverſa* ſex codices.

728. *Ceſſurus*] *Ceſſiſſet* Rottend. pr.

Victum aevo robur cecidit, feſſusque ſenecta
Exemplum, non miles erat) qui funere viſo,
Saepe cadens longae ſenior per tranſtra carinae
Pervenit ad puppim, ſpirantesque invenit artus.
Non lacrimae cecidere genis, non pectora tundit,
Diſtentis toto riguit ſed corpore palmis.
Nox ſubit, atque oculos vaſtae obduxere tenebrae,
Et miſerum cernens adgnoſcere deſinit Argum.
Ille caput labens, & jam languentia colla
Viſo patre levat: vox fauces nulla ſolutas
Proſequitur: tacito tantum petit oſcula vultu,
Invitatque patris claudenda ad lumina dextram.
Ut torpore ſenex caruit, viresque cruentus
Coepit habere dolor, *Non perdam tempora*, dixit,

A

729. *Feſſusque ſenecta*] *Senectae* Hamb. quart. & unus Heinſii, quod ex more elegantiorum ſcriptorum dictum non facile damnem. Horat. II. Od. VI. *Laſſus maris & viarum*. vide quae dixi ad Ovid. III. Met. 163. & inf. VIII. 165. Quia tamen plures codices *ſenecta* habent, non audeo mutare: nam & ita *feſſum aetate* dixit Virg. II. Aen. 596. & Statius VIII 367. *feſſus vita*, ubi Heinſius etiam *vitae* volebat, ſed contra ſcriptos & editos codices. Alia habet exempla Markl. ad Stat. III. Silv. XV. 14. ubi & ipſam *ſenectutem feſſam* dici oſtendit, ut & Noſter habet lib. II. 128.

732. *Puppim*] *Puppem* Thuan. ſec. & quart. *ſpirantes invenit* Hamb. quart. *ſpirantiſque* quatuor.

734. *Corpore*] *Pectore* tres. mox, *atque oculis* MS. Cortii. *vaſtae* deerat Thuan. ſec.

737. *Languentia*] *Labentia* Hamb. pr. *viso patre* fragm. S. Germ. *faucis nulla ſolutae* Oiſel. a m. pr.

739. *Tacito vultu*] Heinſius corrigebat, *nutu*. Sic apud Ovid. XIII. Met. 350.

Deſine Tydiden vultuque & murmure nobis Oſtentare.

ubi in cod. Leid. *nuctu* pro *nutu* vel *nictu*. Sed inſolentius eſſet dictum *tacito nutu* petere oſcula, quum *nutus* ſemper tacitus ſit, & melius conveniat puellae laſcivae aut meretrici: quare *tacito vultu* retineo, & hunc Argum, ſine ſermone, quem proferre non poterat, vultu & ſimul brachiis extenſis ad amplectendum patrem, & manibus apprehenſis, ad ſua lumina claudenda deſiderium indicaſſe explico: ſic Ovid. I. Amor. XI. 18.

E tacito vultu ſcire futura licet.

& II. VII. 5.

Candida ſeu tacito me vidit femina vultu.

qui &, *tacentem vultum* dixit I. Art. 574. & III. 512. vid. & infra lib. VI. 821.

741. *Caruit*] Poſuit pro habere deſiit: vid. ad Suet. Vitel. cap. II. *viresque cruentas* Thuan. quart. Rottend ſec. & Hamb. ſec. *cruentus dolor* hic pro crudeli, ſaevo exponunt. rariori certe ſignificatione.

742. *Non perdam*] *Nunc* Turr. an pro *num*? *tempore* Thuan. quart. *promiſſa* Thuan. ſec. *vulgumque ſenilem* Richel. *jugulumque ſenile* Voſſ. & Berſm. quod defendi poſſet. Nam antiquus Comment. ad Horat. I.

A ſaevis permiſſa Deis, jugulumque ſenilem
Confodiam. veniam miſero concede parenti,
Arge, quod amplexus, extrema quod oſcula fugi.
Nondum deſtituit calidus tua vulnera ſanguis,
Semiamisque jaces, & adhuc potes eſſe ſuperſtes.
Sic fatus, quamvis capulum per viſcera miſſi
Polluerat gladii, tamen alta ſub aequora tendit
Praecipiti ſaltu. letum praecedere nati
Feſtinantem animam morti non credidit uni.
Inclinant jam fata ducum: nec jam amplius anceps
Belli caſus erat: Grajae pars maxima claſſis
Mergitur: aſt aliae mutato remige puppes
Victores vexere ſuos: navalia paucae
Praecipiti tenuere fuga. Quis in urbe parentum
Fletus erat! quanti matrum per litora planctus!
Conjux ſaepe ſui, confuſis vultibus unda,
Credidit ora viri, Romanum amplexa cadaver:
Accenſisque rogis miſeri de corpore trunco
Certavere patres. at Brutus in aequore victor,
Primus Caeſareis pelagi decus addidit armis.

Sat. III. 89. *Jugulus incerti generis, nam hic jugulus, & jugulum dicitur.*

744. *Veniam miſero*] *Miſero veniam* Thuan. quart. *roganti* Thuan. ſec.

746. *Vulnera*] *Viſcera* tres. *ſenianimesque* Richel. *ſemianimus* Cortius edidit.

748. *Miſſi*] *Merſi* multi. vid. ſup. 425. *miſſum* fragm. S. Germ. *polluerit* plurimi. *praeceps*, & *letum gaudens* in Thuan. quart. tantum reperi.

751. *Morti non credidit uni*] Id eſt, uni generi mortis, ſed duplici ex aqua & ferro. vid. ſupr. ad vſ. 197. Aemulatus haec Stat. VIII. Theb. 418.

Et formidandae non una morte ſagittae.

Id eſt, & acumine ferri & veneno, quo tinctae, quod non ineleganti acumine *geminum mortis vulnus* vocat Juſt. lib XII. 10. ubi vide Bernec. *Animam* vero, quae immortalis eſt, hic quaſi cum corpore morituram facit Poëta; quod multis illuſtrat Barthius ad Stat. I. Theb. 660. & ad vſ. 602. animas cum corpore etiam naſci & creſcere cenſuiſſe multos oſtendit. Hinc & noſter II. 447. *animas peremtas* dixit, ut & Claud. II. in Rufin. 457. ubi vid. Barth. qui & pro homine ſumi docet, ut ſaepe alibi. adde Virgil. III. Aen. 67.

752. *Anceps*] *Ullus* fragm. S. Germ. idem mox, *pars maxima turbae.*

757. *Quantus*] *Quanti* omnes fere, mox, *confoſſis* Thuan. tert.

760. *Trunco*] *Trunci* Rottend. pr.

M. AN-

M. ANNAEI LUCANI PHARSALIAE

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Sed quarti libri narrat pars prima, quod ivit
Caeſar ad Hiſpanos, ad juſſa ducesque reverſos.
Mortem Vulteji cum multis altera pars dat.
Ultimaque ut Varum pepulit campoque fugavit
Curio, fraude Jubae cecidit qui, ſtrage ſuorum.

AT procul extremis terrarum Caeſar in oris
Martem ſaevus agit non multa caede nocentem,
Maxima ſed fati ducibus momenta daturum.
Jure pari rector caſtris Afranius illis
Ac Petrejus erat: concordia duxit in aequas
Imperium commune vices, tutelaque valli

Per-

2. *Non multa caede nocentem*] Satis bene ſe habet haec lectio, quia multis ignoſcere maluit Caeſar. Sed quia videntur ſibi contraria *ſaevum* Caeſarem bellum geſſiſſe, & tamen non multa caede nocens, id eſt, in qua non multum ſanguinis fuſum, & quia *ducibus* ſequitur, cogitabam olim, an non poſſet legi, *non vulgi caede nocentem. vulgus* vero de militibus dici notum. Sed nihil facile mutarem. *rubentem* Berſm. & Cortii MSS. & Ed. vet.

4. *Afranius*] Et noſtri fere omnes *Affranius*; ſed in Lapidibus paſſim *Afranius* legitur. Miror vero Cortium non dediſſe nobis ut ſolet, *ac Petrejus erant.* Sed codicibus nihil variantibus, recte nihil novavit: ita & mox, *erat Aſtur Vettonesque*, ut eſt in ſcriptis optimis, non *Vectones*. *Rector caſtris* pro caſtrorum. Ita *rectores juveni* Virg. IX. 173. ubi vide. Markland. ad Stat. II. Silv. II. 60. legit.

—— *Rector caſtris Afranius unis*
Ac Petrejus erant.

Idque approbante Bentlejo. ſed an *illa caſtra*

ſtra

Pervigil, alterno paret cuſtodia ſigno.
His praeter Latias acies erat impiger Aſtur,
Vettoneſque leves, profugique a gente vetuſta
Gallorum Celtae miſcentes nomen Hiberis.
  Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue ſolum tumulo: ſuper hunc fundata vetuſta
Surgit Hilerda manu: placidis praelabitur undis
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes,
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas paſſurus aquas. at proxima rupes
Signa tenet Magni: nec Caeſar colle minori,
Caſtra levat: medius dirimit tentoria gurges.

Ex-

ſtra non erant *una*? cui ergo bono Lucanum cogere ex ſua libidine loqui, quum nihil mutent MSS. nec lector hic errare poſſit, quia ſequentia ſatis *illa caſtra* explicent?

11. *Tumet*] Heinſius corrigebat, *tumens: lenique* omnes fere ſcripti, quod abunde adſeruit Oudendorpius. Vir doctus apud Cortium, *excurrit in altum*, quod rectius diceretur de promontorio, & locis in mare procurrentibus. ut inf. 405. & apud Ovidium & alios ſaepe. Si quid mutandum, rectius dediſſet, *exſurgit*, ut Mela I. 14 *media in juga exſurgens*, ut *conſurgit* lib. III. 379. Sed ne ſana tractando corrumpamus. & ſequitur, *ſurgit Ilerda*; quod imitatus Avienus ora marit. 473. *prima eorum civitas Ilerda ſurgit. Solum cumulo* Langerm. *Hylerda*, & *Hilerda* in ſcriptis.

13. *Placidis*] In Voſſiano erat, *blandis*, quod probabat Heinſius, & adſcripſerat illa Ovidii IV. Met. 344.

Temperie blandarum captus aquarum.

& Claudiani Conſ. Olybr. 191.

Et blando teſtatur gaudia fluctu.

Et certe veroſimilius apparet, librarium aut gloſſatorem vulgatum magis epitheton *placidis* dediſſe, quam hoc mutaſſe in *blandis*. *delabitur* Thuan. ſec. & Barber.

14. *Sicoris*] *Siquoris* Thuan. pr. *Amnis* Rott. ſec. & Langerm. & ita Servius ad Virg. VIII. Aen. 328. & edidit Cortius: Sed quia accuſativos omnes in *is* dat, neſcio an nominativum eſſe voluerit. mox, *pons complectitur* Thuan. ſec. *paſſurus* vero eſt ita factus, ut reſiſtere poſſit aquis, ne ab iis diruatur. vid. lib. III. 377.

16. *At*] *Ac* Rott. ſec. *rupis* fragm. S. Germ. vid. lib. III. 154. *colle minori* novem ſcripti. *locat* quatuor. *dirimit medius* Thuan. quart.

20. *Vix oculo prendente modum*] Rarior hic quoque & durior loquendi modus, pro, ut vix oculis modum & amplitudinem camporum aliquis metiri poſſet. ut lib. VI. 32. loquitur, & alio modo infr. 169.

Poſtquam ſpatio languentia nullo
Mutua conſpicuos habuerunt lumina vultus,

ubi *non languentia* lumina ſunt, quae modum prendunt, vel potius produnt. Sed & variant hic codices, *pendente* Thuan. quart. & Hamb. ſec. *praebente* Rott. tert. & a m. ſec. Hamb. tert. *prodente* Langerm. quod non diſpliceret, niſi quis *pandente* malit. *Coërcens* quinque libri, unde Heinſius *coërces*, & mox, *pepuliſſe tuo*. Quod & Cortio placuit in textum admittere, & Oudendorpius

Explicat hinc tellus campos effuſa patentes,
Vix oculo prendente modum: camposque coërces,
Cinga rapax, vetitus fluctus, & litora curſu
Oceani pepuliſſe tuo: nam gurgite mixto,
Qui praeſtat terris, aufert tibi nomen Hiberus.
Prima dies belli ceſſavit Marte cruento,
Spectandasque ducum vires, numeroſaque ſigna
Expoſuit: piguit ſceleris: pudor arma furentum
Continuit: patriaeque, & ruptis legibus unum
Donavere diem. prono quum Caeſar Olympo
In noctem ſubita circumdedit agmina foſſa,
Dum primae perſtant acies, hoſtemque fefellit,

Et

pius probat, quia *tuo* eſt in Voſſ. ſec. a m. ſec. nec morari debet, *vetitus* in nominativo pro *vetite*, ut recte Oudendorpius. Nihil enim vulgatius eſt, quam vocativum & nominativum in eadem periodo ponere. vid. Serv. ad Virg. I. Aen. 734. & x. 326. & ad Ovid. XVII. Ep. 100. & paſſim. Deinde, *fluctus ad litora* Thuan. ſec. *aufert ſibi nomen* ex Langerm. malebat etiam Heinſius, ſed perperam. nam minor fluvius nomen perdit in majore, ut inquit Ovid. IV. Faſt. 338. Hiberus ergo aufert Cingae nomen. quamvis Heinſius *aufert ſibi* pro rapit, ſibi vindicat, videatur cepiſſe: ut Hiberus deberet etiam Cinga dici poſt confluentes, non nomen Cingae abolere; quod minime placet, nec verbis congruere videtur. Vid. lib. IX. 956. *nomen Hiberis* Turr. a m. ſec.

24. *Marte cruento*] *Marte ſecundo* Rottend. pr. Quod vero Barthius ad Stat. III. Silv. III. 119. illa:

Sic quidquid patrio ceſſatum eſt ſanguine, Mater
Reddidit.

notat miram eſſe locutionem, *ceſſatum eſt*, vel *ceſſavit*, pro deficit, hic quoque licet dicere, *ceſſavit Marte* pro caruit, aut vacavit. Marklandus in Statio legit, *ceſſatum a ſanguine.* Sed relinquamus his Poëtis ſuos loquendi modos. Apud Livium etiam lib. I. 46. *ſpernere ſororem, quod virum nacta muliebri ceſſaret audacia:* id eſt, non ut altera ſoror audax eſſet, & virum ſtimularet ad regnum occupandum, qui ſatis audax erat; ubi & pro careret poſſet ſumi, vel langide ageret, & non, ut mulieres ambitioſae ſolent, incitaret virum, qui virilis erat audaciae. Paullo diverſo ſenſu dixit Ovidius I. ex Ponto IV. 13.

Quae numquam vacuo ſolita eſt ceſſare novali.

ubi ut ablativi abſoluti poſſunt eſſe poſiti. mox, *Romanaque ſigna* Hamb. tert. Cortii codex, *ſtudioſaque ſigna*; alius, *numeros atque ſigna. Et poſuit* Turrian. indicat vero Poëta illud, quod Graeci δεῖξαι δύναμιν, Latini *oſtentare aciem* vocant, de quo egi ad Valer. Flac. VI. 61. *puduit* Turrian.

27. *Patriaeque &*] *Patriae jam* Turr. mox, *prono cum* omnes fere.

30 *Dum primae praeſtant*] *Primum* Rott. ſec. *cum primae* Oiſel. *praeſtant*, quod Cortio & aliis placuit, an poſſit capi pro ante ſtant, dubito. quare *perſtant*, quod in novem noſtris, cum Oudendorpio praefero. varietas vero illa eſt a librariis, ut & infr. v.

210.

Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis.
Luce nova collem ſubito conſcendere curſu,
Qui medius tutam caſtris dirimebat Hilerdam,
Imperat. huc hoſtem pariter terrorque, pudorque
Impulit: & rapto tumulum prior agmine cepit.
His virtus, ferrumque locum promittit: at illis
Ipſe locus. miles rupes oneratus in altas
Nititur: adverſoque acies in monte ſupina
Haeret, & in tergum caſura umbone ſequentis

Eri-

210. *perſtat rabies*, ubi etiam *praeſtat* Richel. vid. & ad Ovid. v. Triſt. xiv. 19. & alibi ſaepe. in Voſſiano diſtinguebatur, *maniplis Luce nova. Collem &c.* Cortius pro *ſubito curſu* malebat, *rapido* vel *propero*; ſed talia licet ſexcenta comminiſci. quia ſubita ſcilicet *foſſa* praeceſſit. Vir ille doctus apud Cortium, qui volebat, *caſtra & tutam dirimebat Ilerdam*, an credidit *dirimere* non poſſe conſtrui cum ablativo? atqui Noſter etiam lib. x. 312.

Qua dirimunt Arabum populis Ægyptia rura,
Regni clauſtra Philae.

ubi idem vir doctus *Populos Ægyptiaque arva*, improbante tamen Cortio. quare, licet alio modo, cum duobus accuſativis ponat, ut vi. 99. ix. 958. & alibi, ne omnia in unam formulam redigamus, cavendum.

36. *At illis Ipſe locus*] Videtur non plena oratio; nec quid ipſe locus promittat apparet, nam ſi repetas *locum*, erit ipſe locus promittit locum, quod abſurdum. Heinſius, qui hic haerebat, ſupplet: ipſe locus ſe promittit. Sed hoc durius. Senſum video, ſed ex verbis me non expedio. Voluit Caeſarianos, ſibi promiſiſſe ferro & vi occupaturos locum, Afranianis autem ſitum ipſum loci promiſiſſe, ſe facile defenſuros & repulſuros Caeſaris copias. Cl. Dorvillius diſtinguebat, *His* (Caeſarianis) *virtus ferrumque locum promittit: & illis* (Afranianis) *ipſe locus.* Sed manet tamen difficultas, quid ipſe locus promittat. an *promittit* abſolute poſitum capiemus, ut intelligamus bonum eventum; ſed exemplum ignoro. & *locus* ſit poſitus pro *natura loci*, ut Statius vii. Theb. 447.

Ipſa loci, mirum, natura favebat.

37. *In altas*] *In armis* Oiſel.

38. *Adverſoque*] *Averſoque* quinque, ſollemni variatione. Sed hic perperam. vid. ad Valer. Fl. i. 493. mox, *ſequenti*, quod in Rott. ſec. a m. ſec. erat, probabat Heinſius. Sed licet parum referre poſſet, ſequi tamen tutius plures.

40. *Vibrare*] *Librare* quinque. de quorum verborum perpetua confuſione hic late agit Oudendorpius, & multi alii idem egere. & ipſe Markl. ad Stat. v. Silv. ii. 102. multum chartae perdit in his, nemini in hac luce literarum ignotis, quae verbo adnotaſſe ſufficeret: nam facile vel centum alia adjicere loca. Sed novam verbi *librare* nos docuit ſignificationem idem Marklandus ad Statii v. Silv. i. 134. ubi pro *vibrantem tela* reſcribit, & in textum recepit, *librantem*, & exponit de Abaſcantio, qui armigeri munus gerebat, & bellanti Imperatori tela ſuggerens, antea librat tela, an ſatis ponderoſa ſint. quae antea inaudita ſunt, & Abaſcantio indigna, qui ſummo muneri admotus, ſemper comes ibat imperatori; hunc vero dicit ſemper eſſe prope fulmen Caeſarei equi, & prope ipſum imperatorem, vibrantem divina tela, & ſparſum ſudoribus magnae haſtae. Nihil hic de ſuggerendis telis, ut Achates Aeneae hoc officium praeſtitit: & tamen haec omnia de-

bet

Erigitur. nulli telum vibrare vacabat,
Dum labat, & fixo firmat veſtigia pilo,
Dum ſcopulos, ſtirpesque tenent, atque hoſte relicto
Caedunt enſe viam. vidit lapſura ruina
Agmina dux, equitemque jubet ſuccedere bello,
Munitumque latus laevo praeducère gyro.
Sic pedes ex facili, nulloque urguente receptus,
Irritus & victor ſubducto Marte pependit.
Hactenus armorum diſcrimina. cetera bello

Fata

bet Barthio, qui tamen *vibrantem* ad ipſum Imperatorem retulit; nec mutavit in *librantem*, id eſt, ponderantem Abaſcantium, quo ſenſu, ubi de telis alteri ſuggerendis agitur, ſummi probatum oportuit. *Librare ſol equos* dicitur medio die, quum ſtant quaſi & morantur, Statio v. 85. ubi vide Barth, & ita ipſe miles librat telum, antequam vibrat. ſed non alii hoc officium praeſtat. *vacavit* ſeptem. *veſtigia telo* duo. Cortius etiam ſine libris, *aut fixo*.

42. *Dum ſcopulos*] *Dum ſcopulus* fragm. S. Germ. Heinſ. malebat, *ſcopuli. ſtipesque* Thuan. quart. ſed milites nitentes in montem tenent ſcopulos & ſtirpes manibus ſuis, ut adſcenderent in collem, ideoque non vacabat vibrare telum.

44. *Succedere bello*] Heinſius prius correxerat, *vallo*, quia mox vſ. 48. iterum *bello* ſequitur. At induxerat vocem. Sed *bello*, hic eſt pugnae de occupando colle, ut ſaepe pro proelio noſter & alii ponunt. Cogitabam & *colli* poſſe legi.

45. *Producere gyro*] *Praeducere* ex ſolo Voſſiano notavit Heinſius, quod Grotius recepit, *procedere* ſex habent. *praecedere* Langerm. quod placebat Heinſio. ego haereo, nec quid praeferendum facile video: nam *praeducere*, quod editores receperunt, recte quidem de munitionibus dici fateor: ſed dubito an hic *munitum latus* de loco debeat capi, aut potius de peditibus, qui expoſiti hoſtium telis, nunc ab equitibus, quos Caeſar juſſerat ſuccedere bello, ut laborantibus peditibus receptum facilem darent, tegebantur. Nam Caeſar lib. 1. Bel. Civ. cap. 46. *Equitatus noſter ab utroque latere* (ſcil. peditum) *ſummum in jugum virtute nititur, atque inter duas acies perequitans commodiorem ac tutiorem noſtris receptum dat.* Sic ergo equites gyro laevo munierunt latus peditum. & ita *praeducere* poſſet defendi. Ut enim locis praeducuntur foſſae, valla &c. ita hic equites praeducuntur peditibus, ut eorum latus munirent, & receptum darent. Sic & lib. VI. 466. in alia re, *calido praeducunt nubila Phoebo*, id eſt, tegunt & obſcurant ſolem nebulis. *Producere* deberet explicari, ut non modo latus muniant, ſed ulterius progrediantur, quam pedites progreſſi erant, ut dum morarentur hoſtes, pedites ſe reciperent. ſed non placet. Videant acutiores.

46. *Ex facili*] *Et facilis* Voſſian. *& facili* tres. vid. ad Ovid. III. Art 476.

47. *Irritus & victor*] Eſt oxymoron, & acumen captatum, quod de Caeſariano milite utrumque capi poteſt: *irritus*, quod collem non tenuerit, *victor* quod plures hoſtes occiderit, ut patet ex Caeſaris loco citato. Poſſet &, *irritus, at victor* ſed nihil opus. *Pependit* vero quomodo capiendum ſit, non ſatis video. nam ſi pro, in clivo collis haeſit, capias, ut *pendere* in rupibus, montibus, dici notum, vid. 1. 435. repugnat Caeſari, qui ſe recepiſſe in caſtra, quae a tumulo illo remotiora erant, ſcribit, & ita de exercitu ca-

Fata dedit variis incertus motibus aër.
Pigro bruma gelu, ſiccisque Aquilonibus haerens,
Aethere conſtricto pluvias in nube tenebat.
Urebant montana nives, camposque jacentes
Non duraturae conſpecto ſole pruinae:
Atque omnis propior mergenti ſidera coelo

Ar-

capiendum eſſet. Sed ſi *pependit*, pro dubius haeſit, quid facultate pugnandi non data, id eſt, ſubducto Marte, nunc porro ageret, de Caeſare eſſet intelligendum. Et hinc dubitabam an non, poſtquam de pedite recepto egiſſet, ſubjecerit.

Irritus & ductor ſublato Marte pependit. vel *irritus ut ductor.* miles quidem receptus, ſed irritus Caeſar, hac pugna non ex ſententia ejus ſuccedente, pependit dubius quid ageret. *ductor* & *victor* etiam apud noſtrum commutantur lib. III. 71. 133. VIII. 760. & apud alios paſſim. vid. Drak. ad Sil. IX. 198. Offendit quidem me *ductor ſubducto*: ſed Lucanum novi. *pendere* vero dici dubium docuit Paſſerat. ad Prop. IV. VII. 5. vid. inf. v. 602. X. 542. & paſſim. vid. ad Petron. cap. LXXXIX. ſaepe etiam *animus pendet*, vel *homo pendet animo* occurrit. Cl. Dorvillo *victor* erat Afranianus miles, qui deturbaverat ex colle adſultantes Caeſarianos, ille tamen fruſtra & irritus, & nequaquam ſtrictos gladios intentans, in clivo montis pronus in hoſtem pependit, qui ſe jam ſubduxerat in caſtra, & ita facultatem pugnandi abſtulerat.

48. *Hactenus armorum*] *Arvorum* Rott. pr. & a m. ſec. Hamb. pr. & Turr. a m. pr. quod nos docere poteſt librariorum morem, quorum mentibus ſaepe obverſabantur loca aliorum Poëtarum, quos legerant aut deſcripſerant, & inde illa, quae ſub manibus habebant, corrumpebant. nam Virgilii initium libri II. Georg. *Hactenus arvorum cultus* noverant, & forte nuper legerant.

49. *Incertus*] *Incertis* Turrianus. vide quae dixi ad Ovid. II Art. 317.

50. *Pigro*] *Primo* Voſſian. quod fortaſſe verum. nam *pigrum gelu* deberet capi, quod reddit pigros. ut *pallida mors. hiems ignava colono* Virg. I. Georg. 199. quae facit ignavos. ſed hoc nunc incommodum praeter exſpectationem obvenit Caeſari, cujus milites minime pigri, quacumque tempeſtate, erant. Sed maturiorem & in ipſo initio atrociorem ſolito hiemem hic indicare voluit. & ita forte legendum apud Statium lib. I. Silv. IV. 58. *& primae oblivia vitae*, id eſt, juventutis calidae & alacris, ubi vulgo *pigrae*, quod ſenectutis oblivia notaret, contra mentem Poëtae. Markland. *pigra oblivia vitae* mavult, quia lib. X. Th. 89. etiam *pigra oblivia* occurrunt; ſed ibi alia res eſt, nec *vitae* additur, ſed ibi in ſedis Somni deſcriptione, ejus comites & quaſi ſatellites, *Quietem*, *Oblivia*, *Ignaviam* ut perſonas inducit. & ita lib. VIII. Theb. 636. *pigra domus* dicitur, quia oppoſita bellantibus viris extra urbem. *Primum gelu* vero dictum, ut *primus Boreas* lib. III. 646. & ita *primus ſol* mox vſ. 65. vid. ad Val. Fl. III. 257.

50. *Siccisque Aquilonibus haerens*] *Siccis* tres ſcripti: ſed in Thuan. tert. erat, *Sociisque Aquilonibus*, quod elegantius, quam pro captu librariorum. Socii brumae dici poſſunt Aquilones, ut *hiemis ſodalis Hebrus* Horat. I. Od. 45. ubi vide Bentlej. Sed relinquamus hoc in medio. *Haerens* vero *bruma aquilonibus*, ſine exemplo mihi locutio videtur, pro perſtans flantibus ſemper Aquilonibus; nec in adductis locis ullum video, qui juvare poſſit. Heinſius etiam *haerens* explicabat pro adſtricta. Sed novi flumina adſtricta gelu, *aethera*, ut ſequitur, & alia adſtricta; ſed ipſam brumam adſtrictam Aquilonibus, numquam legi. quare altera Heinſii conjectura, *horrens* praeplacet, quam & Cortius in textum recepit. Ceterum nimis ſibi

Aruerat tellus, hiberno dura ſereno.
Sed poſtquam vernus calidum Titana recepit,
Sidera reſpiciens delapſae portitor Helles,
Atque iterum aequatis ad juſtae pondera Librae
Temporibus vicere dies: tunc, ſole relicto,
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulſit,

Ex-

bi indulget Lucanus in hujus tempeſtatis deſcriptione, & auget omnia in immenſum, & quaſi longa & ſaeva hiems interceſſiſſet inter proelium illud & ver, quo facta illa inundatio; quum Caeſar nihil de hiemis incommodis memoret, & ingentes illas aquas tantum interfuiſſe narret.

51. *In nube tenebat*] *Tegebat* Langerm.

57. *Portitor Helles*] Si vel unus codex bonae notae faveret, reciperem conjecturam Heinſii, qui emendabat, *proditor*, & multis veterum locis confirmabat ad Ovid. IV. Faſt. 715. Ego vero ne verbo quidem ad illum locum de hac voce egi. In Hamburg. ſec. erat *p. . itor* eraſis mediis literis, unde aeque *portitor*, ut in reliquis, ac *proditor* poſſit effici, ſuppletis literis. Et licet olim & ſeculo Auguſteo forte *portitor* non diceretur, niſi qui in portubus portorio exigendo operam daret; vid. quae dixi in Diſſert. de Vectigalibus P. R. c. V. & IX. tamen ſeculis poſterioribus *portitores* etiam geruli dicti, qui mercibus & epiſtolis portandis erant deſtinati. vid. d. Diſſert. cap. XII. & hoc ipſa Lexica ſatis docent, eosque a *portando* quosdam derivaſſe: ita ut temerarium nimis videri poſſit, ubique eam vocem mutare, ubi pro portatore ſumi debet. πορθμεὺς vero Graecis dicitur tantum de eo, qui trajicit homines trans fluvium, etiam ubi nullum portorium ſolvitur, ſed tantum naulum; quod portitori dabatur, nec cum vectigali ſive portorio confundi debet. Sic Juven. Sat. III. 266. *Porthmea* vocat Charontem, qui aliis *portitor*. vid. ibi Grangaeum. & ita *portitor* hic pro eo, qui trajecit Hellen, debet capi, eodem modo, ut Charon *portitor* jam Virgilio IV. Georg. 502. & VI. Aeneid. 298. Propertio, Albinovano, Valer. Flacc. & aliis dictus. vid. Erythraei Ind. Virgil. in *portitor*. Ille vero *proditor* dici nequit. Subtilem quoque magis, quam veram eſſe diſtinctionem illam, inter *portare* & *vehere* puto, quaſi Charon non *portaret* animas, ſed *veheret*, & ideo dictus *portitor*, non a *portando*, ſed quia, ut illi, qui exigebant portoria in tranſitu fluviorum, ſimul trajicerent homines, Charon quoque veheret homines, & ſimul portorium colligeret. Quod licet verum eſſe poſſet in certo hominum genere, qui in locis, ubi vectigal exigebatur, ſimul trajicerent cymba homines, falleret tamen in locis, ubi nullum portorium ſolvebatur: nam non credibile eſt, portoria in omnibus trajectibus fuiſſe exacta: ſaltem hoc probandum foret. Quidquid ſit, arieti, qui Hellen vexit, non convenit, qui revera *portavit*, & *vexit*, quod idem eſt, puellam. ut Ovid. XVIII. Ep. 144.

Invideo Phryxo, quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

& ita navis, qua vehimus merces, eas *portare* dicitur eidem Ep. XVI. 31. & IV. Faſt. 251.

Quum Trojam Aeneas Italos portaret in agros,
Eſt dea ſacriferas paene ſecuta rates.

Juven. III. 255. *pinum plauſtra vehunt*, & mox addit,

qui ſaxa Liguſtica portat Axis.

Portare ergo non ſemper eſt humeris portare, ſed ut ſacra Aeneas humeris ex ardente Troja portavit, ita poſt impoſita navi portavit & vexit in Italiam, vid. Virg. I. Aen. 72. Sic *mater* portat cadaver ad rogum, non humeris, ſed jubet ferri toro, apud Ovid. Ep. XV. 116. ubi vide notas. Sed deſino. *delapſae* vero quinque ex noſtris, quod merito receptum. *Hellae* etiam Hamb. pr.

60.

Excluſit Borean, flammasque accepit ab Euro:
Ille ſuo nubes quaſcumque invenit in axe,
Torſit in occiduum Nabataeis flatibus orbem,
Et quas ſentit Arabs, & quas Gangetica tellus
Exhalat nebulas, quidquid concreſcere primus
Sol patitur, quidquid coeli fuſcator Eoi
Impulerat Corus, quidquid defenderat Indos:
Incendêre diem nubes oriente remotae,
Nec medio potuere graves incumbere mundo,
Sed nimbos rapuere fuga. vacat imbribus Arctos,
Et Notus: in ſolam Calpen fluit humidus aër.
Hic ubi jam Zephyri fines, & ſummus Olympi
Cardo tenet Tethyn, vetitae tranſcurrere denſos
Involvere globos, congeſtumque aëris atri

Vix

60. *Dubitanda*] *Dubitata* Langerm. *Excuſſit* Thuan. ſec. Hamb quart. *Borean* plurimi. *accepit* (*recepit* Langerm.) *in Euro* novem ex noſtris, quod Cortius expreſſit, & notare deberet Euro flante, & hinc aliquis tueretur illud Valer. Fl. II. 58. *in uno decidit Euro.* Sed vulgata ſana & recta eſt. Quae notat cauſſam ruboris eſſe Eurum, qui nubes cogit, ut recte Hortenſius. Sic *corpus accipere vires ab animo* dicit Ovid. III. Triſt. II. 13. & *a ventis alimenta adſumere ignem* Metam. VII. 79. & paſſim.

62. *Quaſcumque invenit*] Codex Cortii novo verbo locupletaturus linguam Latinam, dat, *quaſcumque ſubinvenit axe.* Sed alio auctore opus erit; ipſe etiam nullis ſcriptis adjutus dat, *invenit ab axe*, quia ſcilicet modo *in Euro* dederat, noluit bis *in* repetere; ſed debuiſſet tunc diſtinguere *quaſcumque invenit*, *ab axe Torſit* &c. nam *invenire ab axe*, tam eleganter dici, quam *torquere ab axe* in occiduum orbem, ipſe non contendiſſet. *quacumque* Turrian. a m. ſec. *occiduum orbem* Poëtis dici occidenti proximum; non tamen Virgilio, notat Barth. ad Stat. III. Theb. 33.

64. *Sentit*] *Senſit* Thuan. ſec. *Gangetiga* idem. *Exaltat nebulas* Langerm. quod natum ex *exalat*, ut alii codices.

67. *Impulerat*] *Intuleras* multi: ſed *impulerat* Thuan quart. & Hamb. ſec. a m. ſec. & vera eſt lectio. vid Miſcel. Obſerv. Critic. T. I. p. 187. & ſupr. ad lib. III. 232. *defenderet* Thuan.

68. *Incendere*] Heinſius malebat, *intendere:* ut inf. vſ. 112. corrigebat etiam. *nubesque* fragm. S. Germ. Turrian. mox, *ſed nimbi* fragm. S. Germ. *Arcton* Thuan. ſec. & *Nothos* Rott. pr. *Calpem* ſex. *humidus aether* Hamb. tert.

72. *Hic ubi*] *Hinc* Putean. & fragm. S. Germ. *Olympus* Thuan. ſec. *Tethim* multi. *tranſcendere* Rottend. pr.

74. *Congeſtumque*] *Cum geſtumque* fragm. S. Germ. *aetheris* Hamb. tert. *quod ſeparet* Langerm. *terras* Cortius edidit: male, ut notamus ad lib II. 58 & alibi.

76. *Denſantur*] *Denſentur* in ſolo Rottend. pr. offendi, & amabat Heinſius hoc verbum ubique intrudere. mox, *ſpiſſataeque*

runt

Vix recipit ſpatium, quod ſeparat aethere terram.
Jamque polo preſſae largos denſantur in imbres;
Spiſſataeque fluunt: nec ſervant fulmina flammas,
Quamvis crebra micent: exſtinguit fulgura nimbus.
Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
Arcus, vix ulla variatus luce colorem,
Oceanumque bibit, raptosque ad nubila fluctus
Pertulit, & coelo defuſum reddidit aequor.
Jamque Pyrenaeae, quas numquam ſolvere Titan
Evaluit, fluxere nives, factoque madeſcunt
Saxa gelu: tum, quae ſolitis e fontibus exit,
Non habet unda viam: tam largas alveus omnis
A ripis accepit aquas. jam naufraga campo
Caeſaris arma natant, impulſaque gurgite multo

Cu-

ruunt Thuan. quart. & Voſſian.

77. *Nec ſervant fulmina flammas*] *Fulgura* Thuan. ſec. *flumina* tres. *fulmina curſum* Cortius. *curſus* ex Voſſiano notavit Heinſius. *nec ceſſant f. flammas* Rottend pr. Ego vulgatae ſenſum eſſe puto admodum convenientem magniloquentiae Lucani, ut ipſa fulmina in denſo illo & pluvioſo aëre perierint & exſtincta fuerint, nec ictus ſuos potuerint ad terram deferre, ut fere expoſuit Hortenſius & alii. Sequentem vero verſum tres non habent, & totidem a m. pr. tantum, iique etiam variant ut Oudendorpiani. non tamen valde diſplicet, qui novi Lucani ingenium, incredibilia augentis, & non iisdem verbis idem per tautologiam amplificantis. *quamvis crebra micent* addidit, ut tenebras, quas ſaepe fulmine diſſipatas in tempeſtatum deſcriptione alii narrant, fuiſſe denſas, quia nimbi ſtatim orta fulmina exſtinguebant. Sic Ovid XI. Met. 522. *praebent micantia lumen fulmina.* Jam vero nimbos, imbres, & alia miſceri fulminibus docui in Jove Fulguratore cap. v. & centum Poëtarum locis adſtrui poſſet. *exſtinguunt f. nimbi* Hamb. quart.

81. *Oceanumque bibit*] Hunc locum imitari Statium IV. Theb. 834. docet Barthius & ſimul illuſtrat.

82. *Pertulit*] *Protulit* Thuan. quart. Hamb. tert. Male. ſic lib. I. 401. *nomen pertulit ad aequoreas undas.* vid. lib. IV. 763. XI. 448. & alibi. *fuſum de caelo* iidem, & fragm. S. Germ. *defuſum* Richel. & Oiſ. a m. pr. *redditur* Thuan. ſec. *rettulit* MS. Cortii.

83. *Pyrenaeae quas*] *Et quas* Thuan. ſec. *Et valuit* fragm. S. Germ. ſed *evaluit* effectum conaminis notat. Sic ſupr. II. 505. vide Barth. ad Statii VI. Theb. 874.

85. *Tum quae ſolitis*] *Tunc* multi: *quam* Oiſel. MS. *& fluctibus* S. Germ a m. pr. *unda viam* Thuan. ſec. & multi alii. quare forte melius erit cum Voſſiano, *qua* legere,

Tum, qua ſolitis e fontibus exit,
Non habet unda viam,

id eſt, non habuit certum alveum, quo exit a fontibus, ſed aquae ex campis natantibus & ripis in flumen ceciderunt, & campis alvum ita aequarunt, ut diſcerni nequirent, omnia tenentibus aquis. ut ſimilis deſcriptio lib. II. 215. & ut nobis deſcribit Livius

Gg 2 Druen-

Cuſtra labant: alto reſtagnant flumina vallo.
Non pēcorum raptus faciles, non pabula merſi
Ulla ferunt ſulci: tectarum errore viarum
Fallitur occultos ſparſus populator in agros.
Jamque comes ſemper magnorum prima malorum
Saeva fames aderat: nulloque obſeſſus ab hoſte
Miles eget: toto cenſu non prodigus emit
Exiguam Cererem. Pro lucri pallida tabes!
Non deeſt prolato jejunus venditor auro.
Jam tumuli, collesque latent: jam flumina cuncta
Condidit una palus, vaſtaque voragine merſit.
Abſorpſit penitus rupes, ac tecta ferarum

De-

Druentiam lib. XXI. 31. *alveus amnis* multi. *annis* Thuan. ſec. & Hamb. quart. *campis* quinque. *impulſa gurgite* Thuan. quart.

90. *Non pecorum raptus faciles*] Heinſ. volebat, *non pecori paſtus facilis*, quia *facilis* erat in Voſſiano uno, & adſcripſerat locum e Silio XV. 710. Sed de eo hic non agitur, ſed de alimento militum, qui ex raptu pecorum, quae ex agris rapta in caſtra ferebant, debebant ali. ut ita centies apud Caeſarem, Salluſtium & alios, pecudum mentio fit, & hinc addit etiam pabula jumentis & equis defuiſſe. Sic haec duo aliter deſcribit infr. vſ 410.

Non pabula tellus
Paſcendis ſubmittit equis, non proſerit ullam
Flava Ceres ſegetem &c.

91. *Tectarum*] Heinſius, *caecarum*: ſed contra codices: *occultisſparſos p. i. agros* Rott. pr. *occultis in agris* plurimi; quod Cortio placuit. parum refert.

94. *Obſeſſus*] *Obſeptus* Voſſian. a m. pr. quae eadem varietas lib. VI. 292. ita & infr. 773 & alibi *ſeptus* occurrit. vid. ad Livii lib. IX. 42. Apud Stat. X. Theb. 548. pro *obſeptaſque fores* doctus vir in Miſcel. Obſ. Crit. p. I. pag. 356. legit *obſeſſas*. ubi vide notam alterius viri eruditi.

97. *Prolato*] *Oblato* Hamb. tert. quod non diſplicebat Heinſio, qui & *praelato* olim voluerat, ſed induxerat. Sed *prolato*, ex loculis nimirum ab emendi cupido. Sueton. Galb. cap. XII. *denarios prolatos manu, e peculiaribus loculis ſuis*. & ita ludens in ambigua vocis *peculii* ſignificatione Petronius cap. VIII. *prolato peculio coepit rogare ſtuprum*. vid. ibi Bongarſii notas.

98. *Tumuli*] *Cumuli* Rottend. pr. *vaſtoque voragine* Thuan. quart.

100. *Abſorpſit*] Variant noſtri itidem, ut Oudendorpiani, ſed *abſorbet* eſt in Thuan. pr. *ac ſorbit* quart. *&* *tecta* multi: *tecta ferarum* ſunt luſtra, ſilvae, in quibus habitant. Virg. VI. Aen. 89.

Pars denſa ferarum
Tecta rapit, ſilvas.

& ita alii: quare *teſqua*, ut Heinſius, ex lib VI. 41. volebat, minime admittendum. nec etiam *depulit*, quod multi exhibent, recipiendum eſſe docebunt illa, quae adduxi ad Valer. Fl. II. 525. licet lib. II. 665. *depellere Eryx* occurrat, & alibi etiam ſaepe codices in his verbis, ut vſ. 61. modo etiam in *impulit* & *intulit* vidimus, variare ſoleant. Heinſins volebat, *deruit*.

102. *Vorticibus contorſit equos*] *Gurgitibus* multi, *convertit* Thuan. ſec. *verticibus* ſex. *equos*

Detulit, atque ipſas hauſit: ſubitisque frementes
Vorticibus contorſit equos, & repulit aeſtus
Fortior Oceani: nec Phoebum ſurgere ſentit
Nox ſubtexta polo: rerum diſcrimina miſcet
Deformis coeli facies, junctaeque tenebrae.
Sic mundi pars ima jacet, quam zona nivalis,
Perpetuaeque premunt hiemes: non ſidera coelo
Ulla videt, ſterili non quidquam frigore gignit,
Sed glacie medios ſignorum temperat ignes.
Sic, o ſumme parens mundi, ſic ſorte ſecunda
Aequorei rector facias, Neptune, tridentis:
Et tu perpetuis impendas aëra nimbis:

Tu

aquas plurimi, *depulit* etiam magno numero. *aeſtum* Heinſius. Sed *aeſtus* nominativi caſus recte accepit Oudendorpius. *fortior Oceano* Hamb. quart. *ſenſit* multi; ſed, *vidit* Rott. pr. *ſubtecta*, *ſuſtecta*, & *ſubjecta* varie codices. Sed *ſubtexta* erat in Oiſel. a m. ſec. & recte, ita Stat. II. Theb. 527.

Coeperat humenti Phoebum ſubtexere palla Nox.

Ubi nihil opus, ut notat vir alius eruditus, pro *Phoebum* reponere *coelum*, ut doctus Anglus in Obſerv. Miſc. tom. II. pag. 219. licet *Phoebum* & *coelum* varient MSS. apud eumdem Poëtam lib. III. 516. vid. inf VII. 514. & Stat. IX. Theb. 27. & ibi Barth

106 *Pars ima*] Non puto ſeptentrionem, ita poſſe vocari, quae ſemper altior reliquis orbis partibus a veteribus nobis deſcribitur. quare vel *una* vel *illa*, ut in codicibus, praeferrem. niſi quis pars *prima* vel *ſumma* malit. *qua zona* Rott. pr. & ita edidit Cortius. non ſequor.

108 *Non quidquam*] *Quidquam non* Thuan. ſec. *non quoquam* Rott. tert. *non quidquam a frigore gignit* Rott. pr. Langerm. & a m. ſec. Rott. tert. & id ſe Cortio probavit. Sed vulgata eſt apud Servium ad Virg. VI. Aen. 265. quamquam non nominato Lucano. gignere, & creare terram, & naſci a terra eleganter dici docuit Heinſius I. Adverſ. I.

110 *Parens*] *Pater* quinque libri. Sic adulator turpis Stat. IV. Silv. I. 17. *Magne parens mundi* dicit de Domitiano. ubi vide Barth.

112. *Impendas*] *Infundas* Turrian. a m. ſec. qualis diverſitas & apud Valer. Flac. IV. 581. *intendas* Thuan. tert. & Oiſel. a m. pr. quod probabat Heinſius, qui & alibi hoc verbum ſtudioſe amplectebatur, & adſcripſerat loca ex noſtro ſupr. 67. & infr. 142. 263. & VI. 72. Sed *impendas* mihi ſatis placet, quia non parcus Jupiter, ſed largus nimbos & pluvias continuas effundat, quibus quaſi aëra exhaurire videretur: *perpetui* enim nimbi hic continui, ut modo vſ. 107. *perpetuas hiemes* dixit. & ita paſſim. Sic apud Statium lib. IV. Silv. VI. 7.

Vinaque perpetuis aevo certantia faſtis.

id eſt, vina, quae diſpoſita ſecundum conſules, per annos continuos, (nam quotannis condebant) & notata nominibus conſulum. Qui ſenſus quum obvius ſit & facilis, neſcio qua confidentia doctus vir inde auſus fuit facere,

Centenis certantia faſtis.

Quum eodem jure *millenis*, *trecenis*, & quemvis numerum potuiſſet ſupponere, & locis innumeris, ubi de alia re agitur, *centena* nobis

Tu remeare vetes quoſcumque emiſeris aeſtus.
Non habeant amnes declivem ad litora curſum,
Sed pelagi referantur aquis: concuſſaque tellus
Laxet iter fluviis, hos campos Rhenus inundet,
Hos Rhodanus: vaſtos obliquent flumina fontes.
Rhipaeas huc ſolve nives, huc ſtagna, lacusque,
Et pigras, ubicumque jacent, effunde paludes:
Et miſeras bellis civilibus eripe terras.
Sed parvo Fortuna viri contenta pavore,
Plena redit, ſolitoque magis favere ſecundi,
Et veniam meruere Dei. jam rarior aër,
Et par Phoebus aquis denſas in vellera nubes
Sparſerat, & noctes ventura luce rubebant:
Servatoque loco rerum, diſceſſit ab aſtris

Hu-

bis obtrudere: quaenam vero ſimilitudo vocum, quae librarii manum in errorem poſſet ducere? *aequora nimbis* fragm. S. German.

113. *Emiſeris*] *Immiſeris* ſex libri, quod recepit Cortius, & utrumqne poteſt defendi: *emiſeris* ex Oceano, *immiſeris* ſc. terris, flumina jubendo remeare. Pomp. Mela lib. III. I. ubi de aeſtu maris. *Tanta vi ſemper immiſſum, ut vaſta etiam flumina retroagat.* Eadem ratio eſt in *emittere* milites, equites, & *immittere* inſr. vſ. 763. VI. 291. & alibi ſaepe.

117. *Fontes*] *Montes* Voſſian. ſed hic alia res eſt ac ſupr. II. 403. ubi vidimus de permutatione harum vocum. vid. & Cl. Drakenb. ad Sil. v. 624. ubi in tempeſtatis quoque deſcriptione, *Ac ſuper haec reflui pugnarunt montibus amnes, Ac retro fluctus torſit mare.* ubi Heinſius etiam, *fontibus*, ſed perperam: nam flumina retro acta ad montes uſque, unde oriuntur, tentarunt eos ſupergredi, & mare etiam retroegit fluctus fluminum. Hic vero jubentur flumina, quae recte in mare ibant, obliquare fontes, id eſt, aquas hac & illac, ut omnia inundentur, ſpargere. *montes* & *fontes* etiam varie dant Codices apnd Stat. v. Theb. 494. & alibi.

118. *Huc ſolve*] Heinſius ex more ſuo legebat, *i ſolve. hic ſolve nives*, *hic ſtagna* plurimi. mox, *diſſolve paludes* ſeptem ſcripti. Cortius conjiciebat; *diffunde.* Sed vulgata mihi videtur melius τῷ *pigris* convenire, ut paludes, quae ſtare & ſtagnare, nec umquam fere ripas egredi ſolebant, nunc effunderet in vicinas terras.

122. *Redit*] Ut ab infelicibus *diſcedere* & *abire* vulgo dicitur fortuna, ita *redire* etiam rebus in melius mutatis. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 312.

123. *Clarior aër*] *Rarior* maxima pars noſtrorum, quod merito probavit ſe viris doctis. vid. lib. I. 531. & ita hic nimbos, denſas nubes, & atrum aera &c. memoravit. *aether* Rottend. ſec. & duo Hamb. *nam clarior* Thuan. quart.

124. *In vellera*] *In vulnera* Hamb. tert. *in vellere* tres libri. de velleribus in aere vid. commentatores ad Gratii Cyneg. vſ. 77. mox, *luce carebant* Thuan. pr.

126. *Diſceſſit*] *Diſcedit* Langerm. *ab aſtris*

Humor, & ima petit quidquid pendebat aquarum:
Tollere ſilva comas, ſtagnis emergere colles
Incipiunt, viſoque die dureſcere calles.
Utque habuit ripas Sicoris, camposque reliquit,
Primum cana ſalix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim, caeſoque inducta juvenco
Vectoris patiens tumidum ſuperenatat amnem.
Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Navigat Oceano: ſic quum tenet omnia Nilus,
Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.
His ratibus trajecta manus feſtinat utrimque
Succiſum curvare nemus: fluviique ferocis
Incrementa timens, non primis robora ripis
Impoſuit: medios pontem diſtendit in agros.

Ac

ſtrit Hamb. ſec. Heinſ. corrigebat, *deſcenderit.*

128. *Stagnis*] *Stagnisque* Thuan. tert. a m. ſec. mox, *dureſcere colles* Rott. ſec. & Turrian. *calles* quatuor, quod Cortius prodidit: pro omnibus aliquid dici poteſt. Sed quia *calles* commeantium pedibus calcati duriores eſſe ſolent, mihi prae aliis placerent: quia & ad uſum militarem apti debebant eſſe duritia ſua calles, & viae, per quas ducendus erat exercitus. Sic in agricultura dixit, *ſitu dureſcere campum* Virgil. I. Georg. 72. unde & lib XI. Aen. 318. *vomere duros Exercent colles* ubi alia ratio atque in re militari. *viſo die*, eſt viſo ſole. vid. ad Val. Fl. VII. 229. & alibi ſaepe.

130. *Sicoris*] Iterum, *Siquoris* Thuan. pr. & ita ſemper.

132. *Indicta*] *Inducta* undecim, quod jure receptum. Heinſius tamen notaverat, *inſuta* ſe probare, & ad Adverſaria ſua nos ablegabat. vid. ad Valer. Fl. II. 109. ita apud Stat. IV. Silv. IX. 24.

Caeſis pilea ſuta de lacernis.

Quod minime in *ſciſſis* cum Heinſio & Markalando debet mutari: ſutores enim, quum ex lacernis facerent pilea, non ſcindebant lacernas, ſed caedebant forcipibus ſuis pannum in formas pileorum, ut qui ſcuta inducebant corio taurino, & ut hic vimineas crates, caedebant corium, non ſcindebant. Eadem variatio VIII. 240. *inducta* tamen non mutem. *vectores patiens* fragm. S Germ. *ſuperemicat agmen* Richel. quod Heinſius explicat, ut agmen *aquarum* dicitur a Poëtis, ſed eſt aberratio ſcribarum, de qua vide viros doctos ad Livii XXI. v. 9.

136. *Conſeritur*] Et Heinſius hic olim, *conſuitur* conjecerat, ſed deleverat propter illa Virgilii III Aen. 594. *conſertum tegmen ſpinas*, ubi vid. Serv. & Emmenes. Serv. ad IV. Georg. 291. Et Guillandinus de Papyro p. 131. docte hoc verbum tuetur contra illos, qui *conficitur* legebant, ex Pacuvio, qui *conſerere funes* dixit. vid & adnotata ad Ovid. XIV. Met. 166. & ſupr. lib. III. 222.

137. *Trajecta*] Codices, *transvecta*, *tranſmiſſa*, quae eodem redeunt: trans enim ſtagnantes jam aquas & flumen in ſilvam trans-

vecta

Ac ne quid Sicoris repetitis audeat undis,
Spargitur in ſulcos, & ſciſſo gurgite rivus
Dat poenas majoris aquae. Poſtquam omnia fatis
Caeſaris ire videt, celſam Petrejus Hilerdam
Deſerit: & noti diffiſus viribus orbis,
Indomitos quaerit populos, & ſemper in arma
Martis amore feros, & tendit in ultima mundi.
Nudatos Caeſar colles, deſertaque caſtra
Conſpiciens, capere arma jubet: nec quaerere pontem,
Nec vada, ſed duris fluvium ſuperare lacertis.
Paretur: rapuitque ruens in proelia miles,
Quod fugiens timuiſſet, iter. mox uda receptis
Membra fovent armis, gelidosque a gurgite curſu
Reſtituunt artus, donec decreſceret umbra

In

vecta fuit illa manus: nam Caeſar dicit lib. I. cap. LIV. *ſe ratibus his flumen tranſportaſſe milites.* in Hamb. ſec erat, *transacta*: an hoc eſſet, ut *peragere maria* dicunt? de quo nos ad Petron. cap. CXIX. ſed *transigere* pro trajicere aquam nondum reperi: *utrinque* eſt in omnibus, id eſt, in utraque ripa vel parte, ut Caeſar ait. *curvare* eſt quod Ovidius dicit XVI. Ep. 109.

Fundatura citas flectuntur robora naves.

Id eſt, carinas facere, fundamenta & ſtatumina navium, quae curva; hic vero ponti faciendo curvantur robora, ut arcus vel fornicis ſpeciem dent.

142. *Sciſſo*] *Fiſſo* Hamb. pr. *ſciſſis* Thuan. quart. *ripis*, vel *rivis* Rottend. ſec. *rivus* Hamb. tert. & Oiſel. & a m. ſec, Thuan. ſec. a m. pr. tert. quod Cortio & Oudendorpio placuit jure. Sicoris magnus fluvius ſupr. vſ. 14. jam fit rivus. Sic contra Ovid. II. ex Pont. V. 22.

Ex rivo flumina magna facis.

major aqua proprie de inundationibus & pluviis nimiis. ita magnae aquae Livius XXIV. 9. & Caeſar I. Bel. civ. 48. *numquam illis locis majores aquae fuere. Ingentes* dixit Liv. XXXVIII. 28. vid. lib. I. 554.

143. *Fatis*] *Fato* Rottend. tert. mox, *Ilernam* Hamb. ſec. *Ilerdem* Cod. Curt. dein *diffuſus* Langerm. & Oiſel.

146. *In arma*] *In arva* Turrian. *mortis amore* octo, & duo a m. pr. unus a m. ſec. Eadem variatio apud Stat. VII. Th. 137.

ferus omni in pectore ſaevit
Martis amor.

ubi Barh. praefert *mortis*. vid. infr. VIII. 364.

149. *Capere arma*] Heinſius olim, *rapere*, ſed deleverat. arripuit iterum Cortius, aeternumque licebit de his litigare, & pro utroque verbo adducere teſtes Poëtas. Sed ſcripti hic conſtanter, *capere*, & recte: ex diſciplina enim militari capit arma miles ducis imperio. vid. ad Ovid. II. Met. 603. & Cl. Drakenb. ad Liv. VI. 12. & mox, *rapuit*, ubi Rott. pr. *rupitque*, utrumque bono ſenſo. Sed *rupit* praeferrem, quia ſummi laboris & difficultatis erat, flumen obſiſtens itineri natando ſuperare, & ita quaſi clauſum iter rumpere. vid. ad Valer. Flac. I. 3. & Cortius hoc recepit. Si quem tamen offendit ingratus ſonus, *rupitque ruens*, ille *rapuit* praeferat, vel *furens*, ut in Berſman-

In medium ſurgente die. jamque agmina ſumma
Carpit eques, dubiique fugae, pugnaeque tenentur.
Attollunt campo geminae juga ſaxea rupes
Valle cavae media: tellus hinc ardua celſos
Continuat colles, tutae quos inter opaco
Anfractu latuere viae: quibus hoſte potito
Faucibus, emitti terrarum in devia Martem,
Inque feras gentes Caeſar videt. *Ite ſine ullo*
Ordine, ait, *raptumque fuga convertite bellum*,
Et faciem pugnae, vultusque inferte minaces:
Nec liceat pavidis ignava occumbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit: & ad montes tendentem praevenit hoſtem.
Illic exiguo paullum diſtantia vallo

Caſtra

manni codice ſolita varietate legat: arma vero depoſuiſſe poſſet quis credere, dum natarent: nam ſuperato lacertis fluvio, *recepta* mox dicit. Quod quum non placeat, quo enim modo arma trans fluvium recepiſſent, niſi ſimul corpore transvexiſſent, aut navibus trajecta fuiſſent, credebam poſſe legi,

mox uda receptis Membra fovent animis,

ut fatigati curando corpori aliquod tempus impenderint, & *receperint animum*, vel *animam*, ut ita Terentius & alii loquuntur: ſic apud Virgil. XI. 715. in Sprotiano erat, *armis elate ſuperbis*, pro *animis*.

153. *Gelidosque*] *Gelidoque* Hamb. tert. *curſus* Oiſel. a m. pr.

155. *In medium*] *In medio* Hamb. & a m. ſec. Voſſ. *a medio* Barberin. male. Die, id eſt ſole, adſcendente ad meridiem, quum eſt altiſſimus. vide Ovid. I. Met. 592. & XI. 353.

158. *Valle cava media*] Offendit merito duplex adjectivum, ideoque *Valle cavae media*, ex plurimis ſcriptis Grotius & Cortius ediderunt. Sed rejecit Oudendorpius, quum vallis rectius *cava* dicatur, quam rupes in valle; niſi antrum tibi fingeres, vel exciſas fluctibus rupes, ſi ad mare ſint ſitae. Sic infr. 237. *cava vallis* occurrit. vid ad lib. I. 396. nec tamen placet *cava media*, pro in media valle quae cava erat, ſed mallem *valle cava mediae* quia ſurgebant media in valle. ita *medius* cum ablativo conſtruit Ovid. I. Amor. XVI. 13.

Non ego ſi medius Polluce & Caſtore ponar,

ubi Micyllus hoc notat rarius dictum pro *inter* Caſtora & Pollucem. Sed apud Virgil. IV. Georg. 436.

Conſedit (vel *conſidit*) *ſcopulo medius.*

eſt pro in ſcopulo medius inter pecus aequoreum; ut & hic valle cava attollunt juga rupes mediae, id eſt, cava valle inter geminas rupes, poteſt conſtrui. Dorvillius malebat, *valle cavae media*, id eſt, quae dividebantur per vallem, alias perpetuum jugum facturae.

162 *Videt*] *Jubet* Rott. ſec. ſed ſollemni errore. *raptum*, pro ereptum, antea per fugam hoſtium bellum, convertite in aciem, eos praeveniendo: pro convertite hoſtes fugientes in proelium. Mox, *vultus inferte* Hamb. pr.

167. *Ad montes*] *Ad montem* duo Langerm.

Caſtra locant. poſtquam ſpatio languentia nullo
Mutua conſpicuos habuerunt lumina vultus.
[Et fratres, natosque ſuos videre, patresque;]
Deprenſum eſt civile nefas. tenuere parumper
Ora metu: tantum nutu, motoque ſalutant
Enſe ſuos. mox ut ſtimulis majoribus ardens
Rupit amor leges, audet tranſcendere vallum
Miles, in amplexus effuſas tendere palmas.
Hoſpitis ille ciet nomen, vocat ille propinquum:
Admonet hunc ſtudiis conſors puerilibus aetas:
Nec Romanus erat, qui non adgnoverat hoſtem.

Ar-

169. *Spatio languentia nullo*] Scholiaſtes exponit quaſi dixiſſet, *non languentia prope cernendo*, perperam, vel legendum *procul cernendo*: eſt enim ſenſus, tam propinquos inter ſe fuiſſe, ut alter alterius vultum oculis notare poſſet. *Languent* enim oculi, ubi hebetes fiunt, nec longius cernere poſſunt. vid. ſupr. ad vſ. 20. & hoc ſequentia docent, mutua habuiſſe lumina vultum hoſtium. Ita *languidi oculi* ſunt hebeſcentes & in ſomnum cadentes. Ovid. I. Met. 716. deinde, *mutuo* Richel. *habuere* Hamb. tert. Heinſius tentabat, *aluerunt*, vel *paverunt*; ſed *paſcimus*, vel *alimus* oculos re conſpecta, & tunc, *mutuo vultu* debuiſſet dicere. Quare nihil muto. Nam *habuere conſpicuos vultus* vulgata ratione loquendi eſt, pro *conſpexerunt*: ſic *habere permixtas carinas* lib. V. 707. pro permiſcere; & centies alibi.

171. *Et fratres*] Hunc verſum Thuan. tert. ignorat, & pr. habebat a m. pr. & in Voſſiano margini adſcriptus erat; *Hic fratres* ſex. Cortius nobis obtrudere tentat, *Ac natosque, fratresque ſuos*, ſecurus modi in prima ſyllaba τ *fratres*, quam, ut in *patres*, corripi poſſe credebat. Et potuiſſet ſe tueri auctoritate Rottend. pr. ubi erat, *Et natosque fratresque*; quem codicem forte conſuluit, vel ſimilem ei. *Videre parentes* tres codices. *Hic fratres natosque ſuos videre patresque* Oiſel. a m. pr. Sed per me liceat, delectur.

172. *Deprenſum eſt*] *Depreſſum* Rott. pr. ut infr. 335. *eſt* deeſt Hamb. ſec. & Turrian. eleganter vero *deprenſum* dicit, id eſt, quod non credibile antea videbatur, nunc oculis conſpectum eſt, & verum apparuit. Sic & lib. IX. 826.

Deprenſum eſt, quae funda rotat, quam lenta volarent.

Flor. II. XVII. II. *cadentem in maria ſolem, obrutum aquis ignem deprendit*, quae antea fabuloſa videbantur, nunc vidit. Claud. Bell. Getic. 103.

Oculis arcanum tanti deprendere regni.

Stat. I. Theb. 510. *Deprendi, Fortuna, Deos.* ubi vide Barth. Idem VIII. 103. *deprendere verum*. Senec. Oedyp. 916. *infandum genus deprendit*.

173. *Motoque*] *Motuque* Rott. pr. & tert.

175. *Tranſcendere*] *Tranſcurrere* Thuan. ſec. & Hamb. quart. quod recepit Cortius. Eadem varietas apud Claud. IV. Conſ. Honor. 305. *praeſcriptos hominum tranſcendere fines. Vallem* fragm. S. Germ.

176. *In amplexus*] Cortius hic ex ſuo codice, *in amplexum*, eleganter ait per hiatum; mihi ineleganter viſum, nec ex more Lucani. *& amplexus* Ed. Hortens.

177. *Ciet*] *Ciat* Turrian. *propinqui* decem. vid. Cort. ad Plin. II. Ep. 3. *admovet* Hamb. pr.

179. *Qui non adgnoverat*] *Cognoverat* Langerm.

Arma rigant lacrimis, ſingultibus oſcula rumpunt:
Et quamvis nullo maculatus ſanguine miles,
Quae potuit feciſſe, timet. Quid pectora pulſas?
Quid veſane gemis? fletus quid fundis inanes?
Nec te ſponte tua ſceleri parere fateris?
Uſque adeone times, quem tu facis ipſe timendum?
Claſſica det bello; ſaevos tu neglige cantus:
Signa ferat; ceſſa: jamjam civilis Erinnys
Concidet, & Caeſar generum privatus amabit,
　Nunc ades, aeterno complectens omnia nexu,
O rerum, mixtique ſalus concordia mundi,

Et

germ. *cognoſceret* Hamb. ſec. *agnoſceret* Thuan. ſec. quod placet, niſi malis, *nec Romanus erat, quia non agnoſceret hoſtem*, ut Romanum militem a peregrino & barbaro diſtinguat, ut recte Omnibonus. ſed eodem redit, ſi *qui* legas.

183. *Quid veſane gemis*] *Quidve inſane* Langerm. *quid veſane times* multi, repetito verbo ex praecedenti, ut ſaepe; & mox iterum *times* ſequitur. mox, *non te* Hamb. pr. *& facis eſſe* multi. Vir doctus in ora Codicis *nonn' te*.

186. *Claſſica dent bellum*] Variant noſtri Codices, ut Oudendorpiani: *det bello* (quod Grotio placuit) *dat bello*, *dant bellum* vel *bello. tu ſaevos* Hamb. quart. *ſigna ferat* multi. *ſigna movet* Thuan. ſec. *ceſſa* Hamb. tert. *dent bello* & *ſigna ferant* Cortius, denique varie tentant hunc locum viri docti: forte ſcripſerit Lucanus,

Claſſica dent: belli tu ſaevos neglige cantus.
Signa ferant: ceſſa.

& ſubintellige, ut millies, *ſi*, vel *licet*, dent claſſica. Si claſſica dent, tu neglige cantus, finge te non audire ſaevos illos belli cantus: Si ſigna inferant, & aciem velint producere, tu reſiſte & ſta. *claſſica dare* ſimpliciter dictum, ut *ſigna dare*, quae ſunt claſſica, quod obvium. Sic *dare cantum* Ovid. II. Faſt. 767.

Jam dederat cantum lucis praenuntius ales.

Tibul. III. IV. 40.

Felices cantus ore ſonante dedit.

Inſolentius autem eſſet dictum, *claſſica dent bellum*, quod numquam legi, licet *dare bellum* ſaepe occurrat. ut infr. h. l. 688. ubi Juba dicitur, *dare bellum privatae irae*, id eſt, movere: immo *dare pugnam*, *proelium* obvium eſt. vid. ad Gratii Cyneg. 155. quae diverſa ſunt: melius vero *dent* & *ferant*, ut uterque Caeſar & Pompejus intelligantur a militibus, mutuis alloquiis inter ſe agentibus: ſi unus enim ceſſaret, alteri praeda fieret: quamvis non repugnem, ſi quis hunc ſermonem Pompejano det, & *det*, & *ferat* velit de Caeſare intelligi cum quo, contendere nolim propter vſ. 185. & quia Caeſar magis timebatur a ſuis, quam Pompejus, cui multi obtrectabant & obſequi negabant: Et ideo tandem omnibus expenſis, placet maxime Grotii lectio, *det bello* firmata ſeptem codicibus noſtris: ut enim *ſigna dare movendis caſtris* X. 400. ita *claſſica dare bello* recte dici poteſt. & ut *petere ſigna pugnae* VII. 47. & *claſſica pugnae petere* II. 599. dicitur miles, ita *dare* dux: claſſica autem ſunt, *bellica ſigna*, quae hic *claſſica* ſimpliciter vocat, quia mox *ſigna*, aquilas, & per has exercitum intelligit, cui praeeſt Caeſar. mox, *concidit* Richel.

189. *Nunc ades*] *Huc* Thuan. quart. quod

Et sacer orbis amor: magnum nunc ſecula noſtra
Venturi diſcrimen habent. periere latebrae
Tot ſcelerum: populo venia eſt erepta nocenti:
Adgnovere ſuos. pro numine fata ſiniſtro
Exigua requie tantas augentia clades!
Pax erat, & miles caſtris permixtus utriſque
Errabat: duro concordes ceſpite menſas
Inſtituunt, & permixto libamina Baccho.
Graminei luxere foci: junctoque cubili
Extrahit inſomnes bellorum fabula noctes:
Quo primum ſteterint campo, qua lancea dextra
Exierit. dum, quae geſſerunt fortia, jactant,
Et dum multa negant, quod ſolum fata petebant,
Eſt miſeris renovata fides, atque omne futurum
Crevit amore nefas. nam poſtquam foedera pacis
Cognita Petrejo, ſeque, & ſua tradita venum

Ca-

ſaepe apud alios. inf. VIII. 103.

191. *Orbis amor*] *Urbis* Langerm.

193. *Tot ſcelerum*] *O ſcelerum* Hamb. tert. *nocendi* fragm. S. Germ. mox, *facta ſiniſtro* Richel.

196. *Permixtus*] *Promixtus* Barber. odioſe iterum mox, *permixto Baccho*: niſi Lucanus eſſet, hic, *permiſſus errabat caſtris* legerem.

197. *Et permixto libamina Baccho Graminei luxere foci*] Intricatior mihi conſtructio videtur, niſi cum uno Voſſiano legatur, *Gramineis toris*, vel cum aliis *focis*, ut libamina ſint vinum effuſum in gramineas menſas, quas pro tempore tamquam menſas hoſpitales & aras inſtituerant. nec tantum libarunt, ſed poſt illa libamina, quae voti & boni ominis cauſſa fiebant, ſimul biberunt vinum. unde *permixtum Bacchum* dicit, additis precibus & votis, *bene vos* &c. vid. ad Ovid. II. Faſt. 638. *duxere* in Sixiano, Thuan. tert. a m. pr. & Rott tert. a m. ſec. ſed *ducere*, pro bibere, *libamina* an dici poſſit dubito, quia ex poculo, quod ebibituri eſſent, libamina in menſam fundebantur, & ita proprie loquendo non ducebant libamina, ſed vinum poſt libationem reliquum. Illa libamina vero in focum injecta alebant flammam, quae quo clarior ſurgeret & luceret, eo melioris ominis; unde *fulgere* & *lucere* dicuntur tori: haec omnia ſatis nota & vulgaria, Dorvillianus, *Et permixto libamine Bacchi Gr. luxere tori. Libamine* Thuan. quart. Heinſ. pro *&* legebat, *ut permixto*. ut, id eſt, poſtquam, libaverant, inſtituerint menſas. *gramineis fluxere toris*, Cortius ſine libris. *Chori* huc nihil faciunt: niſi ſedentes poſſe *choros* dici probatum fuerit. quum de ſaltantibus, diſcurrentibus &c. hoc vocabulum ſumi ſoleat.

200. *Inſomnes*] *Inſomnis* tres, & duo a m. ſec. ſed ego *inſomnes*, vitandae ambiguitatis cauſſa praefero. Virgil. IX. Aen. 166. *noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo*.

201. *Primum*] *Primo* Rott. pr. *ſteterit* Richel. *ſteterant* quatuor. *ſteterunt* Cortius.

quae

Caſtra videt, famulas ſcelerata ad proelia dextras
Excitat, atque hoſtes turba ſtipatus inermes
Praecipitat caſtris, junctosque amplexibus enſe
Separat, & multo diſturbat ſanguine pacem.
Addidit ira ferox, moturas proelia, voces:
Immemor ô patriae, ſignorum oblite tuorum,
Non potes hoc cauſſae, miles, praeſtare, Senatus
Adſertor victo redeas ut Caeſare: certe
Ut vincare potes. dum ferrum, incertaque fata,
Quique fluat multo non deerit vulnere ſanguis,
Ibitis ad dominum? damnataque ſigna feretis?
Utque habeat famulos nullo diſcrimine Caeſar
Exorandus erit? ducibus quoque vita petenda eſt?
Numquam noſtra ſalus pretium, mercesque nefandae
Proditionis erit: non hoc civilia bella,
Ut vivamus, agunt. trahimur ſub nomine pacis.

Non

quae lancea Oiſel. & Langerm. *quo lancea dextra exigerit* fragm. S Germ. *exierant* Thuan. ſec. a m. pr. *geſſerunt quae* Cortius.

203. *Negant*] *Nega ſit ſolum facta* Richel. *fata patebant* Thuan. quart. & Barber. *quae ſ. fata* Turrian. mox, *revocata* Langerm. *reputata* Rott. ſec. *futuri* Thuan. ſec. multa ſcelera a ſe facta negabant, ut nimirum amicitia renovaretur, quod fata petebant, ut poſt fidem renovatam majora ſcelera fierent, ea rupta & violata.

209. *Junctosque*] *Junctos* Thuan. ſec. & Hamb. pr. mox, *multos* Hamb. quart.

211. *Ferox*] *Feras* Turrian. eadem varietas lib. I. 479. & ſupr. 147. in var. lect. ſic Ovid. V. Triſt. V. 17.

Vox fera, trux vultus.

& *lingua fera* IV. ex Pont. IV. 40. Vir doctus in ora Codicis, *addidit ipſe ferox*.

213. *Senatus*] Malim diſtinguere, *Non potes hoc cauſſae miles praeſtare, Senatus Adſertor* &c. nam *cauſſa ſenatus* quidem dicitur alibi, ſed & *cauſſa* ſimpliciter ſaepe apud noſtrum de Senatus & Pompeji cauſa, vid. lib. X. 451. videtur vero reſpicere illa Sueton. Caeſ LXXX. ubi, *populus adſertorem flagitat*. *Ut vincare*, eſt, licet vincare, tamen potes aliquid praeſtare, & dum Mars adhuc incertus eſt, & vires & arma vobis ſuperſunt, an iis abjectis ad preces ibitis, & ſigna transferetis ad Dominum?

215. *Incertaque fata*] Id eſt, dubios eventus belli: Cortius *fati* conjiciebat, neſcio cui bono, & contra omnes ſcriptos & editos. *incertaque ſigna* Rottend. ſec. mox, *deerit non* Thuan. ſec.

219. *Exorandus erit*] *Erat* Rott. tert. vid. ad lib. I. 31. & II. 186. infr. 259. *dux cauſſae melioris eris*, ubi etiam *eras* tolerari poſſet. *vita petenda* ſine *eſt* Thuan. ſec. *petita eſt* Rottend. tert. a m. ſec.

221. *Non hoc*] Senſus eſt, in bello civili nullus locus veniae & paci, ſed agitur tantum, ut contraria pars penitus exſcindatur, & pereant omnes adverſarii. *Non haec* Luta-

Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli vallarent oppida muri,
Non ſonipes in bella ferox, non iret in aequor
Turrigeras claſſis pelago ſparſura carinas,
Si bene libertas umquam pro pace daretur.
Hoſtes nempe meos ſceleri jurata nefando
Sacramenta tenent: at vobis vilior hoc eſt
Veſtra fides, quod pro cauſſa pugnabitis aequa.
Sed veniam ſperare licet, pro dira pudoris
Funera! nunc toto fatorum ignarus in orbe,
Magne, paras acies, mundique extrema tenentes
Sollicitas reges, quum forſan foedere noſtro

Jam

tius ad Stat. II. Theb. 659.

223. *Chalybem*] *Chalybum* Richel. *geus* Fr. Germ. hic vero non agitur de Chalybibus, ſive in Ponto, ſive in Hircania fuerint ſiti, ſed gentes quaecumque non eruerent chalybem, id eſt, ferrum, ubicumque in viſceribus terrae lateat, & penitus fugere videatur. Valer. Fl. V. 541. *jamque virum trabit ipſe chalybs.* ubi vide notas. & ita centies chalybis mentio fit; tam de armis inde factis, quam de munitionibus urbium & arcium. Ita itidem Valer. I. 593. de Aeoli carcere, quo ventos cohibet

in monte chalybs, iterataque muris
Saxa domant Euros.

loco ſuſpecto viris doctis, ſed vulgata ſana eſt, nec opus emendatione doctiſſimi Marklandi ad Stat. II. Silv. I. 217. *immenſa chalybs*, in qua lectione non video conſtructionem, niſi, *immenſa* jungatur cum *chalybs*, atqui ea vox requirit maſculinum, *immenſus* chalybs. *immenſa ſaxa* vero jungi poſſe non video, interjecta voce *chalybs*, niſi intricatum in modum, chalybs & immenſa & iterata ſaxa domant Euros. Alia res in loco Claudiani, quem adduxit; ubi *immenſa clauſtra chalybs nectit.* hic copula deeſt τῷ *immenſa.*

225. *Non ſonipes*] *Et ſonipes* Hamb. ſec.

228. *Nempe*] *Namque* Voſſ. & Cortii MS.

231. *Pro dira pudoris funera*] Ita fere omnes. *Furoris* Thuan. ſec. & Hamb. tert. Quare Heinſius corrigebat, *munera*, vel *vulnera.* ut lib. VIII. 349. *patiarne pudoris hoc vulnus.* Petron. bello civili.

Et laeſae vulnera pacis.

Furoris foedera MS. Cortii & Hamb. pr. Turr. & Barberin. Sed ſequamur ſcriptos, & *funera pudoris* duriter ex Lucani more dictum credamus: nam nec Virgilium ita umquam locuturum fuiſſe cenſet Buchnerus de commutata oratione dicendi pag. 187. modeſtior figura, *fama ſepulta concubitus* Ovid. VII. Ep. 92. vid. ad Epiſt. X. 76. & fragm. Petron. pag. 676. *item toto* Sixii. forte, *tu toto.*

234. *Quum forſan*] *Forſan quum*, tres Cortii. *non tibi* Turrianus. Et haec implicata ſunt. quomodo enim *foedus noſtrum* poteſt Petrejus dicere, qui illud diſturbat ſanguine multo: Omnibonus capit, quaſi jam ſe cum militibus commemoret, quum nos paciſcemur ſalutem tuam. & ita fere Sulpitius & Hortenſius. ſi *non tibi* legamus, erit contraria ſententia, hoc foedere, ſi etiam cogor inire, tuam prodemus ſalutem & vitam, te deſerturi, & ad Caeſarem tranſituri ſumus. Sed quia modo *foedera* & *fu-*

Jam tibi ſit promiſſa ſalus. Sic fatur, & omnes
Concuſſit mentes, ſcelerumque reduxit amorem.
Sic ubi deſuetae ſilvis in carcere clauſo
Manſuevere ferae, & vultus poſuere minaces,
Atque hominem didicere pati: ſi torrida parvus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesque furorque,
Admonitaeque tument guſtato ſanguine fauces:
Fervet, & a trepido vix abſtinet ira magiſtro.
Itur in omne nefas: & quae Fortuna Deorum
Invidia caeca bellorum in nocte tuliſſet,
Fecit monſtra fides: inter menſasque, torosque,
Quae modo complexu foverunt pectora, caedunt.
Et

funera pudoris varie exhibent codices, forte & hic repetierunt librarii τὸ *foedere*, & conveniret aptius orationi Petreji, ſi legeretur,

quam forſan funere noſtro
Jam tibi ſit promiſſa ſalus.

Mea morte contenti, tibi a Caeſare pepigerunt ſalutem, & ita fidiſſimo tuae cauſſae aſſertore privaris, dum reges exteros & infidos ſollicitas: *ſic fatus* Barber. *reducit* Voſſian.

237. *Sic ubi deſuetae ſilvis, in carcere*] *Et carcere clauſo* quatuor, vel *clauſae* Rottend. ſec. & puto rectius legi, *ubi deſuetae ſilvis & carcere clauſae manſuevere ferae, vultus &c.* & copula deerat in Rott. ſec. a m. ſec. Heinſius varie tentaſſe locum patet ex lituris, tandem vero conjecerat, *in carcere clauſtri*, vel *clathri*. de qua voce egit ad Claudian. III. Stil. 272. & utitur in hac re noſter infr. lib. X. 445.

Sic ferit in parvis fera nobilis abdita clathris.

ubi etiam *clauſtris* alii. *vultus p. feroces* Rott. ſec. *deſuetae ſilvis* opponuntur Elephantis *nuper a ſilva*, ut Floro dicuntur IV. II. 67. vid. ad lib. II. 148. & V. 404. & de verbo *deſueſcere* Barth. ad Stat. V. Theb. 231.

239. *Hominem didicere pati*] Sic *manum pati* Lutat. in Ovidii Metam. Arg. VII. 13. vid. ad Quinctil. Decl. CCLX. Statius lib. VII. Theb. 569. dicit *ſanguinis oblitas*, ubi hic Lucani locus a Lutatio adducitur.

239. *Si torrida parvus Venit in ora cruor*] *Si horrida* Rottend. pr. & in ſuis invenit Cortius. Heinſ. legebat, *ſique horrida*, ſed quia hoc minus placebat, ſupponebat, *ſi torpida*; mihi neutrum ſatis placet, & vulgatum ſervo. *Torrida* enim ſunt ſitientia, arida & ferventia ſiti. ita lib. IX. 744.

In ſicco linguam torrere palato Coepit.

& eodem libro 718. *torrida dipſas.* & 790. *Torridus Preſter.* vid. & infr. 324. & ita paſſim regiones *torridae* & *torrentes* Noſtro & aliis dicuntur. Pro *parvus* etiam Vir illuſtris malebat, *parcus.* Sed vid. ad lib. II. 128. mox, *abſtinet ora* multi; quod mutaverunt librarii, quia *fervet* & *abſtinet*, non videtur convenire praecedentibus *manſuevere* & *didicere* ferae. Sed vide quae diximus ad Virg. II. Aen. 32. quia vero praeceſſit *ora*, retineo *ira*. Sic apud Claudian. Bell. Get. 4779. *occultat tamen ira metum*, ex MS. ubi vulgo *ore*, quod etiam puto retinendum.

245. *Fecit monſtra fides*] Explicari haec quidem, ſed non niſi per multas ambages, poſſe video, ut dicat, fidem illam, quam ſibi Pompejani & Caeſariani in commercio illo caſtrorum mutuo videbantur dediſſe, & quae

Et quamvis primo ferrum ſtrinxere gementes,
Ut dextrae juſti gladius diſſuaſor adhaeſit,
Dum feriunt, odere ſuos, animosque labantes
Confirmant ictu. fervent jam caſtra tumultu,
Et ſcelerum turba: rapiuntur colla parentum.
Ac velut occultum pereat ſcelus, omnia monſtra
In facie poſuere ducum: juvat eſſe nocentes.

Tu

quae, ut vſ. 204. dicit, renovata fuit, & qua crevit nefas, poſtea erupturum, nunc illa monſtra, id eſt ſcelera monſtroſa, ut bene Oudendorpius, edidiſſe. Sed quia bis terve jam dixit, ignoſci potuiſſe civibus bellum inter ſe gerentibus, ſi, ut in proelio, id eſt *caeca bellorum nube*, ut infr. 488. vel *bellorum in nocte*, ut hic, tamquam cum ignotis pugnaſſent, nunc vero quum quisque agnoverint ſuos, menſa & cubili ſociaverint illos, nullam veniam eſſe ſceleri; quia hoc non invidiae Deorum, qui obtuliſſent in tenebris, aut proelii confuſione nefas, adſcribere poſſint, ſed, ut dixit 192. *periere latebrae Tot ſcelerum, populo venia eſt erepta nocenti. Agnovere ſuos.* ex quibus patet *caecae nocti* non recte opponi *fidem*, ſed debere illi lumen & diem clarum opponi. Quare rectius legeretur, *Fecit monſtra dies*: nam pleno & claro die haec accidiſſe patet ex Caeſaris narratione lib. I. de Bello Civ. cap. 74. & ſeq. & quosdam celatos Caeſarianos nocte ſequenti per vallum emiſſos, addit. *Noſtra*, quod Grotius & alii ediderunt, & *monſtra* a librariis permutata vidimus ad Valer. Flac. VII. 532. jam vero ſollemne eſt librariis has voces, *fides* & *dies* permutare, ut vidi in codicibus Virgil. IX. Aen 281. XI. 687. Ovidii V. Faſt. 682. III. ex Pont. IV. 99. & Claudian. praef in III. Conſ. Honor. 12. & aliis plurimis. Spero feliciorem hanc conjecturam fore illa, qua Heinſius apud Valer. Fl. III. 175. emendat, *& laribus ſacraſſe fidem*, ubi vulgo eſt, *diem*, & forte mutaverit ſententiam, quum ad Ovidium, quo nos remittit, nihil monuerit. Pro *tuliſſet* Thuan. quart. etiam ſollemni varietate, *dediſſet*; ſed unus codex non ſit tanti. quum Fortuna, fors & ſimilia *ferre* aeque atque *dare* centies dicantur. vid. ad Virgil II. Aen. 433. *& qua fortuna* Turrian. & a m. pr. Oiſel. & a ſec. Rottend. ſec. *bellorum nocte* plurimi. *nube* nullus. quod tranſlatum ex lib. II. 262. ubi, *caeca telorum nubes*.

246. *Pectora*] Plurimi, *corpora*, ut centies alibi. Sed complexu conveniunt *pectora* Valer. Flac. I. 214

ſic amplexu, ſic pectora fratris,
Juno, tene. & paſſim alii.

247. *Primo*] *Primum* Thuan. ſec. *ſtrixere* Turrian. *tinxere* Rott. ſec. Sed prius ferire debebant, antequam gladios ſanguine tinguerent: nunc etiam gemunt, & haerent, an feriant.

248. *Diſſuaſor*] *Deſuaſor* Hamb. ſec. ita apud Ammian. Marc. lib. XXX. cap. 9. Lindenbrogium edidiſſe *deſuaſorem* ab aliis jam notatum. Apud Sueton. Aug. VIII. in MSS. Pinelli erat, *M. Philippo multum deſuadente.* nec dubito quin & aliis locis ita ſcriptum olim fuerit. *diſſuaſor adeſſet* Rott. ſec.

249. *Animos*] Innumera ſunt veterum loca, ubi *animos* & *animas* poſſumus pro arbitrio permutare, etiam ſcriptorum auctoritate, & aeque ubi laudamus, atque ubi vituperamus: & ita lib. V. 322. ſive *imbelles animos* ſive *animas* legas, parum intereſſe putem: ſic *recipere animum* & *animam* dici poſſe credo, ut ſupr. vſ. 152. Sed *pars animae* occurrit apud Ovid. I. ex Pont VI. 26. & Horatium & alios, ubi ineptum eſſet, *pars animi.* vid. ad Ovid. I. Faſt. 297. & alibi. & hinc recte *animam* tuetur Oudendorpius infr. vſ. 290. ubi agitur de ea parte homi-

Tu Caeſar, quamvis ſpoliatus milite multo
Adgnoſcis ſuperos: neque enim tibi major in arvis
Emathiis fortuna fuit, nec Phocidos undis
Maſſiliae, Phario nec tantum eſt aequore geſtum.
Hoc ſiquidem ſolo civilis crimine belli
Dux cauſſae melioris eris. polluta nefanda
Agmina caede duces junctis committere caſtris

Non

mines, qua vivit & ſpirat. Sed contra vſ. 285 ineptum eſſet legere, *majores animas.* Ita & hic *animos* praefero: nam videndum ſemper, quid adjunctis verbis melius congruat. Jam vellem exempla dari, ubi *animam labantem firmare*, vel *confirmare* legatur. quum millia ſuperſint, quibus *animum* defendimus. ſic Ovid. IX. Met. 744. *Quin animum firmas.* I. ex Pont. III. 27.

Quam bene firmarunt animum praecepta jacentem.

Cic. II. Tuſcul. 15. *firmandus eſt animus ad dolorem.* I. ad Att. *confirmare & excitare afflictos animos bonorum.* Tacit. XV. Ann. 59. *animum adverſus extrema firmat.* Haec ſufficiant pauca ex immenſa copia. vide plura apud Markl. ad Stat. II. Silv. V. 23. Deinde *labantes animae* rectius dicerentur de moribundis, aut deficientibus anima, quam de incertis & dubitantibus. Sic Virgil. IV. Aen. 22.

Solus hic inflexit ſenſus, animumque labantem Impulit

ubi abſurdum eſſet *animam labantem* legere. *labantem ordinem confirmare* dixit Sueton. Caeſ. XIV. & *labantes conſilio patres Firmare* Horat. III od. 5.

251. *Et ſcelerum turba*] *Et turba ſcelerum* tres libri. deeſt hic verſus plurimis codicibus, & ultima vox *parentum* erat in Barber. in fine praecedentis pro *tumultu.* Licet vero pro ſpurio habeant Oudendorpius & Cortius, nondum tamen damnare audeo; quia *ſcelerum turba* eleganter dictum eſt, pro immenſa multitudine, ut *turba bonorum* apud Albinov. ad Liviam vſ. 79. *turba malorum* apud Senec. ad Helv. XII. & apud Noſtrum lib. IX. 405. *rerum turba* apud Ovid. IV. ex Ponto V. 27. & innumera talia Lexicographis etiam obſervata: dein in reliquis una litera mutata egregius ſenſus exiret, ſi legeretur, *rapiuntur colla paventum:* pavebant nimirum Caeſariani ad ſubito mutatam fidem, & videntes ſubito ſtrictos enſes, ipſi inermes. Sic apud Stat. I. Theb. 400.

In corde ſedens aegreſcit cura parentis.

ubi alii codices, *paventis*, aut *paventi. rapi colla* dictum, ut lib. II. III. *rapuit vultus a cervice reciſos.* & infr. VI. 357.

ubi quondam Pentheos exſul
Colla caputque ferens ſupremo tradidit igni,
Queſta, quod hoc ſolum nato rapuiſſet Agave.

ubi etiam pro *ferens*, non nulli codices, *parens*, & duo *pavens*, ut ibi videbimus.

252. *Ac velut*] *Et velut* Hamb ſec. & Oiſel. *pareat* Hamb. tert. ſed *pereat*, eſt quaſi nullus fructus, nulla delectatio inde rediret, ut vid. Oudend. mox ad vſ. 280. & VI. 544.

253. *In faciem*] *In facie* fragm. S. Germ. Putean. & S. Germ. Heinſius corrigebat, *in facie movere.* Sed *poſuerunt* occiſos, aut eorum capita, *ante ora*, & *in ore*, in conſpectum, id eſt, ante oculos ducum, ut ſaepe alibi occurrit. Sic Ovid. II. Amor. I. 5.

Me legat in facie ſponſi non frigida virgo.

ubi & non nulli, *in faciem.* Noſter lib. VI. 159. *Caeſaris in vultu.*

254. *Spoliatus*] *Spoliato* Rottend. pr.

255. *In arvis*] *In armis* ſex codices.

260. *Junctis*] Ut ſuſpectam vocem notavit Heinſius, ſed nihil tentavit: & quamvis poſſit pro Caeſaris caſtris vicinis capi; malim tamen vocem, quae opponeretur *pol-*

Non audent, altaeque ad moenia rurſus Hilerdae
Intendêre fugam. campos eques obvius omnes
Abſtulit, & ſiccis incluſit collibus hoſtem.
Tunc inopes undae praerupta cingere foſſa
Caeſar avet, nec caſtra pati contingere ripas,
Aut circum largos curvari brachia fontes.
Ut leti vidêre viam, converſus in iram
Praecipitem timor eſt. miles, non utile clauſis
Auxilium, mactâvit equos: tandemque coactus
Spe poſita damnare fugam, caſurus in hoſtes
Fertur. Ut effuſo Caeſar decurrere paſſu
Vidit, & ad certam devotos tendere mortem:

Tela

ſtatis agminibus, & facile ob non abſimilem ductum litterarum potuit ſcripſiſſe Lucanus, *ſanctis committere caſtris*. Caeſaris nimirum, quae pura a ſclere & perfidia hac erant. Sic apud Claudian. Conſul. Olybr. vſ. 231. conjiciebam olim pro *juncto ſtipante ſenatu*, *ſancto*, in quo loco aeſtuabat Heinſius. videant eruditi.

264. *Tunc inopes undae*] *Nunc* Langerm. Id eſt, hoc rerum ſtatu, in quo erant. vid. ad lib. I. 217. Markland. ad Statii lib. v. Silv. III. 2. corrigit, *praeducta foſſa*, & quis neſcit veteres ſaepe dixiſſe *praeducere foſſam*? vide ſupr. ad vſ. 45. ſed ideo non cogendi veteres ſemper ita loqui, ut nobis occaſio oſtentandae eruditionis praebeatur. Sed *praerupta* foſſa hic neceſſario requiritur, quae aquatum euntes probiberet, non tantum tranſitu & eruptione, ſed ne ex illa foſſa etiam aquam, cujus inopes erant, haurirent, ſi ex terra defoſſa exiliret vena aquae. Caeſar lib. I. B. C. 81. *Vallo & foſſa circumvenire conatur, ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoraretur*.

265. *Avet*] *Habet* Thuan. pr. ita ſolent librarii. vid. ad Valer. Flac. I. 100. & 672. *audet* Puteán. vitioſe. *pati* recte Hortenſius, pro patiebatur, quod & placet Dorvilio, ut indicativo *avet*, diverſo modo ſubjungatur infinitivus *pati*; ut lib. I. 132. *dedidit & dare*. & ita ex Heinſii emendatione Virgil. II. Aen. 400. I.

litora curſu
Fida petunt; pars ingentem formidine turpi
Scandere rurſus equum.

quod tamen non aeque placet. mox, *aut circum longos* Rottend. ſec. *curbari* Richel.

268. *Clauſis*] *Clauſus* Rott. pr. & fragm. S. Germ.

271. *Ut effuſo*] *Effuſos* MS. Cortii. *decurrere campo* Rott. pr. & Cortii cod. mox, *ut ad certam* Richel.

274. *Non ullo*] *Non nullo* Oiſel. *conſtat* quatuor. *vulnera* ſeptem, parum refert. vid. ad Val. Fl. III. 689.

275. *Haud gratis*] Id eſt, non inultus, non mortem ſuam projiciens, & nullum inde fructum capiens, ſed magno vendens quaſi. *haud gladio* MS. Cort. mox, *contemta luce* S. Germ. & Rott. ſec. a m. ſec. ſed recte vindicat *inviſa* Oudendorpius. Virg. IV. Aen. 631.

Inviſam quaerens quamprimum abrumpere lucem,

& ita alii. mox, *moritura meo* Oiſel.

278.

Tela tene jam, miles, ait, *ferrumque ruenti*
Subtrahe: non ullo conſtet mihi ſanguine bellum:
Vincitur haud gratis, jugulo qui provocat hoſtem.
En ſibi vilis adeſt inviſa luce juventus,
Jam damno peritura meo: non ſentiet ictus,
Incumbet gladiis, gaudebit ſanguine fuſo.
Deſerat hic fervor mentes, cadat impetus amens,
Perdant velle mori. Sic deflagrare minaces
Incaſſum, & vetito paſſus langueſcere bello,
Subſtituit merſo dum nox ſua lumina Phoebo.
Inde ubi nulla data eſt miſcendae copia mortis,
Paullatim fugit ira ferox, mentesque tepeſcunt.

Sau-

278. *Incumbet gladiis*] Incumbit ſuo gladio, qui ſibi ipſe manus infert. ſed hic agit de deſperato milite, qui ruit in hoſtes, & ab eorum gladiis & telis mortem quaerit. Sic Ovid. IV. Met. 162. de Thisbe.

aptato pectus mucrone ſub imum,
Incubuit ferro; & de Didone, lib XIV. 81. *Incubuit ferro*: & ipſe Noſter infr. vſ. 500. & ita alii. quare, quum ſupra lib. III. 616. & 713. viderimus *procumbere* & *procurrere* fere ſemper variari; quid vetat hic etiam librarium pro *incurrere*, ſcripſiſſe *incumbere*? ita certe variant codices inf. lib. VI. 412. & X. 243. & apud alios. *incurrere gladiis* autem non repudiandum, quaſi uſitatius eſſet, *incurrere in gladios*. nam & Ovidius *incurrere armentis* VII. Met. 546. dixit; Salluſt. Jugurt. cap. CI. *Sulla rediens ab latere Mauris incurrit*. & licet in alia re, eadem tamen conſtructione Noſter, lib. VI. 412.

Sideribusque vias incurrens abſtulit Oſſa.

ubi etiam *incumbens* legitur, & infr. h. l. 563. *fratres incurrant fratribus*. Valer. Fl. III. 110. *ſic agmine caeco Incurrit ſtrictis manus enſibus*. Pluribus hanc emendationem approbare opus non puto, quae per ſe clara & manifeſta eſt. Nam agi de morte ab hoſtibus illata omnia clamant. *non ſentiet ictus* ſcilicet veſtros, a vobis inflictos prae furore & cupidine moriendi, incurret in veſtros gladios, & ubi videbit ſe vulneratum, viſo ſanguine gaudebit. vide his ſimilia infr. ad vſ. 561. Sic *inferre ſe gladiis*, & *inferri*; de quo vid. ad Quinctil. XIII. Decl. cap. 14. *gladio transfixum ſe flammae intulit* Vell. Paterc. II. 74. Sic apud Statium XI. Theb. 634. Jocaſta *prono pectore intrat ferrum*, & lib. XII. 679. de Antigone & Argia,

Ambae hilares, & mortis amore ſuperbae
Enſibus intentant jugulos.

Quum aliter enſes intentantur jugulis. ubi Barthius ideo in Lucano lib. I. 461. *rapaces mortis* debere legi recte monet. Deinde ſequentia, *deſerat hic fervor mentes*, qui poteſt & ſolet in pugna reſtare & manere: nam & in ſuis caſtris ſe poterant quidem jugulare, & eodem impetu ſe interficere, quo in acie; ſed volebant non gratis mori, & dando vulnera, viciſſim mortifera accipere; ſed vetito bello langueſcet ille ardor moriendi. *deſeret* & *cadet* Turr. *impetus omnis* quatuor. *perdent* Turr. & Thuan. tert. *deflagrante* Oiſel. a m. pr.

282. *Subſtituit*] *Suſtinuit* Rottend. pr. & ſec. & Langerm. ſed male. *nox* hic eſt Luna, quae ſuccedit Soli.

Saucia majores animos ut pectora geſtant
Dum dolor eſt, ictusque recens, & mobile nervis
Conamen calidus praebet cruor, oſſaque nondum
Adduxere cutem: ſi conſcius enſis adacti
Stat victor, tenuitque manus; tum frigidus artus
Adligat, atque animam ſubducto robore torpor,
Poſtquam ſicca rigens adſtrinxit vulnera ſanguis.
Jamque inopes undae, primum tellure refoſſa,
Occultos latices, abſtruſaque flumina quaerunt:
Nec ſolum raſtris, durisque ligonibus arva,

Sed

283. *Miſcendae copia mortis*] Ita novem ſcripti, & nonnulli etiam a m. ſec. non *miſcendi Martis*. eadem varietas ſupr. vſ. 147. *fugit ira*, quod Oudendorpius praefert τῷ *cadit*, firmatur ſex libris. Sic Terent. Hecyr. III. v. 55. *decedet jam haec ira.*

286. *Ictusque recens*] *Luctusque* Turrianus, ſed *ictus* eſt, vel percuſſio gladii, vulnus inflictum; vel etiam per tranſlationem, gravior mentis conſternatio, & perturbatio. unde *ictus malo*, *furore*, idem quod percuſſus. vid. Heinſ. ad Ovid II. Faſt. 818. & ita *ictum* vocat apoplexiam Seneca Epiſt. XXVI. *nobile* etiam Hamb. quart. & S. Germ.

288. *Si conſcius enſis adacti*] Neſcio num melius ſit, *ſic conſcius*, ut reſpondeat τῷ *ut* vſ. 285. ſenſus vero obſcurior. Caeſar jam conſcius enſis adacti, id eſt, ſciens, Afranianos, jam mortifero vulnere ſanciatos, ex inopia nimirum aquae, ideo cum illis nondum pugnandum cenſet, dum adhuc aliquid virium eſt, quibus poſſent uti in proelio: ſed tenendas eſſe manus, nec pugnandum, quia mox torpor & frigus, mortem vicinam indicans, ſubrepet, quum & omni ſanguine deſtituentur. hic mihi ſenſus videtur, licet nondum ſatis planus appareat. *dum frigidus* Hamb. quart. & a m. ſec. Rottend. ſec. & Oiſel. recte ſi *ſic* legatur. *animam* Richel. mox *aſtringit* ſex.

293. *Abſtruſaque*] *Obtruſaque* Hamb. tert. vid. IX. 994.

294. *Raſtris*] *Ratris* Thuan. pr. a m. pr. unde Heinſius conjiciebat, *rutris*, de quibus vide eum ad Ovid. IV. Faſt. 843. *Non ſolum* Barberin.

295. *Puteuſque cavati Montis*] *Cavata* Thuan. ſec. male. Stat. IV. Silv. IV. 56.

Hae poſſent & Athon cavare dextrae.

Fontis Oiſel. a m. pr. *veſtigia* nullus noſtrorum, nec Oudendorpii, ſed tres ſuos ita exhibere ait Cortius, & ſolent haec vocabula permutari. *Faſtigia* hic explicant imum locum montis, donec aequet ſuperficiem campi, quouſque fodiſſe ait. & ita explicant illa Virgilii ex II. Georg. 288. *quae ſint ſcrobibus faſtigia quaeras*. Cl. Dorvillus etiam explicabat, ſummam planitiem campi ad pedem montis ſiti, & puteum excavatum ad eam profunditatem, ut putei fundus reſponderet ſuperficiei campi, vel ubi ſcaturigines aquae ſe prodebant. Videtur certe *faſtigium* in hac re dici ille ſub terra locus, ubi vena aquae exſilit, & a foſſoribus deprehenditur, unde jam aqua exſiliens, & ad ſuperficiem terrae ſurgens, defluere in foſſam queat. nam aqua inferior terrae ſuperficiei, ſi habeat profundam & depreſſam ſibi foſſam vicinam ex faſtigio illo exſiliens diſtillat in eam, & hinc jam rivi & foſſae ducuntur ad recipiendam illam aquam, & ad varios uſus ruſticorum, praecipue hoc loco, ubi puteus in colle foditur, eo uſque, donec in plano campo faſtigia aequet, id eſt, locum ubi aqua reperitur, un-

Sed gladiis fodêre ſuis: puteusque cavati
Montis ad irrigui premitur faſtigia campi.
Non ſe tam penitus, tam longe luce relicta
Merſerit Aſturii ſcrutator pallidus auri.
Non tamen aut tectis ſonuerunt curſibus amnes,
Aut micuere novi, percuſſo pumice, fontes:
Antra nec exiguo ſtillant ſudantia rore,
Aut impulſa levi turbatur glarea vena.
Tunc exhauſta ſuper multo ſudore juventus
Extrahitur, duris ſilicum laſſata metallis.

Quo-

unde jam exilit aqua: nam infra ſuperficiem ſummae terrae fodiſſe patet, ex comparatione ſcrutatoris auri, qui in viſcera terrae it, ut eruat aurum. Et ſic capienda illa Varronis puto lib. I. de R. R. 14. *tertium ſepimentum eſt foſſa, & terrenus agger. Sed foſſa ita idonea fiat, ut omnem aquam, quae de coelo veniat, recipere poſſit, aut faſtigium habeat, ut exeat a fundo.* Id eſt, ita ſit depreſſa & humilior fundo terrae altitudo aquae, ut humor exire e fundo poſſit, non ut ſuperet terram, & eam inundet. & hinc patet diverſo reſpectu *faſtigium* dici, reſpectu terrae eſt locus humilior, reſpectu aquae eſt ſumma ejus ſuperficies. *premere* vero puteum dictum, ut *foſſam premere*, quod proprium in hac re verbum eſſe docebunt notae ad Frontin. lib. I. v. 8. mox, *jam penitus* Richel.

297. *Luce relicta*] Ut *lux* pro vita ſolet poni, ita Statius VI. Theb. 877. haec imitatus ait,

haud aliter collis ſcrutator Hiberi
Cum ſubiit, longeque diem vitamque reliquit.

Sed hic *luce* relicta indicat tenebras ſubterraneas, & *vita* apud Statium viventes in terra homines notat.

298. *Aſturii*] *Aſſyrii* qui legunt, nullum praeſidium ex Ariſtaenet. II. Ep. I. habere oſtendit mihi Dorvillius, ubi Βαβυλωνίου χρυσοῦ ſit mentio, quia ibi Κολοφωνίου legendum eſſe ex Suida & aliis patet, & ex Libani Epiſt. CCCXLIII. χρυσὸς, τοῦ Κολοφωνίου καλλίων.

299. *Tectis*] *Tecti* multi e noſtris.

300. *Percuſſo*] Et hic Heinſius, *pertuſo* volebat. vid. ad lib. III. 495.

301. *Sudantia*] *Fluitantia* Langerm. ex gloſſa.

302. *Turbatur glarea*] In Uiſel. erat *turbantur*, quod placebat Heinſio, eadem ratione, qua apud Virgil. VI. 209. *crepitabant bractea*, ubi multa ſimilis conſtructionis exempla in notis congeſſit. ita mox vſ. 315. *ſorbentur ſanguis* in Langerm. mox, *ſic exhauſta* quinque. pro *ſupra*, *ſimul* tres.

304. *Metallis*] Supr. lib. III. 209. pro *metallis* Cortius conjiciebat, *medullis*, nunc audacior factus, etiam immiſit in textum, quia ſcilicet in uno Voſſiano a m. pr. exſtare cognoverat. Sed lapides *metalla* dici non opus puto probari, & lapicidinas in metallis habitas docuimus in Diſſert. de Vectigalibus P. R. cap. VI. vid. & Barth. ad Stat. I. Silv. v. 36. Jam vero, ſi *medullas ſilicum* quis vellet explicare, credo ille de venis, quae in lapidibus conſpiciuntur caperet, quae ſi non copioſam aquam praeberent, certe ſudantes exiguo rore ſtillarent, unde *Silicum venas* dixit Ovid. I. Am. XI. 9. & Virgilius & etiam alii. Hic vero etiam in his medullis, nihil aquae repertum, ſed ſiccorum lapidum perfodiendorum labore fatigati, aeque inopes aquae ſe videbant, ut ante: nam *quaeſitae* quidem aquae dicuntur, ſcilicet magno & ir-

Quoque minus poſſent ſiccos tolerare vapores,
Quaeſitae feciſtis aquae. nec languida feſſi
Corpora ſuſtentant epulis, menſasque peroſi
Auxilium fecere famem. ſi mollius arvum
Prodidit humorem, pingues manus utraque glebas
Exprimit ora super. nigro ſi turbida limo
Colluvies immota jacet, cadit omnis in hauſtus.
Certatim obſcoenos miles: moriensque recepit,
Quas nollet victurus, aquas: rituque ferarum
Diſtentas ſiccant pecudes, & lacte negato,

Sor-

irrito labore, qui fatigavit quaerentes, ſed non inventae: quae enim *quaerimus* deſideramus. vid. Barth. ad Gratii Cyneg. 14. & notas noſtras ad Ovid. II. Met. 239. ſudor ergo & labor in fruſtra quaerendis aquis in duris metallis auxit ſitim, quae ſi medullae fuiſſent inventae, aliquo modo ſedari potuiſſet. Deinde, *medullis* non conveniret epitheton *duris*, quia molliores illae partes in lapidibus eaedem quae venae ſunt, ex quibus ſtillat aqua. Sic *teneram medullam* mox in alia re dixit vſ. 318. & Ovid. III. Amor. X. 27. & alii paſſim. & ita apud Virgil. IV. Aen. 66.

Eſt mollis flamma medullas.

Servius dubitabat, an *mollis flamma*, an *mollis* pro *molles medullas*, ſit conſtruendum. mox *poſſint* Rottend. pr. & Hamb. ſec. *ſiccos poſſent* ſex.

307. *Menſasque*] *Menſamque* Langerm.

309. *Prodidit*] *Perdidit* Barberin. *manum utramque* ſummum conatum & contentionem notare vidimus ad Calpur. III. Ecl. 75.

310. *Nigro*] Quia *immota* additur, Heinſius malebat, *pigro*. Sed quia non movetur illa colluvies, hinc nigrorem contrahit limus: inde & Stygis, limoſae paludis, aqua paſſim *nigra* dicitur & *atra*. mox, *quas nolit* Voſſ. Vir doctus apud Cortium, *nolis*. vulgata apud Lutat. ad Stat. IV. 757.

314. *Diſtentas*] *Diſtenſas* ſolus ex noſtris S. Germ. codex: & *diſtentas* habet vetus commentator Horatii ad illa Epod. II. 46. *diſtenta ſiccat ubera*. de participiis a *tendo* & compoſitis, in *tenſus* & *tentus* egimus ad Ovid. III. Art. 302. dein, *nunc herbas* Hamb. pr. & Oiſel. non male. vid. ſupr. 264.

317. *Deſtringunt*] Ita plurimi: & recte. vid. ad Ovid. Nucem vſ. 135. & alibi ſaepe. *reſtringuunt* Thuan. ſec. *deſtingunt* Hamb. quart. *aſtringunt* Vir doctus in ora Codicis.

317. *Et ſi quos &c.*] Omnes fere ſcripti habent, *tenerae medullae*. intricatior vero tunc conſtructio. Quae deberet eſſe: & preſſerunt palmite crudo ſucos arboris, aut tenerae medullae, & ſupplendam, & ſi qui ſunt ſuci, quos preſſere. de quo vide Cortium ad Cicer. III. ad Fam. VIII. §. 10. quare ſervata vulgata conſtruerem, & preſſere ſucos, ſi quos (ſc. *reperiunt*, vel legendum *ſi qui* ſc. *ſunt*, ut Oudendorpius. Sulp. ſupplet per *bibebant*) inveniunt in palmite crudo, aut in tenera medulla arboris: manet tamen non planus ordo. Si ſtatuere liceret ὀξύμωρον, legerem, *& ſiccos p. crudo A. a. tenerae ſucos p. medulla.* ut *ſiccos ſucos* vocet admodum exiles & tenues, exſiccatos. Sed non urguebo hanc conjecturam, licet *ſiccos* ſit in Amſtel. & in uno Voſſian. in Hamb. ſec. erat, *& ſucos palm.* & ſeq. verſu deerat *ſucos*.

321. *Tabemque ferarum*] *Tabesque* Hamb. tert. Cortius, etſi Grammatici verent (potuiſ-

Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſanguis.
Nunc herbas, frondeſque terunt, & rore madentes
Deſtringunt ramos: &, ſi quos palmite crudo,
Arboris aut tenera ſucos preſſere medulla.
O fortunati, fugiens quos barbarus hoſtis
Fontibus immixto ſtravit per rura veneno.
Hos licet in fluvios ſaniem, tabemque ferarum,
Pallida Dictaeis, Caeſar, naſcentia ſaxis
Infundas aconita palam, Romana juventus
Non decepta bibet. torrentur viſcera flamma,

Ora-

tuiſſet addere & Codices) *Tabum* conjicit: nimirum hujus nominis tantum genitivum & ablativum *tabi* & *tabo* volunt in uſu fuiſſe veteribus. Florentinus tamen codex apud Senec. Herc. Oet. 520. dat, *tabum fluentem*, quod recepit Gronovius, ſed ſine exemplo credo, quia *tabus* nusquam reperi, & ideo *tabem fluentem* malim. ut vſ. 716. *tabem* vocat, & Ovid. IX. Epiſt. 144. & Livius lib. XXI. 36. de nive *fluentem tabem* dixit, ut ibi viri docti pro *labem* reſtituerunt. Certum autem eſt *tabem* & *tabum* centies confundi a librariis & notare ſaniem, ſive ſanguinem corruptum & putreſcentem. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 677. & III. 129. *Tabum* vero Poëtis, *tabem* ſcriptoribus ſolutae orationis eſſe magis in uſu docet Cl. Drakenb. ad Liv. IV. 30. & ipſe variis apud Ovidium & Quinctilianum locis ſimilia ex antiquis loca adduxi: quare tutius puto vulgatam lectionem & codices ſequi. vid. & VII. 791.

322. *Dictaeis*] Sollicitum admodum habuit Heinſium hoc epitheton, & tentabat modo, *Caucaſeis*, modo, *Rhipaeis*, modo, *& Arctois*. Alii Idam Cretae cum Phrygia confudiſſe, ajunt, & corrigunt, *pallidaque Idaeis*. Sed nihil facilius eſt, quam omnia verſare loca, in quibus olim venenatae herbae proveniebant, & inde aliquod Epitheton petere. Miror vero neminem cogitaſſe de Theſſalia, venenorum feraciſſima: praecipue ſi conferamus, quae Noſter canit ſatis ampliter lib. VI. 438. & ſeq. & hinc formaſſe, *Pallida Theſſalicis*, vel *pallida & Haemoniis*, vel quod ad *Dicteis* propius accederet, *Pallida & Oetaeis*, quae multis Poëtarum locis firmari poſſent. vel, *Pallida Echidneis*, id eſt, Cerbereis. vid. ad Ovid. VII. 409. quae lectio mihi admodum blanditur. Sed ſi viris doctis diſpliceat, ego fateor mihi aquam haerere: nam de Creta cogitare prohibent tot teſtimonia veterum, qui negant in Creta venenatas herbas naſci: immo contra ibi praeſentiſſima contra venena remedia reperiri, ut Dictamnum. de quibus, ne fatigem lectores citandis locis, videant Meurſ. Cretam lib. II. cap. 10. Theophraſtus quidem lib. IX. 16. dicit in Creta venenum naſci: Sed vix ipſe crediidiſſe videtur, quia addit ὡς φασί. quare quum non liceat nobis tam felicibus eſſe, ut omnium a veteribus dictorum ratio conſtet, aut omnia loca adfecta conjecturis incertis ſanare poſſimus, in multis ἐπέχειν tutiſſimum puto. In Ida vero Phrygia aconitum naſci negavit etiam Salmaſius, & Nicandri locum aliter exponit, & Thelyphonon perperam a multis confundi cum Aconito, quod ad Heracleam Ponti in nudis cautibus provenit, docuit multis in Exerc. Plin. p. 621. & ſeqq. Si noſtro auctori, ut Silio & aliis, moris tam frequenter fuiſſet, Epitheta longius arceſſere, & haec innuere ſaxa, ad quae Cerberus extractus ſpuma ſua Aconito ſemina praebuiſſe

buiſſe

Oraque ſicca rigent ſquamoſis aſpera linguis.
Jam marcent venae, nulloque humore rigatus
Aëris alternos anguſtat pulmo meatus,
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato.
Pandunt ora tamen, nocturnumque aëra captant.
Exſpectant imbres, quorum modo cuncta natabant
Impulſu, & ſiccis vultus in nubibus haerent.
Quoque magis miſeros undae jejunia ſolvant,
Non ſuper arentem Meroën, Cancrique ſub axe,
Qua nudi Garamantes arant, ſedêre: ſed inter
Stagnantem Sicorim, & rapidum deprenſus Hiberum
Spe-

buiſſe dicitur, liceret legere *Dircaeis*, quia Hercules Thebanus fuit, & *Dircaeus* ſaepe pro Thebano ponitur. Sic noſter *Dircaeam cohortem* vocat Cadmi ex ſemine lib. IV. 550. antequam *Dirce* nata jam, credo, erat, quum Boeotia eo tempore nondum eſſet culta & habitata. ubi, & in Claudiani loco ab Oudendorpio adducto, idem epitheton legitur. Cui conjecturae ſpecies poſſet obtendi, quod *Dircaeus* & *Dictaeus* etiam alibi fuerint permutata. Sic apud Claud. IV. Conſ. Hon. 533.

Alcides pharetras Dircaeaque tela ſolebat
Praetentare feris.

ubi nonnulli codices, *Dictaeaque*, quia Crctenſes ſagittae nobilitatae. Apud Virgilium quoque lib. VI. 56. pro *Dictaeae Nymphae*, vidi in antiquo codice, *Dircaeae*. Cogitavi etiam aliquando, *Letheis* poſſe legi. Sed reprimo manum, & exſpecto certiorem a peritiori manu, vel a meliori codice medicinam.

327. *Anguſtat*] *Anguſtent* Rottend. ſec. Quod miror Heinſio non placuiſſe, ut *crepitabant bractea* & ſimilia. vid. ſupr. 302. nam *pulmo* pro *pulmones* poſſet capi, de verbo *anguſtare*, quo utitur imitator Lucani Statius IV. Theb. 878. vid. Barth.

328. *Reſciſſoque*] *Deſciſſoque* Thuan. ſec. *Praeciſoque* Thuan. quart. *Reciſoque* Cortius, utens licentia producendi primam ſyllabam, ut in *recidere*, *referre* & aliis, obſervatum eſt a viris doctis. Sulpitius explicat, *exulcerato* palato, ut ita vulnera reſcindi dicantur, quae jam fere coierant. Sed quomodo ſuſpiria poſſint nocere palato vix capio, niſi *reſciſſo palato* capias de tam arido & duro, ut rimas agat, ut *lingua ſquamoſa*, & terra ſicca ſaepe hiare dicitur, & rimas plurimas oſtendere, quaſi aratro eſſet reſciſſa & fiſſa. ut apud Ovid. II. Met. 211. *Fiſſa agit rimas*. Hae rimae ergo dolent, ubi ſuſpiria vel anhelitus ex imo trahuntur. Oudendorpius clauſum ſiti palatum per ſuſpiria reſciſſum, ſive apertum explicat. Loca vero, quae adducit, docent illa adfecta eſſe flatibus & ſingultibus, quae longe a palato abſunt; ideoque nihil huc faciunt; quare ſi *reſtrictoque* legeretur, ejus explicatio aliquem poſſet locum habere. ut licet ſuſpiria & flatus ex inteſtinis vacuis exitum non haberent liberum, illi tamen ora panderent &c. Ego fateor haec me non ſatis intelligere; *ſuſpiria dura* etiam quae ſint vix capio. an *ducta*, ex imo pectore ſcilicet. *ſuſpiria longa* Thuan. ſec. id eſt, ab imo ducta, ut Omnibonus explicat. *pandunt ora tamen* ſeptem codices, & recepit Cortius, & probavit Oudendorpius. Si *ſiti* retinendum eſt, Cl. Dorvillius dativo caſu capiebat, pro aëri ſitim inducenti. Deinde malebat, *noci-*

tu-

Spectat vicinos ſitiens exercitus amnes.
Jam domiti ceſſere duces: paciſque petendae
Auctor damnatis ſupplex Afranius armis,
Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas,
Victoris ſtetit ante pedes. ſervata precanti
Majeſtas, non fracta malis, interque priorem
Fortunam, caſusque novos, gerit omnia victi,
Sed ducis, & veniam ſecuro pectore poſcit.
Si me degeneri ſtraviſſent fata ſub hoſte,
Non deerat fortis rapiendo dextera leto:
At nunc cauſſa mihi eſt orandae ſola ſalutis,

Di-

turumque aëra captant. Licet ſciant noxium eſſe, tamen pandunt ora, &, nociturum quamvis, aëra captant: & ita eleganter repeti vocem, quae praecedit, *nocent ſuſpiria.*

332. *Quoque magis miſeros undae jejunia ſolvant*] Nihil variant ſcripti, & tamen intricata eſt ſententia. Heinſius legebat, *miſeris.* Sed Omnibonus & Hortenſius, *jejunia undae* pro ſiti & penuria aquae capiunt: & recte, licet ſit dura & audax figura, de qua vide Buchner. de commutata ratione dicendi pag. 187. *Solvant*, crucient Omnibonus, exponit: ſed irritent & labefactent Hortenſius; quod ultimum probo. nam *ſolvere* pro debilitare, exhaurire viribus, uſque ad mortem, poni notum eſt; unde & *ſolvi* pro mori occurrit. Si *miſeris* admittamus, conſtruendum eſſet, *quoque magis undae* (nom. caſu) *ſolvant jejunia miſeris*, ſed tunc debuiſſet *quoque minus* dicere: nam *ſolvere jejunia*, dicitur qui edit poſt jejunium, vel, ut hic, bibit poſt ſitim, ut apud Noſtrum lib. III. 282. & Ovid. V. Met. 534. IV. Faſt. 607. & alibi. quare *miſeros* retineo, quos jejunia undae, id eſt, penuria aquae, ſitis, debilitat ad mortem uſque. Sic *morbi ſolventes corpora* apud Caeſar. German. in Arat. vſ. 484. Petron. cap. CXI. *quid? ſi inedia ſoluta eris.* luxurioſa etiam eſt deſcriptio ſiccitatis, & hinc ortae ſitis apud Stat. IV. Theb. 699. ubi ad vſ. 702. Barthius docet dici a Columella, *jejunia terrae*, quam Statius vocat, *aegram ſoli maciem.* & ex Noſtro adumbravit illa, aliquantulum immutata,

Deceptum margine ripae
Stat pecus, atque amnes quaerunt armenta natatos.

333. *Arentem*] *Ardentem* Rottend. tert. vid. lib. I. 687. & VI. 326. & alibi.

334 *Arant*] *Erant* Langerm. vitioſe. vid. Oudendorpii notas: ita & apud Virg. III. Aen. 14. & apud Claudian. II. in Eutrop. 246. ubi vide Heinſium. mox, *depreſſus* multi, ut variant hoc lib. vſ. 172. IX. 531. & alibi MSS. Cortius iterum more ſuo ſine ullo libro, *ſpectant*, quia ſcilicet *exercitus*, ut *juventus*, plures continet.

340. *Stetit*] Conferri haec debent cum Domitii conſtantia lib. II. 509.

341. *Interque*] *Intraque* Hamb. tert. & quart.

342. *Gerit omnia victi*] Iterum pro *agit* ponitur, ut lib II. 649. & III. 350. *victo* Thuan. ſec. male. Eſt ellipſis, agit omnia quidem victi, id eſt, tamquam victus eſſet, ſed tamen memor ſe ducem eſſe. vid de eleganti uſu particulae *ſed* ad Petron. cap. CXXVIII. *ſecuro in pectore* Oiſel.

344. *Degeneri*] *Degenero* Thuan. tert. & Rott. tert. & MSS Cortii.

Dignum donanda, Caeſar, te credere vita.
Non partis ſtudiis agimur, nec ſumſimus arma
Conſiliis inimica tuis. nos denique bellum
Invênit civile duces: cauſſaeque priori,
Dum potuit, ſervata fides: nil fata moramur.
Tradimus Heſperiae gentes, aperimus Eoas,
Securumque orbis patimur poſt terga relicti.
Nec cruor effuſus campis tibi bella peregit,
Nec ferrum, laſſaeque manus. hoc hoſtibus unum,
Quod vincas, ignoſce tuis. nec magna petuntur.
Otia da feſſis, vitam patiaris inermes

De-

345. *Rapiendo*] *Rapienda* Rottend. ſec. *capiendo* tres. mox, *& nunc* Thuan. ſec. & Oiſel. *cauſſa mihi eſt orandae ſola* plurimi. *magna ſalutis* quinque.

347. *Dignum donanda, Caeſar, te credere vita*] Quaſi dignus eſſet Caeſar, qui donaret vitam, exponunt interpretes. Dignus vero hic tunc ſumeretur, ut apud Terent. Eunuch. v. II. 26. *ſi ego digna hac contumelia, at tu indignus qui faceres tamen*, id eſt, non decorum tibi, non convenit tibi. Sic inf. vſ. 542. *cujus ſit dextra cruore Digna meo.* Videndus omnino Gronov. lib. III. Obſerv. 8. Sed ſequentia, quibus ſe excuſat, & ſe dignum venia jactat, fere me inducunt, ut legerem, *dignum me credere vita*; quia non ſtudiis partium agimur &c. vel ſervata vulgata, etiam potuit dixiſſe, hanc eſſe cauſſam orandae ſalutis, quod, tu, Caeſar, credas ſponte tua me (quod ſubaudiri debet) dignum eſſe vita. Eligat lector. Vel etiam, quia Caeſarem opponit *degeneri hoſti*, a quo veniam rogare dedignaretur, Caeſarem virtute ſua dignum cenſet, cui ſupplicet, & a quo vitam accipiat; quam ſua manu erepturus fuiſſet, ſi in degeneris poteſtatem deveniſſet, & hoc magis placet. *Te Caeſar* Hamb. quart. *Te Caeſar dignum donanda credere* Rott. ſec. *digna* Langerm.

348. *Agimur*] *Agimus* Turian. *nec ſumimus* Rottend. ſec.

352. *Heſperias*] *Heſperiae* Thuan. tert. a m. pr. quod mollius, ne omnia hujus verſus verba exeant in literam ſibilantem. mox *orbem* Hamb. tert. male. vid. Oudend. ad lib. I. 312.

355. *Laſſaeque*] *Lapſaeque* Hamb. tert. mox, *quod vincis* Langerm.

357. *Otia des feſſis*] Si copia codicum praevalere debet, legendum eſſet, *otia defeſſis*, & tunc *otia* jungendum cum *degere*, ut ita loquutus Virgil. in Culice vſ. 72.

Otiaque invidia degentem ac fraude remota.

Statius VI. Theb. 828

Sic otia Martis
Degere, & armiferas laxare adſueverat iras.

Sed tunc legendum porro & diſtinguendum,

Otia defeſſos, vitam patiaris inermes
Degere.

Quia *defeſſis* & *inermes* non convenit, & quia neſcio, an ratio Latinitatis patiatur dici, *defeſſis patiaris degere otia*, ut *permittas defeſſis* &c. dici ſolet; poſſet & legi *otia defeſſos v. p. inermem.* mallem etiam, ſi vulgata ſervanda, *otia da feſſis.* ut in Rottend. ſec. & quibusdam Oudendorpii, & etiam in editionibus nonnullis, ut lenior ſit ſonus, quam in *des feſſis*, & perinde tunc videretur, ſive *inermes*, ſive cum quinque noſtris & editis quibusdam, *inermem* legas; quamquam prius ma-

Degere, quam tribuis: campis proſtrata jacere
Agmina noſtra putes: nec enim felicibus armis
Miſceri damnata decet, partemque triumphi
Captos ferre tui: turba haec ſua fata peregit.
Hoc petimus, victos ne tecum vincere cogas.
Dixerat: At facilis Caeſar, vultuque ſerenus
Flectitur, atque uſum belli, poenamque remittit.
Ut primum juſtae placuerunt foedera pacis,
Incuſtoditos decurrit miles ad amnes;
Incumbit ripis, permiſſaque flumina turbat.
Continuus multis ſubitarum tractus aquarum

Aëra

malim, quia addit, *quam tribuis*; ut in arbitrium ponat Caeſaris, quam deinde vitam velit eos, poſitis armis, Caeſar agere, an in patriam redire jubeat, an in colonia aliqua collocare. *Feſſis* enim, id eſt, veteranis, ut infr. vſ. 394. id ſolebat dari. Horat. III. Od. 4. *feſſas cohortes abdidit oppido*. vid. lib. I. 345. quamcumque ergo *tribuas* (ut Heinſius legebat) vel *tribues* vitam, modo ne arma, ferre, & tecum contra Pompejum pugnare cogamur, gratum erit. *des victis* ſeptem libri; *patieris* etiam Thuan. ſec. non movere aliquem debet illa variatio modorum in verbis, *da & patiaris*. vide quae diximus ad Rutil. Iter lib. I. 255. Claudian. Conſ. Manl. 261.

Creſcite virtutes, fecundaque floreat aetas. Ovid. IV. Faſt. 410. *detis* & mox vſ. ſec. *accendite*, & vſ. ultimo *ſtate*, & *ſtet*, ubi vid. & ita ſaepe.

358. *Jacere*] *Jacebis* Richel. ſed *jacere* eſt mortuos, occiſos eſſe. ut lib. IX. 906. vid. ad Ovid. II. Metam. 268. in numero mortuorum habe. hinc addit, *turba haec ſua fata peregit*, quaſi vivere deſiiſſet. *putas* Turr. pro *felicibus* in uno codice, cujus nomen omiſit Heinſius, erat *fidelibus*. mox, *tecum ne* tres.

364 *Uſum*] *Uſus* quinque. Sed *uſum belli remittis*, ne cogerentur militare. vid. ad lib. IX. 905. *poenam remittit*; id eſt, ignoſcit. *remiſit* Hamb. pr. *poenasque* edidit Cortius.

365 *Juſtae*] Heinſius hic iterum, *juſſae* emendabat, ut & ſupra III. 228 & alibi tentavit. in uno Oudendorpii erat, *victae*, quod nihili eſt. Sed forte pro *dictae* fuit ſcriptum: *dicta pax*, ut *lex*, *dies* & ſimilia obvia. Sed *juſta* eſt, quae ſuos numeros habebat. vid. ſupr. II. 540. III 228.

366. *Incuſtoditos*] Cortius more ſuo iterum mutavit in, *non cuſtoditos*. Ovidius ſaepe voce hac *incuſtoditus* uſus fuit. *miles decurrit* tres libri. vid II. 483.

367. *Incumbit*] *Incubuit* quatuor. *incumbunt* Richel. *incumbant* tres. *flumina captat* Thuan. ſec. *turbant* quart. Cortius *incumbunt* & *turbant* dedit. Quod miror, quia numerorum illa diverſitas ſaepe ipſi captatur, v. ad lib. I. 468. & alibi. *Turbare* vero plus eſt, quam *captare*: notat enim majorem ſitientium impetum, & bibendi aviditatem: non enim lambunt ſummam aquam, ſed profundo fluvio ora & manus immergentes turbant aquam, ut fere ſit *nigro turbida limo*, ut ſupr. vſ. 310. Sic lupus apud Phaedr. I. I. agno inquit, *cur turbulentam feciſti mihi aquam?* & ita aper *turbat vadum* apud eumdem lib. III. 3. vid. & Ovid. III. Met. 410. & 475. Stat. II. Silv. II. 40. Sil. III. 48. Sic *pocu-*

la

Aëra non paſſus vacuis diſcurrere venis,
Artavit, clauſitque animam: nec fervida peſtis
Cedit adhuc: ſed morbus egens jam gurgite, plenis
Viſceribus ſibi poſcit aquas. mox robora nervis,
Et vires rediere viris. O prodiga rerum
Luxuries! numquam parvo contenta paratu,
Et quaeſitorum terra, pelagoque ciborum
Ambitioſa fames, & lautae gloria menſae,

Di-

la turbare dixit Val. Flac. IV. 454. ubi vide notas. more ergo pecudum irruunt toto corpore in fluvium & turbant.

369. *Diſcurrere*] *Decurrere* Thuan. ſec. Rott. ſec. mox, *clauſisque* Sixii. *non fervida* fragm. S. Germ.

372. *Poſcit aquas*] Plurimi, *ſibi cepit. caepit* Rottend. pr. *viſceribus ſuſcepit* fragm. S. Germ. a m. ſec. *capere* de cibo aut potu illuſtravit Heinſ. ad Ovid. III. Art. 757. quem locum adſcripſerat. ego vulgatum ſervo: diſtingui vero debet hoc modo, morbus (ſitis) egens gurgite, id eſt, non modico hauſtae aquae, ſed toto quaſi fluvio, licet jam plena aquae eſſent viſcera, tamen plures poſcebat. *gurgite* etiam in ſimili ſiti utitur Statius lib. V. Theb. I. ubi adducit Lutatius ex noſtro vſ. 380. *gurgite puro.*

373. *Et vires rediere viris*] Ita conſtanter omnes codices & editi, ſed hunc conſenſum pro nihilo habens Marklandus ad Stat. III. Silv. I. 90. ſenſum & oppoſitionem poſtulare ait, ut legatur, *Et vires redire animis*, ut etiam apud Statium pro, *blandiſque virum complectitur ulnis*, reponit *blandiſque animum c. u.* & in ipſum textum temerario auſu immiſit. Sed vellem ſimul docuiſſet nos, quo modo Hercules ulnis ſuis potuerit complecti *animum* alicujus. Sed feramus Criticos tam audaces, quoniam corrigere eſt nefas. utinam modo in reprehendendis aliis candorem probarent erudito orbi, quem longe abeſſe ſibi oſtendit Marklandus, quum eodem loco citans locum ex X. Theb. 943.

Sed membra virum terrena relinquunt
Exuiturque animus.

addit, me in notis ad Ovid. II. Met. 312. pro *virum* legendum eſſe *animam* ex Lutatio putare: cujus correctionis nec vola nec veſtigium exſtat, ſed pro *exuiturque animus* dixi, ex Lutatio legendum eſſe, *exuiturque animam*, reliqua intacta relinquens. Itane agere inter bonos & honeſtos decet? & licet *vires* etiam *animi* dixerit Virgil. IX. 611. tamen plerumque *animum* & *vires* diverſas facit, ut hae corporis, ille mentis robur notent, unde toties *animum vireſque* conjungit, ut latius oſtendi ad X. Aen. 357. Offendit credo delicatas aures in *vires* & *viris* adliteratio.

373. *O prodiga rerum*] Intempeſtiva iterum & inepta digreſſio ab aviditate ſitientium, quae ſatiari nequit bibendo etiam plus quam ſatis erat, ad luxuriam ſui ſeculi. Quum nec luxurioſiſſimus, ſi ſimili ardore bibendi premeretur, faſtidiret aquam, quam etiam non auro & murrha, ſed manibus, & quocumque modo hauriret. Si a Lucano inductus fuiſſet vir quidam, qui in re lauta, faſtidita omni copia cibi & potus, vitam ſponte parvo paratu produceret, tolerari poſſet hic excurſus, ſed militibus confectis & defeſſis ſiti opponere luxurioſos, puerile eſt. deinde dixit illos turbaſſe aquam, eamque etiam avide bibiſſe: nunc dicit, diſcite ex *puro gurgite* vitam redire poſſe aegris. quis hoc negat? ut Ceres apud Ovid. VI. Met. 357. *vitam dederitis in undis*, quae ſane incongrua: debuiſſet enim dicere, luxurioſos etiam,

Diſcite, quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. non erigit aegros
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus:
Non auro, murrhaque bibunt: ſed gurgite puro
Vita redit. ſatis eſt populis fluviusque Ceresque.
Heu miſeri! qui bella gerunt. Tunc arma relinquens
Victori miles, ſpoliato pectore tutus,
Innocuusque ſuas, curarum liber, in urbes

Spar-

etiam, ſi tam inſatiabili ardore bibendi, qui non ex vitio, ſed natura ipſa ortus fuit, torquerentur, diſcere potuiſſe, etiam ex turbata & limoſa, non *pura*, aqua poſſe vitam ſuſtineri: ſed haec omnia ſcholam ſapiunt.

374. *Parvo contenta paratu*] *Paratis* etiam Hamb. pr. & unus Voſſii, & a m. ſec. Rott. tert. & hoc probabat Heinſ. ut ſit, *paratis parvo*, ſc. pretio Sic *magno parantur regna* lib. I. 34. & *parare* pro emere ſaepe poni docui ad Phaedr. IV. IV. 41. ſed quia etiam inemptis, ut aqua, poſſumus naturae ſatisfacere, praeferrem *parvo* (vel *parco*, quia iterum ſequitur *quam parvo*). *paratu*, licet ſenſus non multum diſcrepet. Sic Ovid. IV. Met. 762. *pulchro paratu instructa convivia* dixit, ubi vide Heinſii notas, & meas ad Virg. II. Aen. 61.

375. *Terra pelagoque*] *Coelo terraque* Rottend. ſec.

377. *Vitam*] *Vita* Thuan. quart. mox, *non erigit iſtos* Thuan. ſec. *quantum* eſt pro quantillum. vid. ſupr. ad lib. III. 392.

379. *Diffuſus*]. *Defuſus* fragm. S. Germ. & a m. ſec. *defuſos*, quod etiam alter codex S. Germ. exhibebat. Notum vero diſcrimen inter *defundere* & *diffundere vinum* etiam Lexicographis. vid. Scalig. ad Manil. I. 272. hic *diffuſus* erit, ſi reſpicias conſulem, quo in amphoras & cados fuit vinum diffuſum: ſi convivia ſpectes, *defuſus* in pateras & vaſa potoria praeſtat: ut Horat. III. IV. 39. *diffuſum pateris*. eligat lector. ego *diffuſus* ſervo. *annoſo conſule* prius conjecerat Heinſ. ſed induxit poſtea. Juven. V. 30.

Ipſe capillato diffuſum conſule potat.

hoc recte. id eſt, eo tempore quo intonſi erant Romani; ſed *annoſus* conſul potuit fuiſſe proximis etiam annis, nam multi ſenes conſules fiebant. *ignotus* autem eſt, cujus memoria jam exolevit & perdita eſt.

380. *Murrhaque*] *Mura*, *mirea*, *mirra* codices. ſed, *gemmaque* Voſſ. a m. ſec. & hoc defendi poſſet. Ovid. VIII. Met. 572. *In gemma poſuere merum.* Virg. II. Georg. 506. *ut gemma bibat. Sed gurgite pleno* in Amſtel. ut & manus viri docti in marg. Ed. Sulp. *ſic gurgite puro* Lutatius ad Stat. V. Theb. I.

382. *Heu miſeri, qui*] *Nec miſeri* Langerm. *quid* duo Voſſ. & Thuan. tert. recte abruptam nimis vidit ſententiam Oudendorpius, ſed illud *quî* pro *quo* non placet, neo eſt Lucani ex ſtilo. Sed ſenſus rotundior eſſet, ſi legeretur, in *ſatis* tranſpoſitis ultimis literis, & *eſt* abjecto, quod millies intruſum eſt fulciendo verſui, vel ſenſui,

Sat ſi populis fluviusque Ceresque,
Heu! miſeri quid bella gerunt?

Si panis & aqua ſufficit vitae, quare gerunt bella miſeri? *quid* eſt ob quid, ut *quid veniat* & ſimilia. & ad Ovid. V. Met. 651. & I. ex Pont. I. 13. & Virgil. I. Aen. 518. & millies.

383. *Victori*] *Victoris* Richel. *ſpoliatoque* Barber. *pectore nudus* Thuan. pr. a m. pr. ſed totus verſus deſiderabatur in fragm. S. Germ. & ſane abeſſe poterat. *Innocuusque ſuis*, vir doctus apud Cortium, neſcio quo ſenſu, niſi ſit, quod jam ſacramento ſoluti ſuis, id eſt, in patria eorum viventibus, co-

gna-

Spargitur. O quantum donata pace potitos
Excuſſis umquam ferrum vibraſſe lacertis
Poenituit, toleraſſe ſitim, fruſtraque rogaſſe
Proſpera bella Deos. nempe uſis Marte ſecundo
Tot dubiae reſtant acies, tot in orbe labores:
Ut numquam fortuna labet ſucceſſibus anceps,
Vincendum toties: terras fundendus in omnes
Eſt cruor, & Caeſar per tot ſua fata ſequendus.
Felix, qui potuit, mundi nutante ruina,

Quo

gnatis & adfinibus, vel forte etiam ſuis civibus in diverſa parte militantibus, innocui eſſent, id eſt, non cauſſa malorum. *innocuisque* vir doctus in ora; Sed *ſuae urbes* ſunt, unde orti & exciti ſunt ad militandum, ut vidimus ad vſ. 357. de veteranis, ex Horatio etiam: & hoc ſeq. vſ. 396. poſtulat: mox *pace potitus* Sixii, & tunc ibi diſtinguendum, & cum *ſpargitur* conſtruendum. alii *potitos* melius referunt, ad *poenituit. umquam* recte, ut plurimi ſcripti habent, pro *numquam*, *quantum ferrum* Thuan. ſec. *libraſſe* Rott. pr. *vibrare* Rott. ſec. & Oiſel. a m. pr. mox, *uſis*, id eſt, ſi uſi fuerint, & debet intelligi, vel de Afranianis militibus, vel ſi ipſi accedentes partibus Caeſaris, victoria ſub eo ſemel potirentur, nondum finem adeſſe laborum; quamquam & de victoria, quam de Caeſare ſub Afranio retuliſſent, capi poteſt, dubia ſententia.

390. *Ut numquam*] *At* Hamb. pr. & Oiſel. ſed *ut*, eſt quamquam. *labat* Rott. pr. mox, *vincendum eſt* Thuan. quart. Hamb. tert. & Turrian.

392. *Eſt cruor*] *En cruor* MS. Cortii ſine commodo ſenſu: loquitur enim Poëta, qui non oſtendit illis cruorem; ſed incommoda continuarum victoriarum enumerat

393. *Nutante*] *Mutante* Rottend. ſec. a m. ſec.

364. *Quo jaceat*] Explicant, ut ſupr. vſ. 358. quo loco ſit moriturus, ut de futuro capiatur. nam ſi ſtatim mortuos fingamus, ſequentia, quae viventibus conveniunt, non congruerent. ego malim, *quo lateat*, *jam ſcire*, *loco*, vel *locum*, (vid ad Ovid. I. Art. 90.) ubi expers periculorum belli, quo totus orbis flagrat & nutat, tutus latere poſſit. *Jacere* vero & *latere* paſſim confuſa. vid. lib. II. 162. apud Ovidium & alios ſaepe notum illud, *bene qui latuit*, *bene vixit*. & Horat. I. Ep. I. 5. *latet abditus agro*.

395. *Ulla vocant*] *Illa* Thuan. quart. *vacant* Hamb. tert.

396. *Sordida tecta*] Ita vocat, quae opponuntur urbanis munditie & elegantia conſpicuis, & imitari credo hic Maronem, qui Ecl. II, 28.

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atque humiles habitare caſas.

Apertius forte expreſſit Virgilium Plinius, ſi per librarios antiqua lectio non fuiſſet depravata. Ille lib VI. Ep. 30. ubi quaerens villae Camillianae adminiſtratorem, addit, *Ruſticorum praediorum adminiſtratio poſcit durum aliquem & agreſtem, cui nec labor ille gravis, nec rura ſordida, nec triſtis ſolitudo videatur.* vulgo legitur, *nec cura ſordida*. Sed requirit *agreſtem*, id eſt, non moribus agreſtibus, ſed qui rure vivit, & opponitur urbano, ut notavi ad Phaedr. III. 2. huic jam labori adſueto non labor videtur durus, nec urbanis aedibus & earum munditia & commoditate capto, rura non videntur ſordida, nec foro & circulis obverſari ſolito, triſtis in agris ſolitudo diſplicebit.

397.

Quo jaceat, jam ſcire, loco. non proelia feſſos
Ulla vocant, certos non rumpunt claſſica ſomnos.
Jam conjux, natique rudes, & ſordida tecta,
Et non deductos recipit ſua terra colonos.
Hoc quoque ſecuris oneris fortuna remiſit,
Sollicitus menti quod abeſt favor: *ille ſalutis*
Eſt auctor, dux ille fuit. ſic proelia ſoli
Felices nullo ſpectant civilia voto.
Non eadem belli totum fortuna per orbem
Con-

397. *Et non deductos recipit ſua terra colonos*] Sollemni varietate, *diductos* multi codices: *repetit ſua terra* Barberin. parum quidem refert, ſed *repetit* elegantius puto. Quum enim delectibus exhauſtae eſſent urbes, nunc belli expertes & dimiſſos feliciores eſſe hos dicit, qui ſecuri in patriam ſuam poterint reverti, illis militibus, qui demum confecto bello, proeliis & laboribus exhauſti & feſſi, deducerentur poſtea non in patriam, ſed in colonias diverſas. Hos autem, *ſua* terra, id eſt, patria *repetit*, vel *recipit*. Licet vero ſaepe patria coloniis adſignatis pejor ſit, & ſordida habeat tecta, tamen dulcedo patrii ſoli, conjux & liberi, qui quaſi repetunt abſentes, illa gratiora facient agris, licet melioribus, in quos deducerentur, procul a patria; & hinc apud Horat. III. IV. 38. poſſet firmari lectio, *feſſas cohortes reddidit* (pro *abdidit*) *oppido. non diductos* ſi placet, poſſet explicari non remotos, ſeparatos a patrio ſolo, & cognatis ſuis, nec in colonias longe diſtantes ductos.

398. *Hoc quoque ſecuris oneris*] *Hos quoque ſecuros* fragm. S. Germ. Gronov. in Diatrib. Stat. cap. XXII. *ſecuros oneris*, Afranii & Petrei milites miſſionem adeptos explicat, ut ſupr. 353. *ſecurus orbis relicti*, & centies alibi. ſed potius, *hoc oneris* debet conjungi, ut *hoc juris* VI. 496. & alibi. Deinde *favor*, ut maxima pars ſcriptorum, etiam noſtrorum, praefert, pro *pavor*. explicatur fere ab omnibus de favore, vel in Caeſarem, vel in Pompejum, quem teſtari jam non coguntur, nec vota pro alterutro ſuſcipere: nec repugno valde: niſi quod proprium aliquid in hac voce magis indicari puto. *Favor* enim proprie in comitiis locum habebat, quibus ſuffragia huic vel illi candidato dare, vel potius vendere cogebantur. Hinc *ſollicitus favor* quia ſaepe neſciebant, cui ex potentibus ſe addicerent? hoc onere, hac cura ſoluti in patria ſua jam vivere & latere poterant, nec ſuffragia ad Caeſaris vel ad Pompeji nutum dare coacti. vide quae in bello civili de hoc aeſtu comitiorum habet Petronius, & praecipue illa ex cap. CXIX.

Nec minor in Campo furor eſt; emptique Quirites
Ad praedam ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt:
Eſt favor in pretio.

MSS. Cortii *ſollicitus fati quod abeſt favor*, quod illi non diſplicet. Sed vellem explicaſſet, quid ſit *favor fati*, vel quo fatum favet, vel quo favetur fato, vel Caeſaris, vel Pompeji: mox, *iſte ſalutis eſt auctor*, *dux ille fuit* Hamb. ſec. haec verba ſunt dubitantis, cui faveant, vel quem ſuffragio adjuvent.

404. *Salonas*] *Salones* Rottend. pr. *Salonis* Turrian. & *trepidum* Hamb. ſec. & quart. ut eſſet de fluvio dictum, ſicut *trepidare lympha* apud Horat. II. Od. 3. & *aqua* lib. I. Epiſt. X. 21. vid. ad Quinct. Declam. XIII. 2. Sed propter Zephyros *tepidum* locum ſuum tenere poteſt. *decurris* Turrian. a m. ſec. *diſcur-*

Conſtitit: in partes aliquid ſed Caeſaris auſa eſt,
Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas,
Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader:
Illic bellaci confiſus gente Curetum,
Quos alit Hadriaco tellus circumflua ponto,
Clauditur extrema reſidens Antonius ora,
Cautus ab incurſu belli, ſi ſola recedat,
Expugnat quae tuta, fames. non pabula tellus
Paſcendis ſubmittit equis, non proſerit ullam
Flava Ceres ſegetem: ſpoliabat gramine campum
Miles, & attonſo miſeris jam dentibus arvo
Caſtrorum ſiccas de ceſpite vulſerat herbas.
Ut primum adverſae ſocios in litore terrae
Et Baſilum vidêre ducem: nova furta per aequor
Exquiſita fugae. neque enim de more carinas

Ex-

diſcurrit S. Germ. *Hiader* Thuan. ſec. *Jadar* edidit Cortius. neſcio qua auctoritate.

406 *Illic*] *Illinc* Barberin. *belligera* Hamb. tert. *Curictum*, *Curitum*, *Curiotum*, ut eſt in noſtris, ſunt aberrationes ſcribarum, ut ita *virecta* pro *vireta*, *effecta* pro *effeta*, & plurima ſimilis notae in MSS. deprehenduntur paſſim. Sola vera lectio eſt, *Curetum*. *Curetes* enim litora maris Hadriatici late tenuerunt, & in primis contra Corcyram inſulam; immo ſe extenderunt in Acarnaniam & Aetoliam, quae regiones *terra Curetis* dicta fuit, ut hoc egregie probavit Palmerius in Graecia Antiqua lib. IV. cap. 2. & 10. vide & adnotationes ad Ovid VII. Met. 383. & Graeci Geographi paſſim ita totum illum tractum vocant. Fauces vero maris Hadriatici, etſi Lucanus confuſe aliquo modo hic loquatur, non quaerendae ad inſulam Curetum. Sed ad anguſtias iſtius maris inter Hydruntem & Oricum, Liſſum, Apolloniam & deinde Dyrrachium, quae omnia loca propiora ſunt Corcyrae majori. *quos tenet* etiam duo, ſed *alit* recte: omnis enim terra alit ſuos, vel maligne, vel largius. *extremis oris* Hamb. ſec.

409. *Cautus ab incurſu*] *Tutus* unus Oudend. & Cortii: ſed puto huc pedem intuliſſe ex ſeq. verſu, ut ſaepe. Buchnerus de commut. rat. dicendi pag. 59. reciprocationem agnoſcit, ut *cautus* ponatur pro *tutus*, & contra. ſed male citat ex Lucano *cautus ad occurſum*. vid. ſupr. ad lib. I. 255. Heinſius etiam adſcripſerat, vel *tutus*, vel *cautus ad incurſum*, ut *tutus* & *cautus* variari ſolet. vide ejus notas ad Ovid. III. Triſt. XII. 36. *recedit* Hamb. tert. mox, *quam tuta* Barberin. *nam pabula* Turrian.

411. *Proferit*] *Protulit* Hamb. tert. *pertulit* Thuan. quart. *praeſtitit* Langerm. omnia ex gloſſis. vid. ad Gratii Cyneg. 9. mox, *gramina campum* MS. Cortii. & *attonſo* quinque libri.

414. *Vulſerat*] Rectius *vellerat* dixiſſet, ſed & alibi ita vel ipſe, vel librarii peccarunt. *vulserat* Langerm. *in litora* quatuor libri. *at Baſilum* Hamb. pr. mox, *exquaeſita* videtur voluiſſe Cort. ad Plin. 1. Ep. 8.

418.

Extendunt, puppesque levant, ſed firma gerendis
Molibus inſolito contexunt robora ductu.
Namque ratem vacuae ſuſtentant undique cupae,
Quarum porrectis ſeries conſtricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.
Nec gerit expoſitum telis in fronte patenti
Remigium: ſed, quod trabibus circumdedit aequor,
Hoc ferit, & taciti praebet miracula curſus,
Quod nec vela ferat, nec apertas verberet undas.
Tunc freta ſervantur, dum ſe declivibus undis
Aeſtus agat, refluoque mari nudentur arenae.
Jamque relabenti creſcebant litora ponto;
Miſſa ratis prono defertur lapſa profundo,
Et geminae comites. cunctas ſuper ardua turris
Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis.

No-

418. *Puppesque*] *Pubesque* Rottend. pr.

420. *Namque ratem*] *Jamque ratem* Hamb. pr. Heinſius corrigebat, *jam cratem*, de qua voce egit pluribus in Adverſariis ſuis; ſed huic loco non convenit. nam cratibus contectas fuiſſe has tumultuarias naves vix credam; ſed *rates* erant impoſitae cupis. *rates quas inopia navium fecerat* dicit Florus IV. II. 32. *cupae* tres ſcripti. *culpae* Langerm. & Thuan. quart. ut apud Horat. II Sat. II. 123. *culpa*, vel *cupa potare magiſtra*. ut quidam. Idem Heinſ. pro *porrectis* volebat, *tortilibus*, quod longe abit a ſcriptis. Sed *porrectis* catenis, eſt longis, ſerie longa connexis, ut, licet in minori, Ovid. I. Am. VI. 25. *longa religate catena*; quamvis hoc aliter quidam explicent. Sed lib. II. 671. Noſter,

Roboraque immenſis late religare catenis.

Conſtructa Thuan. quart. & Hamb. pr. *porrigere* vero Noſter pro in longum extendere uti ſolet, ut II. 399. & alibi, vide Barth. ad Stat. v. Theb. 482.

423 *Nec gerit*] *Ne* Barber. *velis* Langerm. pro *remigium* Turr. *tegimen*, vitioſe. mox, *ac taciti* quinque. *praebent* Rottend. pr. & Langerm.

426. *Verberet*] *Verberat* ſeptem libri. Vid. Cort. ad Plin. v. Ep. 8. mox, *declinibus* Thuan. ſec. & Voſſ.

429. *Creſcebant litora*] Imitatus eſt Statius lib. v. Theb. 709.

Et jam plana Thetis, monteſque & litora creſcunt.

430. *Defertur lapſa*] *Fertur delapſa* Turrian. mox, *junctas* Heinſius, qui an ille vir doctus ſit apud Cortium, ignoro ſed amabat ita emendare Heinſius. vid. ad lib. II. 194. *turres* quatuor libri. *ſtabulata* Barber. *minacia* Rottend. tert. a m. ſec. *pignis* Thuan. ſec. an pro *tignis*? Cl. Dorvillius, *tabulata* nominativo caſu capiens, conſtruebat hoc modo: ardua turris, & tabulata minantia pinnis tremulis eminent ſupra cunctas rates. ut *eminet* quod turri convenit, etiam tabulatis congruat: ſimiles verbi ſingularis poſitiones videbis apud Oudend. ad I. 422. & adde notas ad II. 703. & infr. IV. 619. V. 730. & ſaepe alibi.

Noluit Illyricae cuſtos Octavius undae
Confeſtim tentare ratem, celereſque carinas
Continuit, curſu creſcat dum praeda ſecundo:
Et temere ingreſſos repetendum invitat ad aequor
Pace maris. Sic dum pavidos formidine cervos
Claudat odoratae metuentes aëra pennae;
Aut dum diſpoſitis attollat retia varis
Venator, tenet ora levis clamoſa Moloſſi;
Spartanos, Cretaſque ligat: nec creditur ulli
Silva cani, niſi qui preſſo veſtigia roſtro

Col-

433. *Undae*] *Orae* Oiſel. & ita Heinſius & Cortius. mox, *tentare rates* Hamb. ſec. *dum creſcat* Turrian.

436. *Repetendum*] *Repetit dum* Voſſ. a m. ſec. ſed *repetendum* ſc. curſu ſecundo, altero die, quia primo nihil hoſtile occurrerat. nam ita *pax maris* eſt explicanda, non quod procellis & ventis careret, ut alibi ſolet ſumi: & ita ſaepe Noſter *pacem* vocat ceſſationem ab armis, & proeliis. vid. ad II. 648. & ita mox vſ. 473. mox, *claudet* Langerm. *cloudit* Oiſel. a m. pr. *Aër* hic pro odore, qui ex aëre vel aura redditur. vid. lib. x. 167. *metuentis* Thuan. ſec.

439. *Aut dum diſpoſitis attollat retia varis*] *Ac dum* Thuan. ſec. *attollet* Oiſel. a m. pr. in editis quibuſdam eſt, *depoſitis varis*. quod defendi poſſet, quia terrae infigebantur, ut ita plantae *deponi* dicuntur. vid. ad Ovid. Rem. 193. & ita *deponere ſigna* eſt figere lib. I. 236. Sed quia plures erant longo ordine & certis intervallis, etiam defendi poteſt *diſpoſitis*, quod illuſtrat Oudendorpius, & ita citat Vlitius ad Gratii Cyneg. 87. ubi de *varis* agit. vide & quae diximus ad Virgil. VI. 632.

440. *Moloſſi*] *Moloſi* ſeptem. *Molopſi* Hamb. pr. controverſia τοῦ *levis* quae movetur, vana eſt. *levis* eſt agilis, velox, vid. ad Val. Fl. I. 389. & Phaedr. I. 12. ita ſupr. II. 500. *levis ſonipes*. & I. 120. & 423. & alibi, & hoc probabat Dorvillius, qui & *veloces Moloſſos* Martialem dixiſſe lib. I. Ep. 32. obſervabat, & *lorum* recte de collari ſive millo ex corio explicabat, & conſulendum eſſe Paſſeratium ad Propert. IV. VIII. pag. 660. monebat. vid. Vlit. ad Gratii Cyneg. 401. Apud Stat. II. Achil. 73. *indubitata tegens multo legit arva Moloſſo*, ubi in MSS. *muto*. *Sparnatos*, tranſpoſitis literis Turrian. *liget* Voſſ. a m. ſec. *nec creditur ullae* dedit antiquarius Cortius ſine libris.

443. *Reperta*] *Recepta* Langerm. mox, *monſtrare* Thuan quart. *luſtraſſe* quatuor. ita apud Stat. v. Silv. III. 209.

Me quoque vocales lucos luſtrataque Tempe Pulſantem.

Marklandus jubet reſcribi, *monſtrataque*; ſcilicet a patre, qui filio ad Poëticam monſtravit iter. certe probabilius, quam *Aſcraeaque Tempe*, ut deinde conjicit. Sed Heinſius malebat, *luſtrandaque*, bono ſenſu, id eſt, quae deberem ingredi & obire, & in iis morari. ita paſſim alii, & Noſter, *luſtrare terras & aequora* v. 347. IX. 1057. & alibi.

447. *Impedit ad noctem &c.*] Varie tentatus & ſcriptus locus. *impetit*, *incipit*, *impulit* eſt in noſtris quoque: *impendit* erat etiam in uno Voſſiano. Heinſius tentabat, *tenditur ad noctem*, vel *impulit* probabat; quod certe ſenſum ſatis commodum facit, &, donec melius quid occurrat, cum Grotio ſervabo. & certe, Noſter multum utitur eo verbo. *Ad noctem*, pro adpropinquante nocte, facile patior, & ita ſolent loqui veteres. *Lux*

etiam

Colligit, & praeda neſcit latrare reperta,
Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loro.
Nec mora. complentur moles, avideque petitis
Inſula deſeritur ratibus: quo tempore primas
Impulit ad noctem jam lux extrema tenebras.
At Pompejanus fraudes innectere ponto
Antiqua parat arte Cilix, paſſusque vacare
Summa freti, medio ſuſpendit vincula ponto,
Et laxas fluitare ſinit, religatque catenas
Rupis ab Illyricae ſcopulis. nec prima, nec illa,
Quae

etiam *extrema* cedere primis tenebris recte dicitur. Sed *impedire tenebras*, quod tuetur etiam Gronovius ad Senec. Agamem. vſ. 576. non videtur dici poſſe, niſi dure admodum, quum efficere non poſſit, quo minus tenebrae ſe intendant. Efficit quidem, ne ſtatim ſpiſſae ſint tenebrae, ſed primas & incipientes impedire nequit. Quo magis enim extrema lux eſſe incipit, eo magis augentur tenebrae. & mox vſ. 472. poſt *lucem dubiam*, ſtatim ſecutam eſſe noctem dicit. Me certe tenebrae hic impediunt, ne poſſim cernere verum; cogitabam quidem, *inlicit*, vel *elicit* tenebras, ut deficiens lux evocet quaſi tenebras, ut contra aurora & lucifer dicuntur lucem & diem provocare apud Poëtas. vel *incubit*, vel *implicat*, quod verbum ſaepe cum *impedit* commutatur in MSS. ut ita lux extrema implicet tenebras, ſe miſceat tenebris incipientibus, unde dubia, & crepera lux dicitur. ut mox jam nocte orta vſ. 472. *nox condit lucem dubiam*, quam ante implicuerat tantum. Vide an huc faciat crepuſculi matutini deſcriptio apud Stat. II. Achil. 281.

Genitorque coruſcae
Lucis adhuc hebetem vicina nocte levabat,
A nondum excuſſo rorantem lampada ponto.

ubi *hebes lampas* eſt ut hic *lux extrema*. Sed nihil in his eſt, in quo mens conſiſtat. Certe an probaturi ſint modorum Poëticorum prudentes audaciam Cortii neſcio. ille conjicit,

quo tempore primas
Impedit ab nocte jam lux extrema tenebras.

Nam nec inauditae caeſurae beneficio perſuadebit ultimam in *nocte* poſſe produci, nec ſenſus conſtat. quia *ab nocte* eſt poſt noctem, quod de aurora dici deberet, non de luce extrema. Et quae iſta loquendi ratio, *impedire tenebras a nocte*, id eſt, *a tenebris*? utinam prodiiſſent ejus notae, quae nobis tot myſteria aperuiſſent. nunc contenti debemus eſſe ejus nota in Plinii VII. Ep. IV. §. 6. ubi ex corrupto Plinii verſu,

Auſus de Cicerone dare palmamque decusque.

& ex Virgilii II. Georg. 289. ſimiliter ejecta copula *et*, vitiato,

Excoquere, magnos ſcrobibus concidere montes.

hanc metricae legis contemtionem vindicare conatus eſt. Alterum etiam adducit Lucani locum ex lib. I. 318 ubi nihil tale deprehendere potui. in Plinii verſu forte poſſet legi,

Quum libros Galli legerem, quibus ille parentis
Muſis de Cicerone daret palmamque decusque.

Sed relinquamus incurabilia a librariis impoſita ſano corpori ulcera. melius certe, *primas*, in *pronas* prius mutabat. mox, *immittere ponto* Voſſianus.

451 *Laxas*] *Laxe* plurimi: *laxa* Richel. & Turrian. quod non diſplicuiſſe Cortio vi-

de-

Quae ſequitur, tardata ratis: ſed tertia moles
Haeſit, & ad cautes adducto fune ſecuta eſt.
Impendent cava ſaxa mari: ruituraque ſemper
Stat (mirum) moles: & ſilvis aequor inumbrat.
Huc fractas Aquilone rates, ſubmerſaque pontus
Corpora ſaepe tulit, caecisque abſcondit in antris:
Reſtituit raptus tectum mare, quumque cavernae
Evomuere fretum, contorti vorticis undae
Tauromenitanam vincunt fervore Charybdin.
Hic Opiterginis moles onerata colonis
Conſtitit: hanc omni puppes ſtatione ſolutae
Circueunt: alii rupes, ac litora complent.
Vultejus tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes.
(Dux erat ille ratis) fruſtra qui vincula ferro
Rumpere conatus, poſcit ſpe proelia nulla,
Incertus qua terga daret, qua pectora bello.

Hoc

detur, eodem caeſurae munere defenſuro: ſed timidior jam, non audet mutare: *catenis* Thuan. quart.

452 *Nec illa*] *Nec illam* Thuan. pr. ut ad *ſequitur* referatur.

454. *Adducto fune*] Ita recte omnes fere noſtri, & poſtulat hoc *τὸ ſecuta*: nam retracto fune navis haerens attrahitur. vid. Oudendorp. Alio quodam modo Ovid. VIII. Met. 775. *adducta funibus arbor*, ubi etiam adducuntur funes, ut arbor evertatur. *diducto* Langerm.

455 *Impendent*] *Impendunt* quatuor.

456. *Mirum*] *Mire* Hamb. tert. *mirum eſt* Richel. *murum* Thuan. ſec. ſed interjectio *mirum!* debet haberi, ut ita *rarum!* & ſimilia, de quibus ad Seren. Samon. cap. III. vſ. 35. & Virgil. II. Georg. 233. egimus. *Quo fractas* Thuan. ſec.

459. *Reſtituit raptus tectum mare*] *Reticuit* Voſſ. *deſtituit* Thuan. ſec. *raptos* Rottend. ſec. qui & a m. ſec. *caecum mare*, quod, niſi crederem ex priori verſu repetitum, probarem, pro *tectum*, quod ex ejus gloſſa potuit eſſe natum. alio ſenſu *tectum* aequor dixit lib. III. 566. *raptus* dixiſſe veteres vidimus ad illa Ovid. I. Met. 144. *vivitur ex rapto*. haereo in hoc loco, & Grotium ſequor, donec quid melius proferatur. poſſet dici tectum, ſcilicet, quod abſconditum in antris erat, & legi, *reſtituit raptus rediens mare*. Sed & haec relinquamus.

464. *Alii*] *Aliae* Hamb. pr. a m. ſec. *rupes ad litora* Hamb. ſec.

466. *Ferro*] *Ferri* undecim. *conatur* Langerm. & mox, *quo pectora* Turr. a m. ſec.

469. *Hoc tamen*] *Haec* Voſſ. *depreſſo* Thuan. ſec.

472. *Nam condidit umbra Nox lucem dubiam*] Ita habent omnes fere, niſi quod *umbram* Langerm. *dubiam lucem* tres. *lucem dubia* Voſſian. unus. Heinſius, *umbra* nominativi caſus credens, legebat,

nam condidit umbra
Mox lucem dubiam.

& ita erat in Hamb. tert. a m. pr. *pacem* vero

Hoc tamen in caſu, quantum deprenſa valebat,
Effecit virtus: inter tot millia captae
Circumfuſa rati, & plenam vix inde cohortem,
Pugna fuit, non longa quidem: nam condidit atra
Nox lucem dubiam, pacemque habuere tenebrae.
Tunc ſic attonitam, venturaque fata paventem
Rexit magnanima Vultejus voce cohortem:
Libera, non ultra parva quam nocte, juventus,
Conſulite extremis anguſto in tempore rebus.
Vita brevis nulli ſupereſt, qui tempus in illa
Quaerendae ſibi mortis habet: nec gloria leti
Inferior, juvenes, admoto occurrere fato.
Omnibus incerto venturae tempore vitae
Par animi laus eſt, & quos ſperaveris annos
Perdere, & extremae momentum abrumpere lucis,
Arceſſas dum fata manu: non cogitur ullus

Velle

ro hic a pugna intermiſſionem notet, ut modo vſ. 437. vidimus, & ita alibi Noſter hac voce uti ſolet.

475. *Rexit*] Heinſius volebat, *flexit*, vel, *magnanima erexit*, quod & viro docto adſcripſit Cortius. Sic infr. 520. *ſuſtulit*, vel *extulit mentes*. Sed Heinſius ſimul adſcripſerat illa Virgilii ex lib. I. Aen. 153.

Ille regit dictis animos.

quae vulgatam ſatis adſerunt, & plura Theſaurus Fabri ſubminiſtrat. *fata timentem* Thuan. quart. & Hamb. tert

476. *Parva quam*] *Quam parva* Hamb. tert. infr. etiam 528. *parvam noctem* pro brevi dixit. *libertas parva* Statio v. Silv. v. 77. & ita *parva vita* VI. 805. ſed ineptus noſter declamator in anguſto hoc tempore & parva nocte tam longam Vultejo dat orationem, ac ſi otium fuiſſet talia dicendi, & non potius noctem impendiſſet parandae pugnae: non vacabat eſſe diſerto, & qui non ſollicitus erat de vita, hic inducitur de ingenii fama & eloquentia eſſe anxius, & acuminibus & ſententiolis ſubtilis: mox, *anguſto tempore* Edd. Gryph. & Steph. de *anguſto* tempore vid. ad lib. I. 98.

480. *Occurrere fato*] *Currere* Thuan. ſec. & Barber. male. ita Stat. I. Theb. 640. *aut certae trepidas occurrere morti*, ubi dubium poſſet videri, an non imitatione Virgilii ex lib. II. Aen. 62. *occumbere* ſit legendum: ſed plus animi eſt in *occurrere*. eadem varietas apud Valer. Fl. I. 631. & VII. 267.

481. *Tempore*] *Tempora* Langerm. ſed ſunt ablativi abſoluti. mox, *ſperaverit* Thuan. quart. *prodere* Thuan. pr. a m. pr. *arrumpere* Hamb. ſec. *manu arceſſere fata* explicuimus ad Virg. II. Aen. 645. Miror Cortium qui hic & VII. 252. VIII. 660. *arceſſere* ex ſcriptis praefert, ad Plin. VI. Ep. 25. non plane repudiare *accerſere*, ubi dicit ſe docuiſſe id ad Lucan. I. 166. ubi tamen in ſua editione *arceſſere* praetulit. Sed vellem ſimul doceri, unde hoc verbum derivare potuerit. Melius Caſaub. ad Suet. Caeſ. II. & Torrent. ad Claud. XXXVIII. neque hodie

Velle mori. fuga nulla patet: ſtant undique noſtris
Intenti cives jugulis. decernite letum,
Et metus omnis abeſt: cupias quodcumque neceſſe eſt.
Non tamen in caeca bellorum nube cadendum eſt,
Ut quum permixtis acies ſua tela tenebris
Involvunt. conſerta jacent quum corpora campo,
In medium mors omnis abit. perit obruta virtus.
Nos in conſpicua ſociis, hoſtique carina

Con-

tirones hic errare ſolent.

485. *Velle mori*] Quomodo nullus cogi poſſit velle mori, vid. ad lib. I. 372. *lates* Voſſ. unus.

486. *Intenti cives jugulis*] *Incerti* Thuan. ſec. Rutgerſius conjiciebat, *Cilices*. Sed non video quare hoſtes non licuerit Vultejo *cives*, id eſt, membra ejuſdem reipublicae, vocare in hoc civili bello, ad augendam invidiam, & quia in civilibus bellis crudelius exercere victoriam ſolent cives, & in primis Pompejani, quam hoſtes externi. Plures certe in illis erant cives Romani, licet adeſſent auxiliares ex aliis gentibus. neque *Cilices* adfuiſſe patet, quum infr. vſ. 529. *Hiſtros* & *Liburnos* fuiſſe dicat. nec quod antea *Cilices* vſ. 448. *Pompejanos* dixerit, nationem voluit indicare, ſed artem & fraudes Cilicibus piratis proprias, quibus nunc Pompejani utebantur. ut *Cilix* pro pirata, *Arabs* pro latrone, & ſimilia paſſim occurrunt. Heinſius capiebat *Cives* in vocativo caſu, ut Vultejus ſuos alloquens ita vocaverit, & legebat ideo, *Intenti, en cives, jugulis. veſtris intenti* Hamb. tert. male; nam ſe ſocium mortis fore adfirmat. vir doctus apud Cortium: *veſtris intenti Cilices jugulis*. Cl. Dorvillius putat revera aliquot Cilices ex agris mediterraneis a Pompejo adductos, ut II. 637. *Redde mari Cilicas*, Pompeji fuit praeceptum. Sed hac tranſpoſitione verborum voluiſſe pontem ſtruere illis, qui mallent legi, *ſtant u. n. intenti jugulis. Cives decernite letum.* Non tamen Vultejum recte Opiterginos cives vocaſſe, quos *comites* vocat vſ. 516. ſed cives dici Hiſtros & Liburnos reſpectu Opiterginorum, & ſi qui inter hos Romani, illos dici cives reſpectu Vulteji. videat lector, an quid melius ex his verbis excudere poſſit.

487. *Et metus omnis abeſt*] *Abſit* Hamb. ſec. repugnante metro. *abit* quinque libri. hinc Heinſ. *omnis abi*, vel *abes*, vel, *ut metus omnis abeſt*. vereor ne locus ſit corruptus, ex ſeq. vſ. 491. *mors omnis abit*. ita apud Plinium V. Ep. IX. *Quae nunc omnia cum ipſa ſine fructu abierunt*. ubi Codd. & Edd. aliae, *aruerunt*. quod neſcio quomodo me tentet, quia convenit egregie *maturitati, flori primo*, & *fructui*. Sed & *abierunt* nititur codicibus. nam & VIII. Ep. 24. *nam & timor abit, ſi recedas, manet amor*. Petron. LXIV. *abiſtis dulces caricae*. Ovid. II. Triſt. 153. *abeunt redeuntque timores*, qui centies hoc verbo ita utitur. Dorvillius hic praeſens tempus pro futuro, ut & poſitum eſſet pro ſtatim, & ſenſus: ſtatim ut decreveritis mortem, eo ipſo facto jam aberit omnis metus.

488. *Cadendum eſt*] *Cadenda eſt* Barberin. Cod. idem, & Thuan. tert. *at cum* Langerm. *permixtas acies* quinque libri, quod & explicari poſſet commode. *involvens* Thuan. tert. & Oiſel. *aut corpora* Thuan. quart. *conferta* multi, ut lib. III. 575.

491. *In medium mors omnis abit*] Id eſt, nihil praecipui & notabilis agitur in proeliis magnis, nec, an quis illuſtrem virum an plebejum occiderit, ſciri poteſt; nulla laus praecipua, nec ſepoſita gloria, ut Ovid. II. Amor.

XII.

Conſtituêre Dei. praebebunt aequora teſtes,
Praebebunt terrae, ſummis dabit inſula ſaxis.
Spectabunt geminae diverſo e litore partes.
Neſcio quod noſtris magnum & memorabile fatis
Exemplum, Fortuna, paras. quaecumque per aevum
Exhibuit monimenta fides, ſervataque ferro
Militiae pietas, tranſibit noſtra juventus.
Namque ſuis pro te gladiis incumbere, Caeſar,

Eſſe

III. II. ita Quinctil. XI. I. *Se in medium tam ſecura obſervatio artium miſit*. vid. ad Val. Flac. VI. 200.

491. *Perit obruta virtus*] *Abruta* Turr. ſed *obruta* eſt obſcurata, & minus eminens multitudine, confuſione & obſcuritate. vid. ad Val. Fl. I. 319. *perit virtus* dixit, & Noſter lib. V. 292. id eſt, nulla laus, nullus fructus inde redit.

494. *Summis*] *E ſummis* Oiſel.

495 *Diverſo*] *Diverſae litora* Langerm. *diverſo litore* plurimi, & *diverſae e litore* Oiſel. & tunc poſſet legi, *gemino diverſae e. l. partes* eodem ſenſu, & neſcio an non meliori. quia *diverſae partes* centies in bellis civilibus duo adverſarii dicuntur: & quia diverſa litora explicant *Dalmaticum* & *Illyricum*: at qui illa *diverſa* dici non poſſunt, id eſt, ſibi oppoſita, quum Dalmatia & Illyricum ad idem latus Adriatici maris ſint. Si Lucani ingenium & magna loquentem calamum agnoſcimus, potuit Italicum & Illyricum intelligere: ſed ſi conſulamus ſitum locorum, ex utroque litore hoc certamen cerni nequit. geminum ergo litus poteſt Dalmaticum intelligi & inſulae. *ſpectabant* unus Heinſii: *neſcio quid magnum exempli* volebat Heinſ. quod dubito an poſſit defendi, niſi *magni* & *memorabilis* etiam legeretur. quare accedo ſcriptis & Oudendorpio, & *neſcio quod* retineo. *magnum & memorabile* exemplum Virgilii. qui lib. IV. 94. *magnum & memorabile nomen*, dixit. ubi vide quae diximus.

498. *Exhibuit*] *Exibit* Hamb. quart. quod notaret, ſuperabit noſtra fides omnia monumenta. ſed vulgata planior, ut *fides & pietas* conſtruatur cum tranſibit, *ſervata pietas* poteſt capi, ut *ſervare fidem* III. 301. & ſupr. 351. VIII. 547. & ita Virgilius & alii loquuntur. Sed tamen, *ſervata pietas ferro* pro *per ferrum*, non ſatis placet. *bello* erat in uno Berſmanni, quod planiorem efficit ſenſum: ſi codices addicerent, mallem,

ſpectataque ferro
Militiae pietas.

ſic Ovid. XIV. Met.

Dextera per ferrum, pietas ſpectata per ignem.

qui & alia conſtructione *ſpectatum caeſtibus* dixit lib. VIII. 301. Val. Fl. I. 100.

bellis ſpectataque fama
Turba ducum.

& Virgil. VIII. Aen. 151.

rebus ſpectata juventus.

& alii paſſim. non obtrudo haec invitis membranis, ſed in vulgata aliquid obſcuri & ſcabri mihi apparet. Si quis explanarit melius, lubens cedam.

499. *Tranſibit*] *Tranſiſſet* Hamb. pr. Voſſian. & alius Voſſ. a m. ſec. Heinſius conjecerat, *tranſiſſe eſt*, vel *tranſibis*. in Rott. tert. erat *tran* . . . . eraſis literis. Sed vulgata mihi ſatis ſana videtur, & *tranſire*, pro ſuperare, vincere, dixit etiam lib. II. 565. *tranſiſſet* ſi legendum foret, deberet ſequi, *ſi* majoris pietatis exhibendae occaſio daretur, aut ſimile quid, ſed in his anguſtiis, in hac obſidione edemus ſpecimen fidei & pietatis, quod omnia vetera ſuperet exempla. Ampli-

Eſſe parum ſcimus: ſed non majora ſuperſunt
Obſeſſis, tanti quae pignora demus amoris.
Abſcidit noſtrae multum ſors invida laudi,
Quod non cum ſenibus capti natiſque tenemur.
Indomitos ſciat eſſe viros, timeatque furentes,
Et morti faciles animos: & gaudeat hoſtis
Non plures haeſiſſe rates. tentare parabunt
Foederibus, turpique volent corrumpere vita.
O utinam, quo plus habeat mors unica famae,
Promittant veniam, jubeant ſperare ſalutem:
Ne nos, quum calido fodiemus viſcera ferro,
Deſperaſſe putent. magna virtute merendum eſt,

Cae-

plificat certe Vultejus, ſed haec non ad vivum ſunt reſecanda, & Lucani magniloquentiae ratio eſt habenda, qui hoc virtutis ſpecimen, ſupra omnia extollere voluit. Denique *tranſibit* idem poteſt notare, quod *tranſiſſet*. da modo locum virtuti, tranſibit noſtra juventus omnia exempla, *juventa* Thuan. quart.

500. *Namque*] *Jamque* Hamb. pr. *procumbere* Thuan. ſec. & Hamb. tert. male. vid. ſupr. h. l. vſ. 278. *ſi non majora* Rott. ſec. *ſed non in vota* Voſſ. quod oſtendit latere aliquid ulceris. forte, *ſed non niſi vota ſuperſunt*. Sollemni loquendi modo, ubi vires vel ſpes majora faciendi, vel obtinendi deſunt. Ovid. I. Triſt. II. I.

Di maris & terrae (quid enim niſi vota ſuperſunt)

ubi vide notas, malim etiam, *nil niſi vota ſuperſunt*. Quia *parum* praeceſſit, fecerunt *majora*. illud *in* natum ex *niſi* quod compendio ſcribebatur *ni*, hinc *in*.

502. *Tanti quae*] *Qua* Voſſ. a m. ſec. *demus quae pignora* Rott. tert.

503. *Abſcidit*] Ita omnes fere noſtri praeter Oiſel. & Thuan. tert. qui *abſcindit*. vid. III. 33. *Fors* etiam ſex. *laudis* octo. mox, *natiſque videmur* Oiſel.

506. *Animos*] Heinſius volebat, *animas*: vid. ſupr. 249. & ita Val. Flac. I. 151. *faciles animas* dixit, ubi vide adnotata.

508. *Volent*] *Vident* Rottend. pr.

510. *Promittant*] *Permittant* Thuan. ſec. *promittant vitam* unus. vid. lib. II. 118.

511. *Quum calido fodiemus*] *Valido* duo libri, & ita variaſſe ſaepe librarios notavimus ad Ovid. VII. Met. 123. XV. 324. & Valer. Fl. I. 260. ſed jam Cl. Drakenborchio olim ſuggeſſi rectius *calidum ferrum*, certe hic loci, dici, quam *validum*, vide eum ad Sil. Ital. lib. I. 552. calebat enim a ſanguine ſociorum, ut ex vſ. 544. apparet mutua dediſſe vulnera. ita apud Ovid. I. Ep. 19.

Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam.

& Silius eodem libro 309. *tepefactum haſtam* dixit. & ita contra *frigidus enſis* & *gladius* v. 244. & VII. 502. apud Statium lib. V. Silv. II. 62.

Nondum validae tibi ſigna juventae.

ubi Heinſius *calidae* malebat, proprio juventutis epitheto, ut apud Horat. III. XV. ult. ſed quia majoris laudis eſt *validum* eſſe juvenem, quam calidum, & ibi agatur de militari rudimento, nihil muto. ſic apud Noſtrum lib. I. 305. *implentur valido tirone cohor-*

Caeſar, ut, amiſſis inter tot millia paucis,
Hoc damnum, clademque voces. dent fata receſſum,
Emittantque licet, vitare inſtantia nolim.
Projeci vitam, comites, totusque futurae
Mortis agor ſtimulis: furor eſt. adgnoſcere ſolis
Permiſſum eſt, quos jam tangit vicinia fati,
Victurosque Dei celant, ut vivere durent,
Felix eſſe mori. Sic cunctas extulit ardor
Nobilium mentes juvenum: quum ſidera coeli,
Ante ducis voces, oculis humentibus omnès
Adſpicerent, flexoque Urſae temone paverent:
Idem, quum fortes animos praecepta ſubiſſent,

Opta-

portès. ubi *calido* eſſet abſurdum. contra apud Tacit. II. Ann. 83. malim. *Honores, ut quis amore in Germanicum aut ingenio calidus, reperti.* id eſt, qui ſponte, natura, erat calidior, & vehementior; & apud Gunther. Ligur. lib. I. 665. cum Rittershuſio.

Neſcio quid calido tractarent pectore pulchrum.

& ita ſaepe alibi. *fodiamus* quatuor codices Heinſ. per Graecismum volebat, *fodiemur viſcera.* convenit huic loco Ovidii VIII. Met. 453.

Calidamque priori
Caede recalfecit conſorti ſanguine telum.

unde & *calido* h. l. firmatur.

514. *Voces*] *Voces* Richel. recte, ut ad Caeſarem oratio vertatur.

514. *Dent fata receſſum*] *Dant* Hamb pr. *receſſus* Thuan. pr. Heinſ. malebat, *receptum: recurſum* Rott. ſec. & tert. quod recepit Cortius. vid. ad Ovid. VI. Ep. 59. & VI. Met. 450. infr. VI. 40. VIII. 767. quae legerat certe.

515. *Emittantque*] *Emittentque* Hamb. pr. *demittantque* ſecundus. *dimittantque* Thuan. quart. *omittantque* Oiſel. *immittantque* Thuan. ſec. alii, *promittuntque*, & *permittantque*, omnia fruſtra, & nata ex litera prima omiſſa in initio verſus.

516. *Totuſque futurae*] *Totuſque furore* Thuan. ſec. *futuri Martis* Heinſ. non probo. nam ſic infr. 737. *leti fortuna propinqui.* & *vicina mors* VII. 50. & ſaepe *vicinia mortis*, vel *leti* apud Noſtrum. Stat. XII. 760.

Jam letale furens atque audax morte futura.

ubi *futurum* ſaepe pro vicino poni etiam ex Virgilio docuit Barthius, & ad lib. VII. 741. & ita ſaepe Noſter *futurum bellum*, & *fatum* &c. dixit. deinde, *agnoſcere ſoli* Rottend. pr. *furor agnoſcere* Rott. tert. *permiſſum quos* tres. *permiſſi q. j. t. vicinia leti* Heinſius volebat, ut ſit, *eſt agnoſcere* pro licet, datur agnoſcere ſolis, *felix eſſe mori, quos* &c. Sed hoc durius mihi videtur. *leti* eſt in quatuor. *loeti* Rott. pr. *victoresque* Oiſel. & a m. ſec. Thuan. & Rott. primi, *victuriſque* Rott. tert. *ducent* Voſſian.

520. *Suſtulit*] *Extulit* novem ſcripti. vid. Oudend. & Freinshemii indicem in Florum in *animos*, & *tollere*, ubi utriuſque verbi exempla reperies, & plura poſſent adjici, ſi tanti videretur.

524. *Iidem*] Ita omnes codices. Sed in pronunciando contrahitur vox in duas ſyllabas, ut centies apud Poëtas. vid. Virg. III. Aen. 541. & alibi. & pari modo *eadem*, & *eodem*

Optavere diem. nec ſegnis mergere ponto
Tunc erat aſtra polus: nam ſol Ledaea tenebat
Sidera, vicino quum lux altiſſima Cancro eſt:
Nox tum Theſſalicas urguebat parva ſagittas.
Detegit orta dies ſtantes in rupibus Hiſtros,
Pugnaceſque mari Graja cum claſſe Liburnos.
Tentavere prius ſuſpenſo vincere bello
Foederibus, fieret captis ſi dulcior ipſa
Mortis vita mora. ſtabat devota juventus,
Damnata jam luce ferox, ſecuraque pugnae
Promiſſo ſibi fine manu: nullique tumultus
Excuſſere viris mentes ad ſumma paratas:
Innumeraſque ſimul pauci terraque marique
Suſtinuere manus: tanta eſt fiducia mortis.

Ut-

eodem apud Virgil. Ecl. VIII. 81. & X. Aen. 487. & alios. vid. Waſſ. Senar. cap. IX. n. 106. *iidem* vero eleganter, id eſt, illi, qui antea attoniti venturaque fata pavebant, nunc alacres & parati mortem ſubire videntur. vid. ad Valer. Flac. II. 104. *ſubirent* Barber.

525. *Nec ſegnis mergere*] Verum eſt pluNmos MS. habere, *vergere*, quod conſenſu fere a viris doctis receptum. & *vergere*, accuſativum regere non inficior, ubi pro fundere liquorem certo ritu ſumitur. Sed ubi pro declinare ponitur ſemper vidi, *vergere in partem* hanc vel illam dici, & neutra ſignificatione poni. et in exemplis, quae adducuntur infr. ad lib. VI. 482. video quidem fortaſſe *vergere* poſſe ſumi active, licet loca ſint dubiae lectionis: ſed dent exemplum, ubi *vergere polus* dicitur *aſtra ponto*, pro *in* vel *ad* pontum & manus dabo: tamdiu vero *mergere* retinebo, quod in hac re obvium eſt verbum, nec exemplis illuſtrare operae eſt. mox, *nox cum* maxima pars codicum. de *parva nocte* vid. ſupr. vſ. 476.

530. *Mari*] *Maris* Hamb. ſec.

535. *Promiſſo*] Ita multi ſcripti: *permiſſo* repetitum puto ex verſ. 518. non permiſſa erat illis mors, ſed ſponte ſe devoverant & *damnaverant* vitam, de quo verbo vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 616. ſic *promiſſa laus* apud Ovid. XIII. Met. 248. explicatur, quam ſibi Uliſſes promiſerat. *manus* a m. ſec. Richel. ſed *manu* eſt violenta morte pugnando quaeſita, ut ſup. 484. *arceſſas dum fata manu*, quod VII. 252. dixit *ferro*. vid. lib. X. 423. & ad Virg. II. Aen. 434.

536. *Mentes ad ſumma paratas*] *Animos ad ſ. paratos* Rott. pr. vide viros doctos ad Sil. Ital. II. 592.

537. *Terraque marique*] Hoc de hoſtibus intelligi debet, & tamen inſolentior eſt conſtructio: nam non Opitergini terra & mari ſuſtinebant hoſtes: una enim in nave circumſepti undique erant, ſed ſuſtinebant innumeras manus terraque marique eos oppugnantes. planius fuiſſet, *terraeque mariſque manus*, id eſt, terreſtres & maritimas copias. Sed ſua ſit Lucano ratio loquendi.

538. *Mortis*] *Morti* dedit Cortius, quod nusquam reperi: & licet utriusque conſtructionis poſſint exempla conradi, tutius eſt in tali-

Utque ſatis bello viſum eſt fluxiſſe cruoris,
Verſus ab hoſte furor: primus dux ipſe carinae
Vultejus jugulo poſcens jam fata retecto,
Et quis, ait, *juvenes, cujus ſit dextra cruore
Digna meo, certaque fide per vulnera noſtra
Teſtetur ſe velle mori*? nec plura locuto
Viſcera non unus jamdudum tranſigit enſis.
Collaudat cunctos: ſed eum, cui vulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alii, totumque in partibus unis
Bellorum fecere nefas. ſic ſemine Cadmi
Emicuit Dircaea cohors, ceciditque ſuorum
Vulneribus dirum Thebanis fratribus omen.
Phaſidos & campis inſomni dente creati

Ter-

talibus ſequi ſcriptos. infr. 685. *ferri fiducia non eſt.* vid. hic Oudendorpium & adnotata ad Ovid. XVII. Epiſt. 19

541. *Poſcens jam*] *Poſcens ſibi* Rott. ſec. quod Cortius recepit.

542. *Ecquis ait juvenum eſt.*] *Et quis* multi hic; pauciores, *En quis.* perpetua haec variatio. vid. ad Virg. I. Ecl. 27. & X. 28. ego non alienus ſum ab, *& quis*, quia etiam *ſed quis*, *nam quis* &c. dixiſſe conſtat. vid. ad lib IX. 706. & Drak. ad Liv. V. 36. & Cort. ad Plin. VI. Ep. IV. § 2. *quisquis* Turrian. qui etiam habebat, *juvenes, cujus*, quod probarem; omnes enim juvenes erant hi milites, ut vſ. 476. alloquitur ergo hic eos: & *eſt* deerat Thuan. quart. & Rott. ſec. & hinc apparet *eſt* natum ex ultima ſyllaba *s juvenes*. & quum ita metrum non conſtaret, factum *juvenum eſt*. *dignam manum* explicuimus ſupr. ad vſ. 347.

543. *Per vulnera noſtra*] Marklandus ad Stat. I. Silv. I. 18, corrigit, *per funera noſtra*. Sed hoc nihil opus eſt commento, nec quia hae voces ſaepe commutatae, ideo ubique intrudendae: nam non modo capitale erat ducem ſuum occidere, ſed vel vulnerare; quare invitat milites ad vulnera ſibi inferenda, ut ita teſtentur ſe non effugere velle mortem, ad quam hoc facinore ſe obligabant: & hinc *certa fide* dicit, ut detrectare poſtea non poſſint mortem, a ſe illis viciſſim illatam, qua ex diſciplina militari ipſe poenam ab illo, qui vulnus intulerat, exigit, & deinde etiam poſt multa ſibi certatim impoſita vulnera, gratias pro iis agit: nec quia mox iterum *vulnera* ſequitur, *funera* hic debebant contra ſcriptos ingeri, quum id millies Lucano excidiſſe viderimus: *teſtatur* Hamb. tert.

545. *Tranſigit*] *Tranſiit* Hamburg. tert. quod & Oudendorpio innotuit ex indicio Cl. Drakenb. ad Sil. XIII. 166. vid. ſupr. ad III. 588.

546. *Cui vulnera*] *Quem* Turrian. *degebat* Thuan. ſec. mox, *concurrant* Hamb. tert.

549. *Sic ſemine*] *Si* Richel. *Cadmi* Thuan. ſec.

Terrigenae, miſſa magicis e cantibus ira,
Cognato tantos implerunt ſanguine ſulcos:
Ipſaque, inexpertis quod primum fecerat herbis,
Expavit Medea nefas. ſic mutua pacti
Fata cadunt juvenes: minimumque in morte virorum
Mors virtutis habet: pariter ſternuntque, caduntque
Vulnere letali: nec quemquam dextra fefellit,
Quum feriat moriente manu. nec vulnus adactis
Debetur gladiis: percuſſum eſt pectore ferrum,

Et

554. *Implerunt*] *Complerunt* quatuor.

555. *Inexpertis*] Incredibile Medeam in periculo capitis cariſſimi adhibuiſſe herbas, quarum vires non habebat perſpectas. Ideoque Cl. Dorvillius dividebat vocem hanc & legebat, *Ipſaque, in expertis q. p. f. herbis, Expavit Medea nefas.* & imitari volebat illa Ovidii Epiſt. XII. 97.

Ipſa ego, quae dederam medicamina, pallida ſedi.

unum obſtat τὸ *primum*, quod *inexpertas herbas* tuetur. pro quo, ſi *pridem* legas, ſtare poteſt lectio Dorvilliana, quae etiam eſt in editione Micylli & Veneta c. n. Omniboni A. 1592. & forte in aliis, quas excutere non vacat. & iſtas voces, *pridem* & *primum*, commutari in ſcriptis videbis apud Virgil. VIII. Aen. 190. & Propert. III. VIII. 15.

556. *Pacti*] Ita omnes ſcripti & editi. Cortius tamen edidit, *paſſi*. Sed multo elegantius & ad virtutem praeſtantius, oratione Vulteji & exemplo excitatos, promiſiſſe mutuas caedes, & eo refer *certam fidem* vſ. 543. & *promiſſum tibi finem* 535.

557. *Minimumque*] Ita e noſtris novem vel decem, & recte receperunt viri docti, licet Cortius eos ſequi dedignetur, & *nimiumque* praetulerit. Senſus eſt, cadunt & inter ſe occiduntur, ſed mors illa habebat minimum virtutis, quum plus eſſet in eo, quod tam conſtanter & fortiter, tam certa manu, non trepidante, nec repetentes vulnera, nec repugnantes jugularent, & in modum proelii compoſiti pectoribus & jugulis inferrent vulnus ſtatim letale, & ille ita vulneratus referret vulnus vulneranti: Animus ergo praeſens & conſtans ad tantum facinus plus laudis meretur, quam ipſum factum. Obſcurior eſt ſenſus, & nimis forte acutus, fateor, ſed pervidit Grotius. Sic etiam in aliis factis, *minimum* dicitur, quod non praecipuum eſt. Ovid. XIII. Met. 76.

Servavique animam (minimum eſt hoc laudis) inertem.

& XIV. 201.

Mors erat ante oculos, minimum tamen illa malorum.

ubi vide, & ad Quinctil. Decl. II. cap. I. ſimilis variatio in his vocibus occurrit lib. VII. 282. & alibi.

559. *Nec dextra*] *Ne dextra* S. Germ. *dum feriat* Thuan. ſec. & Hamb. pr. *feriant* Barber. non male.

560. *Nec vulnus adactis*] Id eſt, vulneri ſe ſponte ingeſſerunt, nec ferrum percuſſit pectus, ſed pectus ſponte in ferrum incurrit, & jugulis ſuis ita induerunt gladios, ut manus ferientis premerent & admoverent ſuis jugulis, quod maximum furoris, quem *virtutem* vocat Noſter, indicium, quum aliter retrahere ſe & jugulum, ad ſenſum vulneris ſoleant. quare nec *juguli* hic opus eſt, nec *jugulos preſſere manu*, ut Rottend. ſec. a m. ſec. & Langerm. a pr. *nec jugulos preſſere manus* ut idem a m. ſec. quod ferientem ſpectaret, ſed agitur de percuſ-

Et jugulis preſſere manum. quum ſorte cruenta
Fratribus incurrant fratres, natusque parenti:
Haud trepidante tamen toto cum pondere dextra
Exegere enſes. pietas ferientibus una,
Non repetiſſe, fuit. jam latis viſcera lapſa
Semianimes traxere foris, multumque cruoris
Infudere mari. deſpectam cernere lucem,
Victoresque ſuos vultu ſpectare ſuperbo,
Et mortem ſentire juvat. jam ſtrage cruenta

caſſo; *manus* quidem plurimi; ſed & *jugulis* iidem, alio tamen ſenſu, licet quidam eodem capiant. lib. VI. 160. Noſter

confringite tela
Pectoris incurſu, jugulisque retundite ferrum.

ubi vide. *jugulos praebere* (aut *praeſtare*, de quo vid. ad VIII. 615. Oudend.) eſt gladiatoriae conſtantiae proprium, ſed eorum ſuperat virtus Opiterginorum, qui *in vulnus ſe impellant*, ut loquitur Vellej. II. 70. ſic *inferri telo*, de quo ad Quinctil. Decl. XIII. 14. & *incurrere*, de quo ſupr. h. l. vſ. 278. *premere* vero eſt tangere, & quidem non leviter, ſed cum impreſſione. ſic *oculos alicujus ore premere*. Albinov. ad Liviam vſ. 34. & ita *premere haſta* Virgil. II. Aen. 530. eſt conficere, occidere. Vid. apud noſtrum VI. 189. VII. 783. & alibi. Sic *ferrum conjectum in gutture premere*, ferientis eſt apud Ovid. III. Met. 90. & alte *adigere*, ut hic etiam non *adactis gladiis* vulnus debetur, ſed admotis ad gladios pectoribus. de *adigere* vide ad Val. Fl. VI. 183. quod *exigere* vſ. 565. dixit, de quo ad Val. Fl. IV. 390. quamvis aliter cepiſſe videatur librarius Thuan. ſec. qui hic *exuere* dedit, quaſi eſſet pro extrahere, ut repetatur ictus. Sed hoc notare non puto. nam non repetitum fuiſſe Noſter dicit.

562. *Cum forte*] *Sic forte* multi.

566. *Non repetiſſe*] Unde crudelitas Caligulae notatur, cujus ſignum erat omnibus, *repete*. Suet. cap. LVIII. *viſcera laxa* Oiſel. a m. ſec vid. I. 617.

567. *Cruoris*] *Cruorem* Richel. vid. ad lib. II. 128. *infundere* Turr.

568. *Deſpectam cernere lucem*] *Deſpectans* ſeptem. Heinſius varie tentabat, *defectam*, ut variant codices lib. V. 333. vel *deceptam ſpernere*. vid. infr. VIII. 61. *cernere lunam* Hamb. ſec. a m. pr. quod probat Heinſ. ad Virg. IV. Aen. 17. legens, *deceptam cernere Lunam*. Sed quum dies eſſet, neſcio quis hic Lunae ſit locus. & *cernere* Turr. mox, *viſu ſpectare* Hamb. tert. *vultu ſp. memento* Turrian.

570. *Et mortem ſentire*] Ut in hac triſti caede nimis luxurianti indulget genio Poëta, ita hoc in primis ineptum videri debet. Si enim pietas erat ſtatim letale vulnus pectori vel jugulo, unde confeſtim expirarent, infligere, nec repetere, quam abſurde nunc ſubjicit, *juvat mortem ſentire*, quod non ſit, niſi quum minutis & crebris ictibus lenta mors infertur; ut docet dictum Caligulae *ita feri, ut ſe mori ſentiant*, apud Sueton. cap. XXX. & ita ſolebant crudeliſſimi vexatores Martyras lenta morte conficere. vide in primis, Prudent. περὶ στεφ. Hym. II. in Laurentium vſ. 334. & ſeqq. alio in caſu dixit ſupr. 277. *non ſentiet ictus*: & paullum diverſo ſenſu Statius IV. Theb. 614.

Tacet ille in funere longo
Quem premis, & junctae ſentit confinia mortis.

ubi videndus Barthius.

Conſpicitur cumulata ratis: buſtisque remittunt
Corpora victores, ducibus mirantibus, ulli
Eſſe ducem tanti. nullam majore locuta eſt
Ore ratem totum diſcurrens fama per orbem.
Non tamen ignavae poſt haec exempla virorum
Percipient gentes, quam ſit non ardua virtus
Servitium fugiſſe manu: ſed regna timentur
Ob ferrum, & ſaevis libertas uritur armis:

Igno-

571. *Conſpicitur*] *Deſpicitur* S. Germ. a m. ſec. mox, *mirantibus ullis* Rott. tert. *ullum* ſec. a m. ſec. *nullo majore* Rottend. pr.

575. *Poſthacc*] *Poſthac* Turr. & Barber. *percipiant* Turrian. licet ſciam *mentes* & *gentes* ſaepe confundi, vid. ad Petron. CXI. non accedo tamen Heinſio hic corrigenti, *mentes*; quia in nullo codice inveni, ipſe etiam poſtea damnavit Heinſius: licet *percipere* mentis proprium verbum notemus ad lib. IX. 1009. nam Opiterginis opponit ignavas gentes. *quam ſit non integra virtus* Rottend. ſec. a m. ſec. elegantem uſum τοῦ *quam* illuſtravit Cortius ad Plin. VI. Ep. VIII. §. 2.

578. *Saevis libertas uritur armis*] *Quaeritur* Voſſ. & Thuan. tert. ut eſſet pro acquiritur, ut lib. VII. 434. *libertas jugulo quaeſita*. vid. IX. 1074. & centies apud Noſtrum & alios. Sed *ſaevis* huic voci videtur obſtare, quod de Tyrannis explicant, & haec omnia ad concitandam juventutem in Neronem dicta notat Sulpitius. Cl. Dorvillius aliquid ſtribliginis hoc in loco haerere judicat, nec *utitur*, nec *uritur* ſibi placere, nec tamen ſibi aliquid nunc ſuccurrere notaverat: & Heinſius obelo notaverat verſum corruptum, conjecerat vero, *vertitur*, vel *perditur*. *uritur* ego non intelligo, etſi pro vexatur, cruciatur, ut Sulpitius fecit, capiamus. Quis enim umquam ita locutus eſt? an *angitur*, ut hoc verbum commutari cum *uritur* vidimus ad Ovid. Remed. 571. deinde locum perplexum magis implicat ſequens *ignorant*, quod referri volunt ad gentes vel homines, quod durum, quum interjiciantur plura, & proxime *libertas*, quae tunc intelligi deberet, ac ſi dixiſſet, *liberi homines* ignorant. Sed in plurimis ſcriptis & editis eſt, *ignorat*, quod ad homines vel gentes, referri nequit, ſed ad *libertatem*. In his dum haereo, ſubiit conjectura, quam an viri docti ſint probaturi neſcio. & quia *utitur* eſt in Rott. tert. a m. pr. & in quibusdam editis, fingebam mihi commodo ſenſu poſſe legi,

Sed regna timentur
Ob ferrum. At ſaevis libertas utitur armis,
Imploratque datos, ne quisquam ſerviat, enſes. et

ſub rege ſervientes timent ob mortem, quam quotidie illis Tyranni, ſatellitibus armatis & carnificibus ſepti, intentant & minantur. Sed liberi homines auxilium petunt a voluntaria morte, quam a ſaevis, id eſt, in ſe converſis, armis impetrant. Simili fere ſententia, & tumore fere poëtico Florus lib. IV. cap. 9. *Saxa legatus, ne veniret in poteſtatem, a gladio ſuo impetravit.* ubi ſimilia adnotarunt viri docti, & multa in hanc rem paſſim habet Seneca, cujus ſententiam hic exprimit ejus gentilis. *implorat* vero ideo conjeci, quia notum eſt apud Poëtas ſaepe a viris fortibus haſtas & arma ſua invocari. vide ad Valer. Fl. II. 512. & III. 707. *regna timentur ob ferrum, ſaevis*. Hamb. tert. ſine copula: *Ignoratque* Sixii. Si quis non de ſibi illata morte, ſed de Neronis, ſive cujuſcumque nece, in quam liberi homines ſervitute preſſi, armis debent uti, capere velit non refragabor.

580.

Ignorataque datos, ne quiſquam ſerviat, enſes.
Mors, utinam pavidos vitae ſubducere nolles,
Sed virtus te ſola daret. Non ſegnior illo
Marte fuit, qui tunc Libycis exarſit in arvis.
Namque rates audax Lilybaeo litore ſolvit
Curio: nec forti velis aquilone recepto
Inter ſemirutas magnae Carthaginis arces,
Et Clupeam, tenuit ſtationis litora notae:

Pri-

580. *Pavidos*] *Tales* Rottend. pr. Dorvillius diſtinguebat, *Mors, utinam* &c. ut ſit apoſtrophe ad Mortem.

581. *Non ſegnior*] *Nec ſegnior ille* Rottend. ſec. *iſto* Hamb tert. *Libycis qui tunc* Rottend. pr. *exarſit arenis* Richel. quod & in ſuo MS. invenit Cortius. ſed & lib. v. 39.

Libyae ſqualentibus arvis.

584. *Nec forti velis Aquilone recepto*] *Nec dextro* Rott. pr. a m. ſec. ſed *dextros* aut *ſiniſtros* ventos aliquis quaerat, ego nondum reperi, licet dici forte poſſe non negem, pro ſecundis & adverſis. quare adhuc vulgatum ſervo. ſic Ovid. II. Amor. XI. 38.

Impleat illa tuos fortior aura ſinus.

XI. Met. 431.

Qui carcere fortes
Contineat ventos.

Rutil. I. Itin. 237.

Ad centum cellas forti defleximus Auſtro.

Eodem modo fluvii rapidi *fortes* dicuntur. ut lib. VI. 362. videbimus. Jam vero de *Aquilone* vento hic agi docet etiam vox *velis*, quibus receptus fuit ventus, id eſt, acceptus, ut ſaepius veteres loquuntur, non vero de loco, *Aquilaria* dicto, ad quem adpuliſſe Curionem dicit Caeſar lib. II. B. C. 23. qui nihil habet commune cum Aquilone vento, & durior eſſet etiam locutio, *locum recipere velis*, pro tenere, potiri &c. ut. ſaepius occurrit. Sed puto etiam perperam illum locum, *Aquilariam* vocari, qui ſine dubio *Anguillaria* erat appellanda: vana etiam ſunt omnia, quae de loco hoc dicto a Mercurii caduceo, anguibus ornato, adducuntur: & ineptum eſſet hos ſerpentes *anguillas* vocare: nam *Anguillaria* non ab anguibus, ſed ab anguillis piſcium genere derivatur. Denique promontorium Mercurii, ſive Hermaea, prope quod Clupea fuit, diverſum eſt ab Anguillaria, quae a celebri & lucroſa horum piſcium captura ita vocata eſſe videtur. Et non longe a Clupea fuiſſe tractum aliquem litoralem piſcatura lucroſum docet nos locus Ennii in Phagetiis, quem ſervavit Apulejus in Apologetico, & legitur inter fragmenta pag. 155. Ed. Columnae Amſtelaedamenſis.

Omnibus at Clupea praeſtat muſtela marina.

ubi Columna recte legit, *Clupeae*, & hunc quoque Lucani locum adducit. ut & Harduinus ad Plinii lib. IX. Emendat. 24. qui tamen praefert, *omnibus ut Clupeae*. Jam vero muſtela illa marina Clupeae, ſive Lampetra, ut alii vocant, eſt ex genere anguillarum, quibus fere ſimilis eſt, niſi quod certis quibusdam notis diſtinguatur, ut docuit multis Geſnerus de Aquatil. lib. IV. pag. 590. & ſeqq. Videndus & Scaliger Lect. Auſon. lib. I. cap. 26. & talem piſcem eroſſem, novem oculis (unde apud noſtrates negenoog dicitur) in noſtris fluminibus, & in primis Vahali frequentem & notum habemus. Veroſimilius ergo eſt locum illum *Anguillariam* dictum, quia ibi anguillae, muſtelae, lampetrae, muraenae & ſimiles captae famam apud gulones & delicati palati homines habebant. Hunc ergo locum, etſi nomine non exprimat, potuit intelligere Lucanus vſ. 586. ubi, *ſtationis litora notae* vocat.

Sed

Primaque caſtra locat cano procul aequore, qua ſe
Bagrada lentus agit, ſiccae ſulcator arenae.
Inde petit tumulos, exeſasque undique rupes,
Antaei quae regna vocat non vana vetuſtas.
Nominis antiqui cupientem noſcere cauſſas,
Cognita per multos docuit rudis incola patres.
Nondum poſt genitos Tellus effoeta gigantas,
Terribilem Libycis partum concepit in antris.

Nec

Sed hoc verſu agens de navigatione ex Sicilia verſus Africam, dicit eum vento Aquilone, non forti, ſed languido, quum aliter vehemens eſſe ſoleat, provectum perveniſſe tandem ad Africae litora, nihil acuminis aut argutiae in puerili adliteratione captans, in *Aquilone* & *Aquilaria*, quae nuſquam fuit. & ita *fortis* Aquilaria deberet intelligi munita operibus firma. ut *Mutina fortiſſima* apud Cicer. VI. Phil. I. explicatur, licet & de Mutinenſibus ipſis poſſet dictum eſſe. & *fortiſſima caſtra* Valer. Max. I. VI. 4. Ortelius in Theſauro ſuo Aquilariam ponit inter Aſpida & Hadrumetum, quum Lucanus inter Clupeam (quam Ptolemaeus ab Aſpide diverſam facit, ſed a Cellario erroris damnatus) & Carthaginem collocet. in *Clupeae* nomine variant ſcripti, *Clipeam* & *Clepiam* prae ſe ferentes. notandum etiam hic Antaei ſedem a Lucano poni, quum alii in Mauritania ponant. vid. Melam lib. I. cap. 5.

588. *Locat*] *Locant* Langerm. ut de toto exercitu, ſive militibus intelligatur.

589. *Exeſasque*] *Excelſasque* Rottend. ſec. male. vid. III. 226. & alibi. *exeſas undique* duo Thuanei & Rottend. tert. a m. ſec. mox, *vocant* idem Rottend. & Oudend. unus: mirum vero hoc neglexiſſe Cortium, quum nunc auctoribus ſcriptis poſſet edere, quod toties arripuit nullo codice ſuffragante.

592. *Docuit rudis incola*] Scio *rudem* poſſe dici reſpectu urbanorum; ſed mirum tamen tam rudi Lucanum dediſſe orationem tam eruditam, qua contexuit fabulam tam longe repetitam, ex tot Poëtarum commentis, & quam omnibus ornamentis & attributis inſtruxit, nec admiratum fuiſſe Curionem hominis hujus non plebejam eruditionem & rerum patriarum, per multas manus traditarum, peritiam, quae ipſe caruiſſe debetur fingi: nam aliter ad ſolum nomen Antaei, qua erat doctrina, Curio reliqua per ſe potuiſſet ſcire. Poſſumus equidem fingere rudiores aliis ruſticos, & hunc fando aliquid de loco hoc, celebratiſſimo Antaei regno, accepiſſe; immo aliquid etiam de fabulis & rebus geſtis noviſſe: ſed tam alte repetere & tam docte exſequi quî potuerit *rudis incola*, concipi nequit. Quare, licet ſaepe ineptum Lucanum deprehendamus, & captaſſe oſtentandae eruditionis occaſionem, viderimus alias, hic tamen tam ſtultum fuiſſe vix animum inducere poſſum. Sed dicet aliquis *rudis* hic dicitur, non rerum patriae ſuae & communium ignarus, ſed literarum & eruditionis, qui narrabat tantum audita a patribus, ut ipſe addit, *cognita per multos patres*, non ex libris, & etiam Servius ad Virg. VII. Aen. 206. hunc verſum laudans, ideo dicit, *per patres cognita, quia adhuc nec erant annales, nec hiſtoriae.* Sed hoc tempore, quo Curio in Africam venit, obvii erant & vulgares libri, quibus etſi non lectis, ille, qui tam accurate & erudite res non ſcriptas, ſed per manus traditas narrare poteſt, *rudis* minime dici poteſt. Quum diu in loco haererem, varia tentavi. & primum inſerta negatione legere ſolebam,

Cogni-

Nec tam juſta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut Tityos, Briareusque ferox: coeloque pepercit,
Quod non Phlegraeis Antaeum ſuſtulit arvis.
Hoc quoque tam vaſtas cumulavit munere vires
Terra ſui foetus, quod, quum tetigere parentem,
Jam defecta vigent, revocato robore, membra:
Haec illi ſpelunca domus: latuiſſe ſub alta
Rupe ferunt, epulas raptos habuiſſe leones.

Ad

Cognita per multos docet haud rudis incola patres.

Sed tandem aeſtum compoſuiſſe mihi viſus eſt Turrianus codex, in quo aperte legitur,

Cognita per multos ruris docet incola patres.

Ita ut Lucanus ſimpliciter aliquem iſtius regionis incolam inducat, quem rerum paternarum non rudem fuiſſe ipſa narratio oſtendit. & ita ſolent Poëtae, ubi memoratu digna in locis aliquibus ampla narratione exſequi volunt, has partes dare alicui in iſtis locis nato, vel incolenti, qui peregrinis & ignaris iſta commemoret. vid. Ovid. II. Met. 687. XV. 10. & ſaepe in Faſtis. & ita Noſter IX. 976.

Phryx incola manes
Hectoreos calcare vetat.

Statius V. Silv. II. 143.

Quum tibi longaevus referet trucis incola terrae,
Hic ſuetus dare jura parens &c.

Omnibonus *rudem* explicat novum. Sed hoc admirandum magis eſſet, ſi novus incola haec omnia narraret. Denique *per patres cognita* narrans debuit fuiſſe indigena: & Curio meliori jure novus in Africam advena dici potuiſſet, ut Ovidius ſe *novum incolam* Ponti vocat IV. Triſt. I. 85. & deinde *jam non novum* I. ex Pont. I. I. Sulpitius vero rectius ruſticum habitatorem intelligit.

593. *Effoeta*] *Effecta* Rottend. ſec. *Gigantas* quatuor.

595. *Tam juſta*] *Tam vaſta* quatuor libri. ut mox contra 598. *tam juſtas* Rott. tert. pro *tam vaſtas* habebat. vid ad Liv. IX VIII. 2 Cl. Drakenb. *magna* Hamb. tert. *terrarum* offendit virum doctum, in Obſerv. Miſcel. Critic. II. vol. p. 193. quia *telluris* praeceſſerat, & ideo hic volebat legere, *terrai*, & deinde *telluris*, vel *genitricis*. ſed adſerta ibidem fuit omnium codicum lectio, in nota a me ſubjecta, ubi & aliquid dixi de rudi incola, & ſimul conjecturam viri docti apud Cortium legentis, *Titanum gloria*, refutavi.

599. *Quod cum*] *Quo cum* Rott. tert. in Berſmanni codice mox, *revocato robore*, pro *renovato*, quae perpetua eſt horum verborum permutatio: ita Virg. I. Aen. 214. *tam victu revocant vires*, ubi etiam Voſſianus codex, *renovant*, ut fere ubique. ego *revocato* elegantius & efficacius puto. Ovid. II. Amor. XVIII. II.

Vincor, & ingenium ſumtis revocatur ab armis.

mox *reſumſit vires* dicit Noſter. Sed & *renovare* poteſt tueri locum, quia mox vſ. 632. *novum corpus* illi dat Poëta. eligat quisque quod placet.

602. *Raptos habuiſſe leones*] *Raptas* Rott. ſec ut olim *leones* femin. genere pro leaenas dixere: vid. ad Valer. Flac. VI. 347. Heinſius malebat, *captos*. ſed Antaeo giganti convenit potius *rapere*, quam *capere* leones. *leonem* Richel. mox, *cubili* quatuor: male. non illum dicit jacuiſſe in pellibus ferarum, ut alii Heroes a Poëtis dicuntur poſiti, neque humi ſub arboribus, umbram facientibus, vel ut Cl. Dorvillius explicabat, non ſubſtratis foliis & fronde arborum, ut nautae, & ruſtici, ἐν φύλλοις, vel στιβάσιν, ut milites. *reſumſit* octo ſcripti.

Ad ſomnos non terga ferae praebere cubile
Adſuerunt, non ſilva torum: viresque reſumit
In nuda tellure jacens. periere coloni
Arvorum Libyes: pereunt, quos adpulit aequor.
Auxilioque diu virtus non uſa cadendi,
Terrae ſpernit opes: invictus robore cunctis,
Quamvis ſtaret, erat. tandem vulgata cruenti
Fama mali, terras monſtris aequorque levantem,
Magnanimum Alciden Libycas excivit in oras.
Ille Cleonaei projecit terga leonis,
Antaeus Libyci perfudit membra liquore
Hoſpes, Olympiacae ſervato more palaeſtrae.
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infundit arenas.
Conſeruere manus, & multo brachia nexu.
Colla diu gravibus fruſtra tentata lacertis,

Im-

606. *Adpulit aequor*] Ita omnes omnino mei codices; ut & Oudendorpii. Cortius vero: perbelle, inquit, MSS. *appulit error.* neſcio: nam licet utrumque explicari recte poſſet, mihi magis *aequor* arridet: quia colonis arvorum opponit navigantes, qui naves appellebant, etiam inviti ſaepe, & a curſu ventis aut tempeſtatibus abrepti, in haec litora: obverſata forte vel Cortio vel librario fuere illa Ovidii ex Epiſt. XVI. 29.

Num neque triſtis hiems, neque nos huc adpulit error:

Error indicat ignorantes terram, ad quam adpelleret. ſed *aequor* fluctibus ſuis invitos huc advertit. ſic apud Ovid. XI. Met. 717.

Poſtquam paullo adpulit unda.

608. *Opes*] *Opem* Hamb. ſec. forte melius. nam *auxilium* modo dixit. Licet non ignorem Poëtas etiam *opes* de auxilio uſurpare. vid. lib. V. 645. *robore quamvis Cunctis ſtaret* Hamb. tert.

611. *Alciden*] *Alcidem* octo libri. *Libyas* Langerm. quod miror Cortium praeteriiſſe, qui ubique illud fere obtrudit, pro *Libycas.*

613. *Antaeus Libyci*] *Libyco* multi. *Libyae* Voſſ. *Libycus* Thuan. quart. Heinſius volebat *Libyos*, ut a *Libys* eſſet deductus genitivus. Sed unice verum eſt *Libyci*, quod praeter editos habent quatuor ex noſtris. quae lectio quid difficultatis habeat non video. Hercules projecit in terram terga, ſive exuvias Leonis Cleonaei, a ſe olim occiſi, & unde pellem gerebat ut notum (vid. ad Valer. Fl. I. 32. & an Nemeaeus & Cleonaeus leo diverſus fuerit ad Ovid. VI. Met. 417. & Markl. ad Stat. V. Silv. II. 48.) Antaeus pellem Libyci leonis, qua ille indutus incedere ſolebat, abjecit. nec quid huc faciat *Libycos* video. Non enim nunc agitur de dejectis & occiſis leonibus, ſed de eorum olim occiſorum exuviis, quas projiciunt, ut nudi luctam inirent. denique *Libyci* habet Scholiaſtes Statii ad IV. 160. & priora verba ad I. Theb. 355. *projicere* eſt in terram abjicere. vid. lib. VIII. 166. *perfundit* ſeptem libri. hoc verbum ſaepe cum *perducere* commu-

Immotumque caput fixa cum fronte tenentur.
Miranturque habuiſſe parem. nec viribus uti
Alcides primo voluit certamine totis;
Exhauſitque virum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & feſſo gelidus de corpore ſudor.
Tunc cervix laſſata quati: tunc pectore pectus
Urgueri: tunc obliqua percuſſa labare
Crura manu. jam terga viri cedentia victor
Adligat, & medium compreſſis ilibus artat:
Inguinaque inſertis pedibus diſtendit, & omnem
Explicuit per membra virum. rapit arida tellus
Sudorem: calido complentur ſanguine venae.
Intumuere tori, totosque induruit artus,
Herculeosque novo laxavit corpore nodos.
Conſtitit Alcides ſtupefactus robore tanto:
Nec ſic Inachiis, quamvis rudis eſſet, in undis

De-

mutaſſe librarios vidimus ad Seren. Samon. cap. v. & Virg. IV. Georg. 416.

616. *Calidas*] Heinſius malebat, *validas* (quas voces commutari vidimus ſupr. ad vſ. 511.) quia inde, tamquam ex parte telluris, vires credebat ſe ſumturum, ideoque non ſolum pedibus, quibus inſiſtebat terrae, fidebat. Sed nimis hoc ſubtile credo, & ut oleo Palaeſtritae alii fovebant membra, ita ille arena calida, quam Africa torrida dabat, ſe perfundebat. Sed an potuerint illae arenae calidae haerere in membris ſiccis, conſiderandum relinquo, & an non praeterea oleum Antaeus arenis ſuperfuderit: vide auctores ab Oudendorpio laudatos. *infundit*, ut eſt in novem codicibus, & ut Cortius edidit, videtur hoc vindicare. *perfudit* Hamb. tert.

617. *Et multo brachia nexu*] Heinſius conjiciebat, *& mutua brachia.* Sed nec eo opus. non enim poterant conſerere manus & brachia nectere, niſi mutua. *conſuevere* Rott. ſec.

619. *Immotumque*] *Summotumque* Thuan. ſec. *tenentur* idem a m. pr. quod placuit jure Cortio, ut ſit *caput cum fronte tenentur*; de quo vide adnotata ab Heinſio & me ad Ovid. I. Met. 320. & ipſum Cortium ad Plin. VII. Ep. 33. licet hic etiam poſſit conſtrui *colla & caput tenetur*, vel *tenentur* vid. III. 526. V. 247. VI. 478. VIII. 425. & alibi; uti variant fere ſemper codices in numero verbi; ut & ad Ovidium, Virgilium & alios ſaepe notavimus. *miraturque* quatuor, ut Hercules intelligatur. Heinſius, *miratusque*, ut continuetur oratio. *exhauſit* bene explicat Barth. ad Stat. II. Theb. 634. deinde, *creber anhelitus oris* Rott. ſec. & *feſſo gelidus* multi.

624. *Tum cervix*] *Jam* Hamb. tert. *laxata* tres, unde Heinſius *luxata*, ut lib. VI. 567. *laſſata jacet* Thuan. ſec. a m. pr. mox, *labari* Turrian.

631. *Totosque*] *Totusque* Rott. tert. *totus induruit* Hamb. ſec. *tortosque* Thuan. ſec a m. pr. quod forte alicui placere poſſet.

634. *Inachiis*] *Hacheis* Thuan. ſec. *Inacheis*,

Deſectam timuit, reparatis anguibus, hydram.
Conflixere pares, telluris viribus ille,
Ille ſuis. numquam ſaevae ſperare novercae
Plus licuit. videt exhauſtos ſudoribus artus,
Cervicemque viri ſiccam, quum ferret Olympum.
Utque iterum feſſis injecit brachia membris,
Non exſpectatis Antaeus viribus hoſtis,
Sponte cadit, majorque accepto robore ſurgit.
Quisquis ineſt terris, in feſſos ſpiritus artus
Egeritur: tellusque viro luctante laborat.
Ut tandem auxilium tactae prodeſſe parentis
Alcides ſenſit, ſtandum eſt tibi, *dixit*, & ultra
Non credêre ſolo, ſternique vetabere terra:

Hae-

cheis, *Acheis* MSS. Cortii, qui *Argaeis* volebat. Sed *Inachiis* magis Poëticum. *rudis iſſet* Sixii. *in arvis* Thuan. pr. & quart. & MS. Cortii. *rudis* dicitur ex illorum opinione, qui inter athla Herculis Hydram primo loco ponunt, & in qua tyrocinium depoſuit. vid. ad Valer. Fl. I. 34.

635. *Deſectam*] *Defectam* Barber. & Langerm. & editi nonnulli. *diſſectam*, ut conjiciebat Oudendorpius, erat in Hamb. tertio. *tenuit* Rottend. ſec. mox, *confluxere pares* Voſſ. & Thuan. ſec.

637. *Sperare*] *Superare* Voſſ. *ſpectare* Thuan. ſec. *ſaeva* proprium novercae epitheton, quod & dat ipſi Ovid. VI. Epiſt. 126. & Virg. II. Georg. 128. Barth. ad Stat v. Sil. I. 25. in gloſſis Philoxeni, ubi legitur: *matertera & noverca*, μητρυιά. legit, *mater ſcaeva, vel laeva noverca.* malim, *mater ſaeva, eſt noverca.* vel *mater dira*, quod propius ad *tera* accedit. ita Ovid. XII. Ep. 188 ubi & *dura* & *ſaeva* in ſcriptis poſtea vidi. *plus libuit* Rott. ſec. quaſi in prioribus certaminibus non tantum periculi ſubierit, ſed an hoc conveniat τῷ *rudi* & iis, quae de Olympo addit, quae omnia poſteriora Hydrae athlo fuerunt, viderint Lucanus & ejus interpretes.

639. *Siccam cum*] Heinſius legebat, *ceu ferret.* qua lectione recepta aeſtus interpretum ceſſare poterit de tempore, an ante, an poſt Hydram tulerit coelum. Sed hoc vix convenit, *exhauſtis ſudoribus artubus.* Sentit & difficultatem, credo, vir doctus apud Cortium, qui volebat.

Cervicemque viri, ſicut cum ferret Olympum.

Sed haereo in voce *ſiccam*, quam in hac laborioſa & difficili lucta habere non potuit. quare Bersmanni expoſitionem praeferendam puto, & repetendum, cervicem etiam exhauſtam ſudoribus, quae ſicca fuit, quum ferret Olympum. niſi *ſiccam* capiamus, etiam in hac lucta, id eſt, exhauſtam ſudoribus, qui jam defluxerant & deſiccati, ut nullus ex fatigato corpore ſudor amplius erumperet: & tunc etiam *ceu* legerem. fateor me etiam nunc haerere. poſſet & conſtrui *exhauſtos artus* & *cervicem*, ſcilicet *exhauſtam*, quae ſicca fuit *q. ſ. O.*

640. *Utque iterum*] *Atque* Thuan. ſec.

644. *Egeritur*] *Erigitur* quatuor: qualis variatio etiam occurrit lib. VI. 295. & de qua videndus Cortius ad Plin. IV. Ep. XXI. §. 7. vid. & ſupr. III. 718.

645. *Ut tandem*] *Ut tamen* Rott. ſec. *tacitae prodeſſe* quinque. vid. VI. 778.

647.

Haerebis preſſis intra mea pectora membris:
Huc, Antaee, cades. *ſic fatus*, *ſuſtulit alte*
Nitentem in terras juvenem. morientis in artus
Non potuit nati Tellus permittere vires.
Alcides medium tenuit. jam pectora pigro
Stricta gelu, terriſque diu non credidit hoſtem.
Hinc, aevi veteris cuſtos, famoſa vetuſtas,
Miratrixque ſui ſignavit nomine terras.
Sed majora dedit cognomina collibus iſtis,
Poenum qui Latiis revocavit ab arcibus hoſtem,
Scipio. nam ſedes Libyca tellure potito
Haec fuit. en veteris cernis veſtigia valli.
Romana hos primum tenuit victoria campos.

647. *Terra*] *Terram* S. Germ. *Terrae* Hamb. tert. quod placuit Gronovio, Heinſio, & Cortio. & ego etiam ad Ovid. III. Amor. II. 25. *ſterni*, *procumbere*, *jacere* & ſimilia *terrae*, multis auctorum locis dici probavi. vid. & ſupr. I. 607. & inf. V. 360. & VII 486. utrumque tamen reperiri, *terrae* & *terra*, conſtat ſatis. ideoque codices ſequi praeſtat, &, ubi variant, eligere licet, quod placet. *credere ſolo* acute dictum eſt, quia, qui tanta vi, qua Hercules erat, ſternebatur, vix reſurgere poſſe videbatur. quare decipi iterum a terra ſe nolle dicit Hercules. male in Theſaurum Fabri relatum eſt, ac ſi *credere ſolo* ponatur, pro adfligere, vel projicere in terram, quum, ſi hac locutione de unoquoque projecto in terram vellet quis uti, egregie falleretur. poſtea addit vſ. 653. *terriſque diu non credidit hoſtem.* quia inde firmior ſurgebat; ne deciperetur igitur Hercules, eum medium tenens, eliſit & ſuffocavit, ut bona fide mori eum videret. Sic *coelo credere*, *ſereno*, *ponto*, ut V. 540. & ſimilia. de quibus ad Val. Flac. I. 332. & Virg. III. Aen. 69.

649. *Huc*] Forte, *Sic Antaee cades*; ut & in verbo *cades* innuat, ſic moriturum, ut *cadere* paſſim occurrit.

649. *Sic fatus*] *Sic fatur* Rott. ſec. & Langerm. *in terris* Thuan. quart. & Rott. pr. *in terra* Langerm. mox, *permittere* in tredecim ex noſtris, ideoque non temere receptum ab Oudendorpio, quem vide. Ovid. XIV. Met. 182.

Immanem ſcopulum medias permiſit in undas. Columell. VII. 8. *Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.* & ita alii. quamvis &, *ſummittere* pro ſurſum mittere pendentem & haerentem in pectore Herculis Antaeum, locum ſuum tueri poſſit. vide ſupr. h. l. vſ. 411. *tellus nati* Rott. tert.

652. *Medium*] *Medio* Oiſel. a m. pr. & Voſſ. a m. ſec. ſed ex vitio aevi: recte Hortenſius explicuit. Terent. Andr. I. I. *mediam amplectitur*. mox, *ſtricta genu* Thuan. tert.

654. *Aevi veteris*] Apud Lutat. ad Stat. IV. Theb. 32. corrupte legitur, *hinc & in veteres fumoſa vetuſtas.*

657. *Poenum*] *Saevum* Thuan. ſec.

659. *En veteris cernis*] Malebat Oudendorpius *cernas*. Sed *en* requirit *cernis* vide quae diximus ad Nemeſ. I. 34 *hic fuit* etiam Barber. *veſtigia belli* Thuan. pr. a m. pr. ma-

Curio laetatus, tamquam fortuna locorum
Bella regat, ſervetque ducum ſibi fata priorum,
Felici non fauſta loco tentoria ponens,
Indulſit caſtris, & collibus abſtulit omen,
Sollicitatque ferox non aequis viribus hoſtes.
Omnis Romanis quae ceſſerat Africa ſignis,
Tunc

le: *caſtra Cornelia* intelligit. vid. Melam I. 7. mox, *tenuit primum* Langerm. *primos* Barberin.

661. *Fortuna locorum*] De ea egi ad Ovid. IV. Met. 565.

662. *Bella regat*] Ita Barber. & Richel. quod ex Drakenborchio ad Silium didicit Oudendorp. de verbo hoc *regere* egi multis ad Gratii Cyneg. 327. & Suet. Caeſ. 48. imitatus etiam veteres Amm. Marc. XXIV. 3. *Fabricii, familiari re pauperes, rexere bella*. XXVI. 9. *Hormisdae civilia bella recturo*. lib. XXIX. 7. *pro poteſtatis auctoritate, quam regebat*, vid. & Cl. Drakenb. ad Liv. III. XI. 4. *ſervatque* Hamb. tert.

664. *Indulſit*] *Incluſit* Thuan. ſec. & MSS. Cortii tres, mox, *ferox*, Thuan. ſec. & duo Hamb. pro *feros*. vid. lib. I. 549. & ſupr. h. l. 147 *qua ceſſerit* Heinſius legebat. *Africa ſanguis* Rott. ſec. mox, *robore quamvis* Turr.

669. *Libyae gentes*] *Libycas* Thuan. quart. *Libiae* Hamb. tert. *gentis* multi. de potentia Jubae vide Cicer. pro Ligario cap. VIII. & Suet. Caeſ. LXVI. dein, *longiſſima regni* Cortius, & ita multi codices.

672. *Cardine ab occiduo*] Longitudinem ab oriente ad occidentem, latitudinem a ſeptemtrione ad meridiem accuratiores Geographi ſtatuere ſolent, licet Iſ. Voſſius veteres oſtendat ſaepe longitudinem a polo ad polum, id eſt, a ſeptemtrione ad meridiem collocaſſe, ad Melam lib. I. I. 16. verum haec accuratio a Poëtis non flagitanda: qui locorum longitudinem ex ipſa regionis menſura ſaepe definiunt. Scilicet ſi regio a ſeptemtrione in meridiem eſt longior, ea vocatur longitudo; & ſi ab oriente in occaſum eſt latior, ea vocatur loci latitudo: non curant univerſae terrae ſitum reſpectu cardinum vel polorum. Iidem non duos cardines, ſeptemtrionem & meridiem; ſed quatuor ſtatuunt, adjicientes orientem & occidentem. Jam Lucano propoſitum non fuit Jubae regni ſitum deſcribere ratione univerſi habitabilis orbis; ſed ratione figurae, quam habebat ipſa regio. Et ſic ab Occidente habere ait Atlantem minorem, ſive Gadibus proximum. a medio cardine habere Cyrenaicam regionem, ubi Jovis Hammonis templum. At *medius cardo*, unde difficultas, ſignificat meridiem, quum, ſi Geographice velis procedere, requireretur *cardo orientalis*: verum reſpectu poſiturae regni Jubae, idem *cardo*, & *orientalis*, & *meridialis* dici poteſt: hic enim non voluit dicere Lucanus, quod abſurdum, regnum hoc protendi ab Atlantico Mari, ſive occidenti ad orientem, ſive mare Eoum; verum cum regnum incipiat ab Atlante, vult finiri ad Cyrenaicam regionem. Licet igitur Cyrenae eſſent orientales reſpectu Atlantis, non vocavit eum terminum *orientalem*, ſed *meridialem*; quia Cyrenae, Aegyptus, & totum quantum decurrit Nilus, ſub *medio*, ſive *meridiali cardine* poſita a Poëtis dicuntur. Ita Lucanus X. 250. de Nilo.

——— ——— *unda*
Frigore ab Arctoo medium revocata ſub axem.

Nili fontes non in ipſo puncto Auſtrini axis, ſed ſub Aequatore ſunt, qui dicitur *medius axis*; a ſeptemtrione enim in meridiem linea ducta hic habebit medium ſuum. & ibidem vſ. 287.

Medio conſurgis ab axe,
Auſus in ardentem ripas attollere Cancrum.

Et Hammonis templum etiam ſub medio axe, ſive cardine poſitum a Lucano eſt lib. IX. 528.

Sic

Tunc Vari ſub jure fuit: qui robore quamquam
Confiſus Latio, regis tamen undique vires
Excivit, Libycae gentes, extremaque mundi
Signa ſuum comitata Jubam. non fuſior ulli
Terra fuit domino: qua ſunt longiſſima regna,
Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas

Ter-

Sic quoque nil obſtat Phoebo, quum CARDINE SUMMO
Stat librata dies: truncum vix protegit arbor,
Tam brevis in MEDIUM radiis compellitur umbra.

ubi *ſummus cardo* eſt punctum illud in aequatore, decurrente ab oriente in occidentem, ubi ſol quaſi *in medio* coeli eſt. Haec loca igitur dicuntur Poëtica Aſtronomia & Geographia, eſſe *ſub medio ſole*, *axe*, *cardine*. Hoc autem punctum reſpectu locorum diverſorum obtinere poteſt diverſos terminos ratione univerſae terrae. Reſpectu *Occidentis*, erunt poſitae hae regiones verſus Orientem. At reſpectu Orientis, erunt verſus Occidentem, quia nempe in medio. Deſcriptionem regni Jubae orditur Lucanus ab *Occidente*: haec loca ſunt Orientalia revera: atqui, quia non ad verum *Orientum* protenduntur hujus regni fines, non eo termino deſignantur: ſed puncto in eadem linea, quod medium eſt, id eſt, *medio cardine*. Et ſic longitudo regionis ipſius, & longitudo Geographica non pugnant. Jam de *latitudine* videamus. Illa Geographice debuiſſet finiri a *ſeptemtrione* ad *meridiem*, ut ageretur de ſitu regni Jubae, reſpectu habito ad terrarum univerſitatem. Verum hic ipſa regio modo in rationem venit. Quae ut erat longiſſima ab *Atlante* monte ad *Cyrenaicas arenas*, ſic erat latiſſima non proprie a ſeptemtrione in meridiem, ſed potius ab *occaſu*, ab *Oceano Atlantico* & *Aethiopico* ſive *meridie*, quo ambitu regio [illegible], plaga ſub *zona torrida* ex parte comprehenditur: adeo ut latus *ſeptemtrionale* non tetigerit verbis expreſſis, ſed illud debeat incluſum fuiſſe cenſeri in longitudine, quae ab Atlante ad Cyrenas ſumta fuit, nec poteſt mente percipi in hac regione, niſi mediterraneo mari loca proxima, quae poſſedit Juba, in cenſum venerint. *Plaga* igitur *fervida*, quae *diſtinet Oceanum*, erit illa, quae ab Atlante minore ad majorem a litore in mediterranea patet. *exuſta zonae calentis*, erunt deſerta Libyae interioris, & vicini populi. Id unum etiam repetam, nihil miri eſſe, ſi Poëta longitudinis deſcriptionem ab Atlante incipiat & Gadibus, & non finiat in oriente, quia initium regni Jubae revera erat etiam initium cardinis occidentalis, at finis orientalis regni Jubae non erat etiam initium cardinis orientalis: ſed regnum illud finiebatur, ubi inter extremum cardinem occidentalem, & inter extremum cardinem orientalem erat fere aequale intervallum, quod intervalli punctum *medius cardo* vocabatur. Qui medius, ſive ſummus, Cardo etiam Poëtica Aſtronomia erat punctum, ubi polares cardines, ſeptemtrionalis & meridialis, aequaliter dividebantur. Unde idem locus centrum quatuor quaſi cardinum erat. Non novum igitur, ſi medius, & loca ſub eo poſita media audiant. Sic Silius lib. III. 3. Gadibus vicinos populos ait eſſe poſitos, ſub *finiti cardine mundi*.

Extemplo poſitos finiti cardine mundi
Victor adit populos, cognataque limina Gades:

Deinde, ut hoc unum addam, non *cardines* ponuntur termini Jubae regni; ſed loca ſub iis, *Atlas* & *templum Hammonis*. *Atlantem* eſſe *occidentalem*, *Hammonem* eſſe *meridialem* at reſpectu Atlantis etiam Orientalem, nemo, puto, negabit. Et quis Poëtam coget, ut memoratis duobus cardinibus etiam reliquos commemoret. DORVILLIUS.

672.

Terminat: a medio confinis Syrtibus Hammon.
At qua lata jacet, vaſti plaga fervida regni
Diſtinet Oceanum, zonaeque exuſta calentis
Sufficiunt ſpatio. populi tot caſtra ſequuntur,
Autololes, Numidaeque vagi, ſemperque paratus
Inculto Gaetulus equo: tum concolor Indo
Maurus, inops Naſamon, mixti Garamante peruſto
Marmaridae volucres, aequaturusque ſagittas
Medorum, tremulum quum torſit miſſile, Mazax:
Et gens, quae nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora levi flectit frenorum neſcia virga:
Et ſolitus vacuis errare mapalibus Afer
Venator, ferrique ſimul fiducia non eſt,

Ve-

672. *Atlas*] *Atlans* quatuor libri. *in medio* Langerm. & *medio* Richel.

674. *At qua*] *Et qua* quatuor. *laxa jacet* Turrian. *jacet* omnes noſtri. Sed Heinſius *jacens* corrigebat: *jacent*, & *fervida mundi* Cortius, nullo libro auctore, ſed quia praeceſſerat, *longiſſima regna*; atqui etiam praeceſſerat, *extremaque mundi*, Niſi Lucanus eſſet, alterutro loco vitium ſubeſſe ſuſpicarer, ſed nihil occurrit quod ſatisfaciat.

675. *Diſtinet*] Variant noſtri, ut aliis inſpecti, *deſtinet*, *deſtinat* & *diſtinat* exhibentes. *Oceanus* Sixii. *calentes* Hamb. pr. *caſtra feruntur* S. German.

677. *Autololes*] Magna hic varietas, *Audolopes*, quatuor. *Aut Dolopes* totidem. *At Dolopes*, tres. *Autolopes* Putean. *Andelopes* Turr. *Aut Doloples* Richel. *Autolabes* Rottend. ſec. *Autilopes* Hamb. tert.

677. *Semperque paratus inculto Gaetulus equo*] Deſunt haec Richeliano. Sed credo perperam. Nec cauſſam aliam video, cur abjecerit librarius, niſi quod Numidis alii nudos & infrenes equos adtribuant, & mox idem de Maſſylis Noſter repetat vſ. 682. ſed quis negaverit Gaetulos non idem factitaſſe, quum populi illi vagi & incertis finibus errantes ſaepe confundantur *Incultus equus* eſt non inſtratus, nudus. vide ad Sil. XVII. 65. & Grat. Cyneg. 517. qui Naſamonibus etiam dat infrenes equos, quos virga regant, & Mazacibus Nemeſ. Cyneg. 264. ubi vide commentatores: unde diſces omnibus fere Africae gentibus id commune fuiſſe. Praeterea confudit librarios, quod, *ſemperque peruſtus* ſit in Thuan. tertio, & mox, *Garamante parato* in tribus libris. *mixto Garamante* Thuan. quart. *incultus* equus eſt ergo, nullis ornamentis, ut in frenis, ſtrato &c. erant apud alias gentes, conſpicuus. ut *inculta juventus*, Lacones, lib. V. 51. quia *parca erat Sparte*, *nec divite cultu*, ut Ovid. Epiſt. XVI. 189. ſic *non culta mapalia* infr. IX. 945. non ſunt non habitata, ſed non, ut aedes aliarum gentium, exſtructa & ornata.

681. *Mazax*] Praeter varietates ab aliis notatas, in Richel. erat, *Madax*. vid. ad Sueton. Neron. XXX. *contorſit* quinque libri.

682. *Quae nudo*] *Qua* Richel.

684. *Vacuis mapalibus*] Ita dici, vel quia Numidae aberant venatu ferarum occupati, vel quia ſupellectile non erant inſtructa, credebat Cl. Dorvillius. Simpliciter deſerta quocumque modo poſſunt explicari, ut *vacuae*

Veſtibus iratos laxis operire leones.
Nec ſolum ſtudiis civilibus arma parabat,
Privatae ſed bella dabat Juba concitus irae.
Hunc quoque, quo ſuperos humanáque polluit, anno,
Lege Tribunitia ſolio depellere avorum
Curio tentarat, Libyamque auferre tyranno,
Dum regnum te, Roma, facit. memor ille doloris
Hoc bellum ſceptri fructum putat eſſe retenti.
Hac igitur regis trepidat jam Curio fama,
Et quod Caeſareis numquam devota juventus
Illa nimis caſtris, nec Rheni miles in undis
Exploratus erat, Corfini captus in arce,
Infidusque novis ducibus, dubiusque priori,

cua vallei apud Stat. XI. Theb. 62. ubi Schol. ab humano cultu vacuam interpretatur, ut Ovid. X. Ep. 59. *vacat inſula cultu.* vid. inf. II. 89. VII. 399. IX. 162 & alibi paſſim & hoc τῷ *errare* convenit, quia migrantes non impediti ſuppellectile mapalia ſua ſaepe transferunt & locant diverſis locis.

685. *Ferrique ſimul*] *Simul* hic pro *ſimul ac* debet ſumi. ubi non eſt fiducia poſſe ferro confodi leonem, veſtibus operiunt. *laxos* Richel. alio modo amiculo manu involuto leonem interfecit Lyſimachus apud Juſt. XV. 3.

688. *Bella dabat irae*] Ita omnes libri, nec mutarem. Florus IV. II. 57. *Pompeji caedem partium fato, non Caeſari dedit.* Vellej. Paterc. II. 7. *Ultio privato odio magis, quam publicae vindictae data.* Ovid. IV. Met. 447. *Tantum odiis iraeque dabat.* & ita alii. *dare proelia* nihil huc facit, quod eſt pugnare, committere proelia, ut & Gratius Cyneg. 151. & alii paſſim loquuntur. Jubam vero inimiciſſimum Caeſarianis, & irae ſuae indulſiſſe docet Abram. ad Cicer. pro Ligario cap. VIII.

691. *Tentarat*] *Tentabat* Rott. pr. *tentavit* manus viri docti.

692. *Dum regnum*] *Regimen*, quod in Voſſiano eſt, non invidioſum ſatis, nec etiam elegans admodum. eadem varietas apud Claudian III. Conſ. Honor. 14.

Et regimen cum luce dedit.

ita codd. aliquot pro *regnum*. *cum regnum* Thuan. ſec. *putat eſſe recentis* Langerm. cogitabam, *recepti*, pro ſervati. ſed vid. IX. 197. & X. 352. mox, *hac igitur triſtis* in Voſſian. a m. ſec. quod & inveniſſe in ſuis debuit Cortius: nam ita edidit.

696. *In undis*] Id eſt, in regionibus ad Rhenum. vid. lib. I. 381. ne quis capiat ex more Germanorum, qui infantes in Rheno merſos explorabant. *nimis* hac aetate jam pro multum, valde, uſurpari coeptum pluribus hic ſe oſtendiſſe ait Cortius ad Plin. III. Ep. XI. §. 4. quae dum legi nondum poſſint, vide ad Nemes. Cyneg. 113. & Barth. ad Claud. Conſ. Olyb. 30. & alibi ſaepe. non tamen opus apud Plinium *nimiam gloriam* ex uno codice reponere pro *eximiam*. ſed hoc librariis adſuetis jam huic voci tribuere malim. Eodem modo, quo apud Valer. Max. I. VIII. Ext. 15. pro *eximiam calliditatem*, dederunt nobis *nimiam*.

697. *Corfini captus*] *Corfini ſed captus* Richel.

Fas utrumque putat. ſed poſtquam languida ſegni
Cernit cuncta metu, nocturnaque munia valli
Deſolata fuga, trepida ſic mente profatur:
Audendo magnus tegitur timor: arma capeſſam
Ipſe prior: campum miles deſcendat in aequum,
Dum meus eſt: variam ſemper dant otia mentem.
Eripe conſilium pugna: quum dira voluntas
Enſe ſubit prenſo, galeae texere pudorem,
Quis conferre duces meminit? quis pendere cauſſas?
Qua ſtetit, inde favet: veluti fatalis arenae
Muneribus non ira vetus concurrere cogit

Pro-

chel. ita ſupplendum eſſe notaverat gloſſator, quod verbis poëtae immiſit rudis librarius. Mox, *dubiisque* Thuan. quart. *cauſſaeque priori* Thuan. ſec. a m. pr. *fas utrumque parat* Voſſiam.

700. *Cernit*] *Vidit* Thuan. ſec. *conta* Rott. ſec. *munera* Rott. pr. *moenia* Thuan. quart. & Hamb. ſec.

704. *Variam ſemper dant otia mentem*] Heinſius tentabat, *varias enervant otia mentes.* Sed de eo non tam agitur, quam quod levitatem & inconſtantiam metuat militum, quae per otium maxime inceſſit mentes militum. *vanam* Rottend. tert. quod Oudendorpius potuit ſcire indicio Cl. Drakenborch. ad Sil. x. 290.

705. *Eripe conſilium pugnae*] *Pugna* plures e noſtris: Heinſius tentabat, *Arripe*, vel *praeripe conſilium pugnae.* Edd. veteres diſtinguunt, *Eripe conſilium, pugnae cum* &c. poſſet & diſtingui, *eripe conſilium: pugna*, imperativi modi. *dum* Rottend. pr. *voluptas* omnes fere noſtri. *ſubit preſſum* Voſſian. *prenſo* Hamb. ſec. & Langerm. vid. VII. 562. ego, licet parum referre putem, hic *prenſo* praeferrem, ut *capere arma*, vulgo eſt obvium. voluptas illa ſubit, ſimul ac prenſus eſt gladius ad proelia ineunda. *ſubire* enim notat animum intrare, ut ita, *ira ſubit*, *deforme malum* Ovid. III. Art. 373. ut & Noſter I. 142. *acrior ira ſubit*, & ita paſſim, quando incipit exardeſcere aliquis. premitur vero enſis in ipſo proelio. hic vero exhortatur ante proelium milites, ut armis ſumtis, gaudeant pugna, nec pudeat pugnare galea ſumpta: & *galeae* editi multi. *galea* Oiſel. *timorem* Rott. tert.

708. *Qua ſtetit*] Cortius ad Plin. VIII. Ep. XIV. §. 29. ſimili Plinii loco, *qua ſentitis* illuſtrat. Ego ſupplerem, *cum qua ſentitis*, *cum qua ſtetit*, ut alii loqui ſolent. *inde fave* Langerm.

710. *Odere pares*] *Odire* Rottend. pr. *pares* capio in accuſativo hoc ſenſu: gladiatores comparati non pugnant ex veteri odio, ſed quod oderint ſibi eſſe quosdam viribus pares, & ſibi oppoſitos, ut ita Pompejus parem ferre non potuit Caeſarem lib. I. 126. ſic ſupr. 620. *mirantur que habuiſſe parem*, viribus ipſi comparandum. Et ita explicabat etiam Dorvillius.

711. *Quem blanda*] *Quam* Rott. tert. & Turr. Cortius conjiciebat, *aciem*, *quam*, *recepit* Sulpit. explicat per excepit, ut aliquem blando vultu recipimus, deinde fallimus.

713. *Nudataque foeda*] Heinſius malebat, *foedae terga fugae.* offenderunt forte tot voces in *a* exeuntes, ut & ſupr. vſ 688. Oudendorpium aegre habuit ingratus ille ſonus, ſaepe tamen Ovidio & aliis uſitatus: ego ſequor codices.

714.

Productos: odere pares. Sic fatus, apertis
Inſtruxit campis acies: quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit.
Nam pepulit Varum campo, nudataque foeda
Terga fuga, donec vetuerunt caſtra, cecîdit.
Triſtia ſed poſtquam ſuperati proelia Vari
Sunt audita Jubae: laetus quod gloria belli
Sit rebus ſervata ſuis, rapit agmina furtim,
Obſcuratque ſuam per juſſa ſilentia famam;
Hoc ſolum metuens incautus ab hoſte videri.
Mittitur, exigua qui proelia prima laceſſat,

Eli-

714. *Cecidit*] *Recidit* placebat olim Oudendorpio, ſed mutavit ſententiam ad Frontin. I. v. 24. & *terga caedere* obvium in hac re.

717. *Rapit*] *Capit* Hamb. ſec. perperam. vid. Oudend. ad III. 299. & IV. 151. *obſcuramque* Turrian.

719. *Hoc ſolum metuens incauto ex hoſte timeri*] *Incauto ab hoſte timeri*, multi, quod & Cortius in ſuis & prima editione invenit. *incauto ex hoſte* Hamb. tert. *videri* Langerm. locus intricatiſſimus, & in quo ſudant interpretes, non minus atque ego ſudavi. Heinſius tentabat, *incauto & ab hoſte*, vel, *& cautus ab hoſte timeri*. Sed nullum ex illis ſenſum percipio. Oudendorpius, *incauto ex hoſte timeri*, explicat, ut fieret formidabilis Curioni ex hoſte: ex cauto, id eſt, loco hoſtis incauti, ſive improviſi, de quo nihil audierat Curio. Quae non capio, nec ullam exempla, quae producit, video lucem huic expoſitioni adferre: nam ubi mutatio alicujus per praepoſitiones *ex* vel *de* indicatur, ſemper duo opponuntur, & quid fuerit, & quid factus ſit, ut *e ſervo libertus*, *ex hoſte amicus*, & ita porro. Sed hic *ex incauto hoſte timeri*, non poteſt notare *ex hoſte incauto formidabilis factus*: potius debuiſſet capi, metuens ne ex incauto, prudens & cautus timeretur Curioni. Sed haec omnia magis obſcurant mentem Lucani, quam explanant. Dicam quid mihi in mentem venerit. metuebat Juba, ne Curio crederet, ſe nolle pugnare, ſed ſemper detrectare pugnam. & ideo praemittit manum, quae eum laceſſeret, & in inſidias produceret. Si Caeſarem cum Lucano comparemus, videbimus Jubam noluiſſe credi ſe cum toto exercitu adventare, ſed Saburam tantum cum exiguis copiis adeſſe, ut deceptus a transfugis & captivis re vera credidit Curio, ut ipſe jactat apud Caeſarem lib. II. B. C. cap. 39. Hinc Curio ſe parem credens Saburae, propere in eum exercitum educit, ſed praeter exſpectationem Sabura ab ipſo Juba, jam adventante, novis copiis inſtruitur, & Rex ipſe agmen promovet, quem longius abeſſe crediderat. Hinc autem metuebat Juba, ne ducens exercitum incaute, nec ſatis occultato itinere, conſpiceretur a Curione. Volebat enim ea in opinione eſſe Curionem, viſis ſub Sabura exiguis copiis, regem non adeſſe tam prope, & non ſatis caute agmen ducere. quare & ex Langermanniano codice partim & Waſſiano recipiendum, *videri*, & ex aliis, *incautus ab hoſte*; & legendum:

Hoc ſolum metuens incautus ab hoſte videri.
Incautus autem capiendum, pro ſi incautus eſſet. Ut ſupra *evaſurus* pro qui *evaſurus eſſet*, *ſolutus*, ſi *ſolutus fuiſſet*, de quibus ſupr. lib. II. 419. egimus, & ſimiles locutiones,

ubi

Eliciatque manu, Numidis a rege ſecundus,
Ut ſibi commiſſi ſimulator Sabura belli:
Ipſe cava regni vires in valle retentat.
Aſpidas ut Pharias cauda ſollertior hoſtis
Ludit, & iratas incerta provocat umbra:
Obliquuſque caput vanas ſerpentis in auras
Effuſae tuto comprendit guttura morſu,
Letiferam citra ſaniem: tunc irrita peſtis
Exprimitur, faucesque fluunt, pereunte veneno.
Fraudibus eventum dederat fortuna: feroxque
Non exploratis occulti viribus hoſtis,
Curio nocturnum caſtris erumpere cogit,
Ignotisque equitem late diſcurrere campis.

Ipſe

ubi debet intelligi *ſi eſſent*, vel *fuiſſent*, dabit Vorſtius ad illa Juſtini lib. VIII. 2. *ne victoris potentiam ferre non poſſent*, id eſt, *ſi victor fuiſſet*. Horat. I. od. VII. *ſapiens finire memento*, id eſt, ſi ſapiens ſis. Alia exempla profert H. Stephanus in Diatribe Horatiana pag. 107. ubi & adverbialiter illa adjectiva ſumi docet. Ita hic, *metuens incautus videri*, id eſt, non ſatis caute exercitum ducere, & omnia temere agere, ita ut videretur ab hoſte; *incautus* vero Graeca conſtructione poſitum pro *incautum*, nemo humanior negabit, ut Horat. I. od. 2. *patiens vocari Caeſaris ultor*. Noſter lib. IX. 1038.

tutumque putavit
Jam bonus eſſe ſocer.

& ita ſexcenties apud Poëtas: *incautos* vero proprie duces, ut contra *cautos* dici etiam pro *ſecuris*, ut Serv. ad Virg. III. Georg. 469. ſatis vulgare & expoſitum. Tacitus I. Ann. 69. *cadebant, ut rebus ſecundis avidi, ita adverſis incauti* vid. Virg. IV. 70 ubi Serv. & X: 386. & millies. vide & quae dicemus ad lib. V. 500. jam vero *timeri* cum *videri* confuderunt librarii inf. lib. V 317. ut apparet ex var. lect. Oudendorpii. ſic apud Virgil. II. Aen. 125. pro *taciti ventura videbant*, alii codices *timebant* habent. Ita, credo, omnia planiora apparebunt, quam durae & contortae tot interpretum explicationes. laboravit etiam in ſenſu hujus loci inveniendo Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. II. 98. nec expedire ſe potuit. Sed non abſimile illud Silii VII. 471. *metuit dubitaſſe videri*.

721. *Eliciatque manu*] *Expliceatque* Rott. ſec. a m. ſec. *eliceatque* Hamb. ſec mox, & *ſibi* Thuan. ſec. Hamb. pr. *Sabura* ſeptem.

723. *Retentat*] Hic pro retinet, ut lib. III. 637. & ut eques *admiſſos equos retentat* apud Ovid. II. Art 434. quem locum adſcripſerat etiam Cl. Dorvillius.

726. *Obliquanique caput*] *Obliq̃usque* Voſſ. a m. ſec. *oblicatque* Richel. *obliquuſque* tredecim ex noſtris. *obliquumque* quatuor. *obliquare viſus* dixit Statius I. Achil. 323. & de viſu obliquo agit Barth. ad II. Silv. VI. 102. & *obliquos viſus* dixit Sil. Ital. II. 621. & ita *obliqui oculi* opponuntur *rectis*. vid. ad Petron. CXVI. ita Graecis λέξον βλέπων ut Anacreon Od. LXIII. vid. & Nicand. Ther. 457. & Anthol. II. XXXIV. pag. 236. *effuſi* etiam Hamb. ſec. ſed *ſerpens* feminino genere etiam inf. VI. 407. vid. ad Ovid. I. Met.

439.

Ipſe ſub Aurorae primos excedere motus
Signa jubet caſtris, multum, fruſtraque rogatus
Ut Libycas metuat fraudes, infectaque ſemper
Punica bella dolis. leti fortuna propinqui
Tradiderat fatis juvenem: bellumque trahebat
Auctorem civile ſuum. ſuper ardua ducit
Saxa, ſuper cautes abrupto limite ſigna.
Quum procul e ſummis conſpecti collibus hoſtes
Fraude ſua ceſſere parum, dum colle relicto
Effuſam patulis aciem committeret arvis.
Ille fugam credens, ſimulatae neſcius artis,
Ut victor, medios aciem dejecit in agros.
Tunc primum patuere doli, Numidaeque fugaces
Un-

439. & Poëtis hoc permitti jam notatum in Obſerv. Miſc. Critic. vol. v. p. 200. pro *tuto*, vel *toto*, ut quatuor noſtri, Cortius malebat, *cauto*. ut ita variare Codices ſupr. vſ. 409 vidimus. Sed hic non opus: nam tutus morſus eſt, qui a veneno aut morſu aſpidis nullum dat damnum; cautus, eſt qui cavet contra veneni vim, ſed & ille poſſet falli. mox, *citra famam* Thuan. tert. a m pr.

732. *Nocturnum*] *Nocturnis* Barberin. nocturnus eques, eſt nocte emiſſus ex caſtris. vid. III. 499. *ignotis equitem* Thuan. ſec. & Langerm. *diſcurrere*. undecim. vid. lib. VIII. 224. & hoc poſtulat τὸ *late*. & praemiſſi ad ad explorandum erant, in varias partes.

734. *Ipſe*] Non mutandum: hoc pronomine enim dux, rex, princeps notatur: vid. ad Val. Fl. III. 150. VIII. 224. ſic Servius ad III. Georg. 387. Arietem dominum gregis *ipſum* dici notat. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 525. & Taubman. ad IV. Georg. 82. & quae notavi ad Virgil. II. Aen. 479. *ipſe* ergo dux, ut mox vſ. 748. eſt Curio, qui praemiſerat equites nocte, nunc ſub aurora ipſe educit ex caſtris milites. *ipſa* tamen cum Oudendorpio probabat Dorvillius, quia ſigna, propria peditibus, ſic melius opponantur turmis equeſtribus. Sed ſigna, ut millies, totum exercitum, in quo etiam erant equitum turmae (non enim omnes equites, ſed manum quamdam equitum praemiſiſſe credendum) junctae peditibus, quae copiae nunc ſimul educuntur.

736. *Infectaque*] *Infeſtaque* Thuan. pr. etiam non male. vid. Cl. Drakenb. ad Liv. III. 24.

738. *Tradiderat*] Heinſius volebat, *prodiderat*. Nihil opus. vid. VII. 108.

740. *Abrupto*] *Arrupto* Thuan. tert. *abruto* Hamb. ſec. & S. Germ. *obrupto milite* MSS. Cortii. & ex noſtris quinque, *abrupto militio*.

741. *Conſpecti*] *Conſpexit* quatuor. mox, *dum caute relicta* mallet Cl. Dorvillius, ne repetitio *collibus* & *colle* odioſa nimis ſit.

743. *Committeret*] *Converteret* Langerm.

745. *Ut victor merſos aciem dejecit in agros*] *Merſos agros* dici pro planis & humilibus, nondum vidi idonei ſcriptoris loco probatum, quum *merſi* ſint aquis tecti. Sic *fluctus mergit terram* infr. lib. v. 75. nec quid huc faciat, *oculos merſere tenebrae*, exputare poſſum. Si Curio *merſiſſe* aciem in agros di-

Undique completis clauſerunt montibus agmen.
Obſtupuit dux ipſe ſimul, perituraque turba.
Non timidi petiere fugam, non proelia fortes:
Quippe ubi non ſonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulſu, rigidos vexantia frenos
Ora terens, ſpargitque jubas, & ſubrigit aures,
Incertoque pedum pugnat non ſtare tumultu.
Feſſa jacet cervix. fumant ſudoribus artus:
Oraque projecta ſqualent arentia lingua:
Pectora rauca gemunt, quae creber anhelitus urguet:
Et

ceretur, juvarent aliquantulum producta in hanc rem loca. Heinſius tentabat, *Victor ut adverſos aciem* &c. Sed hoc licentius, quam vellem. Conjecerat &, *ceu victor medios.* Sed *ut* idem notat, ſed quia mox, *ut primum* alii habent, voluit hic *ceu. merſos* tamen maxima pars codicum. *merſis in agris* etiam Rott. ſec. *mediis d. l. agris* Rott. a m. ſec. ego licet poſſet *vacuos*, vel *nudos*, quae voces cum *mediis* ſaepe permutantur, ſubſtitui, retineo *medios*, donec quid melius reperiatur: medios inter collem, & Saburae copias: pro *dejecit* etiam, quod probat Gronovius ad Liv. XXIII. 47. alii codices habent, *producit*, *projecit*, quae ex gloſſa nata. Barberin. etiam, *deducit*, quod defendi Caeſaris auctoritate poſſet, qui lib. II. B. C. 640. *Curio, hoſtes fugere arbitratus, copias ex locis ſuperioribus in campum deducit.* Sed Lucanus mutavit in *dejecit*, quod eſt majoris impetus, & praecipiti Curionis ingenio melius convenit.

746. *Fugaces*] *Feroces* MS. Cortii. ſimilis confuſio harum vocum apud Ovid. IV. Epiſt. 79. & alibi. *fugaces*, ut Curio credebat, quia fugam ſimulaverant, eſt ſarcaſmus. Vel *fugaces*, celeres, veloces, ut ſaepe. *fugax equus* apud Ovid. IV. Ep. 79. in MSS. ubi *ferox* eſt in editis.

747. *Undique completis*] *Repletis* Thuan. quart. vide Oudendorp. *undique circumdant completis* Rottend. pr. ſic *replere* & *complere* ſolent confundere librarii. vid. ad Ovid. VII. Met. 628. neſcio tamen an *completi montes* recte dicantur, quum undique colles & aditus in valle illa Juba cinxerit copiis ſuis: qui quidem repleti poſſunt dici militibus illis, ſed tamen durius dictum videtur. in uno Heinſiano erat, *undique complexis c. montibus agmen*, ut paſſiva ſignificatione ponantur montes complexi, pro quos illi complexi erant. & ſi hoc non placet, quam facile eſt legere, *Undique complexi clauſerunt montibus agmen.* Numidae complexi agmen, clauſerunt montibus. *complecti* vero in re militari pro circumdare ſaepe occurrit. Vellej. Paterc. II. 51. *obſidione munimentisque complecti.* Sic & in aliis. vid. Barth. ad Claudian. Conſ. Olybr. I. & ad Stat. I. Silv. I. 2. ubi & Marklandus conſulendus, & Noſter IV. 79. & 189. & alibi pro ambire, cingere. *obſtipuit* multi.

749. *Petiere*] Fuit in Thuan. quarto aliud verbum; quod ex Heinſii manu agnoſcere non potui. Sed *petere fugam*, aeque dicitur, ac *fuga petere locum.* de hoc agit Gronov. ad Liv. VII. II. de illo idem ad Liv. XLIV. 2. Davis ad Caeſ. II. Bel. Gal. 24. Ovid. I. Art. 552.

Terque fugam petiit, terque retenta metu.

750. *Quippe ubi*] *Ibi* quinque codices.

752. *Terens*] *Tenens* Rott. tert. & Thuan. pr. *ſparſitque* idem *ſurripit* Hamb. tert. *ſubrigit* idem, quod *arrigit*. Virg. IV. 183. *tot*
ſubri-

Et defecta gravis longe trahit ilia pulſus:
Siccaque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
Jamque gradum neque verberibus, ſtimulisque coacti,
Nec, quamvis crebris juſſi calcaribus, addunt:
Vulneribus coguntur equi, nec profuit ulli
Cornipedis rupiſſe moras: neque enim impetus illis
Incurſusque fuit: tantum profertur ad hoſtes,
Et ſpatium jaculis oblato vulnere donat.
At vagus Afer equos ut primum emiſit in agmen,
Tunc campi tremuere ſono: terraque ſoluta,

Quan-

ſubrigit aures. vid. Cl. Drak. ad Sil. x. 253.

754. *Feſſa*] *Flexa* Rottend. pr. *ſpumant* Langerm. & Hamb. tert. ſed *ſpumant* ora equorum, ut mox 758. & VI. 400. *fumant* vero corpora & membra ſudantia. vid. ad Phaedr. III. 6. pro *artus*, *armi* Grotius ex uno codice. quod firmari poſſet loco Statii, cujus partem adduxit Oudendorpius, cui adde alium, ex lib. VIII. 393.

Sic frena terunt, ſic proelia poſcunt
Hinnitu, tolluntque armos, equitemque ſupinant.

unus Cortii, *fumat.*

755. *Projecta*] Heinſius correxerat, *proſerta*, a *proſerere*, quod verbum ſupr. 411. occurrit, ſed poſtea damnavit; & *projectam linguam* dici notaverat, ut apud Virg. X. 587. *projectus pes*, ubi plura adduxit.

756. *Gemunt*] *Sonant* Rott. pr. & *creber* S. Germ.

760. *Calcaribus*] Neſcio an cenſuram mereatur Lucanus, quod poſt verbera, & ſtimulos calcaria addat: nam deſcripturo ſummum hominum & equorum ſtuporem, licet, credo, exaggerare, & illa univerſa cumulare, quae ſingula alias equo concitando ſufficiunt. Sed illud *juſſi* ſemper diſplicuit ut nimis languidum, nec calcaribus, ſtimulis &c. congruens. forte ſcripſerit, *foſſi*: ut Virg. VI. Aen. 882.

Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.

Silius VII. 67.

Foderis in pugnam velocius ilia plantis
Bellatoris equi. & VI. 212. *Quadrupedem planta fodiens*, ubi *planta* eſt pes calcaribus armatus.

762. *Neque enim impetus illis*] In Noſtris etiam, *illi*, *ulli*, *ullis* erat. *non impetus* S. Germ. *incurſusve* Rott. ſec. *perfertur* multi. vid. ſupr. vſ. 82. & Cortium ad Plin. I. Ep. XXII. §. 10. *ad hoſtem* quatuor. *ad auras* Thuan. pr a m. pr. mox, *ablato vulnere* Voſſ. *adlato* MS. Cortii, malim vero legere,

tantum profertur ad hoſtes,
Ut ſpatium jaculis o. v. donet.

Id eſt, ut propiore & certiore ictu feriatur. Sicut, ubi magis procedunt & ad manus veniunt, auferre ſpatium dicuntur ſagittis. vid. ſupr. III. 477. *donat* eſt remittit, non cogit hoſtes longius jaculari jam propior factus. vid. lib. VI. 58.

765. *At vagus*] *Aut* Turrian. *Afer* omnes ſcripti. *primum miſit* Oiſel. a m. ſec. alii, *immiſit.* quod perinde eſt; *emitti* reſpectu aciei vel caſtrorum, *immitti* reſpectu hoſtium, in quos irruunt, dicuntur. vid. ad lib. VI. 291. & alibi.

766. *Tum*] *Dum* Hamb. pr. *ſoluta eſt* Richel. *terraque ſoluta quantus*, intricatior eſt iterum conſtructio. *Solutam terram*, eſſe pulverem excitatum certum eſt. Sed ego conſtruo, & ſolutâ terrâ, pulvis, quantus torque-

Quantus Biſtonio torquetur turbine pulvis,
Aëra nube ſua texit, traxitque tenebras.
Ut vero in pedites fatum miſerabile belli
Incubuit: nullo dubii diſcrimine Martis
Ancipites ſteterunt caſus, ſed tempora pugnae
Mors tenuit. neque enim licuit procurrere contra,
Et miſcere manus. ſic undique ſepta juventus
Comminus obliquis, & rectis eminus haſtis
Obruitur: non vulneribus, nec ſanguine, ſolum
Telorum nimbo peritura, & pondere ferri.
Ergo acies tantae parvum ſpiſſantur in orbem:
Ac, ſi quis metuens medium correpſit in agmen,
Vix impune ſuos inter convertitur enſes:
Denſaturque globus, quantum pede prima relato
Conſtrinxit gyros acies. non arma movendi
Jam locus eſt preſſis: ſtipataque membra teruntur.
Frangitur armatum colliſo pectore pectus.

Non

quetur Biſtonio turbine, texit aëra nube ſua. Auſtro ſimile adſcribit lib. IX. ubi vid. vſ. 455. contra mox vſ. 795. *compreſſus ſanguine pulvis*, qui nunc ex ſoluta terra ſurgebat.

768. *Traxitque*] *Trahitque* S. Germ. mox, *mirabile* Hamb tert. & , *diſcrimine belli* Hamb. ſec. *duri diſc. Martis* MS. Cortii. vide quae diximus ad Valer. Flac. VI. 545. *ſteterant* & *ſtetere* etiam in noſtris nonnullis. *& tempora* Richel. Oiſel.

772. *Procurrere*] *Prorumpere* Rott. tert. & MS. Cortii. ſimilis diverſitas ſupr. III. 713.

774. *Obliquis*] Ex transverſo, vel caeſim, ut *rectis* eſt mucrone, ut lib. VI. 237. ſic *obliquus ictus* Ovid. VIII. Met. 757.

Obliquos dum telum librat in ictus.

Id eſt, dum ſecuri caedere parat. & ita paſſim.

778. *Ac ſi*] *At* Rott. tert. & Langerm. *medium metuens* Oiſel. & Cortius. *correxit* Hamb. ſec. & Richel. *in orbem* Rott. pr. repetitum ex praecedenti.

780. *Globus*] *Globi* Turrian. *denſetur* in nullo ex noſtris. omiſit Serv. ad Virg. X. Aen. 432. nec ubique hoc obtrudendum. *conſtringit* Langerm. & Barber. *conſtrixit* Thuan. ſec. *acies gyros* Hamb. ſec.

782. *Teruntur*] *Tenentur* quinque. quod ex *terentur*, ut eſt in quibusdam codicibus, fluxiſſe credit Cortius. an ille crediderit olim dixiſſe *tero*, & *tereo*, ut *ſtrido*, *ſtrideo* & ſimilia, neſcio. remittit nos ad notas. ſimilis diverſitas paullo ante vſ. 752. *feruntur* Hamb. tert. a m. ſec. mox Heinſius malebat, *frangitur artatum*. Sed *armatum* praeſtat. nam armati thorace eliduntur, ita ut frangatur pectus armatum, ab alio armato pectore, quae colliduntur inter ſe.

784. *Laeta*] *Lenta* Rottend. ſec. & Hamb. tert. *Mauros* Barber. *rivos non ille* Thuan. ſec. *non ire* MS. Cortii, quod ſi fide codicum alio-

Non tam laeta tulit victor ſpectacula Maurus;
Quam fortuna dabat: fluvios non ille cruoris,
Membrorumque videt lapſum, & ferientia terram
Corpora: compreſſum turba ſtetit omne cadaver.
  Excitet inviſas dirae Carthaginis umbras
Inferiis fortuna novis: ferat iſta cruentus
Hannibal, & Poeni tam dira piacula manes.
Romanam, Superi, Libyca tellure ruinam
Pompejo prodeſſe nefas, votisque Senatus.
Africa nos potius vincat ſibi. Curio fuſas
Ut vidit campis acies, & cernere tantas
Permiſit clades compreſſus ſanguine pulvis,
Non tulit adflictis animam producere rebus,
Aut ſperare fugam: ceciditque in ſtrage ſuorum
Impiger ad letum, & fortis virtute coacta.
  Quid nunc roſtra tibi proſunt turbata, forumque,
Unde Tribunitia plebejus ſignifer arce

aſiorum firmaretur, non diſpliceret, & addi poſſet illis, quae Heinſius & ego notavimus ad Val. Flac. II. 233. *ille* vero & *ire* alibi quoque confuderunt librarii. ut apud Stat. VIII. Theb. 551. *cupit ille tamen*, ubi alii *ire*. Sic & apud Ovid. *ire* ſanguis dicitur, III. Ep. 146. & XIII. 80. laudat hunc locum Servius ad Virg. VII. Aen. 464. ſed non nominato Lucano: ubi jam olim, antequam hunc locum obſervaveram, correxeram, *fluvios non ire cruoris*. vid. de *fluviis* ſanguinis & ſimilibus infr. VII. 292. mox, *lapſus ferientia* multi. *&* deeſt etiam Turriano, qui *lapſum* habet. *lapſus &* Rott. pr.

787. *Compreſſum*] *Comprenſum* Rott. tert. a m. ſec. quia *preſſis* praeceſſit, & mox 795. *compreſſus ſanguine pulvis*. ubi itidem Oiſel. *comprenſus*. eadem varietas lib. VI. 184. VII. 495. X. 442. quae omnia huic loco ſimilia ſunt. Sed ego ubique *compreſſus* praefero. nam de denſa acie, & ordinibus denſatis hoc verbo ſollemniter utuntur, & a militari re tranſlatum eſſe vidimus ad Ovidii lib. I. Amor. XI. 24. vid. & ſupr. III. 309.

788. *Inviſas*] Vid. ad Vell. Paterc. I. XII. 7.

789. *Inferiis*] *Imperiis* Richel. & Turr. quod explicari poſſet de potentia Jubae, & ejus de Romanis victoria. Sed vulgatum ſanius puto, propter ſequentia. *ferat iſte* Rott. tert.

791. *Romanam*] *Romana* Richel. *o ſuperi* Thuan. ſec. & Langerm.

794. *Tantas*] *Tutas* Heinſius a m. ſec.

796. *Animam*] *Animum* quatuor. *ſuperare fugam* Hamb. quart. a m. pr. *ſpectare fugam* Cortius, neſcio unde, niſi quod *ſperare* & *ſpectare* etiam apud Noſtrum ſaepe confuſa ſciret. vid. IV. 637. VII. 248. VIII. 451. & ad Ovid. V. Met. 348. & alibi.

799. *Quid nunc*] *Quid non* Langerm. *nunc caſtra* S. Germ.

Arma dabas populis? quid prodita jura Senatus,
Et gener, atque ſocer bello concurrere juſſi?
Ante jaces, quam dira duces Pharſalia confert,
Spectandumque tibi bellum civile negatum eſt.
Has Urbi miſerae veſtro de ſanguine poenas
Ferre datis: luitis jugulo ſic arma, potentes.
Felix Roma quidem, civesque habitura beatos,
Si libertatis ſuperis tam cura placeret,
Quam vindicta placet. Libycas en nobile corpus
Paſcit aves, nullo contectus Curio buſto.
At tibi nos (quando non proderit iſta ſilere,
A quibus omne aevi ſenium ſua fama repellit,)

Digna

800. *Unde Tribunicia plebejus ſignifer arce*] Ita multi codices, & notum eſt *arcem* pro Tyrannide & dominatione injuſta poni. Sed an liceat dicere *unde arce* dabat ſigna, pro velut, quaſi ex arce, duriſſima ellipſi, vehementer dubito. *arte*, quod etiam quidam habent, hic non placet, quia τῷ *ſignifer* non convenit. poſſet conſtrui, unde tu ſignifer arce, pro in arce Tribunitia, dabas arma. Sed placeret magis lectio Codicis Cortiani, quam ille tamen damnat, *Quidve*, pro *unde*. *quid* eſt ob quid, cur, cui bono? ſic IV. 130. *Quid ſpes improba veri te trahis:* & ſupr. h. l. 382. & paſſim. & repetitio illa τῷ *quid* hoc exigit. & tunc *arce* retinendum. Quid velit Cortius, & quomodo haec conſtruxerit, divinare non poſſum ex ejus nota ad Plin. IX. Ep. VIII. fin. niſi conferas notam ad Salluſt. Jug. LXVI ut epanalepſin ſtatuat, & roſtra & forum quum praeceſſerint, nunc tribuniciam arcem illa vocet, unde arma dabat populis. videant acutiores.

801. *Populis*] *Populo* Thuan. ſec. ſcil. Romano. vid. lib. I. 137.

803. *Dira*] *Dura* Rott. pr.

803. *Spectandumque tibi*] Spectaverat jam ſatis bellum civile Curio, ſed initia tantum, quibus interfuit. melius ergo dixiſſet, *confectumque tibi bellum ſpectare negatum eſt*. Sed Lucanus haec omnia, quae anteceſſerunt proelium Pharſalicum, pro nihilo ducit, & proluſiones quaſi fuiſſe exiſtimat. quare per bellum civile hic Pharſalicum intelligi debet proelium. *negatur* volebat Heinſius. mox, *noſtro de ſanguine* Thuan. tert. & Rottend. ſec.

806. *Ferre datis*] *Nempe datis* Langerm. & Rott. ſec. a m. ſec. *datas* Rott. ſec. *petentes* quinque.

808. *Tam cura*] Heinſius tentabat, *tam jura placerent*, ut erat in Oiſel. a m. pr. vel *tam cauſſa placeret*, ut I. 128. *victrix cauſſa Diis placuit*.

810. *Contectus*] *Contentus* quinque noſtri, & multi Cortii, cujus & unus, *comitatus*. mox; *repellet* Cortius.

813. *Praeconia vitae*] *Formae* Rott. pr. hic iterum menti librarii obverſabatur Ovidius, qui *praeconia formae* dixit III. Amor. XII. 9. & alibi etiam, ut & Ep. XVII. 207. *praeconia famae*, quod hic potius locum poſſet tueri, niſi *fama* praeceſſiſſet.

814. *Tulit*] *Extulit* Turrian. Virgil. I. Aen. 605. *quae te tam laeta tulerunt Secula?*

815. *Perdita tunc*] *Nunc* Rottend. tert. & Turriani, quod & hic praefero, ut & vidimus ſupra I. 217. & lib. V. 625. *ſecula* hic notat depravatos mores hujus temporis. Taci-

Digna damus, juvenis, meritae praeconia vitae.
Haud alium tanta civem tulit indole Roma,
Aut cui plus leges deberent recta ſequenti.
Perdita nunc Urbi nocuerunt ſecula, poſtquam
Ambitus, & luxus, & opum metuenda facultas
Transverſo mentem dubiam torrente tulerunt.
Momentumque fuit mutatus Curio rerum,
Gallorum captus ſpoliis, & Caeſaris auro.
Jus licet in jugulos noſtros ſibi fecerit enſe,
Sulla potens, Mariusque ferox, & Cinna cruentus:
Caeſareaeque domus ſeries; cui tanta poteſtas
Conceſſa eſt? emêre omnes, hic vendidit Urbem.

cit. de morib. Germ. IV. *nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur.* noſtri *de mode* vocant. vide Schulting. ad Senec. Controv. II. pag. 204. neſcio etiam an non praeſtet *Urbis* legere, ſecula urbis perdita nocuerunt Curioni.

820. *Captus*] *Raptus* Rott. pr.

821. *Jus licet in jugulos noſtros*] *In jugulo noſtro ſ. f. enſis* Langerm. *noſtri* Thuan. ſec. & Richel. *jugulis noſtris* S. Germ. *enſis* etiam quinque. ne probem *Sulla potens enſis noſtri*, faciunt tria epitheta, quae ſingulis dat: *Sulla potens*, *Marius ferox*, *Cinna cruentus.* hi vero tres aequo jure poſſent dici *potentes enſis*, quo omnes crudeliter uſi fuere. Sed diſtinguit Sullam a potentia apud Senatum, qua Marium & legem Sulpitiam evertit, & dictaturam invaſit. unde diſcipulo Sullae Pompejo longam dat potentiam I. 333. & II. 230. Marius *ferox* fuit tot bellis geſtis, & in Senatum & potentes aſper. Cinna *cruentus*, qui tot civium ſanguine urbem & Italiam implevit. Cl. Dorvillium etiam offendebat illud *potens noſtri enſis*, & legebat. *jus licet in jugulos noſtri ſibi fecerit enſe Sulla potens.* & *potens* pro *impotens* explicabat, ut Terent. Heaut. II. I. *mea eſt potens, procax.* Suet. Aug. LXIX. *pellicis nimia potentia.* Deinde Lucanus, *Caeſareaeque domus ſeries*, his adnexuit, ſua tempora reſpiciens, quia ſeries illa a Caeſare in Neronem deducta eſt, & praeter Auguſtum, omnes in jugulos civium jus ſibi vindicarunt. Ita voluit Lucanus animum a dominatione omni averſum & odium in Neronem indicare; nam alias ineptum videri poteſt, ſub Caeſare, qui ſine prole erat, nec conſtabat tunc de herede ejus, & in Tyrannide ſucceſſoribus, mentionem facere ſeriei domus Caeſareae.

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER QUINTUS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

ARGUMENTUM.

**In primo Quinti Pompejo Roma regenda*
En data. multa timens pro ſe reſponſa recepit
Appius. exponit pars proxima ſeditionem
Sedatam poena. Mare tranſiit Urbe relicta,
Caeſar, qui queſtus, quod non Antonius ultra
Iverat, expertus fuit ipſe pericula Ponti:
Ultima, quod poſita manſit Cornelia Lesbo.

Sic alterna duces bellorum vulnera paſſos
In Macetum terras, miſcens adverſa ſecundis,
Servavit fortuna pares. Jam ſparſerat Haemo
Bruma nives, gelidoque cadens Atlantis Olympo;
Inſtabatque dies, qui dat nova nomina faſtis,
Quique colit primus ducentem tempora Janum.
Dum tamen emeriti remanet pars ultima juris,
Conſul uterque vagos belli per munia Patres

Eli-

* *In primo*] Lege, *in prima Quinti.*
1. *Paſſos*] *Paſſis* S. Germ. *in Macetum terris* Hamb. pr. & unus Heinſiii; *Macetum* fere omnes. *averſa* Thuan. ſec. & tres alii.
4. *Atlantis*] *Atalantis* Thuan. ſec.
5. *Qui dat*] Antiquus Commentator Horatii ad Lib. I. II. Od. 21. habet, *qui das:* ſed ad Od. 17. *qui dat. Ducentem tempora Janum*, id eſt, novum annum, dicit, ut Tibull. Lib. IV. Eleg. I. vſ. 123. vocat *ducem anni* Kalendas Januarias. vid. ad Virgil. I. Georg. 6.

&

Elicit Epirum. peregrina ac ſordida ſedes
Romanos cepit proceres: ſecretaque rerum
Hoſpes in externis audivit curia tectis:
Nam quis caſtra vocet tot ſtrictas jure ſecures,
Tot faſces? docuit populos venerabilis ordo
Non Magni partes, ſed Magnum in partibus eſſe.
Ut primum maeſtum tenuere ſilentia coetum,
Lentulus excelſa ſublimis ſede profatur.

In-

8. *Patres*] *Vagas partes* Rottend. ſec. vid. ad Valer. Flacc. Lib. I: vſ. 72. unde Oudendorpius hoc ſcire potuit. vide & ſupra ad lib. II. 527.

9. *Elicit*] Nihil variant libri. Sed Heinſius olim maluerat, *exciit*: quo ſaepe verbo noſter uti ſolet. vid. ad Lib IV. 611. & 669. & hoc Lib. 498. & Lib. VI. II. & ita Virgilius, & alii: Sed poſtea oſtendit ſibi vulgatam ſatis placere. vide commentatores ad Plin. IX. Ep. 18.

11. *Hoſpes curia*] Dictum pro *hoſpita*, ut ſolebant *hoſpes* utroque genere, & adjectivi modo dicere. vid. Heinſium ad Ovidii Epiſt. II. 74. ſic *hoſpita ſacra* Manil. I. 6. vocat, quia ex Graecia primus in Latium deduxerat Aſtronomica verſibus condita. hinc *hoſpes Aurora* Aegyptus dicitur Statio Lib. VI. Thebaid. 279. ubi minime mirari debebat Barthius, Aegyptum *Auroram* vocari, quae ſaepe etiam nomine Orientis apud veteres venit, vide ſupr. Lib. I. vſ. 683. & ipſe Statius III. Silv. III. 105. *Eoa ſigna* dixit Aegyptia, *Externis* noſtri fere omnes; eſt vero iterum ineptum acumen Lucani: nam non patet externos Senatoribus ibi mixtos fuiſſe, aut admiſſos, ut audirent ſecreta rerum; licet curia eſſet hoſpes, Senatores tamen omnes Romani erant, & ipſe vocat, *Romanos Proceres*, ut ſaepe, Senatores Noſter; & clare Statius Lib. IV. Silv. 2. vſ. 33. diſtinguit ab equitibus. Excuſaret quis, quia curiae hic dat auditum, ut ſaepe rebus inanimatis omnia, quae homini, adſcribunt Poëtae, ut ita *Pontus audit Tritona* lib. IX. 349. & paſſim. Sed ſi ita ſumatur, nihil illegitimi, ſi Curia, id eſt, Senatores Romani, audirent ſecreta: quare ille videtur *externos* admiſſos indicare. ut & mox *populos* innuit. Locus vero Flori lib. IV. II. 15. huc non facit: ibi enim de Senatu in urbe coacto, Caeſare in Galliis etiam agente, agit, in quo dominabatur Pompejus; hic in caſtris plurimi Pompejo adverſabantur. *Hoſpes* vero *curia* hic fere dicitur, ut apud Livium XXI. LXII. de Flaminio, qui Arimini iniit conſulatum. *magis pro majeſtate videlicet imperii Arimini, quam Romae magiſtratum inituram, & in deverſorio hoſpitali, quam apud penates ſuos, praetextam ſumturum.*

15. *Ut primum*] Ingratum ſonat, *primum moeſtum*, & invertit locutionem, pro *coetus tenuit ſilentium*. vel dictum, ut *ſpes tenet* aliquem & ſimilia, & ut *ſopor* tenet *corpora* v. 690. ſic ſilentium tenebat omnes attentos, & defixos ora in Lentulum.

16. *E celſa*] Variant codices: & decem & noſtris, *excelſa*: quae lectio ſi placet, conſtruendum eſt, *ſublimis excelſa ſede*, non cum *profatur*. ſic Statius II. Thebaid. 385. & Ovid. lib. XIV. Met. 267. *ſublimis ſolio*. & lib. VIII. 813. *verſis ſublimis habenis*: immo, etſi cum *profatur* jungas, non tamen ideo neceſſaria erit praepoſitio: nam & Perſius Satyr. I. 17. *ſede leges celſa*. Parum itaque refert; nam librarii ſaepiſſime in nominibus compoſitis praepoſitionem ſepararunt a nomine ſuo, ſaepe contra adjunxerunt. Ut in *celſa* & *excelſa* etiam apud Virgilium & alios. vid. ſupr. ad lib. III. vſ. 88. male vero in edit. Steph. & Gryphii, *ſublimi*, legitur.

Indole ſi dignum Latia, ſi ſanguine priſco
Robur ineſt animis, non qua tellure coacti,
Quamque procul tectis captae ſedeamus ab urbis
Cernite: ſed veſtrae faciem cognoſcite turbae:
Cunctaque juſſuri primum hoc decernite, Patres,
Quod regnis, populisque liquet, nos eſſe Senatum.
Nam, vel Hyperboreae plauſtrum glaciale ſub Urſae,
Vel plaga qua torrens, clauſusque vaporibus axis
Nec patitur noctes, nec iniquos creſcere ſoles,
Si fortuna ferat, rerum nos ſumma ſequetur,
Imperiumque comes. Tarpeja ſede peruſta
Gallorum facibus, Vejosque habitante Camillo,
Illic Roma fuit. non umquam perdidit ordo

Mu-

18. *Non qua*] *In qua* Rottend. pr. pro *robur*, *robor*, MS. Cortii. de quo latius hic egiſſe colligo ex notis ad Plin. II. Ep. XVII. §. 22.

19. *Quamque procul tectis*] *Caſtris* in variis lect. Steph. vellem, hic exhiberet codex aliquis, *templis*; in illis enim Romae Senatus haberi ſolebat, & ita Caeſaris partibus, in quibus pauci Senatores, qui *in tectis* infra vſ. 30. erant, opponeret hic Senatum, loco quaſi legitimo coactum: Sollemniter vero *tecta* & *templa* confuderunt librarii, ut infra vſ. 529. *Quibus haec contingere templis*; ubi in variis lectionibus eſt, *tectis* Sic apud Catull. Epithalam. Pelei vſ. 75. *Attigit injuſti regis Gortynia tecta.* ubi in Palatin. Cod. fuit, *templa*: Statius I. Thebaid. 280. *me Tantaleis conſiſtere tectis.* & ibi *templis* eſt in aliis, ſed male. Lucret. lib. II. 28. *Nec citharis reboant laqueata aurataque templa.* ubi Macrobium *tecta* habere docet Giphan. in margine. Denique, quod huic loco in primis convenit, apud Ovid. I. Met. 270. ubi Jupiter Senatum Deorum cogit,

Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,
ubi alii dant, *templa.* vid. ibi notas, & Markland. ad Statii lib. III. Silv. I. 110. *templum* jam pro *curia* poni, pervulgatum eſt. vid. notas ad Sil. Ital. XII. 72. Sed nemini hoc obtrudo, quia neſcio, an a manu Lucani fluxerit.

20. *Veſtrae*] *Noſtrae* Sixii & Rott. ſec. & ita in hac oratione fere ſemper *vos* & *nos*, *veſter* & *noſter* variantur, quod ſemel notaſſe ſufficit. hic iterum ſibi obloquitur, ſi ceteros admiſſos crediderit. ut & in ſequentibus.

21. *Cunctaque juſſuri*] *Viſuri* Voſſ. & S. German. quod Heinſius explicabat *proviſuri*, ut Ciceronem & alios hoc ſenſu *videre* uſurpaſſe ſatis conſtat; & videtur virum illuſtrem moviſſe, quod *jubere* ſit Populi, non Senatus: ſed, capta (ut dicit) urbe, comitia haberi non poterant, quare nunc vices Populi Senatus ſubit, & non tantum *decernit*, ſed *jubet*: & notandum, utroque verbo Noſtrum hic uti: *decernite* patres, primum nos eſſe ſenatum legitimum, & deinde, quum juſtus ſit declaratus, tum *juſſuri* omnia, quae olim in comitiis peragi ſolebant; nunc enim pro populo nos jubemus. *decreta* ſunt Senatui. *juſſa* populo propria. vid. lib. I. 489. ſic etiam mox vſ. 46. *magnumque jubete Eſſe ducem.* & vſ. 56.

Libyamque jubent, auctore Senatu,
Sceptifero parere Jubae.

unde adfectaſſe hoc verbum Lucanus videtur.

Mutato ſua jura ſolo, maerentia tecta
Caeſar habet, vacuasque domos, legesque ſilentes,
Clauſaque juſtitio triſti fora. curia ſolos
Illa videt Patres, plena quos urbe fugavit.
Ordine de tanto quisquis non exſulat, hîc eſt.
Ignaros ſcelerum, longaque in pace quietos
Bellorum primus ſparſit furor: omnia rurſus
Membra loco redeunt. en totis viribus orbis
Heſperiam penſant ſuperi: jacet hoſtis in undis
Obrutus Illyricis: Libyae ſqualentibus arvis
Curio Caeſarei cecidit pars magna Senatus.
Tollite ſigna duces: fatorum impellite curſum:
Spem veſtram praeſtate Deis: fortunaque tantos

Det

tur. Multa quoque adjici poſſent de proprietate verbi *decernere*, & quid differat a *jubere*. ſed in notis & vulgatis haerere nolo. *haec decernite* Rottend. ſec.

24. *Clauſusque*] *Clauſisque* Hamb. pr. *clauſusque a partibus* Rottend. ſec. Heinſius conjecerat, *uſtusque*; ſed *clauſus* eſt, qui adiri non poteſt, ut de Zona torrida veteres credebant. Unde *aperiri* contra dicuntur loca olim incognita & inacceſſa. vid. ad lib. I. 465. & ibi locum Melae, & hic Oudendorpium.

26. *Summa*] *Fama* Hamb. tert. vid. ad Ovid. 12. Met. 14. unde interpres potuit videre, non in nonnullis MSS. ſed in uno tantum Hamburg. tertio variatum fuiſſe. de *fortuna ferat* vid. ad Virgil. 11. Aen. 433.

28. *Vejosque*] *Vejos* Richel. *Vebosque* tres.

30. *Maerentia tecta*] Et ita Petron. Specim. Bel. civ. 225. *maerentia tecta relinquit.*

31. *Domos*] *Domus* Rottend tert.

34. *Ordine de tanto*] *Detento* Turrian. ſaepe vidi, librarios ſuppoſuiſſe, *tantum*, *totum*, *magnum* & ſimilia epitheta, licet nullum haberent emphaſin, pro aliis, quae magis rei conveniebant; & ita hic, quia plurimi Senatores Pompejum ſecuti, pauci Romae remanſerant, aut apud Caeſarem erant; potuit *tantum ordinem* dixiſſe, pro tam frequentem. ſuſpicabar tamen ſcripſiſſe egregio ſenſu Lucanum,

Ordine de ſancto quisquis non exſulat, hic eſt.

ſic Virgil. I. Aen. 426.

Jura, magiſtratusque legunt, ſanctumque Senatum.

& alii paſſim: forte etiam apud Valer. Max. IV. VI. Ext. 2. pro *cujus tanta fides*, poſſet legi, *ſancta*.

37. *En totis*] *totus*, Thuan. quart. *totis en* Cortius. *tordis* Turr. quod quid velit neſcio.

38. *Heſperiam*] *Heſperiem* Thuan. pr. & Oiſel. & MS. Cortii, qui *Heſperien* edidit, neſcio quo exemplo, aut auctoritate, ſed tunc debuiſſet ſaltem edidiſſe, *Heſperien ſuperi penſant*, ut tranſpoſuit illas voces Thuan. quart nam illud *en*, in *Heſperien penſant*, inſuavem facit ſonum. Sed nec aures ejus magnopere laedit illud, *Libyes ſqualentibus arvis*, quum mollius ſonet, *Libyae*, ut in ſeptem e noſtris erat. *Scalentibus* Richel. mirum eſt, non refinxiſſe, *Libyeſque ſqualentibus arvis*, quod poterat eodem jure, quo lib. I. 368. primam in *ſqualidas* corripuit.

41. *Curſum*] *Curſus*, Voſſ. & Hamb. ſec. *praeſtare* Thuan. quart.

Det vobis animos, quantos fugientibus hoſtem
Cauſſa dabat. noſtrum exacto jus clauditur anno.
Vos quorum finem non eſt ſenſura poteſtas,
Conſulite in medium Patres, Magnumque jubete
Eſſe ducem. Laeto nomen clamore Senatus
Excipit: & Magno fatum patriaeque, ſuumque
Impoſuit. Tunc in reges, populosque merentes
Sparſus honos, pelagique potens Phoebeja donis
Exornata Rhodos, gelidique inculta juventus
Taygeti: fama veteres laudantur Athenae:
Maſſiliaeque ſuae donatur libera Phocis.

Tunc

43. *Hoſtem*] *Hoſtes clauſa dabat.* Turr. *cauſſa dedit* Thuan. ſec. *exacto anno* novem ex noſtris, quod praeſtare puto cum Oudendorpio. vid. ad lib. II. 577. *exhauſto* magis probat Cl. Weſſeling. I. Probab. 7. fruatur quiſque judicio ſuo. *jus redditur* Cortii MS.

48. *Patriaeque*] *Patriumque.* Rottend. ſec. qui & a m. ſec. *ſuique.* Comparat hunc verſum Cl. Dorvillius cum Virgiliano ultimo libri VIII.

Attollens humero famamque & fata nepotum. quem Critici neoteriſmi notaverunt, & Lucanum hic praefert. Certe in Virgilio, ſi *fata* legendum, non *facta*, ut alii codices, aliquid inſolentius videtur, niſi fata, res geſtas, & quae poſtea evenerunt, fato deſtinatas, interpreteris. Hoc autem loco diverſa *fati* eſt ſignificatio, ut Senatus nimirum dederit ipſi auſpicia & ſummum imperium, quod geretet ex fortuna & fato urbis Romae, & ſimul Senatus, qui hic, ut vidimus ſupr. vſ. 28. Populi partes agebat. de fato aut fortuna urbis omnia pervulgata, & cujus auſpiciis omnes Imperatores bella geſſiſſe conſtat. ſupr. II. 726. de Pompejo fugiente, *non ea fata ferens* &c. & paſſim.

50. *Sparſus*] *Sparſit* Thuan. ſec. per *dona* Omnibonus intelligit artes liberales, quae ibi florebant; dubito, an ſimpliciter ita *dona* dici poſſint: melius crederem intelligi decreta honorifica, & munera, quibus a Romanis exornata fuit, libertate, ſocietate aut alio quo jure: varia autem fortuna uſos Rhodios, nunc ob fidem & auxilia ornatos, nunc ob perfidiam multatos, videbis apud Meurſium in Rhodo lib. I. cap. 16. & forte, quia adhaeſit Rhodus nunc Pompejo, poſtea ab Antonio illi ademta fuit libertas, ut ex Seneca ibidem docet Meurſius: poſſet & *pelagi donis* conjungi, ut artem navalem & divitias maris commercio partas &c. intelligat; ſed tunc *exornata* non a Romanis, ſed per ſe debet intelligi: ut ſit Epitheton, quo diſtinguatur ab aliis, qui in ſocietatem adſumuntur, & laudantur a rebus domeſticis.

51. *Inculta*] Male triſtis, rigida, a Scholiaſte exponitur, neque etiam ad neglectum doctrinae & ſcientiarum referri debet, ut Brioſius ſentit, ſed ad ornatus & cultus corporis negligentiam. vid. ad lib. IV. 678. & infr. IX. 512.

52. *Fama veteres*] *Famae veteris* Rottend. pr. *famae veteres* volebat vir doctus apud Cortium, qui, credo, eſt Heinſius, ut *vetus militiae* apud Tacitum, & ſimilia. & hoc placebat Drakenborchio ad Sil. Ital. XI. 26. Cortius etiam, ſi admittendum *famae veteres*, utrumque caſu nominativo capiebat: vellem notas videre, quibus haec illuſtraret: an per adpoſitionem Athenae, *famae vete-*

res,

Tunc Sadalen, fortemque Cotyn, fidumque per arma
Deiotarum, & gelidae dominum Rhaſcupolin orae
Collaudant: Libyamque jubent, auctore Senatu,
Sceptrifero parere Jubae. pro triſtia fata!
Et tibi, non fidae gentis digniſſime regno,
Fortunae, Ptolemaee, pudor, crimenque Deorum,
Cingere Pellaeo preſſos diademate crines
Permiſſum: ſaevum in populos, puer, accipis enſem:
Atque utinam in populos! donata eſt regia Lagi;
Acceſſit Magni jugulus: regnumque ſorori
Ereptum eſt, ſoceroque nefas. jam turba ſoluto

Arma

-res, an alio modo? certe mihi durum videtur & inuſitatum: ego ſi *famae veteris*, quod Cortius ad Plin. VIII. Ep. XXIV. § 3. exhibet, & hic in textu, placet, conſtruerem cum *laudantur*, per Graeciſmum, id eſt, laudantur propter famam veterem & gloriam, & ideo admonentur, ut nunc quoque eam exhibeant: & hinc non dicit laudari ob vires, quas tenues fuiſſe vidimus ad lib. III. 183. Hanc vero conſtructionem firmat ſimilis adhibita a Silio IV. 26. *Laudabat leti juvenem*. ubi D. Heinſius Graeciſmum agnoſcit; & ſimiliter *animique probarat* idem lib. XVI. 166. dixit, ubi vid. Cl. Drakenb. qui ex lib. I. 395. adducit, *vitae laudandus: Gaviſus loci* Statius ad Stat. I. Achil. 104. & pluribus verbis genitivum adjungi, ut *deſine irarum*, &c. notum eſt. vid. Torrent. ad Horat. III. od. XXX. I. *fama veteri* Hortenſius edidit. Eligat lector, quid velit.

53. *Donatur*] *Donantur*, quatuor libri, & hoc non repudiandum cenſebat Heinſius, & ad Virgil. VI. Aen. 209. retulit inter exempla ſimilis conſtructionis. vid. & ſupra lib. IV. 302.

54. *Sadalen*] Et noſtri variant in hoc nomine, *Sadalan*, *Saladam*, *Sadalam*, *Saladen* praeferentes: *Cotym* tres; ſic & *Raſcypolin*, *Raſypolim*, *Raſcipolin*, *Raſciporin*, *Traſcipolim*, *Tracipolin* habent; vid. Oudendorpium: ſed in epiſtola ad Heinſium, ab Oudendorpio laudata, per operarum errorem eſt *Fraſcipolin*, pro *Raſcipolin*. vid. & ad Sueton. Tib. XXXVII. ubi ſimilis diverſitas. pro *gelidae* autem Heinſius (forte, quia praeceſſit, *gelidi*) malebat, *Geticae*, ut hae voces permutari ſolent apud Ovidium, Claudianum, & alios: vid. ad Sil. Ital. IV. 244.

56. *Libyamque*] *Libyemque* Hamb. tert. *Libycumque* Hamb. ſec. & Thuan. ſec. ut eſſet dictum, quemadmodum *Geticum*, *Illyricum* &c. de quibus vid ad Ovid. V. Triſt. XIII. I. Semper fere librarii in hac voce variare ſolent. vid. lib. IV 613. mox pro *triſtia fata*, *triſtia fati* malebat Heinſius; ſed aliter lib. VI. ubi vid. ad vſ. 305. & VII. 411. & alibi.

58. *En tibi*] *Et tibi* fere omnes. *Qui tibi* Thuan. quart.

60. *Cingere*] *Fingere* Thuan. ſec. quod, licet in ejus ignaviam, & mollitiem convenire poſſet, huic loco non eſſe adcommodatum credimus; quia *diademate preſſos* cingimus, non fingimus crines, niſi ſolutos. *Pyllaeo* Thuan. pr.

61. *Permiſſam*] *Permiſſum eſt* magno numero libri; malim *permiſſum & ſaevum accipit* Thuan. tert. & Barberin. & Cortius: *atque utinam populos* S. Germ.

64 *Ereptum eſt*] *Eſt* deeſt Sixian. S. Germ. & Barberin.

Arma petit coetu, quae quum populique, duceſque
Caſibus incertis, & caeca ſorte pararent,
Solus in ancipites metuit deſcendere Martis
Appius eventus: finemque expromere rerum
Sollicitat ſuperos, multosque abducta per annos
Delphica fatidici reſerat penetralia Phoebi.
Heſperio tantum, quantum ſemotus Eoo
Cardine, Parnaſus gemino petit aethera colle,
Mons Phoebo, Bromioque ſacer: cui numine mixto
Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae.
Hoc ſolum, fluctu terras mergente, cacumen

Emi-

66. *Caſibus*] *Caſſibus* Rottend. pr Hamb. tert *caeca ſorte* Hamb. pr. & Barberin *putarent* Rottend. ſec. mox, *in incertos* Hamb. ſec. & Langerm repetita voce ex praecedenti verſu: mox, *fineſque* Lutat. ad Stat. III. Thebaid. 451.

69. *Multoſque*] *Multos* Thuan. ſec. & *reſerat* Putean. & S. Germ.

71. *Heſperio*] *Hiſpano* nimirum, ut Stat. I. Thebaid 157.

Limes uterque poli, quem ſol emiſſus Eoo
Cardine, quem portu vergens proſpectat Hibero.

ubi Barthius D. Heinſium carpit, qui ad Silii Ital. III. 140. Hiberum pro *Celta* ceperat.

71. *Submotus*] Ita fere omnes mei, non *ſemotus*. vid. Pier. ad Virgil. VI. Aen. 316. & Heins. ad Ovid. III. Triſt. IV. 41. & Faſt. III. 140. ubi ſimiles varietates: infra lib. VIII. 585. Cortius contra, *ſemota malis*, negantibus libris, malebat. Sic mox vſ. 77. pro *ſeductus* Sixii codex, *ſubductus* habebat vid. lib. II. 475. parum quidem hic referre puto, an *ſubmotus*, an *ſemotus* legas, niſi quod *ſubmotus* ponat aliquem, qui ſitum mutaverit, quaſi antea loco illo non fuiſſet, & ita *ſummoti* dicuntur ab urbe in exilium ejecti, Plinio III. Ep. II. ideoque *ſemotus* non facile repudiarem, quia naturalem ejus ſitum melius indicat, & idem fit *ſemotus*, quod diſtans ab utraque coeli regione; unde *medius coeli* dicitur Statio I. Thebaid. 118.

72. *AEthera*] *Aëra* Thuan. ſec. *Bromio*, *Phoeboque* Rottend. tert. & *trieteria* Oiſel. *triaterica* novem.

75. *Mergente*] *Ingente* Thuan. quart.

76. *Eminuit*] *Emicuit*, tres e noſtris, & Lutat. ad Statium I. Theb. 118. ſed recte *eminuit* praetulit Oudendorpius. ſaepe quidem parum refert, ſed tamen *emicare* dicuntur, quae ſubito exiſtunt & emergunt, ut ſi inſula in mari naſcitur, antea non viſa: ſed *eminere* dicuntur, quae ſuper alios exſtant, & ſemper alta fuere; ſic hic Parnaſi cacumen ſuper aquas eminuit, quia non tectum aquis. Sic lib II. 666. *aequore rupes emineant*, loco ab Oudendorpio laudato. Sic Plinius IX. Ep. 26 *Omnes advertit quod eminet & exſtat.* Contra apud Statium lib. I. Thebaid. 381. *emicuit Lariſſaeus apex*, tenebris antea tectus, ſubito apparuit lucidus. & ideo hic *eminuit* praeferendum; ſic & confunduntur haec infra VII. 599.

Mors tamen eminuit Domiti.

ubi credo male Cortium, *micuit* praetuliſſe, quod etiam exemplis firmat ad Plin. II. Ep. I. ſed *mors emicare* non poteſt dici, niſi ut numen exſilire velimus fingere. ſed Do-

mitii

Eminuit, pontoque fuit diſcrimen, & aſtris.
Tu quoque vix ſummam ſeductus ab aequore rupem
Extuleras, unoque jugo, Parnaſe, latebas.
Ultor ibi expulſae premeret quum viſcera partus
Matris, adhuc rudibus Paean Pythona ſagittis
Explicuit, quum regna Themis, tripodasque teneret.
Ut vidit Paean vaſtos telluris hiatus
Divinam ſpirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare ſolum, ſacris ſe condidit antris,
Incubuitque adyto, vates ibi factus, Apollo. (ſum
Quis latet hic ſuperum? quod numen ab aethere preſ-
Digna-

nitii mors eminet, ſuper aliorum etiam clarorum virorum mortem. Et ita cenſet etiam Cl. Dorvillius apud Juſtinum II. 9. legendum: *Inter ceteros tamen Themiſtoclis gloria eminuit*, pro *emicuit*. non enim dicit, tunc primum adparuiſſe virtutem Themiſtoclis, ſed praeſtitiſſe ceterorum fortitudini: vel etiam ex ſuo codice malebat, *enituit*. vid. ad Sueton. Calig. XV. aliquando dubium videtur, quo verbo utaris: ut apud Stat. IX. Theb. 246. de Delphino.

Summa per aequora flexus Eminet.

ita Ed. Lindenb. ſed alii *emicet*, quod praeferrem, quia praecedit, *devexa profundi Scrutantem Delphina vident*. ſic & X. Theb. 865. *celſus faſtigia ſupra Eminuit*, ubi alii *emicuit*, etiam bene.

77. *Tu quoque*] Sine dubio corrupta verba: nam de eodem monte Parnaſo agit; *Tunc* alii emendarunt: forte, *hanc quoque*, id eſt, hoc quoque ipſum cacumen eminens, quod nunc *rupem* vocat, vix extra aquam extuleras, & alterum cacumen tectum aquis fuit; biceps enim mons. aliter non video ſenſum exire commodum. vel *ſic quoque*, de qua formula loquendi vid. ad Val. Flacc. IV. 598. id eſt, licet emineres, tamen vix ſummo cacumine exiſtebas aquis, immo unus ex duobus verticibus ſub aqua latuit. haeſit hic quoque Barthius ad Statii VI. Theb. 357. cui *ſeductus* mendi ſuſpecta vox eſt.

79. *Ultor ibi*] *Ubi* Rottend. pr. Hamb. pr. & Turrian. *premeret* noſtri plurimi, quod egregie explicuit Oudendorpius, & Cortius etiam recepit. mox, *adhuc* Turrian.

81. *Explicuit*] Eleganter, quia ſinuoſi ſerpentes, & multa volumina vivi trahunt: hic caeſus per longum jacuit porrectus. vid. Oudend. ad lib. IV. 629. & de hoc ipſo Pythone Stat. I. Theb. 568.

Cyrrhaeique dedit centum per jugera campi
Vix tandem explicitum.

85. *Adyto*] *Adito*, plures libri: *tu factus* Rottend. pr. *ibi fatus* quatuor. Heinſius legebat, *ſibi factus*; non ſequor. *ibi* enim dicit, ubi antea alia numina tenebant templum, & oracula edebant, ut notum. *vatem* Apollinem dictum vidimus ab Ovid. I. Amor. VIII. 59.

86. *Preſſum*] *Paſſum* S. Germ. Heinſius volebat, *lapſum*; ſed quia de caverna agitur, retineo vulgatum, licet ſuſpectum ſit τὸ *preſſum*, quod deberet notare, ita preſſum, ut ad ſuperos emergere non poſſet: quod an procedat, neſcio, quum ſponte ſua Apollo cavernas illas habitare voluerit. *preſſum* explicabat Dorvillius, cui aether incumbit, & mole ſua gravabat, quum aliter numina premerent aethera. lib. I. 56. de Nerone.

Aetheris immenſi ſi partem preſſeris unam.

Dignatur caecas incluſum habitare cavernas?
Quis terram coeli patitur Deus, omnia curſus
Aeterni ſecreta tenens, mundique futuri
Conſcius, ac populis ſeſe proferre paratus,
Contactumque ferens hominis, magnusque, potensque,
Sive canit fatum, ſeu quod jubet ipſe canendo
Fit fatum? Forſan terris inſerta regendis,
Aëre libratum vacuo quae ſuſtinet orbem,
Totius pars magna Jovis Cirrhaea per antra
Exit, & aetherio trahitur connexa Tonanti.

Hoc

88. *Quis terram coeli*] *Quis coeli terram.* Hamb. pr. *quis terram patitur coeli* Thuan. quart. & Rottend. ſec. eleganter vero *patitur*, de quo vid. ad Valer. Flacc. v. 571. & infra vi. 392. *omina* vir doctus apud Cortium, & ita olim Heinſius correxerat, ſed poſtea induxit. nec *omina curſus aeterni* eleganter puto dici. nam omina debent praecedere curſum, ſed ipſum curſum, id eſt, ſeriem, ut vocat vſ. 179. & ordinem ab aeterno conſtitutum tenens, id eſt, ſciens, ut vi. 423. & 591. *fati praenoſcere curſus*: & ſup. h. l. 41. & paſſim. *tenens*, ut apud Virgil. Ecl. ix 45. *numeros memini ſi verba tenerem.* alio ſenſu *curſum tenere* occurrit lib. iii. 390. & mox 136. *mundoque futuri* etiam Cortius, & ita erat in Oiſel. ut conjungatur, *mundoque ac populis ſe proferre*, non *conſcius mundo futuri*, quaſi *alicuius conſcii* dici *duo* poſſint, pro *alicujus rei*, quam uterque ſcit, cujus locutionis exempla ignoro. Sed vulgatum magis placet, *conſcius mundi futuri*, id eſt, rerum, quae per orbem terrarum poſthac contingent, ſciens; & ita eſt oppoſitio inter ſecreta curſus aeterni, & futurum mundum, ut idem dicat, quod de vate Virgil. iv. Georg. 392.

Novit namque omnia vates,
Quae ſint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.

91. *Contactusque ferens hominis*] *Contactumque ferens hominis* e noſtris multi. & jure probatum Oudendorpio. Cortius etiam *hominis*, ſed *contactus* habet. *hominis* vero non unius, ſed in genere, qui eſt humanae naturae, non deus: ut mox, *humana anima.* vid. & inf. 168.

92. *Canit fatum*] *Canit fatam* Oiſel, *ſeu quod canit* Rottend. pr. *ſic fatum.* Thuan. ſec. *gerendis* Rottend. ſec. ſic variatum lib. iv. 662.

94. *Libratum vacuo*] *Librato vacuum*: Thuan. ſec. *librato vacuo* Hamb. pr. & Oiſel. *Libratum in vacuo* Hamb. ſec.

96. *Connexa*] *Convexa* tres a m. ſec. *connexa* etiam tres recte citat. Lutat. ad Stat. viii. Theb. 335.

98. *Uraque vatis*] *Vates* Oiſel. a m. pr. & Langerm. a m. ſec. *ceu Siculis* Langerm. & a m. ſec. Hambr. pr. & Ed. Gryph. illud *urguentibus* neſcio, an ſatis apte flammis conveniat. urguent enim, quae premunt quodam onere, aut etiam, quae propellunt: flammae nec premunt Aetnam, nec propellunt ſtabilem montem, ſed ex imo ſurgentes, ex vertice ignem evomunt, qui deinde torrentis modo campos inundat, ut notum: hinc puto Heinſium inductum, ut corrigeret, *flammis torrentibus Aetnae undat apex*, ut lib. vi. 295. *torrens in campos defluit Aetna*: eodem modo, ut *torrens Nilus* lib. ix. 156. & alii fluvii ſaepe dicuntur: poſſet forte leviore mutatione legi, *urentibus Aetnam*, ut eadem varietas & infra vſ. 811. Juvenis

qui-

Hoc ubi virgineo conceptum eſt pectore numen,
Humanam feriens animam ſonat, oraque vatis
Solvit, ceu Siculus flammis urguentibus Aetnam
Undat apex: Campana fremens ceu ſaxa vaporat
Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.
Hoc tamen expoſitum cunctis, nullique negatum
Numen, ab humani ſolum ſe labe furoris
Vindicat. haud illic tacito mala vota ſuſurro
Concipiunt. nam fixa canens, mutandaque nulli
Mortales optare vetat: juſtisque benignus

quidam ſatis doctus ex noſtra diſciplina, volebat,

Ceu Siculae, flammis ſurgentibus, Aetnae, Undat apex. vel *urguentibus* capiebat pro angentibus Aetnam & erumpere cupientibus ex cratere. *ſurgentibus* poſſet admitti ut *s* abſorpta ſit a praecedentis vocis ultima litera. mox, *ſeu ſaxa*, Ed Gryph.

101. *Aeterna mole*] Nec hoc placebat Heinſio, qui *terrena mole* conjiciebat, eodem modo, ut apud Ovidium lib. IV. Met. 662.

Clauſerat Hippotades terreno carcere ventos, pro *aeterno* reſcribendum contendebat; ſed nihil mutandum: damnatus enim Typhoeus, ut ſemper ſub hac inſula preſſus jaceret; & ibidem venti ſemper clauſi tenebantur, niſi Aeolus emittere volebat, quos iterum, quum vellet, recludebat. vid. ſupra lib. II. 456. Comparationes hae mihi admodum ineptae videntur. quid enim commune hic hiatus, ex quo vapor aliquis ſurgebat, vel ubi *ſpiritus divinos & loquaces ventos*, ut vſ. 83. exhalabat caverna, cum ignivomis illis montibus habet?

102. *Expoſitum*] *Expertum* Thuan. ſec. ſed *expoſitum* eſt apertum, nulli clauſum, ut *exponi* dicuntur in conviviis vaſa, in tabernis merces, omnium oculis patentes, & alia. vid. Barth. ad Statii lib. I. Silv. II. 34. Plin. I. Ep. 10. de Euphrate Philoſopho. *eſt obvius & expoſitus plenusque humanitate.* non multum diverſo ſenſu, *expoſitum ſe ſaeva roganti*, Junoni dicit Juppiter apud Stat. VII. Theb. 196. ubi Schol. Barth. *addictum, deditum* explicat. pro facili vide ad Quinctil. II. de Inſt. Orat. V. pag. 152. *nullisque* Hamb. tert. *ſet labe* Oiſel. quid per *labem* illam intelligat varie tradunt interpretes. Cl. Dorvillius iis accedit, qui injuſtas preces & noxia vota intelligunt: & hoc firmari credebat illis Plutarchi pag. 384. de Delphico: ὁ φίλος Ἀπόλλων ἔοικε τὰς μὲν περὶ τὸν βίον ἀπορίας ἰᾶσθαι, καὶ διαλύειν, θεμιστεύων τοῖς χρωμένοις. Torrentio ad Horat. I. Od. 16. 5. nullus furor ſanctior eo, qui ab Apolline immittebatur. ſed non explicat, cur ſanctior reliquis. ego fateor me hoc vix capere; niſi capiamus de ficto a vatibus, non immiſſo ab Apolline, furore, uti infr. 130. & ſequentibus.

104. *Tacito mala vota ſuſurro*] *Muto* Langerm. vid. ad lib. I. 247. ita mox, 131. *muto Parnaſus hiatu*, & 218 *muta ſuſpiria.* ſed credo alterutrum eſſe gloſſam; plures tamen *tacito* agnoſcunt. de tacitis votis vid ad Petron. cap. LXXXVII. & ita Stat. VIII. 253. *Et ſcelerum tacito rimatur ſemina voto.* contra teſtes votis advocatos illuſtrat Cortius ad Plin. VI. Ep. 17. *Haud illi* Thuan. quart. non puto hic Lucanum *illi* pro *illic* dixiſſe, ut apud Virgilium Servius notat ad II. Aen. 503. & 548. & Terent. Andr. I. 2. deinde *concupiunt* Turrian.

106. *Juſtisque*] *Cunctisque* Thuan. ſec.

Saepe dedit ſedem totas mutantibus urbes,
Ut Tyriis: dedit ille minas impellere belli,
Ut Salaminiacum meminit mare. ſuſtulit iras
Telluris ſterilis, monſtrato fine: reſolvit
Aëra tabificum. non ullo ſecula dono
Noſtra carent majore Deûm, quam Delphica ſedes
Quod ſiluit, poſtquam reges timuere futura,
Et ſuperos vetuere loqui. nec voce negata
Cyrrhaeae maerent vates, templique fruuntur
Juſtitio. nam ſi qua Deus ſub pectora venit,
Numinis aut poena eſt mors immatura recepti,

Aut

benignus pro *benigne* capit Cortius ad Plin. VI. ep. 6.

107. *Sedem totas mutantibus urbes*] *Sedes* novem libri. *notas* multi; nimirum patrias, ubi habitare conſueverunt. vid. ad Phaed. I. 2 Ovid. VII. Met. 476. *votas* Turrian. *tutas* Hamb. ſec. & Rottend. ſec. a m. ſec. quod non abſurdum, ſi legas, *dedit ſedes tutas, mutantibus urbes*; conſtrui autem debet, dedit mutantibus urbes, id eſt, antiquam patriam, ſedes tutas, ut ita *ſedes quietas* Virgil. I. Aen. 205. nam ſufficit, *mutantibus urbes*, ut *notae* vel *totae* intelligantur: *mutare* enim urbes eſt aliam patriam quaerere. vid. de hoc verbo ad Ovid. I. ex Pont. El. II 7. & IV. XIV. 7. & ſupra lib. I. 684. *urbis* Thuan. tert. *motas* Cortius conjeciſſet, niſi praeter rem & numerum cenſuiſſet: quod vix intelligo, nec, quid per *numerum* velit: capio, conſtat enim ille verſui. niſi *motas* crediderit prima brevi, ut in *moveo*. ſed cur vſ. 112. non notat vitium metri?

108. *Impellere*] Pro depellere, diſcutere capiunt, unde var. lectio, *depellere*, ex gloſſa nata haereo in hoc verbo.

110. *Sterilis*] *Steriles* ſeptem codices. *monſtrato*, proprio de Diis fatidicis verbo, ut notavit Barth. ad Stat. VI. Theb 122. qui & X. Theb. 331. *monſtratam noctem* ab Apolline dixit, & ita ſaepe alii.

111. *Non ulio*] *Non nullo* Turrian. mox, *majora* Barberin.

112. *Sedes*] *Fides* Cortii MS. hoc praeter numerum & modum.

113. *Reges*] Ad Neronem refert Scholiaſtes, quem oraculum Delphicum conſuluiſſe ait Sueton. cap. XL. & Themiſtius Orat. XIX. ubi Apollo eum contumelioſe tractaſſe ſcribit. an vetuerit oracula poſtea edi, non addit.

116. *Sub pectora*] *Sub pectore* Hamb. pr. vid. lib. I. 247. notas Oudendorpii.

118. *Pretium*] Hic pro beneficio, praemio ponitur: quia repentina morte eripitur malis imminentibus, ut in fabula Cydippes & filiorum ejus apud Hyginum fab. CCLIV. *unde conſtat, nihil melius mortalibus eſſe, quam mori.* Sic lib. IV 510. *felix eſſe mori.* fluctuat admodum hic Scholiaſtes, nec veram ſententiam vidit, ubi etiam *morituris* legendum.

118. *Fluctuque furoris*] Si ita ſcripſerit Lucanus, audaci certe metaphora uſus fuit, ut, velut fluctu maris pulſantur, & concutiuntur illa, in quae venit; ita mens humana divini illius furoris fluctu obruitur. Sed quia hae vates vento quodam, aut halitu & ſpiritu impulſae ſolerent furere & oracula edere, ut ſupra vſ. 83.

vaſtos

Aut pretium: quippe ſtimulo fluctuque furoris
Compages humana labat, pulſusque Deorum
Concutiunt fragiles animas. Sic tempore longo
Immotos tripodas, vaſtaeque ſilentia rupis
Appius Heſperii ſcrutator ad ultima fati
Sollicitat. juſſus ſedes laxare verendas
Antiſtes, pavidamque Deis immittere vatem,
Caſtalios circum latices, nemorumque receſſus
Phemonoën errore vagam, curisque vacantem
Corripuit, cogitque fores irrumpere templi.
Limine terrifico metuens conſiſtere Phoebas,

Ab-

vaſtos telluris hiatus
Divinam ſpirare fidem, ventoſque loquaces
Exhalare ſolum:

cogitabam, an non *flatuque furoris* praeſtaret: nam & hae voces ſaepiſſime a librariis inter ſe permutatae, ut lib. II. 457. & alibi. non tamen contendam acriter pro hac correctione. *ſtimulis* Turrian. quod ex ſuo codice edidit Cortius. *fructuque* Voſſian. forte tamen corrupta haec vox etiam eſt, & alia, quae igni vel flammae conveniat, deſideratur: nam & infra vſ. 173. & 175. *ignem & flammam ſtimulis* jungit: an, ut *fluere* ignis dicitur, ita & *fluctus furoris* eſſet igneus ille furor? ita *flumen flammae* dixit Gratius in Cyneget. vſ. 445. ubi vid. notas. haereo.

119. *Pulſus*] *Pulſus* eleganter dixit, quibus pellitur & incitatur vates. ut Ovid. III. Amor. I. 23.

Tempus erat Thyrſo pulſum graviore moveri.

121. *Immotos Tripodas*] *Immotas* ſeptem ex noſtris, & ita MSS apud Ovidium III. Art. am 789. *Phoebeae tripodes.* Sed Voſſius de Analogia I. cap. 32. ex Senecae Medea 785. profert.

Tripodas agnoſco meos,
Favente commotos Deo.

Cortius more & jure ſuo, & forte ex Bersmanni Var Lectione dedit, *non motos*: at cur non etiam vſ. 155. *non motaque culmina*, & alibi idem auſus fuit?

122. *Fati*] *Belli* Rottend. ſec. a m. ſec. eſt autem dubium, an *ſcrutator ad ultima fati*, an *ad ultima*, id eſt, penitus, ſcrutator fati, quod magis arridebat Cl. Dorvilio. vel, *ad ultima fati*, id eſt, ad extrema, quae pati & ſubire debebat. Sic *ultima bellorum* Juvenal. XV. 95. Noſter, ſed paullum alio ſenſu, *belli ultima* lib. VII. 507. apud Ovid. XIV. Met. 803.

nec in ultima ferro Decertare places.

ubi Mediceus, *ad ultima.* III. Faſt. 537. *Hoſpitii ſervaſſet ad ultima munus.* Cortius ad Plin. II. epiſt. 13. capit, pro *uſque ad ultima.* & dici *uſque in*, & *ad* docet, de quo nemo dubitavit umquam. mox, *laxare velatas* S. Germ. a m. pr. contra metrum. *Antiſtis* MS. Cortii.

126. *Phemonoën*] *Phomonoën* Putean. & Barberin. *curiſque vagantem* Rottend. pr. Hamb. tert. Oiſel. & a m. ſec. Thuan. pr. ſolita variatione. de verbo *irrumpere* vid. ad Quinctil. II. I. pr.

128. *Limine*] *Numine* Oiſel. *Phoebe* Rottend. pr. mox, *futura* omnes ſcripti. parum refert: *abſterrere ardore* dictum, pro *ab ardore.* ut Horat. I. Sat. IV. 128.

Sic teneros animos aliena opprobria ſaepe
Abſterrent vitiis:

praepoſitionem idem addit II. Sat. V. 83.

130.

Abſterrere ducem noſcendi ardore futura
Caſſa fraude parat. *quid ſpes* (ait) *improba veri*
Te, Romane, trahit? muto Parnaſus hiatu
Conticuit, preſſitque Deum: ſeu ſpiritus iſtas
Deſtituit fauces, mundique in devia verſum
Duxit iter: ſeu barbarica quum lampade Python
Arſit, in immenſas cineres abiere cavernas,
Et Phoebi tenuere viam: ſeu ſponte Deorum
Cirrha ſilet, fatique ſat eſt arcana futuri
Carmina longaevae, vobis commiſſa, Sibyllae:
Seu Paean ſolitus templis arcere nocentes,
Ora quibus ſolvat noſtro non invenit aevo.
Virginei patuere doli, fecitque, negatis
Numinibus, metus ipſe fidem. tum torta priores
Strin-

130. *Quid ſpes*] *Quae ſpes* malebat Cortius, ut quidam ſcripti, non tamen noſtri; male. nam *quid?* eſt *propter quid.* vid. ſupra lib IV. 801. *trahet* Rottend. pr. *multo* Thuan. tert. vid. infra 218 *Parnaſos* Oiſel.

134. *Python*] *Phiton*, *Phyton*, *Phoeton*, & *Fiton*, in ſcriptis. nullus *Pytho.* vid. Cort. ad Plin. VI. Ep. 31. & quae diximus ad Quinctil. I. 4. & alibi.

136. *Tenuere viam*] In Oiſel. a m. pr. erat, *tenuere*; Heinſius huic verſui notam adpoſuerat, qua corruptos locos ſignificare conſueverat; non video, quid eam ſuſpicionem moverit. nam *tenere viam* hic eſt impedire, & obſtruere quaſi hiatum, ne poſtea Apollo, ſive ſpiritus ille divinus inde exhalet & exeat. Ovid. Epiſt. VI. 126.

Sed tenuit coeptas ſaeva noverca vias.

ſic lib. VI. 201. Noſter,

ſtat non fragilis pro Caeſare murus,
Pompejumque tenet.

& ita mox 205. *tot fata tenentur*, id eſt, in vulgus exire, vel decerni prohibentur. vid. ad lib. I. 235. & ita paſſim.

137. *Fatique ſat eſt arcana futuri* &c.] In his haerent viri docti, & variis conjecturis multa movent, ut docent notae Oudendorpii. ſed puto, unica mutata litera, ſenſum optimum exire, ſi legatur,

Farique ſat eſt arcana futuri
Carmina longaevae, vobis commiſſa, Sibyllae.

ut *fari* opponatur τῷ *ſilet.* *Carmina* habent omnes fere noſtri, & aliorum. *arcana futuri* recte dicitur pro futuri temporis, & rerum, quae poſtea evenient. Sic quidam Codices modo vſ. 129. *noſcendi ardor futuri*, ubi alii *futura.* infra 199. *nullumque futuri a ſuperis celate diem.* & *futurum* centies ita poni ſolet. Supr. II. 233. *metuens futuri*, ubi etiam *futurum* in MS. ſed imitatio Statii VI. 762. *futuri* firmat, & mox 199. *diem futuri.* Ovidius *conjectura futuri* I. Triſt. IX. 51. *ignara futuri.* XV. Met. 815. *futurorum certi.* XIII. Met. 722. hoc ergo vult Phemonoë: ſat eſt, id eſt, ſufficit vobis, Sibyllam, cujus carmina vobis ſunt commiſſa, arcana futuri temporis fari, quae vos ſoletis per Quindecimviros inſpiciendis libris Sibyllinis cognoſcere; quare vobis Romanis non neceſſe eſt ad Phoebum Delphicum decurrere.

Sat,

Stringit vitta comas, crineſque in terga ſolutos
Candida Phocaica complectitur infula lauro.
Haerentem, dubiamque premens in templa ſacerdos
Impulit. illa pavens adyti penetrale remoti
Fatidicum, prima templorum in parte reſiſtit:
Atque Deum ſimulans, ſub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confuſae murmure vocis
Inſtinctam ſacro mentem teſtata furore,
Haud aeque laeſura ducem, cui falſa canebat,
Quam tripodas, Phoebique fidem. non rupta trementi
Verba ſono, nec vox antri complere capacis
Sufficiens ſpatium, nulloque horrore comarum
Excuſſae laurus, immotaque culmina templi,
Securumque nemus, veritam ſe credere Phoebo

Pro-

Sat, *ſatis eſt*, centies hoc ſenſu occurrit. Ovid. Epiſt. XII 75. *Perdere poſſe ſat eſt*. Remed. 657. *non curare ſat eſt*. Atque ita poſſe componi, omnes aeſtus exiſtimo, &, licet raro hoc juris mihi arrogem, hic in ipſum textum recipere auſus fui. *Fari* vero proprie Deos oracula edentes, & *vates* quoque, dici, probare ſupervacaneum puto.

139. *Templis*] *Templi* Thuan. ſec.

148. *Atque Deum ſimulans*] Non inelegans lectio Thuan. ſec. & *dominum ſimulans*. ita in ſuo Berſmann. ſupra 132. *preſſit dominum* repererat. Sed hic melius convenit, vati ſimulanti, ſe jam non eſſe ſui juris, ſed poſſeſſam, inſeſſam, &, ut vſ. 193. dicit, *domitam* jam a numine eſſe, & ejus imperio futura canere; mox 168. *hominem ſibi cedere juſſit* & innumeris locis vates ita a numinibus, tanquam dominis ſuis, agi & impelli dicuntur. *atque Deum* Rottend. ſec. a m. ſec. *ſub pectore verba quieto ficta refert* MS. Cortii. mox, *confuſo* Langerm. *inſtinctam* noſtri omnes habent.

151. *Laeſura ducem*] Heinſius corrigebat, *luſura*, vid. ad Ovid. III. Amor. III. 4. quod miror Oudendorpio non in mentem veniſſe, quum *laeſura* explicet, ludibrio habitura. ſed *laedere* gravioris criminis verbum eſt.

154. *Horrore comarum*] *Errore* Hamb. ſec. & Barberin ſed, quid ſit *error* comarum, neſcio, nam & *errare* per tergum & colla dici poſſunt comae diffuſae in puellis quietis, & comtis in hunc modum; ſed *horror comarum* proprie in hac re. vid. ad Valer. Flacc. I. 229. ſoliti autem librarii has voces confundere, ut infra VIII. 5. & apud Virgilium, Ovidium, & alios, vid. ad Ovid. XIV. Met. 198.

155 *Immotaque culmina*] *Limina*, ut eſt in ſex noſtris, praefert Oudendorpius, quia ſtabat in prima parte templi, nec repugno. Sed non ideo firmatur lectio: nam in limine ſtans potuit inſtincta jam furore, (ut etiam Sibylla apud Virgilium ibi jam concepit furores) voce ſua complere templum, & hinc ad inſanientis vatis tumultum concuti culmina templi, quod nunc negat factum Lucanus, quia non erat verus furor, ſed fictus a Phoebade: alias ergo *mota* culmina, nunc *immota* manſere. & hanc lectionem *culmina*

Prodiderant. ſenſit tripodas ceſſare, furenſque
Appius; *Et nobis meritas dabis, impia, poenas,*
Et ſuperis, quos fingis, ait, *niſi mergeris antris,*
Deque orbis trepidi tanto conſulta tumultu
Deſinis ipſa loqui. Tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas, vaſtiſque abducta cavernis
Haeſit, & invito concepit pectore numen,
Quod non exhauſtae per tot jam ſecula rupis
Spiritus ingeſſit vati: tandemque potitus
Pectore Cirrhaeo, non umquam plenior artus
Phoebados irrupit Paean: mentemque priorem
Expulit, atque hominem toto ſibi cedere juſſit

Pe-

firmat altera, quae eſt in Hamb. pr. *immota cacumina templi*. Similis variatio apud Statium I. Theb. 123. ubi etiam ſtans in *limine*, vel *culmine*, Tiſiphone *infecit nube penates*. & apud Claudian. II. in Stilic. 401. pro *Pythia limina*, Heinſius ex MSS. *culmina* edidit. Quia pro utraque lectione ſtant codices plures, eligat lector, quam praeferat.

156 *Se credere*] *Cedere* Barber. qui codex mox vſ. 168. contra *ſibi credere* habebat; ſe credere, ut domino, qui illam totam teneret. *perdiderant* Thuan. quart. *prodiderat* Thuan pr. & Langerm. neſcio an hoc voluerit, au quia *nemus* eſt proximum, *prodiderant* convenire remotioribus docuerit Cortius, quod magis puto. vide ejus notas ad Plin. v. Ep. XIX. 3 *ſenſit* omnes fere.

158 *Et nobis*] Heinſ. *at*; apta furenti, & acriter increpanti Appio particula, ut saepe notatum. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XII. I. *quas fugis* tert. Rottend. a m. ſec. *antro* etiam Richel. a m. ſec. ſed vitioſe *antros*.

162. *Adducta*] *Abducta* tres e noſtris. *obducta* Turrian. *immerſa* Thuan. quart ſed *abducta* melius vim rapientis Dei notat. nam ad intimum receſſum a Deo raptam patet ex verbo *mergeris*, & vſ. 192. *Cavernis* conſtruendum cum *haeſit*, puto, id eſt, manſit ad illum hiatum in loco depreſſiori, quam ſolum aut pavimentum templi, & cui impoſita erat cortina. *Abducta* ergo a prima parte templi ad *adyti penetrale remoti* vſ. 147. Semper fere *abductus*, & *adductus* variant, & utrumque verbum poteſt ſaepe defendi: hiatus vero ille depreſſior erat ſolo templi, unde *antrum* & *caverna* dici jure poterat, cujus fundus eſſet inferior. vid. Serv. ad Virgil. III. Aen. 92. ubi hunc Lucani locum reſpicere recte putavit interpres. mox, & *invito* Rottend. pr. Hamb. ſec. & tert. quod cum Oudendorpio praefero τῷ *inſueto*: nam timida & pavida erat vates, ne poena recepti numinis mors eſſet, ut ſupra vſ. 118. vid. & 145. ſimilis varietas apud Phaedr. III. Prolog. 21. *conceptum eſt* Hamb. tert. *nomen* Turrian.

165. *Ingeſſit*] *Inceſſit* Rottend. tert. a m. ſec. *pectore virgineo* Rottend. ſec. a m. ſec. mox, *irrupit* omnes. imitatus Statius lib. X. Theb. 445.

Saepe hanc dignare irrumpere mentem.

168. *Cedere*] *Credere* Barberin. & ita Steph. in Servio ſuo ad Virgil. III. Aen. 433. & vitioſius *dicere* Daniel.

170. *Vittaſque*] *Mitraſque Dei* Hamb. tert. vid. ad Ovid. XIII. Met. 643. Heinſius cor-

Pectore. bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, vittasque Dei, Phoebeaque ſerta
Erectis diſcuſſa comis, per inania templi
Ancipiti cervice rotat, ſpargitque vaganti
Obſtantes tripodas, magnoque exaeſtuat igne,
Iratum te, Phoebe, ferens: nec verbere ſolo
Uteris, & ſtimulis: flammas in viſcera mergis.
Accipit & frenos: nec tantum prodere vati,
Quantum ſcire, licet. venit aetas omnis in unam
Congeriem: miſerumque premunt tot ſecula pectus:
Tanta patet rerum ſeries, atque omne futurum
Nititur in lucem: vocemque petentia fata

Luc-

corrigebat etiam, *Peneaque ſerta*, forte quia Noſter & *Theſſalicas* dixit *laurus*, VI. 409. ſed hic in ipſo templo Delphico melius *Phoebea ſerta* dicuntur: nam vſ. 144. *Phocaicam laurum* dixit. & *Parnaſida* Ovid. XI. Met. 165. & idem *Phoebeam* dixit IV. Triſt. II. 51. & ita ſaepe *Apollinea* dicitur. mox, *erectas diſcuſſa comas* vir doctus apud Cortium, ut erat in Voſſian. ad quem Graecismum illuſtrandum hic, & ad lib IV. 726. larga manu ſe multa congeſſiſſe profitetur ad Plin. II. Ep. XI. 10. ſed hoc jam toties factum nemo ignorat. & tamen hic locum non habere puto: non enim diſcutit *comas*, ſed *vittas & ſerta*, erectis furens comis. *diſcutere* hic eſt a capite excutere, ut apud Ovidium in III. Art. 29. *diſcutere flammas & arcus*, eſt amorem ex pectore fugare, ejicere. & ſic *diſcuſſa luxuria* Quintil. Declam CCXLV. *erectis* Thuan. quart. Heinſius, *arrectis diſcuſſa comis* volebat. *ſparſitque* Rottend. tert. *aſtantes* Rottend. ſec. *igni* Thuan. pr & Oiſel.

174. *Nec verbere ſolum*] Ita Rottend. pr. & a m. ſec. tert. pro *ſolo*. *& ſtimulis* undecim, ex quibus tres etiam *ac*, unde credo bene *ac* feciſſe Oudendorpium, ſi haec lectio ſervanda; licet *et* poſſet defendi ex lib. IV. 759.

Inque gradum neque verberibus, ſtimulisque coacti.

& ita Statius Theb. V. 232. *ſtimuliſque & verbere crebro In mores negat ire ſuos*. & VI. 460. *nec jam ſufficiunt ſtimuli nec verbera*. ubi antiq. Schol. differre docet; *flagella* ſonitum excitant, ad *ſtimulos* autem requiritur vox hominis. ſtimulum poſſe conſpici apud Rubenium lib. I. Elect. 30. monſtraverat Barth. ad Stat. I. Silv. I. 36. *ſtimulos flammaſque* nonnulli hic legunt & perperam jungunt. *Flammiſque in viſcera merſis* tert. Rottend. Cerda ad Virgil. VI. Aen. 79. culpat Lucanum, quod *ſtimulos & flammas* conjunxerit. ſed quia praeceſſit, *magno exaeſtuat igni*, poteſt ferri, ſi *ſtimulis* maneat.

177. *Licet*] *Libet* Hamb. ſec. ſed Serv. ad Virgil. III. Aen. 379. & VI. 40. *licet*, dat. & recte explicat Waddel. Animad. Critic. pag. 132.

179. *Tanta*] *Quanta* Thuan. ſec. *futuram* Rottend. ſec. *nititur* omnes ſcripti. quare retinui, licet nec *mittitur* abſurdum ſit, de quo ad Valer. Fl. II. 439. qui totus locus cum hoc comparari debet. Sed *mittitur* majorem facilitatem exeundi notaret, quam *nititur*, quod hic praeferendum deinde omnes noſtri, *vocemque petentia*. nam licet verum

 ſit,

Luctantur: non prima dies, non ultima mundi,
Non modus Oceani, numerus non deerat arenae.
Talis in Euboïco vates Cumana receſſu,
Indignata ſuum multis ſervire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum ſtrage ſuperba
Excerpſit Romana manu. ſic plena laborat
Phemonoë Phoebo, dum te conſultor operti
Caſtalia tellure Dei vix invenit, Appi,
Inter fata diu quaerens tam magna latentem.
Spumea tunc primum rabies veſana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: tunc maeſtus vaſtis ululatus in antris,
Extremaeque ſonant domita jam virgine voces.

Ef-

ſit, *voces* & *fauces* ſaepe commutari, ut & notavimus ad Calpurn. Ecl. VI. 23. nuſquam tamen legi *faucem petere*, niſi ſi quis telo aut gladio vellet alicujus jugulum petere, & aliud longe eſt, *fauces obſtruere*, id eſt, efficere, ne quis poſſit vocem emittere, aliud *petere*. Videndum enim ſemper, an adjunctum verbum conveniat rei, de qua agitur: fata vero tot ac tanta, quae concepit pectore, luctantur, quaenam prima prodeant ex pectore, & deinde enuntientur, & petunt pronuntiari a vate plena Deo. *non ultima belli* Hamb. tert. Sic *ultima belli* pro *fati* erat in uno ſupra 122. unde forte repetit Librarius.

183. *Talis*] Ita omnes ſcripti. Cortius tamen, *qualis*, vel *qualiter Euboico* malebat. *vatis* Richel.

189. *Tam magna*] Ita omnes ſcripti. *Te magna* vix placet, quia *te* jam praeceſſit. nec etiam *magna* ſollicitandum: nam vult Appium non eſſe eum, qui cum aliorum, ut Caeſaris & Pompeji, fatis comparari poſſit, ſed latere eum in turba reliquorum Romanorum, qui, ut & Appius, debent ſequi fata ducum, quorum fata majora erant. ita lib. VI. 605. *ſi fata minora moveres.* & lib. X. 384. *ad ſcelus ingentis fati ſumus.* & Virgil. III. Aen. 374. *Te majoribus ire per altum Auſpiciis manifeſta fides.* & ideo mox 340.

nunquam ſic cura Deorum
Sepremet, ut veſtrae morti, veſtraeque ſaluti
Fata vacent:

non enim *vacant* fata morti aut ſaluti *militum*, vilium hominum, ſed tantum Caeſaris & Pompeji, ut lib. VII. 208. *coelum omne* illis *vacaſſe* ait. De his fatis majoribus, quae vincunt minora, egi ad Ovid. I. epiſt. 28. & alibi. Stat. II. Ach 248. de Achille, *magnis qui Pelea fatis Impleat*, ut emendarunt viri docti, pro *factis*. Eleganter vero dicit, Appium ita latere in turba, ut vix inveniret illum quaerens inter tam magna Caeſaris & Pompeji, primorumque Romanae gentis, fata. vid. & infra lib. VII. 113. & ita Turnus jactat apud Virgil. IX. Aen. 136.

ſunt & mea contra
Fata mihi.

ubi vide quae notavi.

191. *Anhelo clara meatu*] Varia tentant viri docti, &, quia *anhelo* & *clara* ſibi repugnant,

Effugis ingentes, tanti diſcriminis expers,
Bellorum, Romane, minas: ſolusque quietem
Euboici vaſta lateris convalle tenebis.
Caetera ſuppreſſit, faucesque obſtruxit Apollo.
Cuſtodes tripodes fatorum, arcanaque mundi,
Tuque potens veri, Paean, nullumque futuri
A Superis celate diem, ſuprema ruentis
Imperii, caeſosque duces, & funera regum,
Et tot in Heſperio collapſas ſanguine gentes
Cur aperire times? an nondum numina tantum
Decrevere nefas? & adhuc dubitantibus aſtris
Pompeji damnare caput, tot fata tenentur?
Vindicis an gladii facinus, poenasque furorum,

Re-

gnant, *dura*, *rauca*, *clauſa*, *elata*, *eliſa*, *dicta*, *facta* proferunt Oudendorpius, Waddelius & Cortius, partim ex ſcriptis, partim ex conjectura. Sed noſtri nihil mutant. Cogitabam etiam ipſe, an non *rara* praeſtaret, quia voces hae ſaepe confuſae, ut lib. IV. 123. & alibi ſaepe. & quia antea, dum adhuc *quieto pectore* eſſet vſ. 149. *nullo confuſae murmure vocis*, nunc vero teſtatur ſe vere a Deo poſſeſſam, quod requirebatur, ut veras eſſet furor, & verba eſſent rupta tremenri ſono: hinc jam prae rabie *rara & interrupta* murmura ex *anhelo* & luctanti pectore erumpebant, deinde ululatus, & hinc demum voces. anhelantes enim, antequam animam recipiant, ruptas voces, deinde integras edunt. Stat. XI. Theb. 241.

haec trepido vix intellectus anhelat.

Et hinc ſi quis *clara* velit tueri, illa opponat *confuſo* illi & rupto murmuri & ſono, ita ut eluctata tandem vates poſt murmura, clara jam voce, magna & ſonanti, quae exaudiri & intelligi poſſet, ederet Appio fata. & hoc fere placet prae aliis conjecturis. ut infra 155. poſt pavidum murmur & iram pectore tecto luctantem; *effudere minas*, voce nempe minaci. & hoc firmant voces ſeq. vſ. 194. editae.

192. *Tunc moeſtus vaſtis ululatus in antris*] In Langerm. a m. pr. erat, *mixtus*, quod Heinſius arripiebat.

193. *Extremae voces*] Sunt jam fere deſinentes, ut *extrema tonitrua* apud Ovid. XII. Met. 52. vide ad Petron. cap XXII. vel *extremae*, ultimae poſt murmura & ululatum.

194. *Tanti*] *Tantis* S. Germ. mox, *bellorum in Romane minas* Turr. & Barberin.

196. *Vaſta lateris convalle*] *Lateris media convalle* habet Sarisber. lib. II. cap. 27. *cum valle* Thuan. quart. mox, *obſtrinxit* Putean. & S. German. *obſtruſit* Langerm. ſec. *fauces* quatuor.

198. *Tripodes*] *Tripodae* Hamb. quart. *Tripodas* pr. mox, *nullumque futurum*, & *nullique futuri* MSS. Cortii. vid. ſupr. 137. *ſuprema* tres libri, unde *ſupprima* ortum.

203. *Times*] *Timens* Thuan. quart. *aut nondum* Rottend pr.

205. *Tenentur*] Id eſt, *celantur*, *edi prohibentur*: vide ſupra ad vſ. 136.

206. *Furorum*] *Furoris* decem.

208

Regnaque ad ultores iterum redeuntia Brutos,
Ut peragat fortuna, taces? tunc pectore vatis
Impulſae ceſſere fores, excluſaque templis
Proſiluit: perſtat rabies, nec cuncta locutae,
Quem non emiſit, ſupereſt Deus. ille feroces
Torquet adhuc oculos, totoque vagantia coelo
Lumina: nunc vultu pavido, nunc torva minaci,
Stat numquam facies: rubor igneus inficit ora,
Liventesque genas: nec, qui ſolet eſſe timenti,
Terribilis ſed pallor ineſt: nec feſſa quieſcunt

Cor-

208. *Taces*] *Tacens* Barberin.

208. *Tunc pectore vatis Impactae ceſſere fores*] In Rottend. tert. erat *impulſae*, & ita Schol. legiſſe videtur. nam inſolentior eſt locutio, *fores impactae pectore*, quae vel per Hypallagen eſſet explicanda, pro *pectore impacto foribus*, vel *pectore* pro *pectori* capiendum, quae dura nimis videntur. Sed *impulſae* proprie fores dicuntur, quum impetu quodam & vi, etiam divina quaſi, pulſatae ſponte patent. Sic apud Petron. cap. XVI. adveniente Quartilla, *oſtium audaci ſtrepitu impulſum, ſponte ſera delapſa, & recluſae fores*: ita Aeolus *impellit* montis portas apud Virgil. I. Aen. 85. vid. & Valer. Flacc. I. 609. & II. 273. & ſaepe apud alios; & ita hic vates pectus ſuum admovens foribus eas *impellit*, & ſtatim patuere. Mutatum credo, quia ſequebatur, *expulſaque*, ut in multis erat: ſed in editis multis & in quatuor noſtris eſt, *excluſaque*, quod verum puto, quia, quum patuiſſent fores, & vates ingreſſa eſſet, illam vi deinde compulſam egredi, & ſtatim iterum fores ſponte clauſas fuiſſe, credendum eſt. Cortius dat, *excuſſaque*, ſi auctores libros haberet, non rejicerem.

211. *Perſtat*] *Reſtat*. Thuan. pr. tert. & Oiſel. *praeſtat* Richel. fruſtra. vid. lib. IV. 30. *nec cuncta locuta*, ſine *eſt* in Thuan. tert. Turr. & a m. pr. Oiſel. unde faciebam in notis ad Val. Flacc. V. 237. *locutae*, quod probat Oudendorp. & Cortius, & in textum receperunt. & ſaepe illam Diphthongum *ae* tranſiiſſe in *eſt*, vidimus ad Virgil. I. Aen. 604. & alibi. *loquentem* MS. Cortii. *quem nondum emiſit* volebat Heinſius; &, *ille* ſex libri. mox, pro *totoque* Heinſius aliam vocem ſubſtituerat, quam prae litura agnoſcere non potui. *tantoque* Rottend. tert. & MS. Cortii, apud quem vir doctus, *notoque*. Aliud quid latet; ſed vulgata ſatis placet.

215. *Solet eſſe timenti terribilis*] Ita male diſtinguitur in quibusdam editis: nam diverſus pallor eſt in metu, ut VII. 129. alius in aliis animi adfectionibus, ut in ira, qui recte *terribilis* dici poteſt. Statius V. 264. *vix primus ab ira Pallor*. ubi vide Barth. ita *truculentus pallor* Stat. X. 657. mori cupientis in ore Menoeci.

217. *Timidus*] *Tumidus* multi, & recte vindicatum ab Oudendorpio, cui tamen non accedo Graeciſmum hic ſtatuenti, *rauca gemit*, id eſt, murmur raucum gemens, ut etiam in indicem retulit *rauca gemit pontus*, quum debeant jungi, *poſt flamina rauca*, & *gemit* abſolute capi. vid Barth. ad Stat. II. Theb. 49. ſic IV. 756. *Pectora rauca gemunt*.

218. *Multa levant ſuſpiria*] *Muta* ſeptem libri, quod Heinſio placebat, & adſcripſerat locum Claudian. Rapt. III. 160.

Abrumpit mutas in fata querelas.

& etiam Oudendorpius poſtea probavit in notis

Corda, ſed ut tumidus Boreae poſt flamina pontus
Rauca gemit; ſic multa levant ſuſpiria vatem.
Dumque a luce ſacra, qua vidit fata, refertur
Ad vulgare jubar, mediae venere tenebrae.
Immiſit Stygiam Paean in viſcera Lethen,
Quae raperet ſecreta Deum. tum pectore verum
Fugit, & ad Phoebi tripodas rediere futura:
Vixque refecta cadit. nec te vicinia leti
Territat ambiguis fruſtratum ſortibus, Appi:
Jure ſed incerto mundi, ſubſidere regnum

Chal-

tis ad Frontin. I. VI. 2. & Cortius recepit in textum. eadem variatio ſupra 131. & VII. 129. vid. & ad lib. I. 247. *muta* ſunt ſine voce. ut ſupra vſ. 104. in codice Langerm. *muto ſuſurro*, pro *tacito*. Sed ego *multa* retineo, non enim uno, ſed multis ſuſpiriis & frequentibus levari poterat vates; egerere debebat reliquias furoris *multis* ſuſpiriis, & redire ad ſtatum priorem. & ita congruit comparatio. ut enim mare agitatum procellis ſonitum edit, gravem, qui late exaudiri poteſt, deinde feſſo & rauco vento gemit modo, id eſt, levius ſonat, & non longe audiri poteſt: ita ceſſante rabie Pythias ſuſpirat modo, & crebris illis ſuſpiriis tandem levatur & liberatur a furore, & quieſcit ejus cor feſſum. *ſic nulla* Hamb. quart.

219. *Dumque a luce*] *Dum qua luce* Voſſian. *vulgare* autem *jubar* vocat ſolem, omnibus communem, ut Ovid. VI. Met. 350.

Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit. ubi vide notas. Allegoricae interpretum expoſitiones mihi non adrident. *Vulgare jubar* opponitur *ſacrae luci*, illud profanis, in aperto coelo, haec Sacerdotibus fulgebat, in templo & antro.

221. *Stygiam*] *Stygiam* Hamb. ſec. & quart. *in viſcere* Thuan. quart. & Hamb. quart. *lethe* hic eſt oblivio omnium quae viderat, & agitante Deo dixerat. mox *cadit*, eſt moritur.

224. *Refecta*], *Referta* Thuan. ſec.

225. *Sortibus*] *Sordibus* Thuan. ſec. Hamb. ſec. & Langerm.

226. *Jure ſed incerto*] *Sub incerto* Hamb. tert. quod explicari poſſet, ſub hoc praetextu, quod, Caeſare & Pompejo de imperio certantibus, incertum adhuc eſſet, nec decretis Deûm eſſet proditum, quis dominus deberet imponi Romae; & tunc ſi *ſubſidere* pro inſidioſe invadere ſumi poterit, deberet conſtrui, *Nec te vicinia leti territat ſubſidere regnum ſub incerto jure*, quia nimirum nihil adhuc a Diis decretum erat, ſed omnia incerta. & neſcio an ita ceperit Cortius, qui ad Plinii VI. Ep. 19. de infinitivorum ſimili uſu agens, lectorem ad hunc locum remittit: nam ſi *paras ſubſidere* conjungeret, nihil hic figurati aut inſoliti video. licet editio ejus ita diſtinguere videatur. Si *ſubſidere* pro *ſubſiſtere*, (quod erat in *Oiſel.*) capiamus, ſenſus non erit admodum planus: quare vulgatam retineo, quia *ſub* & *ſubſidere* in eodem verſu non multum placet, licet forte Lucanus talia non ſtudioſe curaverit vitare; & diſtinctione poſita poſt *Appi*, reliqua ita explicarem; ſed tu vana ſpe rapte, (*capte* malebat Heinſius) Euboicae Chalcidos, parabas ſubſidere regnum, id eſt, ex occulto, & quieſcens in Chalcide Euboica inſidiari regno, dum jus mundi adhuc incertum erat; vel poſita diſtinctione poſt *ſubſidere*, nec te territat vicinia leti ſubſidere, jure etiam nunc incerto mundi, ſed parabas regnum, rapte

vana

Chalcidos Euboicae, vana ſpe rapte, parabas.
Heu demens, nullum belli ſentire fragorem,
Tot mundi caruiſſe malis, praeſtare Deorum,
Excepta quis Morte, poteſt! ſecreta tenebis
Litoris Euboici, memorando condite buſto,
Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos,
Et tumidis infecta colit qua numina Rhamnus,

Ar-

vana pe Chalcidos Euboicae. quaſi ibi quietem poſſes tenere, dum alii inter ſe pugnant, nec intelligis per *quietem* in Chalcide tibi *mortem* praedici, unde dementia tua adparet, quaſi *quies* in tot mundi motibus & malis tibi poſſet contingere, niſi ſola morte. nondum tamen liquida omnia eſſe puto. videant eruditiores. *ſub* & *ſed* etiam in ſcriptis variare videbis infr. IX. 307. Subjiciam hic obſervationem juvenis, & alumni diſciplinae noſtrae, quam mecum communicavit, non ut omnia probem, ſed ne conatus tironum premere & celare velle videar. ita ille ſcripſit. Locus hic mea ſententia eſt inſigniter depravatus, & in quo multi viri docti ſe multum torquent. Sed fruſtra. Neque enim, quid ſit *jus illud incertum mundi* video, neque an ita recte explicari poſſit, ſcio. Neque quod nihil adhucdum a ſuperis decretum erat, uter deberet dominus imponi Romae. neque etiam illud *ſubſidere* mihi admodum placet, & vehementer dubito, an illud verbum *ſubſido* (quod nunquam alio ſenſu apud probatiſſimae Latinitatis ſcriptores, niſi in ſignificatione τοῦ *deprimi, deorſum vergere, ad fundum ſidere*; occurrit, uti ſexcentis Poetarum locis oſtendi & confirmari poſſet) ita aeque bene poſſit exponi, ut viri docti volunt, pro *inſidiari, inſidioſe invadere*, quo ſenſu nunquam capi poſſe arbitror. neque etiam puto, hoc verbum *ſubſido*, quod, ut & ejus ſimplex & primitivum *ſido*, ſemper neutraliter ſumitur, unquam ſatis Latine cum caſu aliquo, qui ab eo regatur, conjungi poſſe. Neque eſt quod mihi quis objiciat ita locutum Sil. Ital. qui lib. XIII. vſ. 22. dicit *ſubſidere leonem*. quippe ille locus etiam in mendo incubat, quem mox emendabimus. Et ibi non accedo Cl. Drakenborchio, qui inde *ſubſeſſor* deductum vult, quod vix videtur, quum a *ſubſideo* debeat deduci, quod verbum cum *ſubſido* confundi ſolet. & multi etiam cum eo viri docti errant errorem eundem, qui putant haec verba idem paene ſignificare, & nullam fere faciunt diſtinctionem, quae ſane, licet difficilis intellectu, magna tamen eſt. Quippe differunt in ſyllabarum quantitate, quum *ſubſido* mediam ſyllabam, *ſi* longam; *ſubſideo* vero eandem ſyllabam brevem habeat; deinde quod *ſubſideo* notet in inſidiis latere, inſidiari, quod de venatoribus & militibus dicitur proprie, (quod hic, ſi ſyllabarum quantitas ſineret, praeſtaret τῷ *ſubſido*) ut recte oſtendit Scheffer. ad Phaedr. III. 10. & Valeſius ad Amm. Marcell. XIV. 3. & quod Gr. vocant ἐφεδρεύειν, & ipſe Cl. Burm. ad Petron. cap. XL. & LXIX. *ſubſido* vero nihil aliud notat quam (ut ſupra dixi) *deprimi*, ad fundum vergere, ut Cl. Burm. notavit ad Quinctil. III. 8. pag. 285. haec vero horum verborum confuſio inde nata eſt, quod viri docti putarint *ſubſido* in praeterito facere *ſubſedi*, ut *ſubſideo*, quod falſum puto. & rectius multo eſſe arbitror, ſi in praeterito ſcribamus *ſubſido*, *ſubſidi*, ut ſimplex *ſido*, *ſidi*, ut *ſtrido*, *ſtridi*, quod & obſervaſſe videtur Francius, qui ut notat Clar. Burm. ad Ovid. I. Faſt. 598. ibi legebat,

Ictaque ſubſidit pondere molis humus.

ut & ſcribendum opinor apud eundem III. Faſt. 330.

Terraque ſubſidit pondere preſſa Jovis.

vid. & Broukhuſ ad Propert. III. VII. 37. Quae quum ita ſint, & verbum *ſubſido* ita rite explicari non poſſit, meam qualemcumque

que

Artatus rapido fervet qua gurgite pontus,
Euripusque trahit, curſum mutantibus undis,
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulin.
Interea domitis Caeſar remeabat Hiberis,
Victrices aquilas alium laturus in orbem:
Quum prope fatorum tantos per proſpera curſus
Auertêre Dei. nullo nam Marte ſubactus

que de hoc loco conjecturam proferam. Puto igitur depravationem ex prava nominis & praepoſitionis conjunctione ortam, & ita aliquantum levicula immutatione ſenſum poſſe erigi, ſi una tantum litetula mutata ita ſcribamus, & diſtinctionem corrigamus,

Nec te vicina leti
Territat ambiguis fruſtratum ſortibus, Appi
Dure! ſed incerto mundi ſub ſidere, regnum
Chalcidos Euboicae, vana ſpe rapte, parabas.

& tum ita explicarem. Sed tu o, Appi dure! lente, qui non movebaris praedicta tibi ab oraculo morte, jam *parabas*, & adfectabas, & inſidioſe moliebaris, (quae *parare* ſignificatio eſt, quae clandeſtinas inſidias ſupponit, ut *parare fugam*: inſidioſe moliri, *parare arma*, *venenum* &c.) regnum Chalcidos, ſub *incerto mundi ſidere*, id eſt, in incerto rerum mundanarum ſtatu: quippe, quum ubique adeo turbaretur, & omnis mundus bello conflagraret, quo rerum ſtatu incertus Appius, cujus partes ſequeretur (quippe Caeſar & Pompejus pari adhuc uterque fortuna pugnaverant,) conſuluit oraculum. Ut *ſidera certa* ſunt navigantibus, ad quae curſum ſuum intendere poſſint; *incerta* contra, ut Valer. Flacc. I.

Neque enim in Tyrias Cynoſura carinas
Certior, aut Grajis Helice ſervanda magiſtris.

& centies ita. Similiter quoque in illo Silii loco lib. XIII. 221. legi poſſe arbitror,

Sub ſidere ſaepe leonis
Nudus inire caput pugnas, certare juvenco &c.

ſub ſidere Leonis, id eſt, ardentiſſimo aëris media aeſtate fervore, quum ſol Leonem ingreditur, ut ita tempus, & illius in aeſtu tolerando patientiam denotaret. nam verbum *ſubſidere* ibi nihil eſt. Hactenus ille: in quibus illa, quae de *ſubſidĕre* & *ſubſidēre* obſervat, ſatis probabilia videntur: ſed *ſub ſidere mundi*, dici pro ſtatu rerum humanarum aut Romanarum vellem aliis exemplis probatum. Nam *ſidera mundi*, ſive coeli, pro plagis, regionibus, dici ſolent, ut apud Noſtrum VIII. 816. & alios. *jus* vero mundi etiam lib. II. 321. occurrit. & quia illud *ſubſidere regnum* durum jure videri poſſet, (licet multa exempla adtulerit Heinſius ad Virg. XI. Aen. 268. ſed ubi ſaepe dubium eſt, an a *ſubſido*, an a *ſubſideo* ſint petenda) forte locus planior eſſet, ſi legeretur,

Jure ſed incerto mundi, ſubſiſtere, regni,
Chalcide in Euboica, vana ſpe rapte, parabas.

nam regnum Chalcidis adfectaſſe, nullum indicium eſt, ſed ibi tam diu quieſcere & ſubſiſtere cogitabat, donec inter Caeſarem & Pompejum, quorum amborum mortem exſpectare volebat, res decreta eſſet, & tunc ſibi regnum Romae poſſet parare. *ſubſiſtere* neceſſario requiritur, quia *quietem* oraculum dixerat. Sed relinquamus locum deſperatum, aliis ſanandum.

233. *Et tumidis*] *At* Thuan. ſec. *tumidos* Turrian. *quae numina* Hamb. pr. & quart. *Rhamnis*, *Rhamnus*, *Rampnis* & *Rhamnes* in ſcriptis.

235. *Mutantibus*] Ita ſcripti omnes & editi, & Lutat. ad Stat VII. Theb. 333. Gryph. tamen edidit, *curſum nutantibus*. Mox, *Aulin* plurimi.

237. *Caeſar remeabat*] *Remeabat Caeſar* Rottend. pr. & tert. *remeavit* Thuan. pr. tert. & Oiſel *victriceſque* Oiſel.

240. *Avertêre*] *Advertêre* Rottend. ſec. & tert. *nullo jam* Hamb. tert.

Intra caſtrorum timuit tentoria ductor
Perdere ſucceſſus ſcelerum: quum paene fideles
Per tot bella manus ſatiatae ſanguine tandem
Deſtituêre ducem: ſeu maeſto claſſica paullum
Intermiſſa ſono, clauſusque, & frigidus enſis,
Expulerat belli furias: ſeu, praemia miles
Dum majora petit, damnat cauſſamque, ducemque,
Et ſcelere imbutos etiam nunc venditat enſes.
Haud magis expertus diſcrimine Caeſar in ullo eſt,
Quam non e ſtabili, tremulo ſed culmine cuncta
Deſpiceret, ſtaretque ſuper titubantia fultus.
Tot raptis truncus manibus, gladioque relictus
Paene ſuo, qui tot gentes in bella trahebat,
Scit non eſſe ducis ſtrictos, ſed militis, enſes.
Non pavidum jam murmur erat, nec pectore tecto
Ira

244. *Deſtituere*] *Deſeruere* S. Germ. *Claſſica miles* Thuan. ſec.

247. *Expulerat*] *Expulerant* Rottend. ſec. & Cortius. vid. ad lib. IV. 619. *ſeu proelia* Oiſel. a m. pr.

248. *Etiam nunc*] *Etiam tum* Turrian. *venditat* ſeptem ſcripti. vid. infra VIII. 675. ſenſus eſt, licet jam ſe ſcelere polluiſſent, & ita obligati eſſent ad poenas, ut hoſtes reipublicae, nec impune a Caeſare poſſent deſciſcere, tamen etiam nunc oſtendebant, ſe ad plus offerentem tranſituros.

249. *In ullo eſt*] *Eſt* non erat in ſex. *cum non* S. Germ. male. ita lib. IV. 576. *Percipient gentes, quam ſit non ardua virtus, Servitium fugiſſe manu.* vide Cort. ad Plin. VI. Ep. VIII. §. 2. *aſpiceret* Thuan. ſec.

252. *Tot raptis*] *Tot ruptis* S. Germ. *manus* hic recte Sulpitius *milites* exponit. vid. infra 326. & Oudendorp. ad vers. 311. & alibi ſaepe.

253. *Qui tot*] *Quo tot* Thuan. tert. *non eſſe duces* Oiſel.

255. *Nec pectore tecto*] *Jam pect.* Turrian. *non* Oiſel. *pectore toto* tres Cortii. ille conjiciebat, *nec p. tecta ira latet.*

257. *Pavet*] *Timet* Thuan. quart. Rottend. ſec. & Turrian. & Cortii MS. *regnorum in juſta* Turrian. mox, *ipſe metus* Rottend. tert. *exſolvere metus* dictum, ut *ſolvere metus* infr. 782. ubi vide.

266. *Pars jacet Heſperia*] *Heſperiae* ex uno codice praefert Oudendorpius. non video, quo ſenſu: nam ſi cum *jacet* conſtruas, deberet capi, ut *ſterni terrae* & *terra*, ut ſupra IV. 647. & alibi. Si cum *pars*, non apte reſpondet praecedentibus, partem Gallia & Hiſpania eripuit, ſed pars noſtri, id eſt, militum, jacet in Italia, qui ibi occiſi ſunt. Sed quum non multum ſit pugnatum in Italia, fugiente Pompejo, & dedentibus ſe ultro urbibus & militibus, *jacet* hic non caperem pro occiſi ſunt, ſed pro; pars *cubat* valetudine adverſa & morbis tentata: nam Caeſar lib. III. Bell. Civ. 2. ait, *multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hiſpania magnum*

Ira latens: nam quae dubias conſtringere mentes
Cauſſa ſolet, dum quiſque pavet, quibus ipſe timori eſt,
Seque putat ſolum regnorum injuſta gravari,
Haud retinet. quippe ipſa metus exſolverat audax
Turba ſuos. quidquid multis peccatur, inultum eſt.
Effudere minas: *Liceat diſcedere, Caeſar,*
A rabie ſcelerum. quaeris terraque marique
His ferrum jugulis, animasque effundere viles
Quolibet hoſte paras: partem tibi Gallia noſtri
Eripuit: partem duris Hiſpania bellis:
Pars jacet Heſperia: totoque exercitus orbe
Te vincente perit. Terris fudiſſe cruorem
Quid juvat Arctois, Rhodano, Rhenoque ſubactis?
Tot mihi pro bellis bellum civile dediſti.
Cepimus expulſo patriae quum tecta Senatu,

Quos

magnum numerum deminuerat, & gravis autumnus in Apulia circumque Brundusium, ex ſaluberrimis Galliae & Hiſpaniae regionibus, omnem exercitum valetudine tentaverat. Jacere vero ita utitur Plinius v. Ep. 9. *Julius Valens graviter jacet*, & ſic ſumi vel Lexica docent. Omnibonus explicat, apud Maſſiliam in Italia; ſed illam urbem nemo Italiae tribuit. *Heſperia* vero eſt Italia. vid. Schol. Horat. ad lib. II. Od. I. deeſt vero praepoſitio *in* ſaepe. vid. VIII. 428.

266. *Totoque exercitus*] Nihil hic mutandum contra ſcriptos. Exercitus ſparſus per totum orbem; nulla quiete data, poſt tot ſtipendia, etiam in curſu victoriarum omnis perit. vid. vſ. 276. & ſeqq. & ita laudat Schol. Horat. ad lib. II. Od. I.

268. *Quid juvat*] *Quo* Turrian. *Rheno, Rhodanoque* Thuan. quart. & Rottend. ſec. & Cortius.

269. *Tot mihi*] Dixerat vſ. 260. *effudere minas*, & ſermo hic multorum eſſe debet, ut *cepimus, imus.* &c. quare quum ita variet numerum Lucanus: (nam vſ. 289. iterum, *Rheni mihi Caeſar in undis Dux erat.* & 295. *haec fatus*, ſcilicet miles) debemus fingere inter multas exercitus confuſas voces & murmura, aliquem pro toto exercitu orationem hanc habuiſſe. aut *miles* pro toto exercitu capiendum, quamvis non ſatis exacto judicio hic agere Lucanum putem. *dediſtis*? erat in Hamb. quart. ſed, cum nota interrogationis *dediſti*? erat in Rottend. tert. Cogitabam:

Tot ſi pro b. b. c. dediſti? vel
Tot niſi pro b. b. c. dediſſe? ut pendeat a *quid juvat fudiſſe cruorem*, ſi dediſti iterum pro tot bellis civile, multo atrocius.

270. *Expulſo*] *Expulſae* Lang. mox, *vel quid licuit ſpoliare Deorum* Turrian. quod non diſplicere poſſet alicui. Sed hic jactant milites, ſe cepiſſe quidem Romam, ſed non licuiſſe ſpoliare, hac poteſtate ipſis non data a Caeſare, & hac pietate repreſſos, & ideo pauperes ſe eſſe; atqui, fugiente Pompejo Brudusium, inſecutus cum exercitu Caeſar, rediit Romam ſine milite, exerci-

Quos hominum, vel quos licuit ſpoliare Deorum?
Imus in omne nefas, manibus, ferroque nocentes,
Paupertate pii. finis quis quaeritur armis?
Quid ſatis eſt, ſi Roma parum? jam reſpice canos,
Invalidasque manus, & inanes cerne lacertos.
Uſus abit vitae: bellis conſumſimus aevum.
Ad mortem dimitte ſenes. en improba vota:

Non

tu diviſo per municipia & urbes Apuliae. vid. eum lib. I. de B Civ. 32. & mox iterum Romam Lucanus ait Gaeſarem ſine milite petere, juſſis militibus alia via Brunduſium ire vſ. 381. & videtur Caeſar caviſſe, ne Roma ſentiret bellum civile, ne, ut Cinnae, Marii & etiam Sullae exemplo, objiceret urbem furori militum, qui ſacra & profana ſpoliaret, & ferro graſſaretur. Quomodo ergo gloriari poſſunt, ſe cepiſſe patriae tecta pulſo Senatu, ſed non licuiſſe ſpoliare homines & Deos? Sed Poëtae tam invidioſam orationem fingere licuiſſe dicet aliquis, qui tamen lib. III. 71. *non armatis comitibus petiiſſe urbem*, & vſ. 98. tamen timuiſſe Romanos igne rapturum moenia Romae, & Deos ſparſurum narrat, ſed ſolo terrore defunctos. Quod vero Hortenſius dicat, militibus diripiendum aerarium dediſſe, non puto verum eſſe. Sed Caeſar pecuniae egens, aerarium ipſe expilavit, ut ſumptus belli & ſtipendia militum expediret. mox iterum 305. permiſſurum fuiſſe templa ſpoliare &c. addit, ſed noluiſſe pati ſeditionem militum: Quare milites hic queruntur, ſibi quidem omne nefas, & caedes & rapinas ubique permiſſas fuiſſe, ſed a ſpolianda urbe prohibitos, & hinc nocentes ſe quidem eſſe fatentur, ſed non locupletatos, & paupertate ſua, non voluntate, ſe pios eſſe, & pietatis fidem facere inopiam: poſſet etiam exercitus ſolus ſibi adſcribere urbem Romam captam, licet pauci & non armati Caeſarem comitati ſint: Sed forte fruſtra laboramus in Lucani inconſiderantia & oblivione excuſanda.

273. *Finis quis*] *Quis finis* Thuan. quart. *Roma parum eſt* plurimi. *nam reſpice* Thuan. tert.

275. *Inanes cerne lacertos*] Offendit, crepo, Oudendorpium primo adſpectu repetitio *&* *cerne* poſt *reſpice*. Sed vide quae notavimus ad Nemeſ. Eclog. I. 34. & alia ratione vindicantem Cortium ad Plin II. Ep. 9. ideoque *inanes carne lacertos*, ut conjicit, minime probare poſſum, nec novi alium hoc modo locutum, pro deſtitutos robore & nervis. potuiſſet huc trahere illa Lactantii de mort. perſecut. qui cap. IX. de Maximiano dicit, *ſtatu celſus, caro ingens*, quia erat pinguiſſimus. Sed bonum factum, ipſe Oudendorpius hanc conjecturam damnavit ad Caeſar. III. de B. Civ. 36. *inanes* autem *lacertos* videtur noſter imitatione Ovidii dixiſſe, qui de Milone lib. XV. Met. 229.

Quum ſpectat inanes
Illos, qui fuerant ſolidorum mole tororum
Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.

& ita paſſim *inane corpus* dicitur de mortuo. ut Martial. VIII. 57. quum antea dixit *corpus inane*, mox ſubjungit, *mortue Galle*, de eo, cujus erant mortua membra virilia, & ita mox *morientia membra*, noſter dixit, ut Ovid. *praemortua* ſua membra, languida, id eſt, ſine nervis vocat lib. III. Amor. VII. 65. ſed haec nos longius abducerent.

276. *Conſumſimus*] *Compreſſimus* in Thuan. ſec. ſed male. *bellis* poteſt capi pro, *in bellis* omne aevum & robum conſumſimus. alio ſenſu *bello conſumti* dicuntur Juſt. IX. 4. de illis, qui ceciderunt in proelio. & V. I. *conſumti varietate fortunae*. alii putant vel ſubintelligi, vel addi debere, praepoſitionem *a*, ut apud Juſtin. II. 10. *ut fluminis multitudine conſumerentur*, ubi potuiſſet *a*, abſorptum ab ultima litera *&* *fluminis*, excidiſſe. Sed ut con-

Non duro liceat morientia ceſpite membra
Ponere, non anima glebam fugiente ferire,
Atque oculos morti clauſuram quaerere dextram,
Conjugis illabi lacrymis, unique paratum
Scire rogum. liceat morbis finire ſenectam.
Sit praeter gladios aliquod ſub Caeſare fatum.
Quid, velut ignaros ad quae portenta paremur,

Spe

conſumi flumina poſſunt, aeſtu & calore ſolis, quo exareſcunt, ita multitudine bibentium exhauſta & ſiccata intelligi debent. ſic apud Virgil. x. Ecl. 43. *ipſo tecum conſumerer aevo*, eſt ab ipſa ſenectute; male enim Servius explicat. Juſtin. xii. 8. *conſumpta aetate corpora*. *in* poteſt intelligi apud Propert. ii. xxiii. 80. *nox luſu conſumpta, demitte ſenes* Thuan. pr. male.

279 *Anima galeam fugiente ferire*] Petunt milites, primo, ut liceat morte naturali defungi, non violenta in acie obire, aut ne vulnerati, ex proelio ablati, cogantur in duro ceſpite membra ponere, quod opponunt *lecto*, & *cubili*, in quo liceat *domi*, ſi aegritudo invadat, molliter cubare; nam haec incommoda proeliorum Caeſar etiam commemorat lib. ii. B. Civ. 41. *Ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere, neque in locum tutum referri poterant.* Deinde, quod gravius, petunt, ne, ſi vulnere mortifero cadant, morti proximi feriant terram, & ita orbentur auxilio proximorum, qui claudant oculos, lacrymas, & rogum dent. quare adparet *galeam ferire* hic nullum ſenſum nobis dare. nam *ferire galeam*, pro *galeatum caput terrae impingere*, ſi vera eſt lectio, ſoli Lucano licuiſſet dicere. Sed galea poſſunt terram ferire, non anima ipſam galeam: nam ambigue dictum poſſet accipi, *ferire galeam anima*, ac ſi anima fugiens feriret galeam, ut eſſet ablativus inſtrumenti, non abſolutus, qui tempus deſignaret: Waddel. Animadv. Critic. pag. 133. volebat, *non anima galeam fugiente perire*, ſed anima fugit corpus, non galeam magis, quam thoracem, ocreas & cetera arma, quo modo neminem locutum ſcio; & ſi vulgata ſervanda erit, anima, ut corpus aliquod a Lucano nobis datur, quod exiens ex corpore ferit galeam. quod quam recte dicatur aliis expendendum relinquo. Ideoque, donec certius quid conſtet, ego *glebam ferire* legerem, ex Hamb. pr. & tert. & aliis ab Oudendorpio, tam ſcriptis, quam editis prolatis. ita *corpora ferientia terram* ſupra iv. 786. & paſſim, ut & *percutere*, *pulſare*, *plangere*, & ſimilia. *moriente ferire* Thuan. ſec. ſed *fugiente anima* abſoluto ſenſu rectum puto. eodem modo, ut *fugiens anima* Virgil. iv. Georg. 526. Ovid. xii. Met. 421. & Albinovano ad Liviam 97. dicta; ut & *fugiens* pro moribundo. Sic *fugiens vita*, ſupra ii. 25. Ovid. iii. Amor. ix. 49.

Hic certe madidos fugientis preſſit ocellos.

Sic *vita fugit* infra vii. 616. & ita ſaepe apud alios.

280. *Morti*] *Mortis* S. Germ. *morti* hic eſt, pro moribundis, vel tempore, quo morimur.

282. *Scire rogum*] Heinſius conjiciebat, *ferre rogum*. ſed *ſcire*, eſt a te, a quo dimitti petimus, liceat ſcire & cognoſcere, an in patria morituri ſimus, & ſingulari rogo imponendi, an, ut poſt proelia ſolet, in acervos cadaverum conjici debeamus, quae communi igne crementur, ut recte Scholiaſt. & alii. *ſcire parum* Turrian.

283. *Aliquod ſub Caeſare*] *Aliquid* Hamb. quart. *cum Caeſare* Thuan. pr. a m. pr. malim, *aliud*, ſcilicet quam mors violenta a gladio metuenda, ut recte explicant interpretes; vel ſi *aliquod* retinendum, *fatum* pro morte naturali ſumendum.

Spe trahis? uſque adeo ſoli civilibus armis
Neſcimus cujus ſceleris ſit maxima merces?
Nil actum eſt bellis, ſi nondum comperit iſtas
Omnia poſſe manus. nec fas, nec vincula juris
Hoc audere vetant. Rheni mihi Caeſar in undis
Dux erat, hic ſocius. Facinus quos inquinat, aequat.
Adde, quod ingrato meritorum judice virtus
Noſtra perit. quidquid gerimus, fortuna vocatur.
Nos fatum ſciat eſſe ſuum. licet omne Deorum
Obſequium ſperes, irato milite, Caeſar,
Pax erit. Haec fatus, totis diſcurrere caſtris
Coeperat, infeſtoque ducem depoſcere vultu.
Sic eat, o Superi, quando pietasque, fideſque

De-

286. *Sit maxima merces*] *Fit* Hamb pr. *mercis* in ſuis membranis, quas eximias vocat, invenit Cortius, ſine dubio in notis oſtenſurus, in nominativo dici *mercis*, ut *rupis* lib. III. 152. & alia, quae jam produxit ad Salluſt. Catil. cap. XXXVII. vide & quae dixi ad Quinctil. Declam. VI. 17. in aliis erat, *maxima virtus.*

289. *Audere*] *Audire* Rottend. tert. a m. ſec. *vetat* hic voluiſſe Cortium colligere licet ex notis ejus ad Plin. v. Ep. XIX.

292. *Perit*] Vide ad lib IV. 491.

293. *Nos*] *Hos* editi quidam, ut δεικτικῶς accipiatur, geſtu militibus ſe demonſtrantibus. Sic & ſupra 263. & lib. I. 363. *Sciet* etiam editiones nonnullae, ſed *ſciat* Codices. ut infra IX. 280. ubi vide. Senſus eſt, ſciat nos non pendere ex ducis fato, ut ſaepe jam oſtendimus, ſed illius fortunam ex noſtris viribus. ad haec reſpondet Caeſar vſ. 340.

296. *Depoſcere*] Ad mortem, ſupplicium, ut nota hujus verbi ſignificatio.

297. *Sic eat*] *Sic placeat, ſuperi.* Rottend. pr. *ſic fas, o,* Richel. *ſic fiat, o.* Hamb pr. ita & Cortii codices & praeterea, *ſic fato, ſuperi.* Sed formula haec elegans, quae & lib. II. 304. occurrit. hic autem ſubintelligerem *res, bellum hoc*, vel omne illud, quod agimus, & *res* ſaepe dicuntur *ire* pro *eſſe*, ut Barth. ad Stat. I. Theb. 474. docuit ex noſtri lib. II. 224. *hoc ibitur ordine belli*, & ex Cicer. *res incipit melius ire.* vid. & ad Val. Flac. IV. 217.

298. *Deſtituunt*] *Deſtituit* Thuan. quart. abſolute ponitur hoc verbum, ut lib. I. 413. *relictum eſt* ponitur, pro nihil relictum eſt, niſi ſperare malos mores, id eſt, nulla ſpes pacis ſupereſt, niſi in ſeditione militum, qui Caeſarem, ducem ſuum, malo more, tollant de medio, vel deſtituant. vid. inf. 762. ita *reſtat, ſupereſt, reliquum eſt* paſſim occurrit.

301. *Dimittere*] Cortius conjiciebat, *emittere*: ſine dubio caeſurae beneficio in quarta ſede tutum ſe credens. *committere* Thuan. & Richel. *demittere* octo. ex quibus a m. ſec. *cum mittere* Oiſel. reliqui *dimittere.* ſimplex *mittere in caſum* & ſimilia vidimus ad lib. I. 86. quia autem dixit etiam *mittere in ſecula*, ut lib. VIII. 608. & *demittere in aevum* lib. I. 448. hic ego *demittere* praeferrem; qui enim in praeceps mittit, deorſum quaſi mittit in periculum, ideo non, *dimittere*,

Deſtituunt, moresque malos ſperare relictum eſt,
Finem civili faciat diſcordia bello.
Quem non ille ducem potuit terrere tumultus!
Fata ſed in praeceps ſolitus demittere Caeſar,
Fortunamque ſuam per ſumma pericula gaudens
Exercere, venit: nec, dum deſaeviat ira,
Exſpectat: medios properat tentare furores.
Non illis urbes, ſpoliandaque templa negaſſet,
Tarpejamque Jovis ſedem, matresque Senatus,
Paſſurasque infanda nurus. vult omnia certe
A ſe ſaeva peti, vult praemia Martis amari:
Militis indomiti tantum mens ſana timetur.
Non pudet, heu! Caeſar, ſoli tibi bella placere

Jam

tere, id eſt, in diverſas partes, ſed *demittere* rectius dicitur. quo verbo major etiam temeritas intelligitur, quam ſi *committere* legamus, quod ſemper *fidem* potius *ambiguam*, exemplis pluribus alibi probatis, oſtendit in eo, cui nos committimus, quam ſumma pericula, ut *praeceps* notat. ſic *in praeceps decidere* Ovid. XII. Met. 339.

304. *Medios*] *Medius* Rottend. tert. *properet* Hamb. quart. mox, *urbem* Cortius.

306. *Matresque Senatus*] An ita uxores Senatorum vocare voluerit Lucanus valde dubito. Certe, exemplo deſtituor, nec, quia Livia, aut alia Auguſta quaedam, *Mater Patriae* dicta ſit, hinc ſequitur *Matres Senatus* eſſe dictas: neque has ſolum, ſed quascunque civium uxores ſtuprandas dediſſet militibus, ſi peterent. hinc quia ſolent Poëtae *matres & nurus* ſaepe jungere, quum omnem ſequiorem ſexum exprimere velint, ut Virg. XI. 215. Albinov. in Druſum 204. & *nurus* pro virginibus etiam poni docuit Barth. ad Stat. V. Theb. 200. ego mendam in voce *Senatus* haerere puto, quam eluendam aliis relinquo. conjiciebam olim *matresque rogatus*, quia ſequitur, vult omnia a ſe peti. Sed non ſatisfacio mihi.

307. *Vult omnia Caeſar*] *Certe* fere omnes, & multis erat adſcriptum τὸ *Caeſar* pro gloſſa, ad verbum *vult*. jure ergo *certe* recepit Oudendorpius. *ſaeva pati* Hamb. tert. *Martis avari* Heinſius corrigebat. *matris amari* Barberin. mox vſ. 330 *praemia belli* & alibi. dubium vero eſt an *amari Martis*, id eſt, ſaevi, acerbi, ſit conſtruendum, an *amari* ſit verbum ab *amor*; quod praeferrem; ut malit Caeſar amore praedae milites bellum optare, quam ut ſanae mentis optent pacem & patriae ſalutem. & hoc confirmant ſequentia, *ſoli tibi bella placere*. ita VIII. 364. *Martis*, vel *mortis amator*. & *amare pacem* IX. 199. & innumera talia.

309. *Militis indomiti*] *Militis & domiti* Thuan. pr. *endomiti* Cortii MS. ille vero *at domiti* conjiciebat, contra mentem Lucani, & tunc perit omnis venuſtas. Si *domitus* enim ſit, & a ſeditione tranquillus, nihil eſt, quod vereatur a ſana mente, ſed timet Caeſar indomiti militis & ferocis, quam ille domare non poſſet, mentem ſanam, id eſt, ut a bello civili velint diſcedere.

310. *Soli tibi bella placere*] *Tela* Rottend. pr. & Langerm. in Rottend. tertio erat eraſa vetus lectio, *in manibus* Hamb. quart. *damnate*.

Jam manibus damnata tuis? hos ante pigebit
Sanguinis? his ferri grave jus erit? ipſe per omne
Faſque nefaſque rues? laſſare, & diſce ſine armis
Poſſe pati: liceat ſcelerum tibi ponere finem.
Saeve quid inſequeris? quid jam nolentibus inſtas?
Bellum te civile fugit. Stetit aggere fultus
Ceſpitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens: atque haec, ira dictante, profatur.
Qui modo in abſentem vultu, dextraque furebas
Miles, habes nudum, promtumque ad vulnera pectus.
Hic, fuge, ſi belli finis placet, enſe relicto.

De-

te Thuan. pr. *ſuis* plurimi libri. *manus* iterum ſunt milites, ut ſupra 252. *piis*, quod inter Var. Lect. igitur, non caret etiam ſpecie, ut quaſi minantes pacem & deſertionem pietatem prae ſe ferant, & ſcelerum ponant finem. & permutantur haec ſaepe. vid. VIII. 732. *pigebat* Rottend. pr.

313. *Faſque nefaſque rues*] *Ruit* Hamb. ſec. a m. pr. *nefaſque minas* Langerm. a m. ſec. quod non intelligo. an ille ex ſeculi ſui vitio *minare* pro *ducere*, *agere*, adhibuit? Tu Caeſar *minas*, id eſt, ducis per fas & nefas. vid. Colvium ad Apulej. pag. 86. & inde Franci habent ſuum *mener*. vid. Menag. in Origin. Ling. Franc. in ea voce ſed Lucano obtrudere non debuerat librarius ſordes ſui aevi.

314. *Scelerum*] *Sceleris* Thuan. ſec. Rott. tert. Hamb. quart. *ſibi* tres, quod Cortius recepit; neſcio, quo ſenſu explicuiſſet, an *milites* ſubintellexerit, qui & hic poſſent in vulgata ſubaudiri: liceat militibus finem belli ſibi ponere: ſi de Caeſare eſt capiendum, malim cum Oudendorpio, *libeat ſc. tibi p. finem.* ſponte & voluntate finias bellum, ut apud Virgilium Eclog. II. 28. & alibi. infra VI. 118. mox, *quid nam* Hamb. quart. quod Heinſio arridebat.

316. *Fultus*] *Fulti* omnes fere ſcripti praeter duos, quod placuit Heinſio, qui de eo egit lib. I. Adverſ. cap 4. Cogitabam *ſtetit aggere multi ceſpitis*, ut altus agger indicetur. nam, ut Sueton. cap. LXIX. apud Placentiam, vel, ut Lucani narratio indicat, hic tumultus in itinere verſus Brunduſium accidit, quam urbem decimis caſtris juſſit adtingere. itaque agger ille ſubito extructus fuit ad alloquendos milites. Sic lib. II. 678. *Tunc aggere multo ſurgit opus*, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, agger ſurgit, multa materia, ceſpitibus, lignis &c. unde agger in oppugnationibus fieri ſolet, congeſtis. hic adlocutionis cauſſa extructus ſolo ceſpite, ut notum. Lucanus vero ſaepe hac voce *multus* utitur in ſingularis pro plurali. ut hic pro *multis ceſpitibus*. Sic lib. X. 304. *multa arbore frondet*. & IV. 254. *ſpoliatus milite multo*. & ita paſſim.

317. *Meruitque timeri*] Heinſius *metuitque*, quod non ſequor; nam imperterrito illo animo meruit & obtinuit a militibus, ut timeretur, etiam a tumultuantibus. ignavus non meretur a militibus timorem. ſaepe hoc verbo *mereri* Noſter ſolet uti.

319. *Vultu dextraque*] Quia praeceſſit, *intrepidus vultu*, hic conjicit, *votis*, *dextraque* Oudendorpius. Sed hoc non convenit ſatis tumultuantibus, qui vota ſuſcipiendi tempus ſibi negant. Priori loco Cortius,

in-

Detegit imbelles animos nil fortiter auſa
Seditio, tantumque fugam meditata juventus,
Ac ducis invicti rebus laſſata ſecundis.
Vadite, meque meis ad bella relinquite fatis:
Invenient haec arma manus, vobisque repulſis
Tot reddet Fortuna viros, quot tela vacabunt.
Anne, fugam Magni tanta quum claſſe ſequuntur
Heſperiae gentes, nobis victoria turbam
Non dabit, impulſi tantum quae praemia belli
Auferat, & veſtri rapta mercede laboris,
Lauriferos nullo comitetur vulnere currus?

intrepidus vultum dedit, Graecismos ubique captans, ubi illis non uſus eſt Poëta. Si offendat repetitio vocis *vultu*, poſſet legi, *intrepidus viſu*; ſed Lucano repetitiones crebras ne auferamus. & *vultu* hic requiritur ob vſ. 296.

321. *Hinc fuge*] *Hic* multi codices, & Cortius. *huc* Rott. tert. Heinſius conjiciebat *I, fuge.* Sed poſtea probabat *hic*, relicto enſe in hoc pectore ſcilicet, & tunc diſtinguendum,

Hic, fuge ſi belli finis placet, enſe relicto.

Spurius ille & monachalis verſus: *ſi non foeminei vultus, linguaeque tumultus*, erat in tribus e noſtris.

322. *Animos*] *Animas* plurimi ſcripti. vid. ad lib. IV. 249. exprobrat illis timiditatem, quod non auſi ſint fortiter facere, id eſt, occidere ducem, ſed tantum de fuga & deſertione cogitent. oblitus tamen ſui Lucanus, qui vſ. 290. dixerat illos *depoſcere ducem*, id eſt, ad necem poſcere. *deteget* Hamb. pr.

323. *Tantumque*] *Tantoque* Rottend. tert.

325. *Relinquite fatis*] *Rel. bellis.* Richel.

326. *Vobisque repulſis*] *Nobisque repulſus* Turrian. *fortuna vides* idem. *quot bella* Thuan. quart. *vacabant* Barber. & Turrian. & mox, *ſequentur* fere omnes; dubia autem lectio, an *cum* ſit praepoſitio, ut eſſe debet, ſi *ſequentur* praeferas, an *quum*, ſi *ſequuntur*. ut ſit, an, quum ſequuntur Pompejum fugientem claſſe tanta, nobis non dabit victoria turbam? ita *clamore ſequi* lib. II. 596. pro cum clamore proſequi. *rate ſequi* Ovid. IV. Triſt. I. 52. *ferro ſequi* VI. Met. 660. & ſimilia paſſim; hoc facile placere poterit, etiam ſi *ſequentur*, ut plurimi codices, legas; nam magnam fiduciam oſtendit Caeſaris, qui praedicit militibus magnas Pompeji vires, nec minuit, ſed, ut ſolebat, auget; quaſi certus eſſet, ſecuturas tot naves Pompejum, &, quo plures, eo majorem ſibi victoriam fore hinc ſignificet. *quum* hic per *ſi* explicant interpretes. *Heſperiae gentis* Thuan. pr. a m. pr.

330. *Tantum quae*] *Quae tantum* Thuan. quart. Rottend. ſec. *proelia belli* Rottend. pr. Hamb. tert. ut variatum ſupr. 246. *praedia* Thuan. tert. *auferet* Hamb. pr. & *noſtri* Turrian. & Rottend. ſec.

332. *Lauriferos*] *Laurigeros* Rottend. pr. & tert. *comitentur* Richel utinam hoc Cortius vidiſſet. potuiſſet addi exemplis ad III. 695. & alibi productis. *convertere*, vel *comitetur* Langerm.

Vos deſpecta, ſenex, exhauſtaque ſanguine turba
Cernetis noſtros, jam plebs Romana, triumphos.
Caeſaris an curſus veſtrae ſentire putatis
Damnum poſſe fugae? veluti ſi cuncta minentur
Flumina, quos miſcent pelago, ſubducere fontes,
Non magis ablatis umquam decreſceret aequor,
Quam nunc creſcit, aquis: an vos momenta putatis
Ulla dediſſe mihi? numquam ſic cura Deorum
Se premit, ut veſtrae morti, veſtraeque ſaluti
Fata vacent. Procerum motus haec cuncta ſequuntur.
Humanum paucis vivit genus. orbis Hiberi
Horror, & Arctoi, noſtro ſub nomine miles,
Pompejo certe fugeres duce. fortis in armis
Caeſareis Labienus erat: nunc transfuga vilis
Cum duce praelato terras, atque aequora luſtrat.

Nec

333. *Deſpecta*] Ita Richel. *defecta* plurimi. *exhauſta ſenes*, *defectaque* Hamb. tert. *ſenex* praeter Voſſianum, Thuan. ſec. ut ſit *ſenex turba*. nec facile ex *ſenes* librarii feciſſent *ſenex*. vid. ad Ovid. III. Art. 81. & diſtinguendum, *vos*, *deſpecta*, *ſenex*, *exhauſtaque* &c. nec *deſpecta* mutandum eſt: propter ignaviam, & ducem deſertum contempti & infames, quos nemo poſt me milites conſcribere dignabitur.

338. *Non magis ablatis umquam deſcenderet*] *Nec magis* Thuan. ſec. *ablutis* Thuan. pr. Heinſius probabat, *Num magis*. pro *deſcenderet* etiam noſtri, *decreſceret*, *decreverit*, *deſcenderit*. Heinſius malebat, *deſideret*. vid. lib. III. 630. Cortius, *deſederit*. Sed recte Oudendorpius perite tunc oppoſitionem inter *creſcere* & *decreſcere* oſtendit. dubitavi etiam diu an non apud Quinctil. VI. 3. p. 550. dictum illud Oppii de Lentulis, *illos in naſcendo decreſcere*, poſſet emendari, & legi, *creſcendo decreſcere*, id eſt, quo magis augeretur poſteritas, eo minores illos ſtatura fieri. nam in vulgata vix ſenſum video. nec magis in corrupta, quam nuperus editor prodidit, *in naſcendo interim utrumque*, unde format, *in naſcendo interiturum*, id eſt, ſi magis magisque minores naſcerentur, genus interiturum. qui ſenſus ne fidiculis quidem extorqueri poteſt: nam ſi in naſcendo interirent, brevi deberent infantes omnes recens editi interire. & ſi quis *in* velit retinere, poteſt legi, *increſcendo decreſcere*. jam vero *creſcere* & *naſci* confuſa a librariis videbimus infr. ad lib. IX. 921. de verbo *increſcere* vid. Schulting. ad Quinctil. Declam. VIII. 1. *Quam non* Barb. *creſcat* Rottend. tert. *creſcit equo* Rottend. ſec. quod quid ſit, ignoro, niſi quod *aquas* & *equos* ſaepe confundi in MSS. ſciam.

340. *Dediſſe*] Sic & loquitur lib. IV. 3. *Martem momenta daturum*. malim tamen, ſi codices addicerent, hic legere cum Oudendorpio, *an vos momenta putatis Ulla fuiſſe mihi*; vid. ad lib. III. 338. & librarios ſaepe *dediſſe* pro *fuiſſe*, & pro *fuit dedit*, ſcripſiſſe adparet ex notis ad Ovid. Remed. 528. & IV. Met. 603. & alibi ſaepius.

341. *Se premit*] *Premet* octo. *deprimit* Hamb.

Nec melior mihi veſtra fides, ſi bella nec hoſte,
Nec duce me, geritis. quiſquis mea ſigna relinquit,
Nec Pompejanis tradit ſua partibus arma,
Hic numquam vult eſſe meus. ſunt iſta profecto
Curae caſtra Deis, qui me committere tantis,
Non niſi mutato voluerunt milite, bellis.
Heu, quantum Fortuna humeris jam pondere feſſis
Amolitur onus! ſperantes omnia dextras
Exarmare datur, quibus hic non ſufficit orbis.
Jam certe mihi bella geram: diſcedite caſtris,
Tradite noſtra viris, ignavi, ſigna, Quirites.
At paucos, quibus haec rabies auctoribus arſit,
Non Caeſar, ſed poena tenet. procumbite terrae,
Infidumque caput, feriendaque tendite colla.
Et tu, quo ſolo ſtabunt jam robore caſtra,

Tiro

Hamb. ſec: ex gloſſa; nam notat, ſe eo demittet, ut tam vilium capitum fata ordinentur. vide quae de Appio ſupra vſ. 189. & eſt reſponſio ad vſ. 293. *nos fatum ſciat eſſe ſuum.* *veſtro morti* malebat Heinſius, & ideo mox etiam corrigebat, *paucis ſervit*; ne oppoſitio *mortis* & *vivit* adpareret. non ſequor. nam ſenſum horum verborum jam vidimus ſupra h. l. vſ. 189. *Fata jacent* Thuan. ſec. *ſequentur* multi.

344 *Horror*] *Victor* Oiſel. a m. pr. & hoc Gloſſatori adſcribo. mox, *noſtro ſub numine*, quod in Voſſiano erat, potuit Cortio ſe probare. Sed an tam ineptum & intempeſtive arrogantem Caeſarem quis crederet, ut jam nunc ſibi *numen* adrogaret? nec huc quadrat quod lib. I. 63. *numen* Neroni det, nec quod Plinius IX. Ep. 27. *numen Hiſtoriae* dixerit, quae Cortius eodem ordine habere ibi videtur. *Sub noſtro nomine*, id eſt, *ductu meo* militantes, & Caeſariani a meo nomine dicti. vid. ad Ovid. II. Triſt. 550. & ſupra ad lib. I. 405. Oudendorp.

346. *Nunc transfuga*] *Non* Barber.

347. *Praelato*] *Praelata* Turr. vid. I. 46. & alibi. *privato* MS. Cortii & Sariſber.

349. *Quiſquis*] *Quiſquam* Hamb. tert. *reliquit* Oiſel. *relinquet* Hamb. ſec. *relinquis* S. Germ. *relinques* a m. ſec. Rott. ſec. *relinquens* plurimi. *non Pompejanis*, & *tradet* magno numero alii.

351. *Vult eſſe*] *Velit* S. Germ. egregie, & probabat Heinſius, ut ſit imprecantis & denuntiantis, quaſi victor Pompejanorum, eos pro hoſtibus, non, ut olim, pro ſuis habiturus ſit. *ſunt iſta* Rottend. tert. Hamb. quart. *Caſtra Deis curae* Rottend. pr. *comittere caſtris* Rottend. ſec. an pro *caſtis*, ut *caſta bella* dicat, quae aliis *juſta* & *pia* dicuntur. non placet nimis.

354. *Feſſis*] *Lapſis* Thuan. ſec. *Amolitus* Thuan. quart. *opus* Barberin male, ut ex Claudiani imitatione recte Oudendorpius oſtendit.

358. *Noſtra*] *Veſtra* quatuor.

360. *Procumbite terra*] *Terrae* tres. vid. ad lib. IV. 647. ubi utrumque dici oſtendi. *terram* unus Cortii.

361. *Feriendaque tendite*] *Tradite* Rottend.

Tiro rudis, ſpecta poenas & diſce ferire,
Diſce mori. Tremuit ſaeva ſub voce minantis
Vulgus iners: unumque caput, tam magna juventus
Privatum factura timet: velut enſibus ipſis
Imperet, invito moturus milite ferrum.
Ipſe pavet, ne tela ſibi dextraeque negentur
Ad ſcelus hoc Caeſar: vicit patientia ſaevi
Spem ducis, & jugulos, non tantum preſtitit enſes.
Nil magis, adſuetas ſceleri quam perdere mentes,
Atque perire timet. tam diro foederis ictu
Parta quies, poenaque redit placata juventus.

Brun-

tend. ſec. *ferienda extendite* Hamb. tert. *at tu, quo ſola* Oiſel. *jam ſtabunt* Thuan. ſec. *tam magna juventus*, pro tanta multitudo juvenum, dictum, ut Sall. Jug. xcv. *Sulla cum magno equitatu in caſtra venit.* & ſolitos Poëtas illa quae ſunt numeri transferri ad quantitatem; ut contra *multus* pro *magno* obſervat Servius ad Virgil. IV. Aen. 3. & ita *quanta millia*, pro *quot* dixiſſe obſervat Brouckhuſius ad Propert. I. V. 10. an vero ita apud Valer. Flac. V. 274. *magna millia*, poſſet defendi neſcio. certe olim non placebat.

366. *Factura*] Vid. ad lib. II. 419.

367. *Ferrum*] *Telum* Rottend. pr. *bellum* ſec. fruſtra. vid. ad VII. 549. *Nec tela ſibi dextraeque negantur* idem. mox, *vincit* Thuan. ſec. Rottend. ſec. quod placuit Cortio, ut oſtenderet, multum variare ſaepe tempora, ad Plin. II. Ep. XIV. 10. ſed quis hoc non obſervavit? ut & nos ad Gratium, Virgilium, & alios: praeterea ad Plinii lib. X. Epiſt. 26. in his verbis duplicem figuram notat, quia praecedens *caput* ſequitur *moturus*; quod obvium. ut *ſcelus, qui me perdidit* & ſimilia. vid. ad Virg. IV. Aen. 355: alteram, in *moturus*, quum *privatum* dixiſſet. ſed *velut moturus eſſet* ſuppleri debet.

370. *Non tantum*] *Nec* Turrian. *tantum non* Rott. pr. *praebuit* Thuan. pr. & a m. ſec. *enſis* Richel.

371. *Nil magis*] Senſum hunc intricatiorem eſſe, oſtendunt diverſae interpretum ſententiae. ego hunc eſſe puto, non magis timuiſſe Caeſarem mortem ſuam, quam perdere milites illos veteranos, adſuetos ſceleribus: nam tironibus diffidebat; ideoque ipſi praeoptanda mors erat, ſi perderet ſceleſtos illos milites: *atque perire* eſt poſitum pro *& quam ipſe perire.* *Jam* illud Waddelii non diſplicet; ſed ſi quid mutandum, malim *tam*, tam adſuetas. ſed maneat vulgata. Sulpitius *perire* refert ad *mentes*, ne amitterent illas mentes, id eſt, audaciam ſcelera committendi, ſi redirent ad officium & piae efficerentur. & ita fere Cl. Dorvill. nihil aeque timet, quam ne mentes ſcelere jam imbutas ſubinde flagitiis corroborare novis poſſit, vel ne habitum ſceleſtum ſenſim exſuant & deponant. *Atque ferire* Richel. quae lectio ſi vera eſſet, ſenſus poſſet eſſe, nil magis timuit, quam perdere, amittere milites, ſi diſcederent hi veterani, quam ſi illos juberet feriri. Cortius tentabat, *atque perire dolet*, aut *piget*. *Jam diri* quinque libri *tum* Hamb. quart. *tam ſaevi* Thuan. ſec. & Rott. ſec. *Dirum foedus* hic vocat, reditum militis ad obſequium, poſt poenas ſumtas; quo ſe, quaſi novo ſacramento, addixerunt Caeſari. *ictum* eleganter, & acute, & ad jugulos ictos,

Brunduſium decimis jubet hanc attingere caſtris,
Et cunctas revocare rates, quas avius Hydrus,
Antiquusque Taras, ſecretaque litora Leucae,
Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus
Montibus: Auſoniam qua torquens frugifer oram,
Dalmatico Boreae, Calabroque obnoxius Auſtro,
Appulus Adriacas exit Garganus in undas.
Ipſe petit trepidam tutus ſine milite Romam,
Jam doctam ſervire togae: populoque precanti
Scilicet indulgens, ſummum Dictator honorem
Contigit, & laetos fecit, ſe Conſule, faſtos.

Nam-

ctos, & ad foedus ictum reſpiciens. ut *ictum ſanguine foedus* x. 374. & *percuſſum* ix. 1081. mox *pacata* Thuan. ſec. & a m. pr. Hamb. quart.

374. *Jubet hanc*] *Hinc* Thuan. pr. & Langerm. a m. pr. *bas* MS. Cortii, unde ille *bos* faciebat, ut ſcilicet iterum oſtendere poſſet, poſt *juventutem* poſſe ſequi *bos*. mihi *hinc* placet, a Placentia nimirum, ubi tumultus hic accidit. *Denis* pro *decimis* MSS. Leid. apud Serv. ad Virgil. xi. Aen. 445. *contingere* Barberin. ſed vulgata eſt apud veterem etiam commentatorem Horatii lib. ii. Od. 1. & *totas revocare* S. Germ. *retinere rates* quatuor.

375. *Hydrus*] *Hidrans*, *Idros*, *Idrus*, in noſtris, & *Tares*, *Taces*, *Tarax*: *litora Lunae* Hamb. tert. mox & variant in *Salpira*, *Salpiga*, *Salpina*, *Alpina*. vid. ad Ciceron. ii. Agr. 27. & deinde, *Silphus*, *Sippus*, *Siphis*, *Syphus*, *Sippis*; & *Sipus motibus* Langerm.

378. *Torquens*] *Torrens* Thuan. ſec. ſed *torquens* eſt hic *curvans*, quia mons in promontorium exit, ut apud Virgil. i. Georg. 448. *Ityraeos taxi torquentur in arcus*, id eſt, curvantur. *frugifer* Hamb. tert. hoc epitheton addidit, quia quercubus eſt inſignis; unde *querceta Gargani* Horat. ii. Od. 9. vid. ad Grat. Cyneget. 510. *Delmatio* edidit Cortius, ſemper talia captans: *Delmatico* Heinſius ſcribebat, ut ſaepe in hac voce variatur.

381. *Sine milite*] *Se milite* Turrian. male vero Hortenſius ad verſ. 374. putabat, hic Lucanum errare, & Caeſarem ex ejus ſententia prius Brunduſium, & inde Romam petiiſſe. minime. & ipſe poſtea melius edoctus fuit ad hunc verſum: exercitum enim a Placentia non ipſe duxit, ſed jubet decem diebus iter verſus Brunduſium conficere, ipſe vero abiit ſine milite Romam, & inde compoſitis rebus Brunduſium proficiſcitur, ut recte Sulpitius.

382. *Doctam*] *Doctus* S. Germ. quod de Caeſare, qui ſine milite togatus intravit urbem poſſet capi, ſed *doctam* dicit Romam, quae non modo ſerviit armatis Sullae & Mario, ſed nunc togato Caeſari. pro *ſcilicet*, *ſilicet* Barberin.

383. *Summum dictator honorem Contigit*] Male ſummum honorem de dictatura capiunt interpretes, ſed eſt ſarcaſmus Lucani acerbiſſimus, quod jam, Dictator ante adventum in urbem dictus, & quaſi Rex & dominator imperii, voluerit eo deſcendere, ut Conſulatus honorem, olim ſummum, nunc minorem dictatura, vellet ſuſcipere, indulgens ſcilicet populo precanti, qui dictaturam oderat. recte Omnibonus, *ſummum honorem*

 con-

Namque omnes voces, per quas jam tempore tanto
Mentimur dominos, haec primum reperit aetas,
Qua ſibi ne ferri jus ullum Caeſar abeſſet,
Auſonias voluit gladiis miſcere ſecures.

Ad-

conſulatum, explicuit. Sic Sueton. in Caeſ. cap. xix *ſummum magiſtratum* vocat: etiam ſub Caeſaribus *ſumma poteſtas* dicitur a Sueton. Calig. xxvi. ubi vide Caſaub. & ita paſſim. hinc patet autem inepte mutari lectionem a Cortio, qui *ſummo Dictator honori contigit* nobis dat, hic, & ad Plin. viii. Ep. vi. § 16. ut invenit forte in depravato libro: nam ita exhibent Thuan. ſec. Putean. & S. Germ. *ſummus D. honorem* Hamb. ſec. *ſummo honore* Thuan. pr. a m. pr. *ſummum honoris* Hamb. pr. a m. ſec. quae omnia vana, & a librariis indoctis profecta; nam quod addit, *laetos fecit faſtos*, non ad dictaturam referendum, quae ex mente noſtri Lucani maeſtos fecit, ſed indulgens quaſi legibus & populo, antiquo more voluit conſul dici, & ita in faſtis ſcribi: & ſic laetos illos fecit, quod non abrogato conſulatu ſolus Dictator regere rempb. vellet; & licet revera dictaturam exerceret, tamen conſul voluerit inſcribi faſtis, aut, ut Sueton. ſcribit cap. lxxvi. *geſſit conſulatum titulo tenus*, *contentus Dictaturae poteſtate*, quod Noſter exprimit per verbum *contigit*, id eſt, leviter tetigit. Dictator enim proprie loquendo non ſignabat ſuo nomine faſtos, ſed Conſul. adde mox vſ. 397. ubi idem exprimit de ſuffectis conſulibus. *Faſtus* vero hic tres codices, ut ſaepe alibi, & mox vſ. 399. & lib. x. 187. vid. Heinſium ad Claudian. iv. Conſ. Honor. 155.

385. *Tempore tanto*] *Tempore noſtro* Rottend. ſec. a m. ſec. & Hamb. pr. a m. pr. *mentitur* Rottend. ſec. *mentimur dominos* Rottend. pr. quod rectum puto. ſicut Martial. lib. iii. Epigr. 43. *mentiris juvenem*, & ſimilia paſſim. vid Tennul. ad Frontin. iii. x. ſic nos vocibus antiquis conſulum dictatorum &c. mentimur reges & dominos, id eſt, falſis nominibus conſules vocamus, qui revera ſunt domini. Unde *nomen inane imperii* vocat conſulatum titulo tenus geſtum.

387. *Qua*] *Quo* S. Germ. *ne ferrum* Thuan. ſequentia *gladiis miſcere ſecures*, & *faſces aquilis addidiſſe*, explicari debent ex illis, quae modo dixi, quod dictaturae poteſtate contentus, geſſit conſulatum titulo tenus: nam ſi conſulatu contentus fuiſſet, jus ferri illi abfuiſſet. ſed nunc ut Dictator ſibi ſecures jubebat praeferri inter gladios militum, quibus praeterea ſtipabatur. Nam Sueton. cap. lxxxvi. dicit illum, *cuſtodias Hiſpanorum*, *cum gladiis ſe ſectantium*, *habuiſſe uſque ad noviſſimum Senatus conſultum*. de quo cap. lxxxiv. quod novum erat in urbe, ubi olim nemo gladio armabatur, nec ipſi miniſtri magiſtratuum lictores, apparitores &c. niſi togati gerebant faſces, nunc Caeſar lictoribus togatis praeeuntibus, miſcuit milites cum gladiis ſequentes.

390. *Tempora*] *Tempore* Thuan. pr. hic vero locus poteſt docere temere & ſola mutandi ſana libidine Bentlejum, & eum (ut ſolet) ſecutum Marklandum, apud Statium lib. iv. Sylv. viii. 40. ubi legebatur, *& cantu ſignare diem*, refingere, *& creta ſignare diem*, quod & in textum recepit Marklandus, ſed quod Auctoris menti repugnat: non enim volebat privatim & intra domum ſuam gaudium cohibere, ut certe faceret, ſi tantum creta notaret diem, ſed in publicum carmine gaudium effundere, ſi ipſi epiſtola veniſſet nuntia natae prolis, quae juberet inter alia *redimire chelyn*, id eſt, ad laetum & feſtum carmen praeparare, quo ſignaret hunc diem & illuſtrem redderet, quod demum nunc facit; *nunc demum mea vota canam*, quae aperte firmant vulgatam lectionem. Sic Caeſar hunc diem ſignat *maeſta nota*, comitiis per ludibrium habitis, ſed non ex more priſco: infirmum enim eſt, quod Marklandus dicat, abſurdum eſſe, *ſignare diem can-*

Addidit & faſces aquilis, & nomen inane
Imperii rapiens, ſignavit tempora digna
Maeſta nota. nam quo melius Pharſalicus annus
Conſule notus erit? fingit ſollemnia campus:
Et

cantu, quum debeat *creta*, quae candida & laeta eſt nota, ſignari. Miror viros erudito in obvia verbi *ſignare* ſignificatione haerere, quam vel Lexica dare poſſent ex Virgil. III. Aen. 287. *rem carmine ſigno*, id eſt, inſignem, & poſteritati memorandam titulo inſcripto facio; *qui aquas nomine ſuo ſignat*, de quo Heins. ad Ovid. I. Triſt. I. 90. annon ille inſignes facit caſu illo, unde poſtea memorari poſſent? vid. & ſupra lib. II. 645. ſed rogat Bentlejus, quid eſt diem ſignare cantu? reſpondeo, eſt carmine illuſtrem & memorandum facere; quid aliud eſt, quaeſo, apud Ovid. V. Faſt. 474.

Ut celebrem feſto ſignet honore diem.

quam, perpetuo honore diem hunc illuſtrem colat, & Feſtum *Remuria* celebret? Noſter infra lib. VII. 410. de Allienſi die.

Tempora ſignavit leviorum Roma malorum,
Hunc voluit neſcire diem.

Plura ad manum ſunt. Sed haec ſufficiant refutandae illi libidini, qua veteres Auctores nobis dent, verbis commentatorum loquentes, qui, ut eruditionem oſtentent, & occaſione emendationis ex collectaneis ſuis & aliorum diſſerendi amplam de re, item aliis obſervata, materiem quaerunt, ut haec eſt de *creta*, multis jam celebrata, & ad quam Barthius aditum praebuiſſe videtur, qui *albo calculo illum diem ſignare*, expoſuit. *Pharſalius* mox Cortius more ſuo.

392. *Fingit ſollemnia campus*] Hunc locum ante oculos habuit Claudian. VI. Conſ. Honor. vſ. 6.

Neque enim campus ſollemnis, & urna
Luditur in morem.

& mox,

Mars Auguſta ſui renovat (vel *revocat*) *ſollemnia campi.*

unde etiam credo, Heinſium hic emendaſſe, *fingit ſollemnia campi.* ut ad Caeſarem haec omnia referantur, qui ſimulans ſe omnia antiquis moribus agere, comitia juſſit haberi, quibus conſul creatur. Sed vulgata poteſt retineri, & campo dari actio, quae externa ſpecie referebat ſollemnia antiqua, ut in ſequentibus videbimus. Sic apud Statium I. Sylv. I. 65.

It fragor & magnae fingit vaga murmura
Romae.

ubi Heinſius corrigebat *vincit*, quod etiam Marklando in mentem venit. Sed ſine libris ſola emendandi libido talia fingit. quis enim librarius, ſi *vincit* inveniſſet, inde feciſſet *fingit*, quod reconditioris erat ſenſus pro captu ſcribarum. Sic Valer. Flacc. II. 159.

Quum mille tubas, armataque campis
Agmina, & innumerûm flatus confingis equorum.

ubi ex Vaticano Heinſius, *cum fingis* etiam notaverat. Sed addit Noſter! *ſed non admiſſae dirimit ſuffragia plebi:*, ubi Cortius legit, *diribit ſuffragia plebi.* Sed quo modo potuit *diribere ſuffragia*, id eſt, tabellas dare plebi, ſi non admiſſa fuit? Sed eſt in his verbis ὀξύμωρον. omnia in ſpeciem acta, quaſi vetus jus comitiorum referret, convocatae tribus, admiſſae ad ſuffragia, quae tamen non libera illis relicta; ſed ut nullo numero habita, quum jam admiſſa eſſet plebs, dirimit ſuffragia, & comitia demittit, ita ut idem eſſet, acſi non admiſſa eſſet plebs, vel quum una vel altera tribus vel claſſis, in qua potentiores, ſuffragia tuliſſet, reliquarum, in quibus plebs erat, nulla habita ratione, dirimit comitia. Idem fere eſt, quod Rullo exprobrat Cicero Orat. I. Agrar. cap. 8 *ſortitur tribus idem Rullus: homo felix educet, quas volet, tribus*, (ubi fraudem adhibitam per Ironiam Cicero indicat,) *quod novem tribus decemviros fecerunt, ab eodem Rullo eductae, hos omnium rerum dominos habebimus.* adde & quae cap. IX. ſequuntur. Deinde

recte

Et non admiſſae dirimit ſuffragia plebis,
Decantatque tribus, & vana verſat in urna.
Nec coelum ſervare licet: tonat augure ſurdo,
Et laetae jurantur aves, bubone ſiniſtro.
Inde perit primum quondam veneranda poteſtas,
Juris inops: tantum careat ne nomine tempus,
Menſtruus in faſtos diſtinguit ſecula Conſul.
Nec non Iliacae numen quod praeſidet Albae,
Haud meritum Latio ſollemnia ſacra ſubacto,

Vidit

recte Cl. Dorvillius dubitat an *diribere* ſit vox Poëtis uſitata, & an prima ſyllaba poſſit corripi, quae in *dirimit* brevis eſt, quia litera R per Epentheſin inſerta eſt, inter *di* & *emo*: quod de *diribo* dici nequit. cujus origo quam incerta ſit patet ex Voſſii Etymologico.

394. *Decantatque Tribus*] Hoc etiam varie explicant: ſed idem eſt, quod *jactat*, jubet quaſi citari tribus, ut antiquo more ſuffragia ferant, & ſuffragia etiam in urnam conjecta verſat, (id eſt, concutit, ne fraus fieret, ut Horat. lib. II. Od. 3. *omnium verſatur urna*) ſed vana omnia & ſpecioſa nomina, *tribus*, *urna* &c quae decantat & jactat: obiter etiam egimus de hoc loco ad Nemes. Cyneget. vſ 96. haec vero omnia debent ad hoc tempus, & hunc conſulatum referri, non ad tempus, quo poſt Pompejum & Pompejanos victos, & triumphos actos, ludos editos converſus eſt ad ordinandum reipublicae ſtatum. ut docet Sueton. cap. XL. ut & ſequentia de auguriis male ad temp[illegible] neci proximum ſpectare dicuntur; nam omnibus comitiis de coelo ſervabatur.

395. *Servare*] *Servire* Rottend. ſec *ſervaſſe* Cortius, nullo libro auctore. *augure ſurdo*, id eſt, corrupto, & qui non audire ſe ſimulat ſiniſtra omina, quae licet Bubo ſiniſtra avis dat, jurat tamen bonus ille augur laeta auſpicia dediſſe aves, de *Bubone*, qui maſculino hic genere, & a Virgil. IV. Aen. 462. feminino dicitur, videndus ibi Servius, qui hunc Lucani locum adducit. Locus vero Suetonii cap LXXVII. huc nihil facit, ibi enim vere *triſtia* nuntiat haruſpex. nec ibi de augurio, ante comitia capto, ſed ſacrificio neſcio quo agitur. *ſacro quodam* dicit Suetonius, de quo vide interpretes.

397. *Perit*] *Premit* Barberin. *in faſtus* Thuan. pr. *in faſtis* quatuor.

401. *Haud meritum*] Quia jam foedus illud Latinum, ſubacto toto Latio & Italia, ſublatum revera erat, & tantum ad ſpeciem Latinae feriae celebrabantur. *flammigera* quinque. *voce* Langerm.

403. *Curſus*] *Greſſus* Barberin.

404. *Deſeruit raſtris*] Inſolens & dura locutio, pro *raſtris verrere* & deſectas herbas colligere deſiit, & deſeruit: vel an omiſſam praepoſitionem, ut etiam alibi, dicemus pro *deſeruit arva cum raſtris*? ſed nec hoc placet. Cortius dat viri docti conjecturam, *deſeruit caſtris*, quod etiam vix capio, niſi velit, deſeruit arva ſua, quia ibi caſtra milites poſuerunt. Sed tunc non conveniunt ſequentia, & *inerti tradidit herbae*: ubi enim caſtra ponuntur, nec malae, nec bonae herbae naſcuntur, omnia proculcantibus militibus & jumentis. Praeterea Latine vix dici puto, *deſerere arva caſtris*, pro illa relinquere, quia caſtra ibi erant. Sed quia Caeſar ab inſequendo Pompejo trans mare deſiſtens, & Romam indeque Hiſpaniam petens, milites multos per Apuliae municipia diviſerat, ut ſupra vſ. 270. vidimus, hinc vero ſimi-

Vidit flammifera confectas nocte Latinas.
Inde rapit curſus, &, quae piger Appulus arva
Deſeruit raſtris, & inerti tradidit herbae,
Ocior & coeli flammis, & tigride foeta,
Tranſcurrit: curvique tenens Minoïa tecta
Brunduſii, clauſas ventis brumalibus undas
Invenit, & pavidas hiberno ſidere claſſes.
Turpe duci viſum eſt rapiendi tempora belli
In ſegnes exiſſe moras, portuque teneri,

Quum

ſimile, paſtores & agricolas, a militibus illis vexatos & ſpoliatos, ceſſaſſe ab arvis, & reliquiſſe ſedes ſuas, unde agri inculti manſerunt. Vetus commentator Horatii ad lib. III. Od. 6. dat nobis,

Atque impiger Appulus arva
Deſeruit raſtris.

Ego malim conjecturam amici Oudendorpiani, & quam olim meo codici adſcripſeram, ſequi, qui legit, *deſuevit raſtris*, quam juvat codex Turrianus, qui habet, *deſuit*, quod per compendium ſcriptum, pro *deſuevit*. illa verba vero *deſinere*, *deſerere*, *deſtituere*, quum ſaepe inter ſe commutentur, etiam aliquando ſubſtituta eſſe minus vulgari verbo *deſueſcere*, adparet ex Tibullo lib. II. el. I. 38.

His vita magiſtris
Deſuevit querna pellere glande famem.

ubi *deſtituit* alii codices prae ſe ferunt. apud Claudian. Bel. Get. 621.

Deſertosque lares, & pignora laeta reviſunt.

ubi in Pomponii Laeti excerptis eſt, *deſuetosque*. *deſuevit* ergo *raſtris*, pro ceſſando exercere effecit, ut malae & inertes herbae vitiarent arva. apud Ovidium VIII. Met. 826. in tribus codicibus erat,

Exercetque cibo deſuetum guttur inani.

ubi vulgo *deluſum* legitur. *deſueta triumphis agmina* dixit Virgil. VI. Aen. 814. & ita alii. vid. ad lib II. 728. & *victae tr. herbae* Thuan. ſec. a m. pr.

406. *Tecta*] *Regna* Rottend tert. mox, *ventis ſtrictas brumalibus undas* Hamb. tert. quod ex gloſſa. clauſae ventis erant, ut *mare clauſum*, non gelu adſtrictae, ut infra vſ. 436. idem dicit, quod Virgil. II. Aen. 110. *aſpera ponti Intercluſit hiems, & terruit auſter euntes.*

409. *Viſum eſt*] *Eſt* ignorat maxima pars ſcriptorum. vid. ad lib. II. 5. *rapienda* Langerm.

410. *In ſegnes haeſiſſe moras*] In noſtris fere omnibus eſt, *exire* vel *exiſſe*, quod verbum familiare Noſtro. ut lib. II. 225. *exire in proelia*, & III. 112. *in iras exire*, & alibi, pro quo & *abire* ſaepe ponitur; ſed tamen melius fero, *exire in iras*, *proelia*, ubi vehementior ſolito motus animi vel corporis deſcribitur, quam *exire in moras*, quod eſt lenti hominis; nec etiam *tempora exire in moras*, pro *teri*, *tranſigi*, locutio eſt obvia: unde credo Heinſium correxiſſe,

Rapiendi tempora belli
In ſegnes traxiſſe moras

& ideo dubito, an *haeſiſſe* non praeſtaret, quod in duobus Hamburg. reperi. & *eſiſſe* in Turriano, unde adparet corrumpendi fons, quia inde *exiſſe* factum eſt, ut ſaepe haec verba *exire* & *haerere* confuſa fuerunt. vid. ad Virgil. VII. Aen 533. Sil. Ital. V. 474. & Claudian. Rapt. III. 397. ſed ſi jam *tempora* poſſent dici *exire* vel *haerere* in moras, an aeque eleganter poſſunt illa dici *teneri portu*? ubi etiam variant codices. *portumque* Rottend. pr. & Richel. ſed tunc etiam *tenere* legendum eſſet; Cortius audaci incepto

Vv con-

Quum pateat tutum vel non felicibus aequor.
Expertes animos pelagi ſic robore complet:
Fortius hiberni flatus, coelumque fretumque
Quum coepere, tenent, quam quos incumbere certos
Perfida nubiferi vetat inconſtantia veris.
Nec maris amfractus, luſtrandaque litora nobis,

Sed

conjicit, *portuque ſedere*, quod adripuit ex Virgil. VII. Aen. 197. & de quo nos egimus ad Rutil. Itiner. I. 185. Sed an *tempora ſedent portu*? quis ita unquam loquitur? erraverunt omnes, quod ultimum membrum non ad *tempora*, ſed ad Caeſarem retulerint. ego cogitabam aliquando, utrumque debere de Caeſare intelligi, quod in Heinſii correctione fit, & in qua ſenſus ſibi conſtat: quid ſi ita conſtituatur locus, una modo litera mutata?

Turpe duci viſum, rapienti tempora belli,
In ſegnes haeſiſſe moras, portuque teneri.

Rapienti enim, ſive rapere volenti, ut ſolebat, turpe erat hic haerere in portu. *Haerere in moras* eſt ideo haerere, ut moraretur. *Segnes* vero *moras*, eſt circumſcriptio deſidiei, qua nihil ageret. Markland ad Stat. lib. IV. Sylv. VI. 4. deſidiam explicat, & recte, a ſtudiis ſeveris animi remiſſionem, & tempus, quod Statius tabulis pictis conſiderandis impendit. Sed quod eo ſenſu jam ſe vocis *morae* ſignificationem deprehendiſſe putet pro ludo & requie, non puto aliquid proprii ineſſe, ſed in genere notare tempus, quod in aliqua re, ſive ſeria, ſive ludicra, terimus. ut exempla ex Ovidio & Propertio adducta etiam probant. Certe hujus loci ſenſus eſt, ibi homines ad ſacrum ſerpentem ſpectandum tempus hoc impendere, & merito, ut credebant. Sic Ovid. III. Amor. XIII. 5. ubi Faliſcis ſacra Junonis magna frequentia celebrabantur, dicit,

Grande morae pretium, ritus cognoſcere.

quae certe mora in rebus ſacris impenſa *ludus* aut *requies* non poteſt dici, ut nec apud Propertium. ſic & Virgil. IX. Aen. 232.

Rem magnam, pretiumque morae.

ubi notat maxime rem ſeriam eſſe, & non praecipiti celeritate eſſe conſiderandam. immo in ſtudiis etiam *mora* recte dicitur, quae eſt *requies & medicina laborum*, ut de ſe dicit Ovidius V. Triſt. I. 34. plura ſunt obvia. *Teneri* vero non eſt mutandum: nam opponitur *pateat* & *teneri*; quaſi clauſum iter eſſet, ut lib. VII. 57.

Patriaque procul tellure teneri.

vid. ſupr. VI. 136. Pro *dum pateat* Cortius non male, *quum pateat*: quia, ſi *dum* legeretur, eſſet, ac ſi dixiſſet, *dummodo* pateat. ſed *dum patet* hic debuiſſet dici. vid. ad Phaed. III. 10. Sed *quum* ſubjunctivum tolerat, ut apud Juvenal. VI. 30.

Quum pateant altae caligantesque feneſtrae.

412. *Expertes animos pelagi*] *Expertos* etiam inter noſtros Thuan. tert. & Oiſel. & dubium eſt, quid praeſtet: nam inter milites ejus plurimi erant jam mare experti, quibuscum in Britanniam trajecerat, & ita *expertos pelagi* diceret, ut *expertos belli*, *animi*, *virtutis* &c. de quibus vid. ad Sueton. in Veſpaſ. cap. IV. ita Propertius excitat Romanos ad bellum Parthicum lib. III. el. III.

Ite, agite, expertae bello date lintea prorae. &c.

Si *expertes* legamus, poſſet ſenſus contrarius menti Poëtae colligi, quaſi allocutus eſſet illos, quos relinquere vellet in Italia, non vero ſecum ducere; illi enim, ut *expertes* eſſent ejus expeditionis, ita & *pelagi*. Sic Octavianus *expers belli* propter aetatem Sueton. Aug. VIII. dicitur. v. Serv. ad Virg. III. Aen. 182. Jam tota oratio de ventis hibernis videtur ad illos habita, qui jam experti erant, & tempeſtate illa vexati in trajectu in Britanniam, & ideo nunc abhorrere videbantur a mari, ideoque diverſitatem doceet

cet

Sed recti fluctus, ſoloque Aquilone ſecandi.
Hic utinam ſummi curvet carcheſia mali,
Incumbatque furens, & Graja ad moenia perflet,
Ne Pompejani Phaeacum e litore toto
Languida jactatis comprendant carbaſa remis:
Rumpite, quae retinent felices vincula proras.

Jam-

cet inter utrumque mare, & ejus trajectum, & ex ventis hibernis, qui diutius ex eadem plaga coeli flant, & vernis, qui quotidie mutantur, ratiocinatur. In Britanniam vero trajecit primo vere, quum enim per hiemem omnia paraſſet, & in portubus diverſis Galliae naves fabricari juſſiſſet, circa ver omnes ad portum Itium convenire imperavit; ibi jam erant *anfractus maris & litora luſtranda*: quo quum ipſe veniſſet, comperit jam XL. naves tempeſtate disjectas, & deinde etiam alias. nihilo minus in Britanniam trajecit, & inde ante aequinoctium redire in Galliam coactus, ut late commemorat lib. V. B. Gall. Ergo *expertos pelagi* praeferrem, qui erant robore complendi & firmandi, oſtendendo diverſitatem maris, trajectus, & ventorum in Adriatico & Britannico mari. Sic & poſtea Antonii moras increpans vſ. 486. ait.

Num quid inexperto tua credimus arma profundo?

Nam Antonius jam trajecerat mare, & ſub Gabinio militans in Aegypto, debuit trajicecere mare; licet & de Caeſare, qui prior transfretans exemplum Antonio & audaciam ſequendi daret, exponat Hortenſius.

414. *Tenent*] Vid. IX. 118.

417. *Recti*] *Certi* Thuan. ſec. ſed praeceſſit, *certi venti: & recti fluctus* ſunt, qui recto limite, recto itinere ducunt in adverſum litus, quibus *amfractus* opponuntur. vid. Barth ad Stat. V. Thebaid. 520. *de rectis aquis, litoribus* &c. vid. ad lib. III. 207. *aquilone ſecundi* Hamb. pr. & Langerm. ut ita *fluctu ſecundo labi* infra 459. ſed *ſecandi* praefero. opponit hos amfractibus maris & curvis litoribus in Galliae litore, hic eſſe rectos fluctus, & uno vento, eoque conſtante, poſſe *ſecari*, ut ita uno tractu ex Italia in Epirum transmittantur, ideoque *fortem ventum* optat, qui a puppe flans cito ad Graja moenia ferret. ſed miror neminem interpretum hic aliquid de Aquilone notaſſe, qui Brunduſio in Epirum tendentibus debet eſſe contrarius. an ideo Caeſar eum optat, ut Pompejanos fallat, qui adverſo vento eum non ſoluturum crederent? & hoc crediderim voluiſſe, quia venti adverſi, vel a latere maligne flantes, omnia illa agunt, quae dicit, *incumbunt furentes, curvant carcheſia* &c. deinde adverſos initio habuiſſe ventos Caeſarem colligerem ex vſ. 459. ubi demum *ſecundus* eum in litus Epiri impellit. & ex vſ. 428. ubi *obliquat carbaſa*, quod ſecundo vento non fit, ſed adverſo, vel certe a latere flante. an erraverit hic Lucanus, ut etiam infr. vſ. 720. neſcio quid dicam. certe vſ. 603. ubi Caeſar ex Illyrico in Italiam volebat trajicere, Aquilonis mentio fit, qui ſecundus ipſi fuiſſet, niſi Corus occurriſſet, & fregiſſet mare. *Furens* vero ſervandum ex plurimis ſcriptis. ut libr. II. 578. 599 & VI. 274. & alibi vide Oudendorpium, & quae ad Virgil. II. Georg. 311. diximus. & hoc exigit verbum *incumbat*, ut lib. III. 93. *Latias Eous in oras Nunc furor incubuit*. vid. ad lib. III. 2. & *Graia moenia* Rottend. ſec. omiſſa praepoſitione.

420. *E litore toto*] *In litore* Hamb. pr. *a litore* Turrian. *tuto* Richel & hoc probabat Heinſius. *toto*, eſt ex omni parte.

421. *Jactatis*] Heinſius *jactandis* legebat. id eſt, ne vento deſtitutos, quando languent carbaſa, Pompejani remis jactandis nos comprehendant, & licet nos quoque remis poſ-

Jamdudum nubes, & ſaevas perdimus undas.
Sidera prima poli, Phoebo labente ſub undas,
Exierant, & luna ſuas jam fecerat umbras:
Quum pariter ſolvêre rates, totosque rudentes
Laxavere ſinus: & flexo navita cornu
Obliquat laevo pede carbaſa, ſummaque pandens
Sup-

ſemus uti, quia tamen navibus praevalent Pompejani, & expertiſſimos nautas & remiges habent, facile poterunt comprehendere nos languide velificantes, nec remigando pares Pompejanis. *Jactantes* erat in quatuor. *Jactantis* in tribus. *comprendent* in Hamb. quart. Cogitabam, an etiam poſſet legi;

Languida luctantes c. c. remis, vel *remi.* ut ſit, Pompejani, ſumma ope remis incumbentes, nobis ſecundo vento navigantibus, illis adverſo, (& ideo dicit eos *luctantes* contra ventos; nam hoc proprium & remigantium praecipuum) comprendant nos languide velificantes. vid. infra vſ. 448. ſic Ovid. IV. Triſt. v. 19.

Utque facis, remis ad opem luctare ferendam.
eadem fere in re ſimili diverſitas codicum apud Claud. Bell. Gild. 516.

Quos ubi luctatis procul effugere carinis.
ubi Gyrald. Cod. *jactatis*: *quae retinet* Edit. Gryph.

423. *Perdimus*] *Prodimus* Berſm. Cod. male, nec plane explicat Schol. eſt enim fructum, & utilitatem, quam ex vento hoc fortiori capere poſſumus, non utendo amittimus. ita centies Noſter & alii. vid. ad lib. II. 442. & ibi Oudendorp. *undas* non movendum, id eſt, rectos illos fluctus, forti vento perflante.

424. *Labente ſub undas*] *Latitante* Hamb. tert. quod a librario, qui forte, *latente* (ut eſt in Langerm.) repererat, & metro conſulere volens, fecit *latitante*. duo autem hi verſus exeuntes in *undas* omnes aures laedere debent, nec codices adjuvant. Oudendorpius in priori verſu, *ſaevas perdimus auras*, quia mox etiam vſ. 429. *colligit auras* & *undas* varie exhibent codices. Sed & *ſaevae aurae* non admodum placent, quae *leves*, *placidae* paſſim dicuntur. *Fortior* quidem, *grandior* Ovidio *aura*, ubi aliquantum inſurgit ventus, dicitur; ſed *ſaevi* potius *venti* dicuntur, & maria. ut *ſaevum pelagus* inf. 568. & 692. vid. & IX. 165. Sed cum Oudendorpio relinquo haec Lucano, & ejus negligentiam emendare nolo, nec poſſum. nam & mox vſ. 435. ter *unda*, *undae*, *undas* quatuor verſibus finem faciunt. *Exierunt* Thuan. ſec.

426. *Totoſque rudentes*] *Tortoſque* Rottend. pr. & recepit Cortius, quod explicari commode poſſe non nego. *vela* enim ad antennas religata torta poſſunt dici, quae laxata & ſoluta ſinum faciunt, flante vento. Sed quia hoc Epitheton perpetuum eſſe poteſt, hic aptum & proprium huic tempori requiritur, ut nimirum omnia vela & plena, ut dici ſolent, quae ventum concipiant omni parte, intelligantur, ut mox ita vela aptat nauta, ut etiam *perituras colligat auras*. & ita ſolent Poëtae. Ovid. XI. Met. 476.

Totaque malo
Carbaſa deducit, venienteſque excipit auras.
& mox, *antennis totum ſubnectite velum.* ubi etiam & *tortaque*, & *tortum* quidam codices. vide ibi notas. Idem IV. & Pont. II. 73.

Et ſi quem dabit aura ſinum, laxate rudentes,
Apud Statium III. Sylv. II. 33. Barthius & Heinſius volebant: *ſic torta cum veſte ruit*, pro *tota*; ubi Markl. audaci conjectura, *ſic ut erat, cum veſte ruit*: & multis communis formulae exemplis alios ita locutos, opera ſupervacanea, oſtendit, non vero ita Statium voluiſſe nobis dare probat. ſed eſt imitatio Virgilii, qui lib. VIII. 712.

Pan-

Suppara velorum perituras colligit auras.
Ut primum levior propellere lintea ventus
Incipit, exiguumque tument; mox reddita malo
In mediam cecidere ratem: terraque relicta
Non valet ipſa ſequi puppes, quae vexerat, aura.
Aequora lenta jacent, alto torpore ligata.

Pi-

Pandentemque ſinus, & tota veſte vocantem.
ubi Gitanius *torta*, ſed Heinſius defendit vulgatam, etiam hoc Statii loco adducto, &, qui eo maxime facit, Ovidii loco ex lib vi. Met. 398. *tota veſte tegens.* ſed Markl. inſenſus huic voci, *totus*, eam etiam exturbat lib. ii. Sylv. v. 15. & pro *totas duxere in lumina frontes*, legit, *torvas.* quia nemo dixit, *partem frontis duxiſſe in lumina.* Sed ita multis locis eſſet mutanda vox. ut apud Ovid. xxi. Epiſt. 111. *Senſi me totis erubuiſſe genis*, an aliquis dixit, *parte genarum erubuiſſe*? vid. & ii. Amor. eleg. viii. 16. Sed innumera talia poſſent produci. quod huc facit, eſt, quod agat de dolore Statius, quo oculi clauſi ſunt, quum torvitas ex apertis oculis adparet, qui quaſi igne ſcintillant. inepte ergo hic *torva frons*, quae non claudit, ſed aperit, oculos, intruditur. ſic Val. Flacc. iii. 739. *dolor attrahit orbes.* quare quum *totus* & *tortus* ſollemni varietate permutentur, videndum, quid locus & materia exigat. ſic recte lib. viii. 655.
Aut laqueum collo, tortoſque aptate rudentes.
ubi ineptum eſſet, *totos* legere. Sed hic, ubi de accipiendis auris agitur, ne qua pereat, *toti ſinus* debent praeferri, nec etiam, an *ſinus torti* aeque bene, ac rudentes & funes torti, dicantur, ſcio. Jubet ergo Caeſar omnia vela, nec modo ordinaria, ſed & ſumma *ſuppara* deduci. nam lenior erat aura ſub initio navigationis, & exiguum modo tumebant vela, mox ſub auroram increbreſcit ventus, ſed ſecundus, qui deferret in litus Epiri. Huc etiam facit locus Quinctiliani Declam. xii. 16. *omnes excipe auras, etiamſi tota ſecundis flatibus tetenderint vela venti, tamen remis adjuva.* ubi *tota vela* etiam quae hic *toti ſinus.* & de Inſtit. Orat. vi. 1. in fine; *confragoſis atque aſperis evecti, tota pandere poſſumus vela*, ubi ex Ed. Andr. probavi, *toto ſinu pandere poſſumus vela*, & ſimul illuſtravi. ſic mox vſ. 528. *ventoque furenti trade ſinum.* *Sinus* vero eſt accuſativi caſus, nam rudentes laxant ſinus totos, non ſinus totos rudentes. Quare *rudentis* ex Thuan. tert. pro accuſativo non debet poni, ſed vitioſum eſt, & ambiguum facit lectorem.

427. *Flexo*] *Flexu* Richel. mox, *curvaque pandens* Hamb tert. a m. ſec. *pendens* Thuan. tert S Germ. Barber. & a m. ſec. Rottend. tert. vid. ad lib ii. 697. *ſupara* Hamb. pr.

431. *Exiguumque tument*] *Tumet* Hamb. pr. ut ad ventum referatur, & utrumque defendi poteſt; nam & ventus & vela *tumere* dicuntur. Sed praefero vulgatum. continua enim oratio. *mox reddita*, docet lintea debere intelligi: Ovid. ii. Art Am. 431.

Saepe tument Zephyro lintea, ſaepe Noto.

& Noſter lib. vi. 471.

Puppimque ferentes
In ventum tumuere ſinus.

& lib. ix. 327.

Atque ultra proram tumuit ſinus.

431. *Reddita malo*] Fluctuantia & a prora redeuntia ad mediam navem. vide an huc poſſit pertinere locus Valer. Flacc. ii. 12.

flumineo cujus redeuntia vento
Vela legunt, remis inſurgitur.

433. *Ipſa ſequi*] *Ipſe* Rottend. pr. *quas vexerat* idem & Hamb quart. Cortius conjicit, *quae duxerat aura*, quod vellem doceri elegantius dici de aura, quam *vexerat.*

Pigrius immotis haeſere paludibus undae.
Sic ſtat iners Scythicas adſtringens Boſporos undas,
Quum, glacie retinente, fretum non impulit Hiſter,
Immenſumque gelu tegitur mare: comprimit unda,
Deprendit quaſcumque, rates: nec pervia velis
Aequora frangit eques, fluctuque latente ſonantem
Orbita migrantis ſcindit Maeotida Beſſi.
Saeva quies pelagi, maeſtoque ignava profundo
Stagna jacentis aquae, veluti deſerta rigente
Aequora natura ceſſant: Pontusque, vetuſtas

Obli-

434. *Lenta*] *Pigra* Oiſel. *jacent*. *Alto torpore gelatae* correxerat Heinſius, ſed induxerat.

436. *Adſtringens Boſporus*] *Boſporos* Hamb. quart. & Oiſel. *undans* Richel. interpretes haec varie explicant, & per *Scythicas undas* pontum Euxinum vel paludem intelligunt Moeoticam. Sed doceri vellem, quomodo Boſporus poſſit adſtringere vel paludem, vel Pontum Euxinum, quum id rectius lib. I. 18. adſcripſerat Brumae, quae in his oris omnes adſtringit aquas. Quare videndum, an Boſporus, quem Cimmerium intelligit Oudendorpius, iners & immotus contra morem aliorum fretorum adſtringat undas Scythicas, id eſt, ſuas, & ſi Thracius intelligatur, Ponti Euxini undas, quae revera ſunt Scythicae. vid. II. 420. 580. 641. & alibi. & ita Ovidius, Gratius, & alii paſſim Pontum & Moetida vocant. vid. & Barth. ad Stat. XI. Theb. 437. nam & ipſa palus gelu ligata ſtat. Deinde etiam Iſter congelatus non impellit fretum, id eſt, in mare Euxinum evolutus, aquas Ponti impellere poteſt, quia ipſe glacie conſtrictus retinetur, & ejus oſtia gelu ſunt ligata. An *fretum* hic, ut millies apud Poëtas, pro ipſo Ponto, non Boſporo Thracio, debet ſumi? hoc jam *immenſum mare* vocatur, ſi comparetur cum palude Moeotica & Propontide, inter quas medium eſt, & quod gelu conſtringi, aeque ut Maeotida, deinde ſequentibus verſibus docet. ſic Ovid. III. Triſt. X. 37.

Vidimus ingentem glacie conſiſtere Pontum.

& I. Triſt. X. 13. *vaſtum Pontum* vocat, qui in his, & ex Ponto, Libris ſimilia Noſtro de glaciato Ponto & vicinis aquis ſaepiſſime iterat, ut miſericordiam amicorum & Auguſti moveret.

438. *Immenſumque*] *Impenſumque* Barber. unde Heinſius faciebat, *intenſumque*. vid. ad lib. IV. 112. ſed millies *immenſum mare* occurrit. *cum premit* Hamb. tert. & a m. ſec. Turrian. *haec pervia* Langerm. a m. ſec. *cum pervia* Hamb. pr. a m. ſec. Cortius conjicit, *ac pervia*. male. *nec pervia* eſt pro *impervia*, ut *nec opinus* & ſimilia.

440 *Frangit*] *Spargit* Barberin. *ſtringit* Thuan. ſec mox *Mareotida* Thuan. ſec.

442. *Pelagi*] Cortius malebat, *Pelago*. Sed talia non captanda: aeque enim *quies pelagi*, atque *otia maris* & ſimilia dici poſſunt. & ipſe Cortius ſaepe apud Plinium genitivum vindicat, ubi alii dativum praeferunt. vide ad lib. II Ep. I. §. 6. & alibi. imitatio denique Statii lib. II. Sylv. II. 26. *Mira quies pelagi*, firmat vulgatam. ubi Marklandus *mira fides* legit: cui bono? niſi ut ex collectaneis loca producat, ubi *fides maris* occurrit, de qua locutione nemo controverſiam moveret, ſi Poëtae ea voluiſſent uti. non onerabo lectorem locis, quibus *quies*, *quieſcere*, & cognata verba de mari occurrunt. *vaſtoque ignava* quatuor Codices. eadem varietas mox vſ. 508. & modo vidimus *vaſtum Pon-*

Oblitus ſervare vices, non commeat aeſtu,
Non horrore tremit: non Solis imagine vibrat.
Caſibus innumeris fixae patuere carinae.
Illinc infeſtae claſſes, & inertia tonſis
Aequora moturae; gravis hinc languore profundi
Obſeſſis ventura fames. nova vota timori
Sunt inventa novo, fluctus, nimiasque precari
Ventorum vires, dum ſe torpentibus unda
Excutiat ſtagnis, & ſit mare. nubila nuſquam,
Undarumque minae: coelo languente, fretoque
Nau-

Pontum dici. ſed hoc Maeotidi non aptum, & hic *maeſtum* praefero, quia *maeſta* loca omnia horrida dici ſolent. ſic *maeſta Tartara* lib. VI. 782. & VI. 649. *maeſtum confine mundi latentis*, & ſimilia paſſim obvia.

443. *Deſerta rigente*] *Natura rigente aequora deſerta* Thuan. ſec. *rigenti* quatuor. *regente* a m. ſec. Rottend. tert. *defecta* tentabat Cortius. ſed vulgatam ſervari vult.

445. *Non commeat aeſtu*] *Aeſtus* Rottend. ſec. male. mare *commeare* dicitur, ubi it & redit. vid. lib. X. 249. ut de hominibus dici vidimus ad Sueton. Claud. cap. XVII. ſic & in *oblitus* humanam dat rei inanimae adfectionem. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 707.

446. *Non ſolis imagine vibrat*] Omnia haec referenda ad Pontum Euxinum, & non ad mare, quod Caeſar navigavit, nec enim nocte poteſt ſolis imagine vibrare, ſed generatim agit de eo ſitu & ſtatu, quo Pontus eſt hieme. recte vero expoſuit Oudendorpius de tremulo mari, quod ſolis radios repercutit. & hoc indicat verbum *vibrare*, quod tremulum motum indicat. imitatus hunc locum Claudian. II. Rapt. 2.

Tremulis vibravit in undis
Ardor.

ubi Heinſius hunc locum adduxit, & hinc comparationem ſumſit Ovid. II. Art. 721.

Adſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Ut ſol a liquida ſaepe refulget aqua.

pro *tremit*, erat *premit* in Rottend. ſec. & a m. ſec. in Oiſel. male. nam *non tremit horrore*, eſt, vento agitatus Pontus non tremit, quae propria vox in hac re. vid. ad Ovid. IV. Met. 136. *horror* eſt a ventis agitatio, ut Ovid Epiſt. X. 139.

Corpus, ut impulſae ſegetes Aquilonibus, horret.

quod *tremit* dicit III. Art. 694. & ita poſtea vſ 563. apud Noſtrum, *niger inficit horror Terga maris. Solis imago* dicitur in mari *tremens*, ut in ſpeculo refulgens.

448. *Illinc*] *Illic* quinque, & mox, *hic* tres. male; *illinc* a parte Pompeji intelligit. *aequora maturae* Turrian. *moturis* Thuan. ſec. *movere* de remigibus dici vidimus ad lib. III. 2. mox, *languore profundo* Thuan. tert. *oppreſſis* etiam Thuan. ſec. quae varietas & lib. II. 654. & alibi.

453. *Et ſit mare*] *Ut ſit mare, nubila nunquam* Hamb. ſec. fateor me haec non intelligere. explicant, ut natura ſua redeat mari, nim. ut moveri incipiat. ſed tranquillum, aeque mare eſt, atque agitatum ventis. forte diſtinctione mutata legi poſſet,

Dum ſe torpentibus unda
Excutiat ſtagnis. Haeſit mare, nubila nunquam &c.

vota vana fuere. nam mare manſit immotum tota nocte, nec nubes, nec minaces motus maris, apparuere, & ipſa ſpes naufragii, cujus periculum, ſi modo ventus vehe-

Naufragii ſpes omnis abit. ſed nocte fugata
Laeſum nube dies jubar extulit, imaque ſenſim
Concuſſit pelagi, movitque Ceraunia nautis.
Inde rapi coepere rates, atque aequora claſſem
Curva ſequi, quae jam vento, fluctuque ſecundo
Lapſa Palaeſtinas uncis confixit arenas.
Prima duces vidit junctis conſiſtere caſtris
Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circueunt ripis. Apſo geſtare carinas

Cauſ-

hemens exoriretur, ſubire malebant, quam ita haerere in immoto mari, abiit.

vel, *at ſtat mare.* ut Virg. II. Ecl. 26.

Quum placidum ventis ſtaret mare.

Ovid. IV. Metam. 731. de ſcopulo, qui

Stantibus exit aquis, operitur ab aequore moto.

& ita alii. *ſtare* vero & *eſſe* ſaepe permutantur in codicibus. vid. ad Ovid. III. Triſt. I. 61. *Navigii* volebat Waddelius Animadv. Critic. pag. 135. ſed hoc *novis* votis non convenit. nec navigium pro navigatione tempore Lucani dictum novi. vid. ad Rutil. I. Itin. 541.

456. *Laeſum nube diem jubar extulit*] *Dies* quinque e noſtris, ut edidit Cortius, & utraque lectio videtur defendi poſſe, quia & dies pro ſole poteſt capi, qui extulit jubar ſuum, & etiam *jubar* pro ſole, qui extulit diem, ut infra lib. III. 335.

Qua parte diem brumalibus horis
Attollit Titan.

Ego magis inclino in *dies*, ut ſimpliciter pro die ſurgente capiatur (ut infra 702. *oppreſſit cum ſole dies*,) quae jubar laeſum nube, id eſt, ſolem obnubilatum, non ſerenum, & lucidum extulit. ſic Ovid. I. Triſt. IX. 12. *preſſus nubibus ſol* dicitur, unde & hic aliquis *preſſum* poſſet conjicere. ſed vulgatam adſerit Statii locus, lib. VII. Theb. 45.

Laeditur adverſum Phoebi jubar.

ubi Lutatius, obſcuratur Phoebi jubar, id eſt, ſolis ſplendor laeditur. & III. Sylv. I. 81.

Laeſique fides reditura ſereni.

ubi praeceſſerat, *ſubitis lux candida ceſſit Nubibus.* Denique *dies* debet etiam conſtrui cum *concuſſit* & *movit.* dies enim nubila & ventum dedit, ut nox tranquillitatem induxerat, quae ſerena & quieta fuerat. deinde pro *concuſſit*, *excuſſit* Oiſel. repetitum ex vſ. 453. deinceps legerem, *admovitque Ceraunia nautis*, quomodo omnes interpretes *movit* explicant pro *admovit.* de hoc verbo vide Gronov. Diatrib. Stat. cap. XL. Val. Flac. lib. V. 50.

Admotis nimium mens anxia Colchis.

Id eſt, ut recte Gronovius, adpropinquantibus. ita mox 473. *admotum nefas.* eſt autem verbi hujus reciprocus uſus, ut poſſit dici, *admovit Ceraunia nautis* & *admovit nautas Cerauniis.* vid. ad Virgil. Ecl. III. 43. ſic ſupra II. 674. *Seſton admovit Abydo* Xerxes, per pontem, fecit urbes quaſi conjunctas, & propiores.

459. *Fluctuque ſecundo*] *Flatuque* Hamb. tert. male. vid. ſupra 417. *laſſa* MS. Cortii. Sed hoc de longa navigatione, non de trajectu tam brevi dicitur, & *labi* proprie de navigatione. vid. ad Ovid Epiſt. XIX. 155. *uncus* Rottend. pr. quod non convenit praecedentibus.

461. *Conſiſtere*] Ita omnes mei praeter Rottend. tert. qui *conſtringere.* Editiones vero quaedam habent, *conſidere*, ex perpetua horum verborum permutatione. non tamen ubique locus eſt τῷ *conſidere*; quod hic probat

Cauſſa palus, leni quam fallens egerit unda.
At Genuſum nunc ſole nives, nunc imbre ſolutae
Praecipitant: neuter longo ſe gurgite laſſat,
Sed minimum terrae, vicino litore, novit.
Hoc fortuna loco tantae duo nomina famae
Compoſuit: miſerique fuit ſpes irrita mundi,
Poſſe duces, parva campi ſtatione diremtos,
Admotum damnare nefas: nam cernere vultus,
Et voces audire datur; multosque per annos

Di-

bant Oudendorpius, & Withof in ſpecimine Gunther cap. II. pag. 48. Sed, quia hic poſt varios motus agminum, & itinera celeriter confecta, caſtra poſita dicuntur, *conſiſtere* hic eſt, certo loco ſtare & manere, & ſimul ſe parare ad certamen. unde mox vſ. 468. dicit, Fortunam hos duos *compoſuiſſe* hoc loco, , quod etiam verbum depugnaturis proprium eſt. exempla rei vulgatae & toties repetitae a viris doctis non producam. vide ad Petron. cap. XIX. de permutatione horum verborum vid. ad Ovid. II. Met. 632. Virgil. VIII. Aen. 10. & ſupra etiam ad lib. III. 407.

462. *Genuſus*] *Geneſus* multi. *Ganeſus* Thuan. ſec. quae etiam eſt variatio mox vſ. 465. *Abſus* Langerm. & Turr. *Hapſus* multi. vide de his fluminibus Palmer. Graec. Antiq. I. 23. & 24. *circueunt* etiam ſcripti.

463. *Geſtare*] Pro *geſtandi*. exempla ſimilia dabit Longolius ad Plin. X. Ep. 56. & alii paſſim.

464 *Fallens*] Qui ſpectatori, credenti eſſe fluvium perennem, imponet, cum ſit fere ſtans, ut ſtagnum, ut de Arare quoque tradunt, quem videns neſcit in quam partem fluat. vid. ad Ovid. VIII. Met. 577. & Cortium ad Plin. V. Ep. VI. § 14. & de verbo *egerere* ad lib. VIII. Ep. XX. §. 9. in Thuan. quart erat *faulens*, quod, niſi ſit aberratio librarii, quid monſtri ſit, neſcio.

465. *At Genuſum*] Lutat. ad Stat. III. Theb. 672. citat.

Aut nunc ſole nives, nunc imbre ſolutae
Praecipitant.

omiſſo nomine fluvii.

466. *Se gurgite laſſat*] *Laxat* Langerm. & a m. pr. Oiſel. vid ad Ovid. IX. Epiſt. 56. & Virgil. III. Georg. 529

467. *Litore novit*] *Limite* Hamb pr. *litore volvit* idem a m. ſec. in Var. Lect. Oudendorpii error videtur irrepſiſſe: nam eadem eſt lectio, quae in textu, *novit*. Cortius edidit, *norunt*, dubium an *terrae* nominandi caſu ceperit, an *neuter norunt* conjunxerit. ſed praecedit *laſſat*: non ſatis haec intelligo. cogitabam,

Sed minimum terrae, vicino litore, rodit.

vel *radit*. vid. ad lib. II. 425. fluvium tamen noviſſe terram Lucanus ſuo jure forte dixit. *vicino litore*, id eſt, *mari propinquo*, quod eſt non longe a fontibus.

468. *Duo nomina*] *Numina* Hamb. tert. pro varia lectione. inepte non minus ac ſupr. vſ. 344. Flor. IV. II. 65 *ſatis ample ſonabant, in Pompejani nominis locum, Cato & Scipio.* vid. Barth. ad Stat. VI. Theb. 17. & Robbig. Cod. Critic V. 12. & nomen ſaepe *nobilitatem* notare, unde *genus* & *nomen* jungunt, docuit Heinſ ad Ovid. II. Epiſt. 50.

470. *Duces*] *Ducis* Richel *direptos* multi; *direptus* Richel. ſic lib. VII. 461. *parva tellure diremti.*

471. *Nam cernere*] *Nunc* Oiſel. *jam* Thuan. ſec.

472. *Multosque*] *Multusque* S. Germ. *delectus* Hamb. pr.

Dilectus tibi, Magne, ſocer, poſt pignora tanta,
Sanguinis infauſti ſobolem, mortemque nepotis,
Te niſi Niliaca propius non vidit arena.
Caeſaris attonitam miſcenda ad proelia mentem
Ferre moras ſcelerum partes juſſere relictae.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis,
Jam tum civili meditatus Leucada bello.
Illum ſaepe minis Caeſar, precibusque morantem
Evocat: *O mundi tantorum cauſſa laborum,*
Quid Superos, & fata tenes? ſunt cetera curſu
Acta meo, ſummam rapti per proſpera belli
Te poſcit Fortuna manum. non rupta vadoſis
Syrtibus incerto Libye nos dividit aeſtu.

Num-

473. *Poſt pignora tanta*] *Poſt funera* Rottend. pr. *poſt pignora juncti ſanguinis* conjicit Cortius. Sed edidit, *poſt pignora tanta Sanguinis, infauſtam ſobolis, mortemque nepotum.* Satis licenter, nec puto ex fide hiſtoriae. Torrent. ad Sueton. Caeſar cap. XXVI. *poſt pignora rapta.* Sed egimus de hoc quoque loco ſupra ad ſimilem lib. I. III. recte vero puto explicuiſſe Cortium ad Plin. VII. Ep. XVIII. §. I. *poſt pignora*, id eſt, poſt mortem eorum, ut lib. II. 319. *poſt me.* ideoque non opus *rapta.* ita *ante* etiam occurrere videbimus ad lib VI. 145.

475. *Te niſi*] *Tenis Niliaca* Richel. *Te niſi in Iliaca* Voſſian. & a m. pr. Thuan. pr. Sed an in Pharſalicis campis non aeque prope vidit ducem pugnae Pompejum? & quum in Aegyptum venerit, jam occiſus & crematus erat Pompejus, praeter caput ejus, quod a ſatellite oblatum Caeſari, & viſum dicit lib. IX. 1032. ſed an caput reciſum videre, & vivum ducem exercitus, unum & idem eſt? apage inepta acumina.

476. *Attonitam*] Barth. ad Stat. I. Theb. 125. Scholiaſten MSS. hic explicare, *numine Martis adflari ſolitam*, notat. vid. Oudend. deinde *partes* pro parte copiarum, quas prae penuria navium Brundiſii reliquerat, dici *relictas*, videbatur Cl. Dorvillio durius dictum, qui conjiciebat, *portus juſſere relicti.* cui tamen conjecturae non multum tribuebat. ſupr. lib. II. 395. Oudendorpius, *partes* dici pro parte copiarum, hoc etiam loco & alio probabat. Sed alterum eodem libro 527. aliter eſſe explicandum docui, ubi, ſi *partes* legendum eſt, ſuae partes, Pompejanae intelligendae: in priore loco *vires* pro *partes* duo codices habent, ut & hic, ſi codices addicerent, poſſet legi, *vires juſſere relictae. vires* vero de militibus & exercitu dici probare non eſt operae: nam obvium. ſed Florus IV. II. 537. *partem exercitus relictam cum Antonio* dixit. Noſter, ut Poëta, licentius *partes* dixit.

478. *Cunctis*] Non placebat Heinſio, qui *junctis* malebat. vid. ad Sil. VII. 45. & ſupra II. 194. ſed ſejunctae hae partes exercitus erant a Caeſare, quibus, diſperſis per Apuliam, praefectus erat Antonius

479. *Jam tum*] Ita omnes ſcripti & editi, vel *tunc.* quare, unde *jam cum* petierit Oudendorpius, neſcio. error, credo, operarum.

481. *Mundi*] Ita omnes, praeter unum Voſ-

ſia-

Numquid inexpenſo tua credimus arma profundo?
Inque novos traheris caſus? ignave, venire
Te Caeſar, non ire, jubet. prior ipſe per hoſtes
Percuſſi medias alieni juris arenas.
Tu mea caſtra times? pereuntia tempora fati
Conquerar: in ventos impendo vota, fretumque.
Ne retine dubium cupientes ire per aequor:
Si bene nota mihi eſt, ad Caeſaris arma juventus
Naufragio veniſſe volet. jam voce doloris
Utendum eſt: non ex aequo diviſimus orbem.
Epirum Caeſarque tenet, totuſque Senatus:
Auſoniam tu ſolus habes. his terque, quaterque
Vocibus excitum poſtquam ceſſare videbat,

ſianum. & fere ſemper variant in his caſibus ſcripti. vid. ad Ovid. II. Epiſt. 148. & XVIII. 200. & ſaepe alibi. *&* *mundi* non a *cauſſa*, ſed a *laborum* (ut plurimi codices habent) regi poteſt, ut I. 417. *quos agitat mundi labor*, licet ibi alio ſenſu. & ita *labores belli pelagique* IX. 1016. & paſſim ſimilia. Sic & *mala mundi* ſupra 222. ſi quis *malorum* praeferat, poterit *tueri* ex lib. I. 84.

482. *Et fata tenes*] *Quid fata tenes* Hamb. tert. eleganti repetitione. vid. ad Ovid. III. ex Pont. I. 119. alio paullum ſenſu *fata tenentur* dixit ſupr. 200. hic eſt moraris.

484. *Num*] *Non* omnes fere ſcripti. mox, *Libyae* Richel. *dividat* Hamb. quart.

487. *Venire, non ire*] Non ſatis capio, quod Grotius ſtatuat diſcrimen: nam & aeque *venire* in hoſtes, quam *ire* dicimus vid. ad Phaedr I. 21. & IV. 3. *venire* majorem celeritatem & confectum iter & pervenire: *ire* ingredi tantum iter videtur hic ſignificare. Sic Titus feſtinans ad patrem inopinantem, *veni, inquit, pater, veni.* & ſupr. vſ. 303. Caeſar *venit*, ſtatim adeſt, cum impetu venit. contra apud Virgil. II. Aen. 375. increpans tardantes,

Vos celſis nunc demum a navibus itis.

qui melius haec expoſuerit, lubens diſcam. Sulpitius *venire* exponit *ſequi*. ſed & hoc *ire* poteſt notare, & tarde aeque ſequi poterat, ac celeriter, Antonius.

489. *Percuſſi*] Heinſius malebat, *pervaſi*, ſed propius erat *percurri*. Sed nihil movendum. & recte Hortenſius de anchoris jactis, & in litore Epiri fixis, quod erat juris alieni, & obſeſſum a Pompejanis capit. ſupra 460. *configere arenas* dixit. poteſt & de ipſo Caeſare ex nave deſiliente capi, qui ita percuſſit pedibus arenas. ut *ferire terram* & ſimilia occurrunt, & Scholiaſtes etiam *veſtigiis preſſis* exponit. *alieni ruris* S. Germ. & a m. ſec. Rottend. tert. eadem varietas VIII. 803. IX. 249. *medias*, id eſt, inter me & Pompejum ſitas, ubi nunc caſtra poſui.

493 *Si bene nota mihi eſt*] Cortius, *ſi mihi nota bene eſt*: quae cumulatio literae *e* inſuavior mihi videtur. formula autem huic ſimilis, *ſi bene te novi*, illuſtrata ad Ovid. III. Art. 51.

495. *Ex aequo*] Vid infra VIII 232.

496. *Epirum Caeſarque tenet*] *Epirumque tenet Caeſar* Thuan. tert. & Oiſel. *Epiron* Cortius, quem miror non edidiſſe *tenent*, quod erat in Turriano, & facile tolerari po-

Dum ſe deeſſe Deis, at non ſibi numina, credit:
Sponte per incautas audet tentare tenebras,
Quod juſſi timuere, fretum: temeraria prono
Expertus ceſſiſſe Deo: fluctusque verendos
Claſſibus, exigua ſperat ſuperare carina.
Solverat armorum feſſas nox languida curas,
Parva quies miſeris: in quorum pectora ſomno
Dat vires fortuna minor: jam caſtra ſilebant:
Tertia jam vigiles commoverat hora ſecundos;
Caeſar ſollicito per vaſta ſilentia greſſu

Vix

terat, & multis exemplis firmari, qualia congeſta ſunt ad Ovid. II. Art. 81. vid. inf. 730.

499. *Dum ſe*] *Tum* Hamb. quart. *cum* Oiſel. & *non* Hamb. ſec. reliqui *ac*, quod Cortius edidit.

500. *Sponte per incautas*] Heinſius explicabat per Hypallagen, ut ipſe *incautus tentaret aequoreas tenebras*. cujus exempla dare notaverat Gronovium in Diatrib. Stat. cap. XVI. etiam in hac voce *incautus*. Adſcripſerat & locum Taciti ex I. Ann. 50. *Ex duobus itineribus breve & ſolitum ſequatur, an impeditum & intentatum, eoque hoſtibus incautum.* id eſt, non ſervatum, de quo nihil metuebant, nec cavebant: Barth. Adverſ. XXXV. 3. *incautum* dici non ſolum docet, qui ſibi non cavet, ſed & eum, qui non cavetur. vid. ſupr. ad lib. IV. 719. talis Hypallage mox vſ. 568. *rector trepidae ratis*, pro *trepidus*. Sed & *incautus* pro intuto, periculoſo poſſet capi. *incertas* alii ediderunt, quod obvium eſt. *latebras* ſex libri.

501. *Juſſi*] *Viſi* Voſſ. *tremuere* Turr.

503. *Superare*] *Sulcare* in nullo inveni. Sed Turrian. inepta geminatione habebat, *ſperat ſperare*, ſed quod confirmat τὸ *ſuperare*, ut fere ſemper apud Lucanum, in libris ſcriptis haec verba commutantur: recte vero receptum ab Oudendorpio, cujus notis adde quae dixi ad Val. Flacc. I. 74. & III. 481. ſic Virgil. I. Aen. 244.

Fontem ſuperare Timavi.

504. *Nox*] *Vox* Voſſ.

505. *Parta quies miſeris*] *Parva* omnes. *pectore* Turrian. male. vid. I. 66. Heinſius volebat,

Parta quies miſeris; ſunt quorum in pectora &c.

Ego diſtinctionem majorem in fine prioris verſus, ut quidam fecerunt, tollerem, & *nox* & *quies* per adpoſitionem caperem, & legerem.

Solverat armorum feſſas nox languida curas,
Parva quies miſeris: in quorum pectora ſomno
Dat vires fortuna minor.

Noctem dicit eſſe parvam quietem miſeris, ſi comparetur cum laboribus diurnis, ad quos primo mane ſurgere debent. Lutat. ad Statii I. 389. vulgatam exhibet, & de paupere, ut rector hujus ratis erat, dici notat Sed licet *miſeri* nautae proprie dicantur, ut notavi ſupra III. 287. hic tamen de militibus omnibus malim capere, quibus curas armorum nox ſolverat. rector vero ille, alto ſomno preſſus, (ut credibile eſt ſaepe jacuiſſe, ſi non navigaret, quod raro contingebat militibus,) vix ſurgit ad bis terque pulſantem Caeſarem. militibus vero parva quies datur, quum cogantur ſaepe ſub auroram ſurgere. vid. Ovid. I. Amor. XIII. 14. & his, *fortunae*

Vix famulis audenda parat: cunctiſque relictis,
Sola placet Fortuna comes. tentoria poſtquam
Egreſſus, vigilum ſomno cedentia membra
Tranſiluit, queſtus tacite quod fallere poſſet;
Litora curva legit, primiſque invenit in undis
Rupibus exeſis haerentem fune carinam.
Rectorem, dominumque ratis ſecura tenebat
Haud procul inde domus, non ullo robore fulta,
Sed ſterili junco, cannaque intexta paluſtri,
Et latus inverſa nudum munita phaſelo.

Haec

nae minoris hominibus, opponit Caeſarem *majoris fati*, qui, quieſcentibus militibus, vigilat ſollicitus de copiis morantibus. Si quis *parca* quies velit, non repugnabo, quia illa ſufficit miſeris ad reficiendas vires. ſic Silius VII. 319.

Cui parca quies, minimumque ſoporis.

Ovid. III. Amor. VI. 9.

Quid properaſſe juvat, quid parca dediſſe quieti Tempora?

ubi etiam vulgo *parva* legitur. Sed vide notas Heinſiii. parvam ergo quietem dicit, ſed quae ſtatim ſomno altiſſimo opprimebat, ut nihil fere ſentirent.

508. *Per vaſta ſilentia*] *Per maeſta* Turrian. & Barberin. vid. ſupr. VI. 442.

512. *Tranſiluit*] *Tranſiliit* vitioſe multi. Sed ex Voſſiano *tranſivit* adfert Oudendorpius, quod magis placet: nam ne motu nimio excitaret vigiles, caute & tacite tranſivit. vid. ad Ovid. I. Amor. IX. 27. *litora legere* hic de pedibus ingrediente Caeſare, ut recte Oudendorp. ita Virgilium Eclog. VIII. 7. *oram Illyrici aequoris legere*, dixiſſe notavimus de terreſtri itinere. & Stat. I. Theb. 376.

Talis opaca legens nemorum Cadmeïus Heros.

& lib. III. Theb. 324.

Danaeïa Tydeus

Arva gradu, viridiſque legit devexa Proſymnae,

& II. Achill. 73. de venatore,

multo legit arva moloſſo.

& Tacitus VI. Ann. I. *Campaniam praelegens*, ubi de terreſtri itinere agi docent praecedentia *transmiſſo freto*. & ita *legere* & *relegere* iter, ſaepe occurrit.

513. *Primuſque*] Ita Gryphius & alii contra ſcriptos fere omnes ediderunt *Primis* enim illi habent. Sed & duabus in Grotii editionibus, Plantiniana & Mairiana, inveni *primiſque*. vid. Valer. Flacc. II. 638. & IV. 434

515. *Rectorem dominumque*] Hic verſus deerat Thuan. ſec. Heinſius legebat, *vectorem*: ſed nihil muta. ipſe non tantum erat dominus, ut multi Romae divites, qui naves aedificabant, ſed illis alium rectorem vel gubernatorem imponebant, licet aliquando idem magiſter eſſet ut hic, & gubernator. vid. ad Petron. cap. CI. ſed noſter erat ſimul rector, & magiſter & dominus.

517. *Intexta*] *Intecta* edit. Lovan. teſte Cortio. Virgil. X. Aen. 784. *tribus intextum tauris opus.*

518 *Inverſa*] *Inverſo* ſeptem ſcripti. ut Catull. Carm. IV. *Phaſelus ille, quem videtis hoſpites.* ubi & *phaſellus* quidam ediderunt, ut hic nonnulli. parum quidem refert. Sed *inverſa* potius a Poëta, quam a librario, profectum puto. Sic *lembus*, *linter* feminino genere efferuntur. vid. Gronov. ad

Haec Caeſar bis terque manu quaſſantia tectum
Limina commovit. molli conſurgit Amyclas,
Quem dabat alga, toro. *Quisnam mea naufragus*, inquit,
Tecta petit? aut quem noſtrae Fortuna coëgit
Auxilium ſperare caſae? Sic fatus, ab alto
Aggere, jam tepidae ſublato fune favillae,
Scintillam tenuem commotos pavit in ignes,
Securus belli: praedam civilibus armis
Scit non eſſe caſas. O vitae tuta facultas

Pau-

Senec. Herc. Oet. 695. *nondum munita* Rottend. ſec. a m. ſec.

519. *Haec Caeſar*] Heinſius hic legebat, *ut Caeſar*. vel ſervata vulgata ſequenti verſu, *cum movit*. Cortius vero *cum ſurgit*. Sed nihil opus. quum centies aſyndetis Noſter utatur.

521. *Quem dabat alga, toro.*] *Dabat herba* Hamb. tert. a m. ſec. & pro *inquit* Barberin. *infit*. ſic & Sulpicia Satyr. 64. & ſaepe Virgilius, ad cujus lib. IX. 423. vide Heinſium.

524. *Fune*] *Fuſte* Cod. Cortii & Voſſ. pro varia lectione.

525. *Commotos*] Explicandum eſt, ut apud Ovidium I. Amor. II. 11.

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas.

ubi vide notas.

527. *Caſas*] Ita omnes noſtri. & prudenter hic commentatur Oudendorpius. Tales enim hiatus contra turbam MSStorum non ſunt captandi, in primis in Lucano, qui ſibi ab iis cavit plerumque, nec inveni niſi a manu corruptrici invectos. Forte qui *caſam* dedit, credebat hoc exigere praecedens *praedam*. Sed non de ſua caſa tantum, ſed de omni pauperis habitatione generatim hoc pronuntiat. Sic & Seneca in Thyeſte 451.

Scelera non intrant caſas.

& Juvenalis in eamdem ſententiam dixit, Sat. X. 18.

Rarus venit in coenacula miles.

miror vero Cortium, qui toties, ut lib. IV. 176. & alibi, nobis hiatus obtrudit, hic etiam *caſas* retinuiſſe. Caeſura etiam in ſequenti verſu, *anguſtique laris* eſt contra ſcriptos, licet placuerit Cortio, & auctorem potuiſſet laudare veterem Commentatorem Horatii ad lib. II. Od. 16. *vitae tutam facultatem*, pro *vita tuta* eſſe capiendum docet idem ad Plin. VII. Ep. IX. §. 8. Quae obſervatio in Poëtica periphraſi levis eſt, & millenis locis poſſet amplificari, & ſaepe languorem dat ſenſui. nam facultas tuta vitae, docet, poſſe aliquem tutum vitam agere, quam dat paupertas, & anguſti lares. vel poteſt per hypallagem explicari *o tutae vitae facultas*, ut ſupr. vſ. 500.

528. *O munera nondum intellecta Deum*] *Nec dum* Turrian. Sed hic videtur iterum incautum declamatorem agere Poëta: an enim hoc tempore nondum intellecta Deûm haec munera erant? quum jam olim, quum ſimplicitas & paupertas apud tempus prius laudata & culta fuerit, in primis a Romanis, ſed qui jam a majorum moribus deſciverant. quare ſi dixiſſet olim fuiſſe intellecta, nunc vero deſiiſſe intelligi, verum dixiſſet. Hinc fere moveor, ut ſcripſiſſe credam,

O munera quondam
Intellecta Deûm.

Nunc vero vitio ſeculi & opum cupiditate neglecta, & obliterata, quia agriculturae ſtudio olim tam diligenter & ſancte culto, jam deſueverant Romani. videant acutiores. videntur vero menti Poëtae obverſata illa

Ma-

Pauperis, anguſtique lares! o munera nondum
Intellecta Deûm! quibus hoc contingere templis,
Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu,
Caeſarea pulſante manu? tum poſte recluſo,
Dux ait: *Exſpecta votis majora modeſtis,*
Spesque tuas laxa, juvenis, ſi juſſa ſecutus
Me vehis Heſperiam, non ultra cuncta carinae
Debebis, manibusque inopem duxiſſe ſenectam.
Ne ceſſa praebere Deo tua fata, volenti

An-

Maronis II. Georg. 458.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas!

Si quis velit vulgatam tueri, is intelligat de divitibus, & potentibus, qui nondum haec bona intellexerunt. *contingere tectis* in Voſſiano & MS. Cortii erat, de qua varietate vid. ſupra h. l. vſ. 19.

531. *Poſte recluſo*] Ita omnes editi & ſcripti, ſed Cortius edidit, *recluſa*, quod vitio typothetarum adſcribebat Cl. Dorvillius. Dubito. quum antiquitatis amans, nobis forte in notis feminini generis *poſtem* poni docuiſſet. certe apud Virgil. v. Aen. 360. in Menteliano codice legitur, *ſacra de poſte refixum*. Sed ex uno codice conſtantem maſculini generis uſum evertere non audeo, quum & Virgilius aliis in locis eo genere utatur: & Priſcianus lib. VII. pag. 767. hoc Lucani in loco, *poſte recluſo* exhibeat.

532. *Votis majora modeſtis*] Male exponit Scholiaſtes; *modeſta* enim *vota* ſunt, quae ſtatui & vitae talis nautae conveniunt, qui ultra modum ſortis ſuae nihil optat. Contra *improba* ſunt vota, ſupra 277. & alibi, quae ſors & conditio voventis non capit, ut ſi mendicus ſperaret ſe regnum poſſe obtinere. *laxare* vero *ſpes* etiam rarior loquendi modus, pro ampliare, augere, quum aliter ſaepe Noſter pro *remittere* utatur. ſic *laxare iras* eſt ab iis remittere apud Petron. cap. LXXXII. non tamen ſollemni permutatione *laſſa*, quod eſt in Voſſiano, probo. Sed ut *ſpes anguſta*, (vel ut Celſus lib. V. 27. *oppreſſis ſpes in anguſto eſt*) dicitur, ita *laxata* pro ampliore, majore, videtur tolerari poſſe, ut omnia arta & anguſta laxari poſſunt.

535. *Debebis*] *Debebit* Hamb. pr. *manibusve* tres & Cortius. *dixiſſe* S. Germ. unde poſſet *vixiſſe* fieri. *ne inopem manibus* Voſſian. tert. verbum hoc *duxiſſe* non placebat Heinſio, ſed ex ejus turbata manu vix potui illud, quod reponebat, expedire, niſi quod *arcuiſſe* videtur ſcripſiſſe, ſed quod in tres ſyllabas contrahi debebat, & addiderat, *vel aliquid ſimile*. Cortius, qui omni nodo cuneum paratum habet, malebat, *toleraſſe*, quia ſcilicet Virgilium & alios *tolerare vitam* dixiſſe noverat. Sed & *ducere vitam* eſt obvium. ut Virgil. II. Aen. 641.

Me ſi coelicolae voluiſſent ducere vitam.

Sic ergo *ducere ſenectam* licet, credo, dicere. *Debebis* debet ſenſu repeti. non debebis cuncta *carinae*, nec debebis *manibus*, inopem duxiſſe, id eſt, quod ducas inopem ſenectam: vel ſi nondum ſenem fingamus, non debebis manibus, ex quarum opera nihil ſubſidii ad ſenectutem lucrari & ſeponere potes, ſi poſtea inops ſis ſenex, ſed ſubito diteſcere poteris. *manibus* vero eſt opere manuum, quas exerces in tua carina regenda. ut Abdalonymus ille apud Curtium lib IV. I. *hae manus ſuffecere deſiderio meo*: & idem eſt, quod Terent. in Phorm. II. 3. *cui opera vita erat*, dixit. Intricatior vero imperitis poſſet videri haec conſtructio, *debebis carinae*

Anguſtos opibus ſubitis implere Penates.
Sic fatur: quamquam plebejo tectus amictu,
Indocilis privata loqui. tum pauper Amyclas:
Multa quidem prohibent nocturno credere ponto.
Nam ſol non rutilas deduxit in aequora nubes,
Concordesque tulit radios: Noton altera Phoebi,
Altera pars Borean diducta luce vocabat.
Orbe quoque exhauſtus medio, languensque receſſit,
Spectantes oculos infirmo lumine paſſus.
Lunaque non gracili ſurrexit lucida cornu,
Aut orbis medii puros exeſa receſſus:

Nec

nae cuncta, & manibus duxiſſe ſenectam. ſed bis repetito *debebis*, ſenſus eſt, nec *debebis manibus duxiſſe ſenectam.* pro, quod duxiſti huc uſque aetatem quidem, ſed tamen inopem, poſthac ad ſenectutem commodiorem pervenies, non opere manuum, ſed meo munere. & ſaepe pro duobus nominibus, alterum verbum ponere ſolent infinitivi modo. Exempla plura dedi ad Virgil. I. Georg. 25. ita & in Euangelio Marci XII. 38. θέλοντες περιπατεῖν καὶ ἀσπασμοὺς, καὶ πρωτοκαθεδρίας &c. Cortius ad Plinii lib. I. Ep. 18. ad hunc locum remittit lectorem, ubi docturus eſſet elegantiam in diverſo ſignificatu ejusdem vocis, quod videre cuperem, ut ejus ſententiam percipere poſſem de hoc loco. mox Heinſius malebat, *praebere Deo ſua fata. Tua vota* Rott. tert.

538 *Quamquam*] *Poſtquam* Thuan. ſec. *amicto* Richel. *fatus* tres etiam libri.

539. *Indocilis*] Hic verſus deerat Thuan. a m. pr. ſed perperam. *indoctus* Rottend. pr. ſed *indocilis* eſt, non ſolitus, qui non poterat addiſcere tam ſubito loqui, ut privatus, licet maxime conaretur, & eam ſpeciem veſtis ejus praeberet: ut contra lib. I. 326.

docilis Sullam ſcelerum viciſſe magiſtrum.

id eſt, peritus, ſciens. ut Claud. II. in Eutr. 340.

Saltandi dociles, aurigandique periti.

& ita res inanimatas *dociles* & *indociles* dici vidimus ad Ovid I. Amor. XIV. 13.

540. *Nocturno credere ponto*] *Cedere* Sixii. Sed vide, quae diximus ad Val. Flacc. I. 332. & ſupra IV. 627. Hic iterum indulget genio ſuo Lucanus, & hunc pauperem Amyclam tam peritum nobis nautam deſcribit, ac ſi claſſi, aut certe navi magnae praefectus olim totum terrarum orbem circumnavigaſſet, & omnem prognoſticorum materiam exhaurit, quaſi Caeſari tempus ſuperfuiſſet inutiles hos ſermones audiendi, qui urguebat, & inſtabat. Loquitur quidem navita de ventis; ſed ubi otium eſt: poſſe tamen defendi Lucanum video, ſi hos ſermones habitos inter eundum ad naviculam, & dum parat omnia ad ſolvendum, fingamus: ſed tamen ultra modum & fidem loquacem facit, nec feſtinatio Caeſaris, tam garrulum tuliſſet. praeterea quum profunda nox eſſet, inepte illa prognoſtica ex mergo, ardea, & cornice captat, quae aves ſomno ſolutae nidos ſervabant, nec jam cerni poterant, niſi fingamus eum pridie haec ſigna obſervaſſe; quod de Sole & Luna procederet forte, ſed a vſ. 551. praeſenti utitur tempore, quaſi jam in tenebris haec apparerent.

541. *Non rutilas*] *Rutilans* Langerm. & ita citat Nic. Specialis Rer. Sicul. II. 8 *produxit* Hamb. quart. *diduxit* Sixii. Rottend. tert. Hamb. tert. ut mox contra, *deducta luce*

Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumque nota rubuit: tum lurida pallens
Ora tulit vultu ſub nubem triſtis ituro.
Sed mihi nec motus nemorum, nec litoris ictus,
Nec placet incertus, qui provocat aequora, Delphin:
Aut ſiccum quod mergus amat: quodque auſa volare
Ardea ſublimis, pennae confiſa natanti:
Quodque caput ſpargens undis, velut occupet imbrem,
Inſtabili greſſu metitur litora cornix.
Sed ſi magnarum poſcunt diſcrimina rerum,
Haud dubitem praebere manus: vel litora tangam
Juſſa,

ce Thuan. ſec. *in aequore* quatuor. *nubis* Sixii. mox, *Boream* Barber. *vocavit* Hamb. quart. & Turrian.

545. *Spectantes*] *Spectantisque* tres. *ſpectantesque* ſex alii.

546. *Non gracili*] *Nec* Hamb. quart. *lurida* tert. a m. pr. repetitum ex vſ. 549. *aut orbis* omnes. vid. ad lib. 1. 218. & hic Oudendorpium.

549. *Ventorumque nota*] Cortius ſine ſcriptorum auctoritate, obtrudit nobis, *notam rubuit. Erubeſcere* cum accuſativo poni novimus, & ad Ovid. Ibin 352. oſtendimus. *Sed rubere notam* forte per Graecismum nobis explicuiſſet. Sed non captandos Hellenismos, & loquendi audaciores modos, ubi ſe ſponte non offerunt, jam ſaepe vidimus. Recte vero Hortenſius Virgilii locum, quem imitatus Lucanus, adſcripſit ex lib. 1. Georg. 431.

Vento rubet aurea Phoebe.

an ibi etiam *ventum rubet* vellet legi? mox etiam, *itura* idem Cortius.

552. *Qui provocat aequora Delphin*] Cortius viri docti conjecturam profert, qui mallet, *Qui pervolat*, ſed quae nihili eſt. nam incertis Delphin ſuis quaſi ſaltibus, modo extra aquam, modo ſub undis, laſciviens, videtur quaſi provocare aequora, quod nimis ipſi etiam tranquilla adpareant. non vero pervolat, ſed nunc emergens, nunc ſe ſubmergens tranquillum mare adſilire & provocare videtur, & modo ſurgentibus, modo depreſſis undis ſe jactare. & Cl. Dorvillius ex Scholiaſte Homeri ad Il. M. 385. adſcripſit, οἱ γὰρ ἄρρενες τῶν δελφίνων ἐπὶ κεφαλὴν ἵενται, ὅταν γαλήνη γίνεται. *vocare*, *invocare*, *provocare*, eleganter de animalibus & rebus inanimatis dici notum, ut modo vſ. 543. Noton & Borean dicitur ſol *vocare*. ut Horat. Ep. XVI. vice verſa, *ire, quo Notus & Africus vocant*. Seneca in Troad. 105.

Jam nuda vocant pectora dextras.

Claud. in Nilo vſ. 3.

Nec graviter flantes pluviali frigore Coros
Invocat.

vid. Heinſ. ad Virgil. III. Georg. 193 *quod provocat* tres libri. *Delphi* Richel. *nec ſiccum* Thuan. quart. & Rottend. ſec. *volare eſt* quatuor. mox, *pinnae* Richel. *Natanti* non male etiam expoſuit Oudendorpius. idem Dorvillius, etſi adgnoſcet *natare* pro volare dici, ut Oudendorpius & alii volunt, ubi agitur de lento volatu, dubitabat tamen an non proprie hic *penna natans* dicatur; eo, puto, ſenſu, ut quia & volare, & natare poſſit, ideo audeat altius volare, nec timeat caſum in aquam: & mergi non poſſit, ſed pennis innatet.

Juſſa, vel hoc potius pelagus, flatusque negabunt.
Haec fatur, ſolvensque ratem dat carbaſa ventis:
Ad quorum motus non ſolum lapſa per altum
Aëra diſperſos traxere cadentia ſulcos
Sidera: ſed ſummis etiam quae fixa tenentur
Aſtra polis, ſunt viſa quati. niger inficit horror
Terga maris: longo per multa volumina tractu
Aeſtuat unda minax: flatusque incerta futuri,
Turbida teſtantur conceptos aequora ventos.

Tunc

559. *Vel hoc potius pelagus*] *Potius* hic ſenſum turbat, quum hac voce indicetur aliquid melius, quam praecedens. Sulpitius, *potius quam ego negabo*, explicat. Heinſius tentabat, *vel hoc votis*, ſenſu ſatis apto, qui convenit illi, quem Scholiaſtes notavit. Sed in eo non adquieſcens, adſcripſerat etiam, *vel hos portus*, quod capio eo ſenſu, ac ſi *δεικτικῶς* oſtenderet, ſe non in hunc portum, unde ſolverat, reverſurum, ſi litora juſſa tangere non poſſet. ſed naufragio potius obrutum, fluctibus & ventis periturum. nihil nunc occurrit melius. *Pelagus potius flatusque* Cortius volebat.

560. *Haec fatus*] *Fatur* omnes fere ſcripti. mox, *ad motus quorum* Thuan. ſec.

562. *Diſperſos*] Ita omnes omnino ſcripti, nec quisquam dubitavit, quin recta ſit lectio. Cortius tamen ex Codice ſuo dat, *corruſcos ſulcos*, quod ineptum, nec opus eſt, ut prima producatur, geminatione illa conſonantis, excogitata a plebe Grammaticorum, ut ſit *corruſcos*. an non Noſter lib. I. 606. *diſperſos fulminis ignes* dixit eadem ratione, qua hic *ſiderum ſulcos*? & unde *triſulca fulmina* dicta Ovidio & aliis, & *vaga*, & neſcio quae epitheta, quae per aëra & terras diſperſa fulmina indicant. hic per *lapſa ſidera* intelligit ſtellas, quae cadere videntur. Ovid. IX. Met. 322. & faces, trabes, lampades, & ſimilia phaenomena. ut apud Virgil. II. Aen. 693.

de coelo lapſa ſereno
Stella facem ducens.
Quae ſignat vias, & longo limite ſulcus Dat lucem. licet ibi boni ſit augurii, quia ſerenum erat coelum.

563. *Quae fixa*] *Quae ſumma* Hamb. pr. *tenetur* Richel. *poli* Turrian. mox, *longo per longa* Hamb. tert.

566. *Flatusque*] *Flatuque* Rottend. ſec. & Hamb. ſec. Cortius diſtinguit poſt *futuri*, & *incerta unda* jungit, non *aequora*. quae diſtinctio etiam in Gryphiana editione habetur, & forte aliis. ſed nihil illa opus eſſe puto cum Dorvillio meo.

569. *Zephyrosne intendit, an Auſtros*] *Ne* ignorant omnes fere ſcripti, nec operae erat Cortio jactare, ſe emendare, *Zephyros intendat an Euros*, ad Plin. I. Ep. I. & repetere ad VI. 16. quum hoc plurimi obſervaverint, & ipſas editiones veteres ita exhibere teſtetur Oudendorpius. & illa de omiſſis interrogationis particulis *an* & *ne* in prima parte, tam tralaticia ſit nota, ut nec tirones, nec Lexica ignorent. vid. ad Ovid. XII. Ep. 149. de verbo *intendere* hic etiam ſe egiſſe memorat ad Plin. II. Ep. XI. 15. Heinſius legebat, *Zephyrone intendat, an Euro*. vel *Zephyris i. a. Euris*. vid. ad Valer. Flacc. VII. 114. mihi vulgata ſatis placet, quam codices noſtri firmant, niſi quod Thuan. ſec. *in Euros*, & multi, *an Euros*. & certe electio hic lubrica. an *Auſtros*, an *Euros* (ut variant hic libri,) praeſtet, quia in talibus Poëtae nunc hos nunc illos, & ſaepe omnes ventos adhi-

Tunc rector trepidae fatur ratis: *Adſpice ſaevum*
Quanta paret pelagus: Zephyros intendat, an Euros
Incertum eſt: puppim dubius ferit undique pontus.
Nubibus, & coelo Notus eſt: ſi murmura ponti
Conſulimus, Cori verrunt mare. gurgite tanto,
Nec ratis Heſperias tanget, nec naufragus, oras.
Deſperare viam, & vetitos convertere curſus
Sola ſalus. liceat vexata litora puppe
Prendere, ne longe nimium ſit proxima tellus.

Fi-

hibere ſolent, & ut hic *Zephyrum*, *Eurum* & *Notum* Noſter, ita & Val. Flacc. I. 640. eosdem advocat.

Nunc torquens verberat Eurus,
Nunc ſtridens Zephyris aufert Notus, undique fervent
Aequora.

vid. & infr. 599. & ſeq. mox, *navem dubius* Rottend. ſec. *fert undique* unus Heinſii. *undique ventus* tres libri vid. infr. 649.

571. *Nubibus*] Heinſius volebat, *nubilus en coelo Notus eſt* vel, *Nubilus it coelo Notus. en nubibus in coelo* Hamb tert. *ſi marmora* Heinſ. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 276. *conſulimur* Hamb. ſec. deinde admodum variant ſcripti, *vexant cori mare*, *venient*, *veniet*, *ferient*, *veniunt*, *choris veniet*. Cortii MS *verrunt*, *volvent*, *coris veniet mare*, quod ultimum non ineptum notis ſuis oſtendiſſet. Heinſius totum locum ita conſtituebat,

ſi marmora Ponti,
Conſulimus, coris fervet mare.

vel, *corus verrit mare.* Mihi placeret magis,

Nubibus & coelo Notus eſt: ſi murmura Ponti
Conſulimus, cori verrunt mare.

non agitur enim de futuro vento, ſed de eo, qui jam flat, ſed incertus Amyclas, quia, ut ante dixit, dubius eſt *Pontus*, vel ut alii *ventus*, qui undique ferit navem, & conjicit ex viſu nubium & earum tractu, qualis ſit; in alto videtur ipſi eſſe Notus, at in mari, ut ex murmure (tenebrae enim erant, nec poterat marmora ponti videre, ſed audire murmura ponti ſive venti) ferientis navem ponti colligit, eſt Corus. & hoc ipſa experientia docet, ſaepe in aëre nubes ferri, in contrariam ventorum inferiorum partem. Statius lib VI. Theb 483. ex magis ſolito more aeſtum maris & ventos ſibi contrarios ponit.

Ut Siculas ſi quando rates tenet aeſtus, & ingens
Auſter agit, medio ſtant vela tumentia ponto.

ubi Scholiaſtes Barthii explicat de duobus ventis, quorum alter pelagus impellit, alter ſuſtinet: non accurate ſatis, quum ibi de uno auſtro, aeſtui contrario, agatur. ſed ſupra lib. II. 456. vidimus, ſaepe diverſos ventos eſſe in aëre, alios in maris ſuperficie.

574. *Deſperare*] *Deſpectare* Sixii. *committere curſus* Rottend. ſec. qualis varietas & ſupr. IV 743. unde Cortius conjiciebat, *vetitos & omittere curſus.* Sed vulgata ſana eſt. redire, unde ſolvimus, quia ventis vetamur in Italiam curſus dirigere. *Flectere*, *declinare curſus* Ovidius & alii dixerunt. Si ita liceat graſſari in veteres, poterat & *dimittere curſus* dicere cum Ovidio XI. Met. 446. Sed hoc ante inſtitutum curſum, hic vero in medio curſu redire converſa nave ſuadet Amyclas, unde ſolverant.

576. *Ne longe nimium ſit proxima tellus*] Miror hic interpretes argutias maluiſſe, quam obvium ſenſum amplecti; Heinſius etiam

 obe-

Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Caeſar,
Sperne minas, inquit, *pelagi*, *ventoque furenti*
Trade ſinum. Italiam ſi coelo auctore recuſas,
Me pete. ſola tibi cauſſa haec eſt juſta timoris,
Vectorem non noſſe tuum; quem numina numquam
Deſtituunt; de quo male tunc Fortuna meretur,
Quum poſt vota venit: medias perrumpe procellas,
Tutela ſecure mea. coeli iſte fretique,
Non puppis noſtrae, labor eſt: hanc Caeſare preſſam
A fluctu defendet onus. nec longa furori

Ven-

obelo notaverat locum. Nil variant ſcripti, niſi quod *nec longo* plurimi habeant. Senſus eſt, ne terra, quae licet etiam nunc ſit proxima, nihil nobis proſit ad eam prehendendam, & ita ex periculo evadendum. Sero enim, ſi vento obruimur, reſpiciemus tellurem proximam, id eſt, oram Illyridis, unde nondum longe abſumus, ſed obruemur undis, & naufragium faciemus: *longe eſſe* dicuntur omnia, quae nihil juvant vel proſunt. Flor. II. 6. *longe illi triplex murus.* Virgil. XII. Aen. 52. *Longe illi Dea mater erit.* quae vulgo nota, & centies a viris doctis animadverſa. vid Gronov. ad Senec. Hippolyt. 974. Broukhuſ. ad Tibull. I. V. 2. & alios paſſim, ipſos etiam Lexicographos Sic & *procul* utitur Statius III. Theb. 666. ubi vide Barth. *tellus* hic ponitur pro *tellurem*, ut ſit capiendum, ac ſi dixiſſet, liceat prendere tellurem proximam, ne illa deinde ſit nimium longe, nec facultas detur eam prendere.

578. *Ventoque furenti*] *Fruenti* Rottend. ſec. *trade ſinus. Italiam*, unus Oudendorpii, quod & in ſuo reperit Cortius, & in textum immiſit. Sed vellem ad digitos exegiſſet verſus talis modos. an & hic licebit *ſ* elidere in *ſinus*? turpe certe talia, vel cogitare, nedum prodere. de verbo *recuſare* vid. Cort. ad Plin. IV. Ep. 17.

580. *Sola tibi cauſſa eſt haec*] *Cauſſa eſt ac* Rottend. ſec. quod recepit Cortius. qui ita ſe emendaſſe dicit ad Plin. V. Epiſt. 8. *eſt &* Oiſel. a m. ſec. Heinſius legebat, *cauſſa eſt, nec juſta.* ut erat in Oiſel. a m. pr. vel volebat, *cauſſa eſt haud juſta*; ſed excuſabat timorem Amyclae Caeſar, & juſtum eſſe dicebat, quia ignorabat vectorem ſuum. Quare vulgatam ſervo. Vir doctus apud Cortium, *Sola tui cauſa eſt haec juſta timoris.* Sed *tibi* hic juſtius locum ſuum tuetur. Albinov. 270.

Cauſſaque dicemur nos tibi, Druſe, necis. in Servio ex edit. Lucii ad IV. Aen. 72. legitur, *pavoris*, qui etiam, *venia eſt haec ſola.* ſed ex III. 148. repetitum mox, *numina nuſquam* Thuan. ſec. & Barber. a m. ſec

583. *Perrumpe procellas*] *Prorumpe* Voſſian. Vir Doctus apud Cortium ex MSS. *perrumpe capellas.* cujus explicationem avide, ſed fruſtra, exſpecto. an ſidus coeleſte ita dictum perrumperet? haec ſunt aenigmata nobis. *perrumpere* illuſtravit Heinſius ad Tacit. IV. Ann. 40. id eſt, pervadere, vi penetrare. vid. & lib I. 322.

585. *Preſſam*] *Preſſus* S. Germ deinde *ab fluctu* Cortius ex edit. Veneta profert. *nec longa furoris* S. Germ.

587. *Proderit undis iſta ratis.*] Heinſius malebat, *icta*, vel *victa ratis.* & certe ita ſaepe locuti veteres. vide ad Valer. Flacc. IV. 48. ſed hoc mali ominis foret, quod longe abeſſe vult Caeſar. Si enim *victa fatiſceret*

Ventorum ſaevo dabitur mora: proderit undis
Iſta ratis. ne flecte manum: fuge proxima velis
Litora: tum Calabro portu te crede potitum,
Quum jam non poterit puppi, noſtraeque ſaluti
Altera terra dari. quid tanta ſtrage paretur
Ignoras. quaerit pelagi, coelique tumultu
Qvid praeſtet Fortuna mihi. Non plura locuto
Avulſit laceros percuſſa puppe rudentes
Turbo rapax, fragilemque ſupervolitantia malum
Vela tulit: ſonuit, victis compagibus, alnus.

Inde

ret, quid prodeſſe poſſet undis? Hortenſius explicat, non egebit navis auxilio undarum, quin ipſe, ut numen, eam gubernabo. Sed hoc adverſatur menti Poëtae, quam puto hanc eſſe. Iſta ratis, quae me vehit, proderit toti mari, nunc tam vehementer turbato, & ita etiam aliis, ſi quae nunc altum tenent, navibus: brevi enim fiet tranquillitas, & ſtatim mora furori dabitur. Ideo ſecurus ſis, & rectum clavum tene. *ne flecte manum.* *Ne flecte ſinum* voleoat Heinſius. *ne flecte manus*, quod in editis plurimis eſt, & nonnullis codicibus, praetulit Cortius. Sed ſi gubernatores maritimos ſaepe vidiſſet Cortius, ſciret eos dextra clavum tenere, non duabus manibus. Ovid. III. Met. 593.

Addidici regimen, dextra moderante, carinae.

& Val. Flacc. II. 50. *ſaepe ipſa manu dignata carinam eſt* vide & infra vſ. 706. ubi *dextrae* de pluribus gubernatoribus conjunctim navigantibus, recte dicuntur, ut quidam explicant. idem vero eſt, quod phraſi nautica dicunt, *clavum rectum tenere*, ut illa Ennii,

Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem.

de qua vide ad Quintil. II de Inſt. Orat. 17. & hinc Cicer. lib I. ad Q Fratr. ep. II. § 4. ὀρθὰν τὰν ναῦν. ubi vide Victorium & Manutium, & Lipſ. ad Senec. Epiſt. LXXXV. unde adparebit, hoc dictum de gubernatore, tempeſtatibus obluctante, & fidam operam, & ſcientiam navis regendae exhibente. & hinc dixerat Caeſar ſupra 417. *recti fluctus, ſoloque aquilone ſecandi*: & paulo ante, *perrumpe procellas*, id eſt, rectum clavum teneas. *ne flecte* plurimi. *non* Voſſ. *flectere* vero proprie de iis dictum, qui redire parant, unde venerunt; ſic Aeneas Palinuro lib. IV. Aen. 27.

fruſtra cerno te tendere contra,
Flecte viam velis.

Ovid. X. Epiſt 36. & 149. *Flecte ratem.* & apud Valer. Flacc. III. 38.

Tiphys vento ratem ſtellisque miniſtrat,

ſed poſt, ſomno Divûm imperiis illum opprimente,

cadit inſcia clavo
Dextera, demittitque oculos, ſolataque puppis
Turbine flectit iter, portuque refertur amico.

Sed haec jam nimia.

590 *Altera terra*] Scilicet Illyris. Si enim tam longe recedas ab hoc litore, ut non poſſis eo reverti, tunc crede te jam confeciſſe curſum ad litus Calabriae, & portum tenere te finge, ſi ſit longe relicta Illyris.

593. *Quid praeſtet Fortuna mihi*] *Quod* Richel. & probant Heinſius & Cortius. *praeſtat* Hamb. ſec *proſit* Thuan ſec. *vix iſta locuto* Thuan. ſec. *nec plura* Turrian. vid. VIR. 615. 595.

Inde ruunt toto concita pericula mundo.
Primus ab Oceano caput exſeris Atlanteo,
Core, movens aeſtus: jam te tollente furebat
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat iras.
Occurrit gelidus Boreas, pelagusque retundit:
Et dubium pendet, vento cui pareat, aequor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis, & undas
Tor-

595. *Rapax*] *Minax* Thuan. ſec. *ſuper volitantia* diviſis vocibus Cortius.

596. *Victis compagibus*] *Fractis* Hamb. tert. *ruptis* MS. Cortii. Sed ſunt Gloſſatorum interpretationes. vid. ad Valer. Flacc. I. 819. & IV. 48. & mox vſ. 648. & Cort. ad Plin. VI. Ep. XVI §. 6. *alvus* Voſſian. mox, *commota pericula* S. Germ. *congeſta* novem. Heinſius malebat, *concita tonitrua.* Sed *pericula* vocantur ipſae procellae, unde praeſens periculum intentatur. ſic Statius IV. Silv. IV. 100.

ratis Joniis credenda periclis.

ubi nihil opus reſcribere cum Marklando *procellis*, idem lib V. Silv. I. 67.

Fulmineoſque ignes, mediique pericula ponti.

& ita ſaepe alibi. *toto mundo* pro toto coelo.

599. *Core*] *Chore* MSS. *monens aeſtus* S. Germ. *aeſtum* Rottend. ſec. *te jam tollente* Rottend. tert. *ferebat* Thuan. pr.

600. *Totas erexerat undas*] In tribus erat, *iras*, quod amplexus Cortius, & quia in MS. *ehauxerat* reperit legit, *totas exhauſerat iras.* Sed incipit modo, & in ipſo initio procellae jam furebat mare, & iratum movet aeſtus. Heinſius, *tortas erexerat undas*, quod & in mentem venerat Marklando, & ante eum Gujeto, nec diſplicet. Oudendorpio. Sed *torſit undas* mox ſequitur. quare ego reciperem, *totas erexerat iras*: nam & convenit τῷ *furebat*, & *irae* maris, Neptuni & ventorum paſſim occurrunt. Val. Flacc II. 232. *aequoris irae.* eadem confuſio apud Ovid. XI. Met. 729

Qui primas aequoris iras Frangit.

ubi alii *undas*. vid. & ad Ovid. Epiſt. XVIII. 2 & Obſerv. Miſcel Crit. vol. II pag. 247. & Oudendorpius in addendis laudat. & huic lectioni favet verbum *erigere*, quo & de Leone, colligente totam iram, utitur lib. I. 209. *Erexitque jubas*: quamvis & mare poſſet dici iratum *erigere undas*, ut Leo jubas; ſed tamen magis Poëticum puto hoc loco *iras*, & mox *undas* ſequitur. de *totas* & *tortas* vid. ſupr. ad vſ. 426. & VII. 569.

601. *Gelidus*] *Gelidas* Richel. *retondit* Hamb. tert. *recondit* Thuan. ſec. *retendit* Rottend. ſec.

602. *Vento cui concidat aequor*] Locus vexatus. alii, *cui pareat.* quod ex Aldina editione propagatum. ſcripti, *concidat*, vel ut in Thuan. ſec. *concidet.* Propugnat ſcriptorum fidem Oudendorpius, ſed vellem exempla, quae profert, magis quadrarent *Concidere* vero, ut & *cadere*, dicitur mare vel ejus ira, quando ſedata tempeſtate tranquillius fit, quae hic durat, immo magis, magiſque convaleſcit, tot ventis inter ſe pugnantibus, ita ut dubium pendeat mare, in quam partem undas agat, & cui vento obſequatur, ſive *pareat*, ut alii Si ergo *concidat* retineatur, ſenſus eſſet, in cujus gratiam remitteret furorem, ſed vel uno reliquo, eoque vehementiori vento & victore aliorum, non poteſt concidere aequor, quum etiam, ſubductis ventis, diu aequora mota poſſint concurrere, ut mox vſ. 608. ait. vid. & ſupr. 217. ubi venti cadentes tamen adhuc gemunt. ſic lib. IV. 168. *Concidet Erinnys* eſt ceſſabit. alio paullum ſenſu Statius V. Theb. 368.

Totumque Notis portantibus aequor Pendet.

ubi

Torſit, & abſtruſas penitus vada fecit arenas.
Nec perfert pontum Boreas ad ſaxa, ſuumque
In fluctus Cori frangit mare: motaque poſſunt
Aequora ſubductis etiam concurrere ventis.
Non Euri ceſſaſſe minas, non imbribus atrum
Aeolii jacuiſſe Notum ſub carcere ſaxi
Crediderim: cunctos ſolita de parte ruentes

De-

ubi Barthius hunc Lucani locum adfert, & *pareat* habet, quae potior videtur lectio ab Aldo edita, quam ille, ut plurimas alias, ex MSS. forte habuit. Si dixiſſet, *cui cederet*, ut mox 646. clarior eſſet ſententia, & producta ab Oudendorpio loca juvarent. Sed tamen differunt *cedere* alicui, & *parere*: illud dicitur de eo, qui convictus, & quaſi ſponte remittit propoſitum. hoc de eo, qui coactus vi aut imperio obſequitur, ut patet ex Ciceron pro Ligario VII. *Ceſſit auctoritati ampliſſimi viri, vel potius paruit.* Invitus enim paruit, unde *parentes* pro imperio ſubjectis dixit Salluſt Jug. CII. Grotius & Gujetus explicant, *ſuccumbat.* ſed nullo exemplo probant, aeque Latine dici *alicui concidere*, atque *alicui ſuccumbere*, aut *cedere*. Praeter Ovidii locum a Broukhuſio adductum, idem dixit lib. I. Triſt. II. 5.

Inter utrumque fremunt immani turbine venti,
Neſcit, cui domino pareat unda maris.

& Eleg. ſeq. vſ. 124.

Et mecum magno pareat unda Deo.

putarim olim pro interpretatione vocis *pareat* adſcriptum fuiſſe *concedat*, quod quia metro repugnabat, abiit in *concidat.* quare judicio Broukhuſii adquieſco. *vento pendet cui*, etiam in Thuan. ſec. erat. Ceterum tota haec deſcriptio procellae, ut recte Oudendorpius, hyperbolica & ultra fidem verae tempeſtatis, in cujus vi deſcribenda Poëtae quidem omnia exaggerare ſolent, ſed neſcio, an quis ineptior Lucano fuerit. & dubito, an non illum innuerit Juvenalis Satyr. XII. 22.

omnia fiunt
Talia, tam graviter, ſi quando Poëtica ſurgit
Tempeſtas.

huc etiam facere Homeri locum Iliad. Ξ. vſ. 17. notabat Dorvillius.

603. *Vicit*] *Vincit* Thuan. ſec. & Turr. *rabies vicit* Rottend ſec. *ut undas torſit* Heinſius. & *abrutas* Hamb. tert. *torſit harenas.* Hamb. quart.

605. *Nec perfert*] *Non* Hamb. ſec. *praefert* Voſſian. vid. Cort. ad Plin. I. Ep. XXIII. fin.

606 *In fluctus*] Senſus eſt, Boreae impellenti undas occurriſſe Corum, ut ille ante Coro; & Boream fregiſſe ſuum mare in fluctus Cori, ut alii frangunt in litus, vel ſcopulos, ut paſſim loquuntur Poëtae. vid. ſupr. 103. & infra IX. 322. & de contrariis inter ſe ventis vid. ad lib. II. 456. & Barth. ad Stat. V. Theb. 704.

606. *Poſſunt*] Neſcio, an hic placere poſſit, quod eſt in Sixiano Codice, & in Oudendorpii Var. Lect. *poſcunt.* ut aequora jam mota etiam ſubductis ventis poſcant inter ſe concurrere, & proelia & iras continuare. videat lector. mihi non diſpliceret. ita *arva poſcunt manus* lib. I. 29. & homines *poſcere* proelia, arma, & ſimilia paſſim dicuntur. vid. lib. IV. 467. & VII. 60.

608. *Atrum*] *Antrum* Sixii. & Rottend. ſec. *Auſtrum* Rottend. ſec. a m. ſec. *ceſſare* etiam multi. mox, *latuiſſe* quinque; ſed *jacuiſſe*, eſt non, ut reliqui, etiam vehementer flaſſe; ut venti *jacere* & *ponere* centies dicuntur. *Nothon* Thuan. ſec. & Rottend. pr. *Noton* Cortius. *credideris* Gujetus.

610. *Cunctos*] *Ventos* Rottend. pr. *violento turbine* Sixian.

612.

Defendiſſe ſuas violento turbine terras,
Sic pelagus manſiſſe loco. nec parva procellis
Aequora rapta ferunt: Aegaeas tranſit in undas
Tyrrhenum: ſonat Ionio vagus Hadria ponto.
Ah quoties fruſtra pulſatos aequore montes
Obruit illa dies! quam celſa cacumina peſſum
Tellus victa dedit! non ullo litore ſurgunt
Tam validi fluctus, alioque ex orbe voluti
A magno venere mari, mundumque coërcens

Mon-

612. *Nam parva*] *Non* tres. *nec* Barberin. quod recepit Cortius. & verum puto: non enim *parva* ſoleut vocare Aegaeum & Jonium, quae *magna* ſaepe dicuntur; ut *Jonium magnum* Virgil. III. Aen. 211. ubi vid. Serv. & *ingens* Stat. I. Theb. 14. *immenſum* Ovidio IV. Met. 534. *magnum Aegaeum* Stat. III. Theb. 433. & ita paſſim. de Oceano vero hic non agitur, ut ſequentia oſtendunt de Aegaeo, Tyrrheno, & Jonio, & Hadriatico. De Oceano & ejus fluctibus mox aget, ubi comparat tempeſtates in Oceano ortas, cum hac in mediterraneo. Videtur tamen Cortius ad Plin. VII. Ep XXXIII. §. 9. *nam* praeferre, & parentheſin voluiſſe, cui particula illa *nam* inſervire ſolet. *Rupta* Thuan. pr. a m. pr. *rupta fuerunt* Langerm. a m. ſec. an *furunt*? *manſiſſe* vero *loco* eſt non potuiſſe in hanc vel illam partem telluris impelli, pugnantibus magnis inter ſe & occurrentibus hinc & inde ventis, unde mare ſuo loco, ut antea erat, manſit. ſic paſſim *manere*, *ſtare*, *ponere loco* occurrit. vid. ad Sueton. in Aug. XLIX. & ſupra III. 107. & ad Val. Flac. II. 99 Stat. VIII. Theb. 139. & 404. mox opponit tellurem victam, quae obruta eſt fluctibus, nec loco manet, ſed peſſum it. & licet haec omnis deſcriptio tempeſtatis ſit obſcurior, puto hoc voluiſſe: licet mare fuerit admodum turbatum, non tamen transgreſſum limites ſuos, & inundaſſe litora Epiri & Italiae, quia contrariis & inter ſe pugnantibus ventis, litus defendebatur, ſed ſola maria turbavit tempeſtas, undis inter ſe concurrentibus, & in altum erectis, vel deſidentibus in fundum, Aegeo, Tyrrheno &c. inter ſe commixto &c. *ferunt* vero ſcil. homines, ut *fama ferre* dicitur, & ſimilia obvia.

615. *Ah quoties*] *O quoties* Thuan. ſec. *A quoties* tres, ſollemni varietate. vid. ad Ovid. III. Art. 125. & II. Met. 491. & ſaepe alibi.

616. *Obruit*] *Horruit* Thuan. tert. *ille dies* plurimi. vid. lib. II. 99. eadem variatio apud Stat VIII. Theb 206. *qua celſa* ſex & Cortius. Heinſius conjiciebat, *non Indo litore*: movetur vero hic lis Lucano, quod oblitus ſui, quum dixiſſet pelagus manſiſſe loco, hic addat fluctus e mari magno, id eſt, Oceano veniſſe & alio orbe. Sed, ut modo dixi, non dicit eodem tempore hoc accidiſſe, ſed hanc tempeſtatem dicit non minorem fuiſſe, quam quae excitata quondam fuit in Oceano, & ita *non* debet repeti; *non ſurgant fluctus*, *non venere*, *non agit unda ſinus*. ſcilicet ut nunc hoc mare. & ut clarior ſenſus eſſet, poſſet legi cum Amſtel. codice, *ille dies*, *quum celſa* &c vel *qua*, ut ſupr. lib II 99. & ita variant ſaepe ſcripti. ut apud Virgil. II. 268 *Tempus erat*, *quo*, vel *quum*. ut velit dicere, ille dies, nim. quo fuit tempeſtas in magno mari, & tam alte elevati fuere fluctus ad coelum, ut obruerent montes celſiſſimos, quod tamen in hac tempeſtate Jovem prohibuiſſe dicit, & juſ-

ſiſſe

Monſtriferos agit unda ſinus. Sic rector Olympi
Cuſpide fraterna laſſatum in ſecula fulmen
Adjuvit, regnoque acceſſit terra ſecundo,
Quum mare convolvit gentes, quum litora Tethys
Noluit ulla pati, coelo contenta teneri.
Nunc quoque tanta maris moles creviſſet in aſtra,
Ni Superûm rector preſſiſſet nubibus undas.
Non coeli nox illa fuit: latet obſitus aër
Infernae ſqualore domus, nimbisque gravatus

De-

fiſſe nubes deſcendere in undas, & eas depreſſiſſe, unde tam ſpiſſa nox fuit orta. innuere vero celebrem quamdam tempeſtatem credo, qua haec omnia obruta fuere, ſed qualem velit ſignificare, nondum reperi. & locum hunc vellem clariori luce a doctis viris illuſtrari, in quo etiam nunc omnes ſcrupulos eximere non poſſum. forte reſpexit illam tempeſtatem, quam lib. I. 554. tetigit, quo Calpe & Atlas impleti aquis. Sed videant lectores, an quid melius inveniant. Alteram certe comparationem addit a diluvio illo magno, a Jove immiſſo, quae quidem inepta & abſurda eſt comparatio, ſed tamen diſtinguit diverſas tempeſtates ab hac, qua Caeſar agitatus fuit. vel ſi hoc non admittatur, poſſet aeſtus hic componi, ſi vſ. 610. cum aliis legas, *credideris*. id eſt, non credas Euri ceſſaſſe minas &c. & ita pelagus manſiſſe loco, immo contra, *non parva procellis aequora rapta ferunt*, ſed & a mari magno, id eſt, Oceano concitato veniſſe fluctus aeque validos. Sed ego prius malo; *magnum mare* vero licet hic Oceanus dicatur reſpectu Mediterranei, (nam dicitur mundum coërcere, quod proprium Oceano, non Mediterraneo, ut recte hic Oudendorpius) poteſt etiam dici de procellis & fluctibus agitato. vid. ad Valer. Flac. I. 50. & II. 364. ubi a Poëtis multis modis *magnum mare* dici videbis. Gujetus capit de latiſſimo maris Mediterranei alveo. *jam validi* erat in Thuan. ſec.

620. *Monſtriferos*] *Mortiferos* Turrian. eadem variatio apud Virgil. VI. Aen 279. & *monſtriferum bellum*, pro *mortiferum* in Codicibus: & hoc probat Oceanum intelligi, qui *plenus monſtris*.

624. *Ulla pati*] *Illa* Richel.

625. *Tunc*] *Nunc* nonnulli Codices, quod merito placuit Cortio. Antiquas enim procellas praeſenti comparavit. vid. lib. I. 217. & IV. 816. & alibi.

627. *Non coeli*] *Nec* Oiſel.

628. *Pallore domus*] *Squalore* ſcripti & editi nonnulli, ex ſollemni harum vocum confuſione. pro utraque ſaepe probabiliter diſputari poteſt, quum apud inferos & *pallor* & *ſqualor* habeant locum, & multa adduci de utroque loca poſſint. ſed videndum ſemper, quid adjuncta verba poſtulent, & ſic *ſordibus* melius *ſqualorem*, quam *pallorem* convenire nemo negabit. ideoque apud Quinctilian. Delam. V. 19. *ſqualentes ſordibus manus* retinebo, donec docear, *pallere ſordibus* recte dici. *pallor* poteſt ſordibus accedere, ſed ſordes non efficiunt pallorem, ſed *ſqualorem*. ideoque etiam apud Propert. IV. V. 70. Heinſius jure praetulit,

Immundo ſqualida mitra ſitu.

quod τὸ *immundo* neceſſario requirit. nam *pallida* poterat eſſe mitra ſine immunditie & ſordibus, ſed non *ſqualida*. nec quiſquam umquam negavit res abjectas & neglectas, aut alio modo ſitum contrahentes, mutato colore, antea vivo aut ſplendente, poſſe

pal-

Deprimitur, fluctusque in nubibus accipit imbrem.
Lux etiam metuenda perit, nec fulgura currunt
Clara, ſed obſcurum nimboſus diſſilit aër.
Tunc Superûm convexa tremunt, atque arduus axis
Intonuit, motaque poli compage laborat.
Extimuit Natura chaos: rupiſſe videntur
Concordes elementa moras, rurſusque redire

Nox

pallorem etiam conſpiciendum dare ; ſed *ſitus* non ſemper ſqualorem indicat : ſic ſenex & anus *victi ſitu* , ut apud Virg. VII. Aen. 440. & 452. pallere ſolent, non tamen ſemper ſqualere , quia poſſunt & ſolent, *munditiis annorum damna repenſare* , ut II. Art. 677. ait Ovidius. ſi immundi ſunt, & pallere & ſqualere poſſunt dici ; & ita utrumque jungit idem Naſo I. Amor. XII. 79.

vos carioſa ſenectus
Rodat, *& immundo cera ſit alba ſitu*.

plura non libet addere. nam ſi his non moveri poteſt Editor nuperus Quinctiliani, qui Heinſio & mihi obloquitur, inutilem me operam inſumturum video. certe de *ſitu* quae diſputat, nullius ſunt momenti, quia ille *pallorem*, &, ſi ſordes accedant, *ſqualorem*, ut dixi, inducere poteſt, & ita Servius ad Virg. VI. Aen. 462. *loca ſenta ſitu* explicat ſqualida, quia inculta erant, ut incultus ſenex ſitui ſqualorem addit. & *ſitum* eſſe *lanuginem* ex humore procreatam dicit, quae ſordium vices praeſtat; non palloris ſemper colorem praefert, ſed varii eſſe poteſt coloris. & praeterea hic, ſi aër latet, quomodo ejus pallor poteſt conſpici, quum ſqualore, id eſt foedo, & ſpurco, ut in tempeſtatibus, adſpectu, ſqualor ejus oculis pateat: in tempeſtatibus vero concurrentibus ventis, imbribus, tonitrubus, nimbis, ita nullus pallor in aëre conſpicitur, ut potius rubor & igneus color, quo *ardere* ſaepe dicitur, & ferveſcere, & turbida omnia & horrida & foeda appareant; unde Noſter mox nimboſum aëra dicit: quae omnia cumulatis Poëtarum locis illuſtrare. nihil attinet. & hinc ſemper putem ſcribendum *ſqualidus* , ubi turpi quodam & ſordido habitu res deſcribuntur. vid. Heinſ. ad Claudian. conſ. Olybr. 212. Praeterea hoc exigit hic verbum *obſitus*, quod non notat mutationem coloris in pallorem, ſed aliquod adjectum, aut impoſitum, quo obfuſcatur, & foedus, & infectus fit aër, vel aliud quodcumque. ut lib. II. 367. *purpura obſita funerea lana*. apud Ovid. IV. Met. 724. *obſita conchis terga*. & III. Amor. VI. I. *Amnis arundinibus obſitus*. & paſſim. recte vero haec duo diſtinguit Livius lib. II. 23. *obſita erat ſqualore veſtis*, *foedior corporis habitus*, *pallore ac macie peremti*. & Terent. Eun. II. 2. *ſqualidum*, *aegrum*, *pannis & annis obſitum*. ubi *aeger* eſt pallidus, & macie deformis. Sic & agri & loca *obſita* herbis malis, vepribus & ſentibus dicuntur, & opponuntur politis & nitidis, quae probare non attinet: improprie ergo admodum, ſi non abſurde, diceretur aër *obſeri pallore*, quum *ſqualore* fit egregium & proprium. Quare, ubi MSS. non adjuvant, vel corrigenda ad hunc Canonem ſunt loca, vel auctorem improprie & minime eleganter, immo contra rationem, locutum, eſt confitendum, ut ſaepe Lucano uſu veniſſe negari nequit. Saepe tamen librarii eum ineptiorem fecerunt, quam vere fuit. Haec operoſius, ut ſemel defungamur, illuſtrare libuit, & ut maligne ſaepe, ſub honore verborum laudantibus, me ſentire, quid illis animi erga me ſit, probarem.

630. *Nec fulgura currunt clara*] Et hoc alienum ab eo, quod naturale & conſuetum eſſet, notavit Achill. Stat. ad Tibull. I. IX. (vel X.) 15.

Illis

Nox manes mixtura Deis. ſpes una ſalutis,
Quod tanta mundi nondum periere ruina.
Quantum Leucadio placidus de vertice pontus
Deſpicitur; tantum nautae videre trementes
Fluctibus e ſummis praeceps mare: quumque tumentes
Rurſus hiant undae, vix eminet aequore malus.
Nubila tanguntur velis, & terra carina.

Nam

Illis eriperes verbis mihi ſidera coeli
Lucere, & puras fulminis eſſe vias.

ut ibi pro *fluminis* legendum eſſe recte cenſet. & Matius lib. I Opin. 13. *viae* vero *fulminis* conveniunt τῷ *currunt* Lucani. ut & in alio Tibulli loco I. II. 44.

Fulminis haec rapidi carmine ſiſtit iter.

ubi plura Broukhuſ. de magicis artibus, quibus fulmen ſtare cogitur. *currere* vero & velocitatem, & latum fulminis tractum notat. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 804. conferenda haec pars, ut & tota tempeſtatis deſcriptio, cum Ovidiana lib. XI. Met. 515. ubi caret ignibus aether, & coeca nox & tenebrae, quas diſcutiunt fulmina. *nimboſis* Hamb. pr. *deſilit* quinque libri. *Diſſilit obſcurum*, per graecismum, id eſt, licet dehiſcat, tamen vix lux ulla per hiatum illum emittitur.

632. *Tremunt*] Ita omnes noſtri. *intonuit* etiam Richel. S. Germ. & Barberin. *poli convexa* Rottend. ſec. *laborat* Rottend. pr. etiam & Oiſel. quod referri poſſet ad *axis*, & dubito, an non rectius. nam *convexa* habent ſuum verbum *tremunt*, quod praeferendum. ſic lib. VI. 745 *terra concuſſa tremit*; & Oudendorpius hic *tremunt* ſcil. *concuſſa*, quod ſubintelligit. Imitatur vero hic Ovidium, qui lib. I. Met. 298. *mundi moles operoſa laboret.* & II. Met. 296. *Atlas en ipſe laborat.* de *compage* vid. ad Val. Flacc. I. 829.

636. *Spes una*] *Spes vana* edit. Hortenſii, qui in notis tamen *una* dat.

638. *Quantum*] *Quantus* Rottend. ſec. quod Cortius expreſſit.

640. *E ſummis*] *Ex* Thuan. pr. plurimi vero, *a ſummis*. parum referre puto, & ſaepe ratione metri *ab* requiritur. ut omnia ab Oudendorpio adlata loca. Sed ubi nulla neceſſitas cogit, ibi videmus promiſcue *ex*, *a*, *ab*, & *de* poni, & variare codices. ſic apud Ovid. II. Art. 87.

Territus e ſummo deſpexit in aequora coelo.

ubi alii *a*, patiente utrumque metro. Claudian. II. in Rufin. 62.

Summaeque e (vel *a*) *culmine turris Cernit.*

Virgil. VI. Aen. 357.

Proſpexi Italiam ſumma ſublimis ab unda.

Noſter h. l. vſ. 250.

Quam non ex ſtabili, tremulo ſed culmine cuncta
Deſpiceret.

& lib. IX. 121.

Adſpexit patrios comites a litore Magnus;

ubi vide, quae notamus; lib. X. 434.

Lucifer a Caſia proſpexit rupe.

ſine ulla varietate lectionis. ſed mox vſ. 436. eſt *a* & *e muris* in ſcriptis hic vero praecedit *de vertice*, & ſequitur, *e fluctibus*. & de harum praepoſitionum vario uſu agit Cortius ad Plin. IX. Ep. VII. §. 4. *cumque timentes* Barberin.

641. *Eminet*] *Imminet* Thuan. ſec. vid. ſup. vſ. 76

642. *Tanguntur*] Ita omnes. Cortio tamen non ſatis hyperbolice videtur hoc dictum, & ille *terguntur* conjicit legendum. Sed inepte. nam ſi jam poſſint nubila *tergi* velis, an etiam tergitur carinâ terra, id eſt, ſolum maris. modeſtius certe Ovid. I. Triſt. II. 20.

Jamjam tacturos ſidera ſumma putes.

& mox,

Jamjam tacturas tartara nigra putes.

Zz 2

qui

Nam pelagus, qua parte ſedet, non celat arenas
Exhauſtum in cumulos, omniſque in fluctibus unda eſt.
Artis opem vicere metus: neſcitque magiſter
Quam frangat, cui cedat aquae. diſcordia ponti
Succurrit miſeris, fluctusque evertere puppim
Non valet in fluctus: victum latus unda repellens
Erigit, atque omni ſurgit ratis ardua vento.
Non humilem Saſona vadis, non litora curvae
Theſſaliae ſaxoſa pavent, oraeque malignos
Ambraciae portus: ſcopuloſa Ceraunia nautae
Summa timent. Credit jam digna pericula Caeſar

Fa-

qui ita adparere modo dicit, quaſi tangant, ut & lib. xi. Met. 497.

Fluctibus erigitur, coelumque aequare videtur
Pontus, & inductas aſpergine tangere nubes.

recte *videtur* dicit.

643. *Nam pelagus*] *Jam* Thuan. ſec. *nec celat* MS. Cortii. *arenas* plurimi. *in tumulos.* Turrian. *omnis in* Thuan. ſec.

645. *Artis opem*] *Opes* Hamb. ſec. ſed melius vulgata. Ovid. Remed. 16.

noſtrae ſentiat artis opem.

& vi. Faſtor. 760.

Qui nimiae moverat artis opem.

vid. & ſupra lib. iv. 608.

648. *Non valet in fluctum*] Heinſius malebat, *non valet inflictu*, vel, *non valet in fluctus*; *ictum latus* &c. vid. ſupr. 596.

649. *Surgit ratis ardua vento*] *Ponto* Barberin. quod & in Var. lect. Steph. & dubitat Oudendorpius, an non recipiendum. Sed praeterquam quod bis brevi intervallo praeceſſerit, rectius dicitur, *omni vento*, id eſt, quocumque, & a quacumque parte flet, quam *omni ponto* ſurgere navis. nam omnis pontus deberet eſſe modo ad ſidera erectus, modo ad fundum deſidens, qui non poteſt dici navem ſemper erigere, ſed & aliquando deprimere debet. eadem varietas ſupra 570. & apud Virgil. i. Aen. 70.

& disjice corpora ponto.

ubi in Moreti codice eſt, *vento*, & ita etiam alibi. & quod hic de navi dicit, ſupra de mari vſ. 612. dixit.

650. *Vadis*] *Vadi* malebat Heinſius. *Sexona, Saſſona, Samſona* MSS. Palmer. lib. i. Graec. Ant. cap. 33. *vada* explicat, vadoſum litus, quo cincta fuit Saſon, & pro *Theſſaliae* legit *Theſprotiae*: nec ſyllabam longam nos morari debere ait, quia ſaepe Graecum *a* per Latinum *o* breve redditur. & verum eſt id aliquando in vocibus, a Graecis adſumptis, factum. vid. lib. i. 675. & ii. 593. Sed non ſemper. & ipſe deinde mavult legi, *Theſprotum ſaxoſa pavent.* Sed haec nimis a veſtigiis codicum recedunt. vid. Miſc. Obſerv. Crit. T. ix. pag. 452. Cogitabam, annon propius accederet ad vulgatam, ſi legeretur, *Caſſiopae ſaxoſa pavent.* ad Caſſiopen enim ſinus erat, & alter ad Buthrotum, qui litora curva faciebat: hunc vero tractum *Caſſiopiam* vel *Caſſopiam* dictam idem docet Palmer. lib. ii. cap. 4. & de Caſſiope egi ad Sueton. in Neron xxii. ſed non obtrudo hanc conjecturam, licet *Theſſaliae* vitioſam eſſe lectionem credam: nam Theſſaliam umquam ab aliquo dictam, qua tangeret mare Hadriaticum, iguoro, quae in Aegeum mare expoſita erat. Theſſaliae fines aliquando latiores dari a Poetis, & verſus

Thra-

Fatis eſſe ſuis. *tantusne evertere*, dixit,
Me Superis labor eſt: parva quem puppe ſedentem
Tam magno petiere mari? ſi gloria leti
Eſt pelago donata mei, belliſque negamur;
Intrepidus, quamcumque datis mihi numina, mortem
Accipiam. licet ingentes abruperit actus
Feſtinata dies fatis, ſat magna peregi.
Arctoas domui gentes: inimica ſubegi
Arma metu: vidit Magnum mihi Roma ſecundum.
Juſſa plebe tuli faſces per bella negatos:
Nulla meis aberit titulis Romana poteſtas.

Nec

Thraciam extendi, & cum ea confundi, verum eſt, & alibi probavimus; ſed in Epirum ad mare Hadriaticum, vel Ionium porrigi, de quo agi docent adjecta Ambracia & Ceraunia, probandum ſupereſt. haec loca vero non pavent, quia aqua ventis erecta haec inundaverat, ita ut ratis ardua ſuper ſaxa ſine periculo veheretur, ſed timebant Ceraunios montes, qui ſoli fere vertice eminebant ſuper aquas. O inanem & magniloquam hyperbolen & abſurdam! quum antea vſ. 611. defendiſſe terras ſuas undique irruentes ventos dixiſſet, & mox unda Caeſarem exponit terrenum in litus, minime obrutum undis.

651. *Malignos*] *Malignus* Sixii. vulgatam hic agnoſcit Lutat. ad Stat. IV. Theb. 805. *Ambrachiae* Turrian. mox, *ſumma tenens* Turrian. ſed qua ratione ſumma Ceraunia timeant, explicat Barthius ad Stat X. Theb. 532. quia in verticibus montium nubes velut recumbant, quae deinde erumpunt in mare ſubjectum. non puto; ſed eminentes ex aquis, ut dixi, montes, ne in illos impingant, timent. quare Gujetus non debebat *ſola* conjicere.

653. *Jam digna*] *Tam digna* Oiſel. a m. ſec. *factis* vir doctus apud Cortium, quod jure damnat. Centies *fata Caeſaris* noſter memorat. *Quantus* Thuan. tert. Hamb. pr. & Langerm. non male. & Oudendorpio probatum. Sic *quantum laboris* Phaed II. 8. ubi vide. & ſupra III. 392. *tantus me evertere* Turrian. ut repetat *me*. quemadmodum apud Virgil. IX. 427. & alibi. mox, *quem parva* tres libri.

660. *Feſtinata*] *Deſtinata* Thuan. vitioſe & contra metrum. *at magna* Richel. ut volebat Waddel. Animadv. Crit. pag. 137. ſed ſenſus requirit *ſat*, ut geſta praeterita ſolatium ſint mortis praematurae. Et ſit ſenſus idem, qui Martial. X. 53.

Dum numerat palmas credidit eſſe ſenem.

& ut Hector apud Virgil. II. 291. *ſat patriae Priamoque datum.*

663. *Juſſa plebe*] *Juſſa a plebe* Rottend. ſec. ſed recte Micylius explicat, ut plebs, ſive populus *jubere* ſolebat, nunc Caeſaris juſſa ſit ſecutus. vid. h. l. vſ. 21. durius tamen dictum. nec ſcio, an Caeſarem ita gloriantem recte inducat, licet plebiſcito illi data fuiſſet poteſtas abſenti petendi conſulatum, quod Pompejus deinde prohibere volens, & Marcellus privilegium hoc eripiens Caeſari, cauſſam dederint civili bello. vid. Sueton. Caeſar. cap XXVIII. quo haec Lucani poſſunt referri. *per bella*, id eſt, dum bella in Gallia gero. Valer. Flacc. VI. 35.

Quis fretus equis, per bella, viriſque.

ubi vide. & ad ejuſdem lib. I. 767. poſſet & reſpi-

Nec ſciat hoc quiſquam, niſi tu, quae ſola meorum
Conſcia votorum es, me, quamvis plenus honorum,
Et Dictator eam Stygias, & Conſul ad umbras,
Privatum, Fortuna, mori. mihi funere nullo
Eſt opus ô Superi: lacerum retinete cadaver
Fluctibus in mediis: deſint mihi buſta, rogusque,
Dum metuar ſemper, terraque exſpecter ab omni.
Haec fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Invalida cum puppe levat: nec rurſus ab alto
Aggere dejecit pelagi, ſed pertulit unda,
Scrupoſisque anguſta vacant ubi litora ſaxis,

Im-

reſpici ad conſulatum, quem ſimul cum dictatura cepit ex vſ. 667. & de quo egit ſupra 393. & Dictaturam innuit verſus ſequens 664. ubi per *titulos* poſſunt intelligi, qui ſtatuis ſubſcribi ſolebant, honores geſti, & res actae, ut notum ex Floro IV. 10. de Antonii *titulorum cupidine*, & aliis multis locis veterum.

665. *Neſciet*] *Neſciat* Thuan. pr. & Langerm. *ne ſciat* aliquis apud Cortium. *nec ſciet haec* Thuan. ſec. *nec ſciet hoc*, quatuor, quod Cortius profert ad Plin. VII. Ep. 30. mihi *nec ſciat* arridet. vid. ad IX. 280.

670. *Buſta*] Quia *buſta* & *rogus* fere idem ſunt, Heinſius malebat *juſta*. vid. inf. ad lib. VIII. 850. *deſunt* Sixii.

672. *Mirabile*] *Miſerabile* Thuan. quart. *memorabile* MS. Cortii.

673. *Invalida*] Micyll. ad Ovid. XI. Met. 530. hunc locum citans, dat *invalidum*, an memoriae, an operarum vitio, neſcio. Doctiſſimus Waddel. Animadv. Crit. pag. 138. mox volebat, *dejecit pelago*, pro *in pelagus*, ut *it clamor coelo*, & ſimilia. Sed *agger pelagi* eſt, ut dicuntur, *montes aquarum*, *moles maris* ſupra vſ. 625. *cumuli* 644. & ſimilia. ab illo autem aggere, non ut antea iterum deſidit in fundum maris, ſed pertulit tumens illa unda navim ſuper litus, in quo, recedente aqua, impoſita eſt & in terra. *protulit unda* Barberin. vid. ad VIII. 702. & ſupr. 605. *ſcrupoſis anguſta* Hamb. quart. *de ſcrupoſis ſaxis* vid. Barth. ad Stat. IX. Theb. 411. *jacent ubi* Rottend. tert. Langerm. & MSS. Cortii, in quibus & *cavant* & *vagant*. vid. ad lib. II. 583. Sed *vacant* hic eſt pro *carent*, unde ſaepe librarii haec verba confuderunt. vid. ad Ovid. III. Amor. IV. 23 & II. Faſt. 10. & etiam apud Noſtrum VIII. 423. & ita terram, ſive terrenum litus, opponit ſaxis, ſive rupibus. *impoſuit terris* Hamb. ſec.

678. *Jam luce*] Langerm. *cum luce propinqua*. ut Terent. Adel. V. III. 5. *cum primo lucu*. vid. ad Ovid. III. Amor. XIV. 7. mox, *quam tacitos* Hamb. quart.

680. *Gemitusque ſuorum*] *Gemituque* ſex libri & editi. *gemitumque* Rott. ſec. a m. ſec. & *ingratis querelis* fere omnes. & ſecutus hanc lectionem Cortius. ſuſpectum illud *ſuorum*, quod ita poſſe capi, ut apud Virgilium, *pubesque tuorum*, vix puto. ibi enim, diſſipatis tempeſtate navibus, recte Venus Aeneae, de illis ſollicito, poterat dicere, *pubes tuorum*, ſcilicet ſociorum Trojanorum, quos ſubmerſos eſſe metuebat. ſed quomodo hic turba circumfuſa Caeſari poterat ingerere gemitus non ſuos, ſed *ſuorum*, quos ediderant ob abſentiam ejus, quam non ſenſerant, quum eos fefelliſſet, nec niſi remeante & conſpecto iterum in caſtris ſcirent, eam ſe

tam

Impoſuit terrae. pariter tot regna, tot urbes
Fortunamque ſuam tacta tellure recepit.
  Sed non tam remeans Caeſar jam luce propinqua,
Quam tacita ſua caſtra fuga, comitesque fefellit.
Circumfuſa duci flevit, gemituque ſuorum,
Et non ingratis inceſſit turba querelis.
Quo te, dure, tulit virtus temeraria, Caeſar?
Aut quae nos viles animas in fata relinquens,
Invitis ſpargenda dabas tua membra procellis?
Quum tot in hac anima populorum vita, ſalusque
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,

Sae-

tam temere commiſiſſe mari? ſopor enim eos tenuerat tam altus, ut ipſos vigiles tranſierit non intellectus. vid. & infra 689. nec etiam nunc dies exortus erat, quum rediret Caeſar. ut patet ex vſ. 678. & 700. neque hic fingeudom milites habuiſſe ſecum uxores & liberos, quorum gemitus & querelas poterant ingerere. haereo, & cogitabam poſſe reſcribi,

gemituque dolorem,
Et non ingratis ingeſſit turba querelis.

& gemitu & querelis, quae non ingratae Caeſari, quia amorem erga ducem ſignificabant, ingeſſit dolorem ſuum. Gujeto etiam non placebat *ſuorum*, ſed illepide corrigebat gemituque *ſuo tum. ingeſſit* in octo ex noſtris eſt. vellem *egeſſit* quidam darent. ut Ovid. IV. Triſt. III. 38.

Expletur lacbrymis egeriturque dolor.

olim etiam tentaveram.

Gemitumque ſonorum;
Et non ingratas ingeſſit turba querelas.

ut contra *taciti*, *latentes*, & *muti* queſtus lib. I. 249. & 257. & VIII. 64. & ſupra vſ. 512. & alibi *ſonare lamenta* dixit lib. VII. 706. Ovid. I. Triſt. III. 21. *luctus*, *gemitusque ſonabant*. vid. & Albinov. ad Liv. 108. & *queruli ſoni* Ovid. III. Triſt. XI. 54. ſed hae conjecturae ſunt, quibus non multum fidem, quum latere etiam nunc ulcus hic credam.

682. *Dure*] *Saeve* Rottend. tert. *dum retulit* Richel. mox, *aut quo nos*, volebat Heinſius. male: in quae fata; & in quas calamitates, ſi periiſſes, nos reliquiſti? *cur nos* Thuan. quart. *in bella* Rottend. ſec. *invifis* quinque. Gujetus volebat, *infidis*. ſed *invitis* eſt te perdere nolentibus, quae periculum invitae tibi ingerebant.

685. *Cum tot in hac anima*] Non placet hoc Heinſio, nec, ut videtur, Oudendorpio; qui *ab hac anima pendeat*, videtur maluiſſe, quia *ab*, *de*, *ex*, *aliquo pendere* eſt uſitatum. ut infra vſ. 769. *in* non legiſſe ſe fatetur. vid. Clar. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 93. & ſupra III. 667. Sed non ſtatim, ſi quid rarius occurrit, & codices conſenſu ſuo lectionem firmant, recurrendum ad vulgatius, quum vel nos non omnia legerimus ſcripta veterum, vel interciderint multa, vel denique librarii rariores loquendi modos millies mutaverint in vulgares. Certe ita locutus Livius lib. V. cap. 54. *ſed in ſuperficie, tigniſque caritas vobis patriae pendet.* ita forte apud Ovid. II. Triſt. 217. haec locutio a librariis adulterata, &, ubi nunc legitur,

A te pendentem ſic dum circumſpicis orbem.

Heinſius in nonnullis ſcriptis invenit, *in te pendentem*, quibus adcenſeri poteſt Bernenſis Codex, qui habet, *independentem*, pro *in te pendentem*. Cicero etiam in Piſon. cap. ulti-

mo-

Saevitia eſt voluiſſe mori. nullusne tuorum
Emeruit comitum, fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis? quum te raperet mare, corpora ſegnis
Noſtra ſopor tenuit. pudet heu. tibi cauſſa petendae
Haec fuit Heſperiae? viſum eſt committere quemquam
Tam ſaevo crudele mari? ſors ultima rerum
In dubios caſus, & prona pericula mortis
Praecipitare ſolet: mundi jam ſumma tenentem

Per-

neque in tabellis paucorum judicum, ſed in ſententiis omnium civium famam noſtram fortunamque pendere. Scholiaſtes quoque noſtri Lucani infra vſ. 731. *in uxore tantum tua Romana fata pendebant.* & quum haec ſit Metaphorica locutio, & in propria paſſim dicantur pendere *in* vel *ex arbore poma, pendere in* & *ex cervice*, & ſimilia obvia; cur non in metaphora idem liceret, non video? Apud Noſtrum lib. VII. 369. *pendentes ſummis e moenibus urbis.* ubi in Voſſiano eſt *in moenibus.* apud Statium, paulum alio ſenſu, lib. V. Silv. III. 24.

Natalis origo
Pendet & ambiguo geminae certamine terrae.

quae quum ſenſum vitiant, Markland. ſtatim ad vulgares locutiones decurrens, legit *ab ambiguo*, ſed hoc Barthio debet. deinde monet in Romana editione legi, *pendet in ambiguo.* egregie. id eſt, lis nondum dijudicata eſt, & ita legit Cl. Gronovius ex Veneta etiam editione. & ita res aliae *in ambiguo* eſſe dicuntur, licet non ſemper *pendere* addatur. Ovid. III. Met. 250. *Rumor in ambiguo eſt*, & ita ſaepe alii. *pendere ab ambiguo* neſcio, an recte dicatur. alio ſenſu debent illa Phaedri lib. V. Fab. 8. capi, *pendere in novacula*, ut ibi docui. ſed haec ſufficiant, ne quid temere contra codices moliamur, & Lucano ſingularia ſua eripiamus. Cortius ex edit. Lov. *populum vitaque ſalusque* profert. Sed error eſt pro *populorum vita*: deinde, & *totus* Turrian. vulgata varietate. ut infr. lib. X. 167.

Ambitione furens toto quaeſivit in orbe.

& ibi *tanto* Turrian. Ovid. XV. Met. 264.

Nec perit in tanto quidquam (mihi credite) mundo.

ubi vide notata.

687. *Saevitia eſt*] *Eſt* deſideratur in Thuan. ſec. an & hic *ſaevities*? de quo vide ad Ovid. XVII. Ep. 29. & infr. VI. 378. & VIII. 76. ſed *materies* & alia obvia: *ſaevities* an dicatur nondum ſcio, ideoque nihil novo.

688. *Non poſſe ſuperſtes eſſe*] *Non eſſe ſuperſtes poſſe* Rottend. pr. molliori quidem ſtructura, ſed tamen ſibilantes illae ſyllabae nimis hic junctae, quocunque ordine ponas.

693. *Mortis*] *Morti* Rottend. pr. quod placuit ex Regio MS. Oudendorpio, ut ſit *prona morti.* ſed & ita poſſet *prona mortis* ſervari. vide, quae notavi ad Sueton. Galb. cap. XXII. Sed ego *prona* ſine regimine mallem capere, & *pericula mortis* jungere. ſed quisque ſuo fruatur judicio. Cortius ad Plinii lib. VII. Ep. IX. § 8. *ſors ultima rerum* credo, inter illas periphraſes ponit, quas ſibi multas fingit. ſi notae ejus exiiſſent, liceret de iis pronuntiare: nunc comparantibus cum illo Flori III. 14. *praeſenti metu mortis exterruit*, pro *praeſentis mortis metu*, videtur & hic ſumſiſſe pro *ſors ultimarum rerum*: ſed quid non viſis notis conjicimus fruſtra?

695. *Permiſiſſe mari*] Heinſius diſtinguebat, *permiſiſſe mari tantum! quid numina laſſas?* Varie haec explicare ſolent interpretes, ut ex Oudendorpii notis adparet, cujus expoſitio non diſplicet, ſi legamus. *permiſiſſe mari quantum!* vid. & Cort. ad Plinii V. Ep. IX. §. 5. ſors ſolet *ultima rerum*, id eſt, viliſſimos homines praecipitare, ſed quantum eſt, (hoc enim verbum ſubſtantivum ſubintelligendum) permiſiſſe mari Caeſarem, mundi jam ſumma tenentem! *Quantum* &

tan-

Permiſiſſe mari! tantum quid numina laſſas?
Sufficit ad fatum belli favor iſte, laborque
Fortunae, quod te noſtris impegit arenis?
Hinc uſus placuere Deûm, non rector ut orbis,
Nec dominus rerum, ſed felix naufragus eſſes?
Talia jactantes, diſcuſſa nocte, ſerenus
Oppreſſit cum ſole dies, feſſumque tumentes
Compoſuit pelagus, ventis patientibus, undas.

Nec

tantum modo vſ. 654. vidimus commutari, & alibi ſaepe: *ſors ultima* fere conjungunt, ut lib. I. 467. *cogunt tamen ultima rerum Spem pacis tentare ducem*, id eſt, extrema, ſumma pericula & anguſtiae. ſed ego hic malo explicare aliter, & *ultima rerum*, pro *ultimos*, quod uſitatiſſimum, ut *prima virorum* Lucret. I. 87. vid. quae dixi ad Phaedr. IV. 11. & Quinctil. I. Decl. 6. & ad Nemeſ. Ecl. III. 55. Ovid. I. Amor. II. 33. & mox vſ. 747. & ita capiebat haec etiam Cl. Dorvillius, & poſt alia tentata, etiam Oudendorpius. *Rerum* dicitur pro omnium, vel totius orbis. ut Terent. in Eun. II. 2. *primos rerum omnium.* Ovid. VIII. Met. 49. *pulcherrime rerum.* ubi vid. Heinſ. Virgil. II. Georg. 534.

Et rerum facta eſt pulcherrima Roma.

Sic *proſpera rerum* VII. 107. *ultimos* dici pro viliſſimis, ut *ultimae ſortis* Florus II. 14. & alii, vulgatiſſimum eſt. & ita *extremos* vidimus I. 314. qui vulgato ſenſu capiunt *ſors ultima*, illos advocare poſſe, ex lib VII. 122. *ſors feret ultima rerum.* & lib. VIII. 454. *ſpes ultima rerum*, notaverat Dorvillius. *Quid fata fatigas* Richel

696. *Sufficit ad fatum*] *Ad Latium* Hamb. pr. *ad ſummam* multi. Sed, licet hoc centies apud Noſtrum & alios occurrat, recte rejecit Oudendorpius, & *fatum* bene explicuit. *labor ipſe favorque* Hamb. tert. in quatuor etiam, *quo te*, & in Oiſel cum gloſſa, *quo labore*, unde & ille ſcriba poſt *favor* poſuit *labor*. *quae te* Voſſian. ſenſum eſſe credebat Dorvillius, tantum nunc pro te laboravit, & tantum favoris contulit in te Fortuna, reducem in litore Epiri ſtatuens; ut ille labor & favor ſufficere potuiſſent ad omnes belli labores poſtea feliciter exantlandos. ſed non ſolet hoc Fortuna, cujus favore ſine neceſſitate abuſus es. ut omen capiant de futuro belli eventu felici, ex ſalute Caeſari data, poſt tantum diſcrimen, quo debuiſſet ex communi procellarum magnitudine periiſſe.

698 *Hinc uſus*] Vir Doctus apud Cortium, *hinc luſus placuere Deum*, quem ego indoctum admodum credo, qui tam violentas Legi Pediae manus infert. ſaltem *hi luſus* dediſſet, vel *hin' luſus*, ut *viden'* & ſimilia. ſed *uſus Deorum* notat utilitatem ex Deorum favore in rem ſuam. ut ita Alexander apud Juſtin. XI. 7. *violentius uſus oraculo, gladio loramenta caedit*. Statius X. Theb 207. *utendum Superis. uti fortuna* infr. VII. 69. ita Val. Max. I. VI. Ext. I. *non conſentaneos uſus* de prodigiis dixit. notandum vero hunc temere tentatum maris Hadriatici trajectum, in quo deſcribendo tantum ſibi ultra fidem indulſit Lucanus, a Caeſare ſilentio praetermiſſum, qui lib. III. B. C. 25 ſolum ſe ſeverius Antonio ſcripſiſſe narrat. an puduit temeritatis, quam in ſummo duce maxime vituperandam ſciebat?

701. *Oppreſſit*] *Obrepſit* quinque, quod ſe probabat Heinſio ut regat accuſativum, quemadmodum *ſubrepere*. Sil. XV. 136 *ſubrepſit pectora terror*, quem locum adſcripſerat: & ita apud Ovid III Faſt. 19. corrigebat,

Blanda quies furtim victos obrepſit ocellos.

& in notis quoque Lucanum quarto caſu conjungere ait; hunc credo locum indicans, nullum enim alium novi. Sed & ibi, in aliis erat, *victos oppreſſit ocellos.* ego retineo

Nec non Heſperii laſſatum fluctibus aequor
Ut videre duces, purumque inſurgere coelo
Fracturum pelagus Boream, ſolvêre carinas,
Quas ventus, doctaeque pari moderamine dextrae
Permixtas habuere diu: latumque per aequor,
Ut terreſtre, coit, conſertis puppibus, agmen.
Sed nox ſaeva modum venti, velique tenorem
Eripuit nautis, excuſſitque ordine puppes.
Strymona ſic gelidum, bruma pellente, relinquunt
Po-

vulgatam. Praeter exſpectationem, quum plura adhuc vellent jactare & loqui, nec finis fieret querelarum, ſubito dies eos oppreſſit, & finem fecit querelarum, quum ad munia belli eſſet decurrendum. Ceterum dubium eſt, cujus caſus ſit *pelagus*, & an ordo hic: dies compoſuit pelagus feſſum tumentes undas, per Graeciſmum, pro tumentibus undis, ut mox *laſſatum fluctibus aequor*. an pelagus feſſum compoſuit tumentes undas, quod praeferrem. *pelagus* vero neutro genere dici docuerunt viri docti ad Valer. Flacc. I. 169. *ventis pelagus* Barberin.

702. *Ventis patientibus*] Heinſius conjecerat, *ponentibus*, quod & amico Oudendorpii in mentem venerat. adſcripſerat & Heinſius, vel *parentibus*. de quo ſupra ad vſ. 602. ſed facile eſt Criticis pro incommodo & difficilioris intellectus verbo, aliud quid excogitare. Sed vulgata & ſana & clara eſt, & bene ab Oudendorpio expoſita. ſic lib. III. 377.

Haec patiens longo munimine cingi
Viſa duci rupes.

ubi vide notas. & ita *Notus arbiter Hadriae, tollere ſeu ponere vult freta* Horatio lib. I. Od. 3. ſi ponit freta, patitur undas componi. Vir Doctus apud Cortium, *pereuntibus*, pro ceſſantibus credo, quod dici poſſet, ſi nullus ex illis fructus caperetur. Sed alio ſenſu probatum videre vellem.

703. *Heſperii*] *Heſperiis* Thuan. tert. & quart. *Heſperiae* Rott. tert.

706. *Doctaeque*] Nihil notius, quam *doctas manus* paſſim dici. vid. ad Val. Fl. I. 222. ſed *ductae* volunt Gronovius, Heinſius, & Cortius. Heinſius remittit hic nos ad notas ſuas ad Ovid. Remed. 334. ſed ibi aliud quid eſt *ducere manus*, *brachia* &c. nec tamen negandum *ductam* dextram recte dici poſſe in hac quoque re. Sed ſequor potius Codices, quia ducere unusquisque poteſt, ſed *docta dextra* proprie eſt peritorum remigum, ſi de illis haec capienda, qui ad celeusma pari motu ducunt remos, de quo multa jam viri docti adnotarunt. Val. Flac. III. 675.

Ibunt aequo ordine remi.

vid. ad lib. I. 186 ejus Poëtae. male *doctaeque* edidit Gryph. *permixtas egere* etiam Heinſius volebat. Sed nihil opus. *permixtas* eſt ordinibus ſuis inſtructas & diſpoſitas, majores minoribus immixtas, uti ſolet agi vero de remigibus poſſent quidam credere, quod *ventus* & *dextras* conjungit, ut dicimus vulgo *remis & velis*. quamquam melius de gubernatoribus poſſet capi, quos dextra clavum tenuiſſe ſupra vſ. 588. vidimus, qui etiam *pari moderamine* debent dirigere curſum navium: & *moderamen* vix convenit remigibus, ſed optime gubernatoribus, ut ibi exemplum ex Ovidio adductum docet, cui alia addere facile eſſet: remiges impellunt navem, rector moderatur. praeterea *doctae* non tam bene quadrat remigibus, quam gubernatoribus, ut patebit conſulenti no-

Poturae te, Nile, grues, primoque volatu
Effingunt varias, caſu monſtrante, figuras.
Mox ubi percuſſit denſas Notus altior alas:
Confuſos temere immixtae glomerantur in orbes,
Et turbata perit diſperſis litera pennis.
Quum primum, redeunte die, violentior aër
Puppibus incubuit, Phoebeo concitus ortu,
Praetereunt fruſtra tentati litora Liſſi,
Nymphaeumque tenent, nudas Aquilonibus undas
Suc-

notas noſtras in Phaedr. IV. 10. *diu* deeſt Turriano.

709. *Nox ſaeva*] Vir doctus. Waddel. Animad. Critic. pag. 138. *ſera*, ſed & in illa, ſi tranquilla eſſet, poſſent ordinem ſervare nautae. ſed *ſaeva* eſt procelloſa, ut innumeris exemplis poſſet probari. *ventis* Oiſel *pelagique tenorem* Thuan. ſec. & a m. ſec. Hamb. ſec.

713. *Effingunt*] MSS. Oudendorpii & Cortii, *efficiunt*. quod ſi noſtris confirmatum vidiſſem, facile reciperem. nam confudiſſe haec verba librarios adparet ex notis Doctorum ad Ciceron. Academ. Quaeſt. I. 8. & ex iis, quae dixi ad Quinctil. v. de Inſt. Orat. 12. p. 456. & x. 1. p. 858. & XII. 10. p. 1087.

714. *Tenſas*] *Denſas* Rott ſec. a m. ſec. Rich. Turr. & Sixii. vid. ad lib. I. 531. ubi recte *denſum aëra*, non *tenſum* retinui, & ita hic *denſae Boreae alae* ſunt imbrem, hyememque ferentes. ita apud Senec. in Oedip. 326. *& nube denſa ſordidam lucem abdidit*. ubi *tenſa* Barth. ad Stat. v. Theb. 176. volebat. Sed idem Seneca in Troad. 20. *nube ſeu denſa oblitus dies*. & Noſter IV. 124 & VIII. 721 & ita *denſa imbribus luna* Val. Flacc. II 367 Boreas vero cogit nubes, ex quibus effunduntur imbres. lib. III. 69. vid & Virg. I. Georg 470. mox, *temere mixtae* Thuan. ſec. Rott. tert.

717. *Quum primum*] *Ut primum* Rottend. tert. Hamb. ſec. & a m. ſec. Langerm. & ita Noſter & alii centies. *violentior auſter* MS. Cortii. mox, *tentata* Turr. a m. ſec. in Scholiaſte legendum, *hunc tenere cupientes praetergreſſi ſunt.*

720. *Nudas aquilonibus undas*] Ego putem agi hic de mari pleno, ſive aperto undique portu, quem beneficio Auſtri intraverant, unde dicitur *feciſſe portum*, id eſt, aditum dediſſe navibus. ſed mox Auſtro in Africum verſo, ut Caeſar ait, tuto plane portu conſtiterunt, & Africus naves hoſtium, quae inſecutae erant, uſque ad hunc locum, ſive portum, adflixit. Portum ergo fecerat Auſter, eos deducens ad locum illum, ſatis tamen cum periculo, ſed verſus in Africum tutum illum praeſtitit cum damno Rhodiarum navium, ita ut nulla ſit pugna inter Caeſarem, & Lucanum. Auſtro navigaverunt uſque ad litora Apolloniae & Dyrrhachii, quae praetervectos Auſter eos uſque ad Nymphaeum propulit, quod intrarunt Auſtri praeſidio, non timentes periculum maris, ſi Auſter flare perſeveraret. in eo tamen diſcrimen, quod Lucanus Borea flante ſolviſſe, & iſti Auſtrum ſucceſſiſſe fingat: Caeſar vero nullam Boreae vel Aquilonis mentionem faciat, quod veroſimilius. Boreas enim ex Brunduſio in Epirum navigantibus contrarius eſt, non, ut Hortenſius, commodus. vid. ſupr. vſ. 417. & Ciceron. IX. ad Att. 6. & ibi notas. Auſter vero commodus, preſertim quum ad litora Epiri jam veniſſent, ſecundus erat praetervehentibus A-

 pol-

Succedens Boreae jam portum fecerat Auſter.
Undique collatis in robur Caeſaris armis,
Summa videns duri Magnus diſcrimina Martis
Jam caſtris inſtare ſuis: ſeponere tutum
Conjugii decrevit onus, Lesboque remotam
Te procul a ſaevi ſtrepitu, Cornelia, belli
Occulere. Heu quantum mentes dominatur in aequas
Juſta

pollonium & Dyrrhachium, & fugientibus inſequentem Pompejum. quare magis credendum Caeſari. Sive vero *ſuccumbens*, ſive *ſuccedens*, legas cum Cortio, pugna ſemper de Borea ſupererit. nec me ſatis haec perſpicere fateor. Gujetus nodum ſolvit, ſequentem verſum ſpurium pronuntians. nihil facilius. *motas aquilonibus undas* vir doctus apud Cortium. *nullas aquilonibus* Sixii. *jam portus* Hamb. ſec. *Hauſter* Turrian. *Limphaeum* tert. Hamb. ut ſcilicet *Nymphae* & *limphae* ſaepe commutantur.

722. *Collatis*] *Collectis* Rottend. pr. varietate ſolita, ut lib. I. 477. III. 166 & alibi. *in rubor* Richel. durior locutio, armis collatis in robur, id eſt ut exercitus eſſet validiſſimis militibus inſtructus. ſimilis fere, ſed aliter ſtructo ordine verborum, locutio lib. I. 466 *immenſae collecto robore vires*. & lib. VII. 548. *regum auxiliis collecta juventus*. de voce *collatus* ſe egiſſe in notis ad lib. I. 477. nos docet Cortius ad Plin. V. Ep. XVII. §. 10. *videns ſaevi* tres codices. *diri* Hamb. ſec. *Magnus duri* Oiſel.

724. *Seponere*] *Deponere* Heinſius volebat, quia ſcilicet *onus* hoc vocat. Sed hoc notaret matrimonium quaſi ſolvere. Sed *ſeponere* eſt a ſe ſeparare & amandare in loca tuta. ita ſaepe Suetonius hoc, ut honeſtiori vocabulo, utitur, quum relegatum indicare velit. & hoc τὸ *tutum* requirit. vidimus & ſupra II. 28. *deponere* & *ſeponere* veſtem differre ſeponimus eo animo, ut iterum reſumamus. in uno Berſmanni eſt *tutis*, id eſt, in locis tutis. quamvis hinc defendere *tuta pro rura* apud Horat. I. Od. I. nolimus. *remotam* ſex ex noſtris, quod Grotius & Cortius praeferunt; neque ego repudiarem, ut conſtruas, *remotam a ſtrepitu belli occulere Lesbo* quia ſi *remota* legatur, videtur potius fulciendo verſui, quam elegantiae inſervire. neque etiam Lesbos erat tam longe remota, ut illae terrae, quarum exempla proferuntur. *remoti* vero dicuntur, qui ex oculis & ore hominum recedunt, ut apud Ovidium & alios. vide lib. VII. 664. ſed eligat lector.

727. *Mentes dominatur*] *Vices* Thuan. quod procul dubio depravatum ex *vires*. & mox *mentem* ſequitur. credo latere hic ulcus. ſed tamen *vires* magis placeret, de vehementi amore mutuo inter Pompejum & Corneliam. ita *vires amoris* Ovid IX. Ep 261. & XIX. 139 & *aequae vires* eſſent ab utraque parte aequales, aeque ardentes & vehementes. ut apud Terent Eun I. 2 12. *utinam pars aequa amoris tibi eſſet mecum!* & adcommodate apud Ovid. Ep. XIX. 5

Urimur igne pari, ſed ſum tibi viribus impar.

IX. Met. 145

Quae vires defeſſo reddit amori.

Et Epiſt. XV 163

Quoniam non ignibus aequis
Ureris

IX Met. 719.

Hinc amor amborum tetigit rude pectus, & aequum
Vulnus uterque tulit, ſed erat fiducia diſpar.

Juſta Venus hic eſt conjugalis, quae in amore aequali multum valet. ut *juſta uxor*, & ſimilia obvia. alii *mentes aequas* ſanas, pias, & faciles exponunt, per me licet. ſed & ae-

Juſta Venus! dubium, trepidumque ad proelia, Magne,
Te quoque fecit amor: quod nolles ſtare ſub ictu
Fortunae, quo mundus erat, Romanaque fata,
Conjux ſola fuit. mentem jam verba paratam
Deſtituunt, blandaeqe juvat ventura trahentem
Indulgere morae, & tempus ſubducere fatis.
Nocte ſub extrema, pulſo torpore quietis,

Dum

aequas vires in alia re dixit Noſter IV. 665. *ex aequo* vidimus ſupra ad 495.

729. *Quod nolles*] *Quo* Thuan pr. & a m pr. tert. *quam* Oiſel a m pr. & hoc volebat Heinſius, ut Cornelia intelligatur, ſed & hanc deſignat *quod.* ex omnibus, dicit, illud unicum, quod nollet ſtare ſub ictu, erat conjux. & ita neutro hoc genere utuntur ſaepe, ubi tamen viri, mulieres &c intelliguntur. lib. VII. 818.

capit omnia tellus,
Quae genuit, coelo tegitur, quod non habet urnam.

legebat Cortius pro *qui.* Si codices vellent, ſequerer Sic dicebant *quod amo*, pro *quam.* ut Ovid Epiſt. XVIII. 153.

At mihi, quod Perſeus, & cum Jove Liber amarunt,
Indicium dubiae non placet eſſe viae.

ubi vide, quae adnotavi, & ubi alii codices *quam* habent. idem lib. II. Faſt. 415

Quod Lupa nutrit,
Prodere cognatae ſuſtinuere manus.

ubi alii. *quos.* & II. Ex Pont. VIII. 46.

Cumque bonis nuribus quod peperere nurus.

ubi vulgo *quas.* & ita *quod peperit* Terent. Andr. I. III. *Quidquid peperiſſet.* ut τὸ γεννώμενον Lucae I. 35 & ita paſſim, *ſub ictu ſtare* illuſtravit Acidalius ad Vellej. II. 79. & nos ad Quinctil. III. Decl. I. male Scholiaſtes de Pompejo capit, quaſi ille nollet ſtare ſub ictu, errans ſcilicet, quia *quod* pro *quia* capiebat, ideo detrectaſſe civilia bella fingit in *quo mundus* repetendum *ſub*, id eſt, *ſub quo ictu mundus.* denique Heinſius, *mundus erant, Romanaque fata.* quod in uno Oudendorpii eſt. talia ſi ſcriptis plurimis confirmantur, ſequor; ſed non ubique intrudere amo. vid. ſupr. vſ. 496. ſic apud Sil. Ital. XV. 684.

Arcus erat, pharetraeque viro.

ubi Heinſius *erant.* non ego. vid. Oudendorp ad I. 422.

731. *Verba paratam deſtituunt*] *Parata* dedit Cortius, & laudavit ad Plin. V. Ep. 8. nullis ſcriptis vel editis ſponſoribus, imo contra ipſam rationem & mentem Poëtae; nam ſi verba parata fuiſſent, non poſſent mentem deſtituere; ſed mens parata erat ad loquendum, ſed concepta mente verba non ſequebantur prae amore erga conjugem, & ob ſollicitudinem & curam de eventu dubio. vulgata ergo ſervanda. *verba deſtituunt paratam mentem*, ut contra in alia re dixit Ovid. Nuc. 53.

Et mentem verba ſequuntur.

in Hamb. tert. erat *mentem jam verba parantem deſtituunt.* Sed tunc non video nomen, quod ad *deſtituunt* referatur. & verba deſtituiſſe mentem paratam indicio eſt, quod diſtulerit ſermonem in noctem. eodem modo mox uxor Pompeji vſ 761. *tandem potuit proferre querelas*, quum diu verba non invenire poſſet, quibus dolorem, quem ceperat, teſtaretur *blandeque* Edit. Gryph male, mox, *morae tempus*, ſine copula fere omnes niſi quod Thuan. ſec. vitioſe, *tempusque ſubducere.*

736. *Averſi petit oſcula grata Mariti*] Ita recte editum. licet *adverſi* etiam ſit in ſex, ſeptemque e noſtris illud enim converſit gravido curis, & lacrimas fundenti Pom-

Dum fovet amplexu gravidum Cornelia curis
Pectus, & averſi petit oſcula grata mariti:
Humentes mirata genas, percuſſaque caeco
Vulnere, non audet flentem deprendere Magnum.
Ille gemens, *Vita non nunc mihi dulcior*, inquit,
Quum taedet vitae, laeto ſed tempore, conjux,
Venit maeſta dies, & quam nimiumque, parumque
Diſtulimus: jam totus adeſt in proelia Caeſar.
Cedendum eſt bellis: quorum tibi tuta latebra

Les-

pejo, qui a conjuge corpus averterat, & cui nec veneri, nec oſculis in lecto compoſito vacabat attendere. Juvenal. Sat. VI. 475.

Si nocte maritus
Averſus jaceat.

alio & nequiore ſenſu Martial. XI. Ep. 44.

Briſeis multum quamvis averſa jaceret.

ubi ex duobus codicibus] legi eleganter poſſet, *vultum quamvis averſa*. in utroque vero etiam quidam codices *adverſus* & *adverſa* habent. perperam. *petere* vero potuit Cornelia oſcula (ſive intelligas os mariti, ſive oſcula ipſi volentem dare) palpando, incumbendo ejus corpori, aut manus in os & pectus, (quod amplexa fovet) extendendo, & aliis modis. tangens vero os mariti invenit genas lacrimis madentes. *Oſcula blanda* etiam Rottend. ſec. & a m. ſec. Langerm. quod quum ſaepe reperiatur apud Ovidium & alios, huc intruſerunt librarii. *Grata* magis matronae caſtae conveniunt, *blanda* amicae.

739. *Non nunc vita mibi*] *Non vita mihi nunc* Rottend pr. *non nunc mihi vita* Hamb. ſec. & Langerm. *mihi non vita nunc* Barber. & Turr. *non tunc* Langerm. *vita non nunc mihi* S. Germ.

741. *Nimiumque parumque*] Cortius dedit, *minimumque parumque*. perperam, & neſcio, quo ſenſu nam *nimium & parum* ſollemniter ſolent inter ſe opponi. vid. Victor. XIX. Var. Lect. 9. & ipſum Cortium ad Plin. III. Ep. XIV. pr. qui contra lib. IV. 557. pro *minimum* dedit *nimium*. ut & alibi. *Nimium* diſtulerat uxorem in tuto collocare, vel rem proelio committere, quia Caeſar jam viribus ſuperior factus, dum in initio tumultuum ipſe cunctatus erat arma capere, & Senatusconſultis contra eum pugnaverat. vel antequam Antonius milites trajeciſſet ex Italia. *Parum* diſtulerat, quia nondum ſatis copiarum ipſi ad manum erat, quibus ſe Caeſari opponeret, ideoque bellum trahere ſemper voluerat, ſed cogi ſe videbat a Senatoribus. & hoc ſequentia, *totus adeſt in proelia Caeſar*, ut & lib. VI. 14. *toto Caeſare* poſtulant; ideo jam tibi circumſpiciendum eſt de latebra, quam mecum habui, dum licuit differre proelium.

742. *Totus*] Illuſtrat haec Cortius ex illis Plin. VI. Ep. 28 *quamquam abſens, totus huc migraſti*. non ſatis accommodate, puto: nam vult Plinius ſibi tot copias fuiſſe miſſas a miniſtris, aut ſervis, aut villicis Pontii, ut quamvis abſens eſſet, tamen, quaſi totum ſe in copiis ſuis, quas ferendas Plinio mandavit, exhibuiſſet. totus hic Caeſar eſt nihil aliud agens, non diſtrictus aliis negotiis aut cogitationibus, omnes vires corporis & animi in proelia intendens. inf. VI. 140.

Quem non mille ſimul turmis, nec Caeſare toto,
Auferret Fortuna locum.

& huc quadrare poſſunt notata ad Petron. cap. VI. ex Scholiaſte etiam poſſet *totus* explicari, ut omnes, quas habuit ubique diſperſas copias, nunc in unum contraxerit, ita ut nul-

Lesbos erit, deſiſte preces tentare: negavi
Jam mihi: non longos a me patiere receſſus.
Praecipites aderunt caſus: properante ruina,
Summa cadunt. ſatis eſt audiſſe pericula Magni.
Meque tuus decepit amor, civilia bella
Si ſpectare potes: nam me, jam Marte parato,
Securos cepiſſe pudet cum conjuge ſomnos,
Eque tuo, miſerum quatient quum claſſica mundum,
Surrexiſſe ſinu. vereor civilibus armis

Pom-

nulla pars deſit. vide & Gronov. Diatr. Station. cap. XI.

743. *Latebra*] Heinſius *Latebrae*, per adpoſitionem. *tuta Lesbos erit latebrae*: vel *erit latebrae*, pro *in latebram*, dativo caſu. ſed non puto talia captanda. *erat* Oiſel.

744. *Negavi jam mihi*] Nec haec Heinſio ſatis placebant, qui varie tentabat. *negavi quas*, vel *has*, vel *te mihi*, vel *negeris ne mihi*. in Thuan. ſec. *nam mihi*. Sed elegans & efficax vulgata. omnia, quae tu precibus a me contendere potes, peregi mecum, & amore tui devinctus cauſſam tuam mecum tractavi & egi, & ipſe te omni modo retinere volui, & aegre patior hoc diſcidium, ſed negavi mihi hanc voluptatem, & ex praeſentia tua gaudium, ſed tandem victus neceſſitate decrevi te ſeponere. non diſſimili modo Ovidius I. Triſt. III. 65.

Uxor in aeternum vivo mihi viva negatur.

ubi ab aliis diſcidium ortum, hic ipſe auctor Pompejus & ſuaſor receſſus ſibi negavit hanc voluptatem. Horat. I. Sat. I.

Quis humana ſibi doleat natura negatis.

id eſt, quae non poteſt habere, vel quae avarus ſibi negat, metuens perdere nummos. *patiare* tert. Rottend.

746 *Properante ruina ſumma cadunt*] Cortius conjiciebat, *torrente ruina*. Sed vellem diſcere, quid ſit *torrens ruina*; an ut *torrens* fluvius, de quo inf VII. 15. ita *torrens ruina* eleganter dicitur? ſed ſenſus eſt obvius; celeri, jam propinqua ruina, & omnibus in caſum pronis. vid. lib. I. 150. *properans ruina*, ut *properans bellum* I. 471. & *properantes horae mortis* VII. 150. non *cadunt* vel *cadent* (ut Rottend. tert & Hamb. quart. & alii) milites, ultima rerum, ut ſupra 692. nec eos ſors dabit in caſum & pericula mortis, ſed *ſumma*, id eſt duces, Caeſarem vel me. nam ita *ſumma* pro viris ſummis dici ad eum locum docuimus. Quinctil. II. Decl. 17. *ſaepe in imum ſumma decidunt.* Ovid I. Amor. IX. 96. *ſumma ducum Atrides. magna cadunt* Rottend. tert. *ſatis eſt audire* Turrian. *vidiſſe* Hamb. tert. a m. pr.

748. *Meque tuus*] Heinſius malebat, *me tuus heu decepit amor.* probarem, ſi in carminibus Heinſii legerem, ſed Lucanum ita dediſſe non puto.

749. *Nam me jam*] *Jam me, jam* Thuan. quart. & Rottend. ſec. *jam me nam* ſeptem. mox, *piget* Richel. & Voſſian.

750. *Eque tuo*] *Atque tuo* Rottend. tert. & S Germ. forte pro *aque*, ut quidam apud Oudendorp. & ita ſolent variare codices. vid. ad Ovid II. Amor. XIV. 30. & alibi ſaepe. & ita Ovidius ſaepe huic verbo praepoſitionem *a* addit. vid. III. Amor. VII. 21. & 53. IV. Met. 91. & paſſim. ſaepe etiam omittit ut *ſurgere toro* & ſimilia. *De* jungit noſter lib. IX. 74 ut & hic Voſſian. *quatiunt miſerum*, multi. *quatiant miſerum* Hamb. ſec. *quaterent* Rottend. ſec. a m. ſec.

753.

Pompejum nullo triſtem committere damno.
Tutior interea populis, & tutior omni
Rege late, poſitamque procul fortuna mariti
Non tota te mole premat. ſi numina noſtras
Impulerint acies, maneat pars optima Magni;
Sitque mihi, ſi fata premant, victorque cruentus,
Quo fugiſſe velim. Vix tantum infirma dolorem
Cepit, & attonito ceſſerunt pectore ſenſus.
Tandem ut vox maeſtas potuit proferre querelas:
Nil mihi de fatis thalami, Superisque relictum eſt,
Magne, queri: noſtros non rumpit funus amores,
Nec diri fax ſumma rogi: ſed ſorte frequenti,
Plebeiaque nimis careo dimiſſa marito.
Hoſtis ad adventum rumpamus foedera taedae:

Pla-

753. *Nullo triſtem*] *Damno triſtem committere nullo* Rott. ſec. intricatus iterum ſenſus, & varios dant interpretes. Clarius dixiſſet, *multo damno* vel *magno.* vereor me committere bello, triſtem & cogitantem ſemper de perdenda uxore, ſi Caeſar vincat. Sed, te amandata, potero ſecurus & laetus inire proelium. ita *nullus* & *multus* varie eſt in ſcriptis lib. III. 571. & hinc mox *maximam partem ſui*, in qua multum perderet, vocat.

757. *Maneat*] *Maneas* corrigebat Heinſius. *pars optima* recte amoris vehementiam notat, non modo altera, dimidia pars mei, ſed melior & major. vid. Caſaub. ad Perſ. v. Sat. 23. & notas ad Rutilii Itiner. lib. I 493. *Magni* omnes praeter Rottend. tert. qui, *noſtri.* mox, *ſcitque* Richel. *premunt*, *prement*, & *premant* varie in ſcriptis. odioſa tamen verbi repetitione, quum praeceſſerit *fortuna premat.* *praebent* unus Cortii.

759. *Vix tantum*] Cortius *non tantum*, quia ſcilicet mox, *vix maeſtas* ſequitur, ubi dubia eſt ſcriptura. *firma* Rottend. ſec. *attoniti* Turrian. *ceſſere e pectore* Thuan. ſec.

761. *Tandem ut vix*] *Ut* deeſt novem libris. *ut vos* Hamb. quart. *ut vix* ſeptem. *ut vox* etiam multi. *maeſta* Rottend. ſec. *tandem vix moeſtas* Cort. *perferre* ſeptem. *loquelas* Hamb. tert. *labores* Rottend. pr. locus turbatus. forte melius foret;

Tandem vox moeſtos potuit proferre dolores.

vel *moeſtas querelas*, ſi quis urgeat MSS. conſenſum. & vis eſt in verbo *potuit*, quia, cedentibus pectore ſenſibus, tandem denique verba potuit emittere, ita ut *vix* non opus hic ſit. *poſſe* enim arduum quid & difficile opus indicat, quod vix emolimur, ut notavit Barth ad Claudian. Bell. Get. 143. vid. & mox vſ. 778. Sic Terent. in Andr I. v. 21. *obſtupui, cenſen' me verbum potuiſſe ullum proloqui?* & Phorm II. I 53. *non potuit cogitata proloqui.* ubi *proloqui* eſt quod hic *proferre.* recte vero deeſſe hic *ait*, *dixit*, aut ſimile verbum docet Oudendorpius quae ſi diſplicet Ellipſis alicui. licet centies obvia, poſſet legere, *tandem has vox - - querelas.* Sed ego alterum malim. mox *reli-*

ctum

Placemus Socerum. Sic eſt tibi cognita, Magne,
Noſtra fides? credisne aliquid mihi tutius eſſe,
Quam tibi? nonne olim caſu pendemus ab uno?
Fulminibus me, ſaeve, jubes, tantaeque ruinae
Abſentem praeſtare caput? ſecura videtur
Sors tibi, quum facias etiam nunc vota, periſſe:
Ut nolim ſervire malis; ſed morte parata,
Te ſequar ad manes, feriat dum maeſta remotas
Fama procul terras, vivam tibi nempe ſuperſtes.
Adde, quod adſueſcis fatis, tantumque dolorem,
Crudelis, me ferre doces. ignoſce fatenti,
Poſſe pati, timeo. quod ſi ſunt vota, Deisque
Audior, eventus rerum ſciet ultima conjux.
Sollicitam rupes jam te victore tenebunt,

ſtam fine *eſt* S. Germ. vid. ſupr. vſ. 268.

763. *Rupit*] *Rumpit* quatuor. *amoris* Sixii. *nec ſeri fax* malebat Heinſius. Sed *diri* vox mali ominis, quae rogo, quem abominatur, convenit. *Sorte querenti* Rottend. ſec. a m. pr. *plebejaque minus* Rott. pr. *demiſſa* quinque, male. mox, *in adventum* Rottend. tert. & Hamb. quart.

769. *Nonne*] *Ne* deeſt plurimis, quod ſaepe animadverſum a doctis, novis exemplis confirmaturum ſe Cortius promittit ad Plin. II. Ep. 9. & VIII. Ep. XIV. § 20. quo nihil facilius, & magis obvium. Dorvillius malebat, *nunc, olim cum* &c. de quo vid. ad lib. IX. 604. quod valde placet *numne* Thuan. tert. *nunne* Rottend. pr. *nos olim* tres.

770. *Tantaeque*] *Tutaeque* Rottend. ſec. *tantuque* Richel.

772. *Sors tibi*] *Mors* Rottend. tert. a m. ſec. *etiamnum* Thuan. pr. & Hamb. pr. *etiam non* Barberin. *facias etiam mea vota* Thuan. ſec. ut apud Ovid. II. Amor. V. 3. *vota mori mea ſunt. perire* Rottend. ſec. *ſervire* omnes fere. *ſorte parata* quinque.

776. *Adſueſcis*] *Adverſis* Thuan. ſec. Vir doctus apud Cortium, *adſueſci fatis.* ſed vide ipſum Cortium, ad Plin. VIII. Ep. XXIII. § 8. Et *adſueſcis* eſt hic pro *adſuefacis.* vid. ad Ovid. III. Triſt. III. 7. & not. ad Virgil. VI. Aen. 833. & hic Oudendorp. *adſueſco* malebat Gujetus.

778. *Poſſe pati*] Omnibonus *pati mortem* ſubintelligit. male. *pati* abſolute ponitur, pro a te ſeparatam poſſe vivere, durare. vid. ſupr. h. l. vſ. 314. notas Grotii. *poſſe* poſitum ut ſupra 761. *ſi ſint*, Langerm. *audiar* Rottend. tert. *ſciat* Hamb. quart. *ſcit* Thuan. ſec. *eventus veſtros* MS. Cortii. *Si ſunt vota* ſuſpectum eſt voluit, credo, dicere, ſi rata ſunt vota, vel ſimile quid, quod ſubintelligere durum; nam & irrita & vana poſſunt eſſe, ſi ſimpliciter dicatur, *ſi ſunt vota.* poſſet legi, *quod ſi rata vota*, ſed non audeo ſine libris. vel, *ſi dant vota*, nimir. *poſſe pati.*

780. *Rupes*] *Rupem* Thuan. quart. & *puppem* Langerm. *feret* multi. *jam laeta* ſex. Scholiaſtes non ſatisfacit Dorvillio, qui recte in-

Et puppim, quae fata feret tam laeta, timebo.
Nec ſolvent audita metus mihi proſpera belli,
Quum vacuis projecta locis a Caeſare poſſim
Vel fugiente capi. noteſcent litora clari
Nominis exſilio, poſitaque ibi conjuge Magni,
Quis Mitylenaeas poterit neſcire latebras?
Hoc precor extremum, ſi nil tibi victa relinquent
Tutius arma fuga, quum te commiſeris undis,
Quolibet infauſtam potius deflecte carinam:
Litoribus quaerere meis. Sic fata, relictis
Exſiluit ſtratis amens, tormentaque nulla
Vult differre mora. non maeſti pectora Magni
Suſtinet amplexu dulci, non colla tenere:
Extremusque perit tam longi fructus amoris:
Praecipitantque ſuos luctus: [neuterque recedens
Suſtinuit dixiſſe vale,] vitamque per omnem

Nul-

terpretatur, dum navem quotidie adventantem, ex alta rupe proſpectans, exſpecto. vid. Ovid. II. Epiſt. 122. & v. 61.

782. *Solvent*] Vid ad Virgil. I. Aen. 463. ubi hanc locutionem exemplis firmavi, quibus adde Stat II. Theb. 350. *ſolve metus animo.* & ſupr. h. l. 259.

ipſa metus exſolverat audax
Turba ſuos

quod vero Barthius ad Stat. II. Theb. 322.

talem ſub pectore nubem
Conſilio ſolvens,

ex conjectura his comparat, credo eſſe contra mentem Poëtae, quae minime Polynicen eſſe ſolutum curis ibi indicat, ſed dies noctesque volvere conſilia recuperandi regni: quare *volvit* retinendum. ſi enim ſolviſſet, jam mente ſerena fuiſſet, ſed & ſequentibus noctibus uxor cum maxime adhuc inquietum & pervigilem ſentit. vid. vſ 355. & ſeqq. Ovidius poſt curas ſolutum ſe denique dicit IV. ex Pont. I. 5.

Tandem aliquid pulſa curarum nube ſerenum Vidi.

Si auderem & exemplum ſcirem, mallem legere, *nubem conſilii volvens*, ut ita ſollicitudinem, & incertam, quid ageret, mentem, & ut Barthius explicat, confuſum cogitationum variarum aeſtum exprimeret. de *projecta* vide IX. 432. Oudend. *vacua loca* capio, marito carentia, & praeſidio militum, qui me defendere poſſent.

783. *Poſſim*] *Poſſum* Thuan. ſec. & Rottend. tert. *clareſcent* Turrian. *noteſcant* Thuan. ſec. *noteſcens* Sixii. *numinis* Barber. *oppoſitaque* tres. *hic* totidem.

787. *Victa*] *Juncta* Rottend. tert. *relinquunt* Thuan. quart. *relinquant* Rottend. tert. Hamb. tert. & Turrian.

791. *Amens*] Deerat Thuan. ſec. male. Ovid. I. Amor. VII. 51. & Heinſ. ad IV. Met. 690 & XI. 723.

793. *Dulci, non colla*] *Non dulcia colla tenere* MS. Cortii. *teneri* Rottend. pr. & Turr.

&

Nulla fuit tam maeſta dies. nam cetera damna
Durata jam mente malis, firmaque tulerunt.
    Labitur infelix, manibusque excepta ſuorum
Fertur ad aequoreas, ac ſe proſternit, arenas,
Litoraque ipſa tenet, tandemque illata carinae eſt.
Non ſic infelix patriam, portusque reliquit
Heſperios, ſaevi premerent quum Caeſaris arma.
Fida comes Magni vadit duce ſola relicto,
Pompejumque fugit. quae nox ſibi proxima venit,
Inſomnis. viduo tum primum frigida lecto,
Atque inſueta quies uni, nudumque marito
Non haerente latus. ſomno quam ſaepe gravata
Deceptis vacuum manibus complexa cubile eſt,
Atque oblita fugae quaeſivit nocte maritum!
Nam, quamvis flamma tacitas urente medullas,
Non juvat in toto corpus jactare cubili,

Ser-

& a m. ſec. Thuan. tert.

794. *Fructus*] *Fluctus* Hamb. pr. *jam longi* Hamb. quart mox, *ſuos luctus*, *vitamque per omnem* omiſſis mediis, Richel. & a m. pr. Thuan. pr. & Cortii MSS. *praecipitatque* Hamb. quart. & Langerm. mox, *maeſta f. t. nulla dies* Thuan. ſec.

800. *Ac ſe*] *Hic ſe* Heinſius. *ac ſe projecit* Oiſel. eleganter Ovid. VII. Ep. I.

Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis.

mox, *litora & ipſa* Cortius. Sed an hoc melius & mollius? *inlata carina* tres. *carinam* Hamb tert. a m. ſec.

802. *Portusque*] *Portumque* Rottend. ſec. *tremerent cum* Voſſ. a m ſec.

805. *Nox ſibi*] *Nox tibi* quatuor. *inſomni* volebat Heinſius. *quae nox ibi proxima venit, inſomnis*, ſcil *fuit*, Dorvillius. quam primum Lesbon adpulerat, ibi inſomnis nox fuit. ſed tunc fingere debemus eodem die, quo abiit a marito, in inſulam perveniſſe. vel proximam capere pro prima, quam egit in Lesbo. *viduo tunc* quinque. *cum* Oiſel.

807. *Nudumque*] *Nudoque* Rottend tert. *nudumque maritum* Rottend. pr. *ſomno quae* Langerm. & Turr. *quem* Oiſel. forte,

ſomno quem ſaepe gravata,
Deceptis vacuo manibus complexa cubili
eſt.

non enim cubile amplectebatur, ſed gravata ſomno videbatur ſibi complecti maritum, qui nuſquam erat, in vacuo cubili idem de ſe ſcribit Ariadne apud Ovidium Epiſt. X. 9 vid. Lycophr. 113. de *deceptis* infr. VIII. 61.

811. *Quamvis flamma*] *Flamma quamvis* Cortius. *tacitas* Thuan. ſec. & Putean. *tactas urente* Rottend. pr. Hamb. quart. *caecas* vir doctus apud Cortium *urgente* Langerm. *vergente* Rottend. ſec. *urente* praeterea tres, quod placet. vid. ſupr. 99. & notas ad Ovid. I. Am. II. 17. ubi ego *urguet* praetuli, non vero hic.

812. *Non juvat*] Hic verſus ponebatur

poſt

Servatur pars illa tori. caruiſſe timebat
Pompejo: ſed non Superi tam laeta parabant:
Inſtabat, miſerae Magnum quae redderet, hora.

poſt ſequentem in Richel. *cubile* Hamb. quart

813. *Pars illa*] Quaenam vero? interior nimirum, in qua uxor ſolebat jacere, quum in priori jaceret vir. Ovid. III. Amor. XIV. 32.

Cur preſſus prior eſt, interiorque torus.

Albinov. ad Liviam. 318.

Quaeris & in vacui parte priore tori.

vid. Neap ad Ovid. II. Faſt. 345. ubi mox vſ. 350. *e ſummo decidit ille toro*, qui ſi prior eſt, hic poſſet legi, *pars ima tori*, ut etiam, in toris tricliniariis ſummus & imus lectus. Soli vero cubantes viri & mulieres medio toro ſe componebant, ut ſaepe Ovidius & alii. *ille* vero & *imus* ſaepe confuſa. vid. ad Ovid. IX. Met. 663.

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Poſtquam caſtra notat, quod Caeſar rectus ab hoſte
Fugit in Emathiam, quamvis clauſiſſet is ipſum.
Hinc & Theſſaliam, quae ſit, gentemque profanam
Deſcrivit: damnat Sextum non digna petentem.

Poſtquam caſtra duces pugnae jam mente propinqui,
Impoſuere jugis, admotaque comminus arma,
Parque ſuum videre Dei, capere omnia Caeſar
Moenia Grajorum ſpernit, Martemque ſecundum

1. *Pugnae jam mente propinqui*] Varie tentavit haec Heinſius. *jam pugnae intenta. jam mota*, & aliter, quae in lituris jacentia vix legi poſſunt. *propinquis* eſt a m. pr. Thuan. tert Langerm. & Oiſel. *mente propinqua* unus Oudendorp ſed vellem doceri, Latine & eleganter dici *mentem propinquam*. quare ego legerem,

Poſtquam caſtra Duces, pugnae jam mente, propinquis
Impoſuere jugis:

Mens pugnae eſt conſilium, decretum, propoſitum pugnae ineundae. Cortius ex tribus Codd *propinquis* laudans, bonum etiam ſenſum, ſed non verum pronuntiat. vellem ediſſet notas. ſic & lib. IX 226.

Quorum unus aperta
Mente fugae, tali compellat voce regentem.

ita lib. III. 37. *certa mens malorum*, ubi vide quae diximus, & ad Valer. Flac v. 255. ubi *cum mente* quum legatur, forte & hic, quia *jam* & *cum* ſaepe permutantur, ut lib. v. 678 *jam*, vel *cum luce propinqua* (qui locus forte librario obverſabatur,) poſſet legi, *pugnae cum mente*. Sed vulgata eumdem ſenſum dat. etiam alius mallet, *pugnae jam mente propinquae*, ut decreverint quamprimum pugnare.

3. *Videre Dei*] *Dehinc* Rott. tert a m. ſec. *rapere obvia* corrigebat Heinſius. certe

Jam niſi de genero ſatis debere recuſat.
Funeſtam mundo votis petit omnibus horam,
In caſum quae cuncta ferat. placet alea fati
Alterutrum merſura caput. ter collibus omnes
Explicuit turmas, & ſigna minantia pugnam,
Teſtatus numquam Latiae ſe deeſſe ruinae.
Ut videt ad nullos exciri poſſe tumultus
In pugnam generum, ſed clauſo ſidere vallo,
Signa movet, tectusque via dumoſa per arva
Dyrrachii praeceps rapiendas tendit ad arces.

Hoc

rapere ingenio Caeſaris convenientius. ut mox vſ. 14. *Dyrrhachii praeceps rapiendas tendit ad arces.* lib. II. 654 *primo tot moenia curſu rapta*, & ſaepe alibi. Flor. II. 17. *rapta impetu Hiſpania.* *obvia* etiam elegans, quod & in *omnia* mutarunt librarii apud Claudian. VI. Conſ. Hon. 468.

ſtrato proſternens obvia ferro.

Omnia ſenſum mihi hic ineptum facere videtur, neque umquam in bello omnia oppida capi ſolent, ſed obvia, quae vel obſtant agmen ducenti, vel quae in itinere occurrunt, & opportuna & accommodata ſunt obtinendae regioni alicui. *obvia* enim utrumque ſenſum habet. vid. ad Calpur. Ecl. I. 10. & Serv. & nos ad Virgil. III Aen. 499. & mox *omnibus* iterum occurrit.

5. *De genero*] *De generi fatis* Rottend. tert. *de genera* Turrian.

7. *In caſum*] *In caſſum* Thuan pr. & tert. Richel. & a m. pr. Oiſel. vid. lib. II. 263. *ruit alea fati* vir doctus apud Cortium, neſcio qua ſpecie, & non niſi ſola libidine emendandi, an corrumpendi. nam *placet* praecedentibus, *mente*, & *petit horam votis*, &c. optime congruit. *merſura* erat eraſum in Hamb. tert quae vox tamen ſana erat: Heinſius *verſura* correxerat, ſed iterum induxerat: & ut proprie utitur, *mergere caput* lib. VII. 163. ita hic per tranſlationem. *tunc collibus* tres noſtri; & aliquot aliorum. *tot collibus* Hamb. ſec.

10. *Teſtatus*] *Teſtatur* Hamb. ſec. & Oiſel. *Latiae numquam* Rott. pr. & S. Germ. quod probat Gujetus.

12. *In pugnam*] *In pugna* Richel. *clauſo ſed* Hamb tert & quart. quod Oudendorpius & Cortius, hic & aliis ſaepe locis exhibent. ut caeſurae in quarta ſede faveant. *ſe clauſo* Langerm. *ſi clauſo* quatuor. *fidere* quatuor. *fidere bello* Rott. pr.

13. *Signa movet*] Quia modo praeceſſit *ſigna*, Dorvillius mallet *caſtra movet*, ut ſaepe haec commutantur, etiam apud Noſtrum. vid. I. 323. verſus hic ab Heinſio confoſſus; ſuſpectum ipſi erat *tectusque via*, pro quo tentaverat etiam, *taciteque viam* ſcil. movet, ſed non acquieſcens, totum verſum malebat abeſſe: & obſcurius certe dictum, *tectus via*. Caeſar ipſe lib. III. B. C. 41. dicit, *magno ſe circuitu difficili anguſtoque itinere Dyrrachium profectum.* an, *tectuſque jugis dumoſa per arva.* Sed & *via* pro loco, per quem iter fecit, poteſt explicari, & de itinere militari ſaepe occurrit. ut *Frontin.* I. II. 9. *coloratiora, ut ex via, corpora.* nobis *de marſch*, & ita *via* per haec dumoſa arva, recte poteſt dici texiſſe & occultaſſe iter facientem; ideoque nihil moveo. *tendis in arces* Rottend tert. Sed *ad* praeſtat. vid. ſupr. III. 359. *currit ad* Oiſel. a m. ſec. mox, *praecedit* in quatuor. male. vide Oudendorpium.

16.

Hoc iter aequoreo praecepit limite Magnus,
Quemque vocat collem Taulantius incola Petram,
Inſedit caſtris. Ephyreaque moenia ſervat,
Defendens tutam vel ſolis turribus urbem.
Non opus hanc veterum, nec moles ſtructa tuetur,
Humanusque labor, facilis, licet ardua tollat,
Cedere vel bellis, vel cuncta moventibus annis.
Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro,
Naturam, ſedemque loci. nam clauſa profundo
Undique praecipiti, ſcopulisque vomentibus aequor,

Exi-

16. *Taulantius*] *Taumantius* Thuan. ſec. *inſidere collem* dicit & Florus III. 23. & alii ita conſtruunt. vid. Cortium ad Plin. VIII. Ep. 4.

17. *Ephyreaque*] Nihil mutandum: nam codices noſtri omnes conſentiunt, praeter unum & alterum. Corinthios ſimul cum Corcyraeis condidiſſe urbem Dyrrhachium docet Palmer. lib. I. Graec. Antiq. cap. 19. & cap 21. agit de Petra. *Pyrrhaeaque*, vel *Pyraea*, de Dyrrhachio dici non poteſt, nam Pyraei longius inde abſunt.. & Mela lib. II. cap 3. dicit, fl. Naronem inter Pyraeos & Liburnos emitti. Hi ergo in Illyrico, Dyrrhachium in Epiro nova, quae & Albania dicta, unde Taulantii, γειτόνες Ἰλλυριοῖς vicini Illyriis, dicuntur Plutarcho in Quaeſt. Graec. pag. 297. Ed. Francof.

18. *Vel ſolis turribus urbem*] Haec mihi contraria videntur ſequentibus, ubi nec operibus, nec molibus, nec humano labore dicit munitam, ſed natura & ſitu ſuo firmam. quare forte ſcripſerit, *tutam vel ſolis rupibus urbem.* nam has voces variari indicio eſt lib. II 505.

Et jam moturas ingentia pondera turres.

ubi in MS. eſt *rupes*, & mox Noſter vſ 24. *ſcopulos*, & 26. *cautes* dicit *terribiles ſuſtentare urbem.* & *rupibus* etiam placebat Dorvillio. poſſet &, *tutam vel ſolis viribus urbem*, incolarum multitudine & virtute. ſic apud Ovid. IV. Triſt. I. 70.

Vixque ſui tutam viribus eſſe loci.

ubi Heinſius corrigebat *turribus*, & alii codices, *moenibus* habebant. ſic & XIII. Met. 868. volebat idem,

Cumque ſuis videor tranſlatam rupibus Aetnam.

ubi vulgo erat, *viribus.* judicent eruditi: mox idem Heinſius, *non opus hanc laterum*, non ex cocto lapide. ſed de hoc dubito. non a majoribus dicit fuiſſe opere munitum, nec moles in mare jactas & ſtructas, quorum omnium vices rupes praeſtant. *non moles* Hamb. tert.

20. *Licet ardua tollat*] Poteſt *ardua* caſu accuſativo ſumi, ut mox 38. & 138 & referri ad opus & moles, quae licet humanus labor in altum exſtruat, tamen bellis & vetuſtate ſolent vinci & cedere. nam aliter neſcio quid *tollat* regere poſſet. niſi intelligas *ſe tollat*; ut ſaepe *ſe tollere* apud Noſtrum, & alios occurrit. Clarior eſſet ſenſus, ſi dixiſſet, *licet ardua ſurgat*, ut moles ſtructa intelligatur. ut inf vſ. 64. Sed vulgata ſatis placet. *moventibus armis* Hamb. quartus.

23. *Loci*] *Loco* Rott tert.

24. *Praecipiti ſcopulisque vomentibus aequor*] Varias lectiones ab Oudendorpio adductas, in noſtris quoque codicibus deprehendi, plures vero, *ſcopulisque vomentibus*, vel, *removentibus: & illiſum ſcopulisque moventibus* Langerm. ſollemne vero eſſe *que* poni pro *re* in

vers-

Exiguo debet, quod non eſt inſula, colli.
Terribiles ratibus ſuſtentant moenia cautes,
Ioniumque furens, rapido quum tollitur auſtro,
Templa, domosque quatit, ſpumatque in culmina pontus.
  Hinc avidam belli rapuit ſpes improba mentem
Caeſaris, ut vaſtis diffuſum collibus hoſtem
Cingeret ignarum, ducto procul aggere valli.
Metitur terras oculis: nec ceſpite tantum

Con-

verbis compoſitis vidimus ad lib. III. 235. illud *revomentibus* vix placet, quia ſcopuli potius *frangere*, *retundere*, ut infr. 266. *refundere*, & II. 618. *remittere* &c. dicuntur, *revomere* vero vortices, ut Charybdis, cavernae & ſimilia, quae prius abſorbent, deinde revomunt. niſi ſcopulos exeſos & fluctibus adſiduis cavatos intelligamus. quare aut Lucano haec ἀκυρολογία condonanda, aut *removentibus*, verbo nimis in hac re languido, dandus locus.

25. *Colli*] Ita conſtanter ſcripti. fuerunt tamen jam olim viri docti, qui hic *collo* malebant ſcribere. ut inter illos Palmer. lib. I. Graec. Antiq. cap. 19. qui jam Dominicum Nigrum ita legiſſe ait, quia Iſthmus *collum* dicitur. Cl. Dorvillius etiam *collo* praeferebat, quia vſ 16. vocat *collem* petram, & inconcinnum videri poſſet, *collem* jungi terrae per *collem*. nec repugnarem, niſi codices omnes eſſent contrarii, & quia ſcopuli videntur melius *colli*, quam *collo* convenire. noſtrates quidem in inſula Goereda adhuc hodie ſolent vocare *Collum*, *den Hals*, iſthmum, qui hanc inſulam adnectit Vornae, & qui per aeſtum marinum inundatus aditum negat, ſed recedente mari, iter ex Vorna in Goeredam dat pedeſtre. Sed *colli* confirmat aperta imitatio Gulielmi Apuli in Poëmate de Rebus Normannorum lib. I. ſub finem, quem ediderunt Ill. Leibnit. T. I. Rer. Brunſv. & Murator. Tom. V. Rer. Ital. ubi agit de Tarento.

Namque mari ſeptum majori parte Tarentum,
Inſula mox fieret, modicus niſi collis adeſſet.

ubi mallem ſcripſiſſet, *obeſſet*. Notandum etiam Noſtrum *quod eſt* dixiſſe, pro quo hodie, *quod ſit* dicerent, ſed ita ſolet Lucanus. vid. ad III. 50. VIII. 538. ad Suet. Caeſ. LXVIII. Quinct. II. de Inſt. Orat. 12. *Videntur indocti copiam habere minorem, quod dicunt omnia.*

27. *Ioniumque furens*] *Ferens* Hamb. tert. vid. V. 419. *rabido* quinque, quod Heinſius, Oudendorpius & Cortius receperunt. vid. & Markl. ad Stat. II. Silv. II. 128 *domusque quatit* tres libri, & hoc, ut mox vſ 35. & alibi etiam, Cortio placuit. *ſpumatque in culmina portus* Rott. ſec. quod neſcio an non verum ſit. nam *Ionium* praecedens non eleganter jungitur τῷ *pontus*, niſi *Ionius* ibi legatur. vel *Ionium* ſi legatur, ſeparetur, pro *Ionium* mare furens quatit templa domosque, & portus ſpumat in culmina, id eſt, aqua in portu agitata ſpargit aquae guttas & ſpumam in faſtigia templorum & domuum, quale ſaepe accidere ſolet etiam in noſtris urbibus ad mare poſitis, & ipſe vidi Fliſſingae in Zelandia. *Ionium* vero & *Ionius* ſaepe ſimpliciter dici ſolet. vid. ad Valer. Fl. IV. 715. *Pontus* etiam & *portus* ſaepe variantur in ſcriptis. vid. Heinſii notas ad Ovid. II. Ep. 123.

29. *Hinc*] *Hic*, *haec*, *huc*, *tunc* in noſtris. avidam belli mentem dixit imitatione Ovidii, qui VII. Ep. 153. *ſi tibi mens avida eſt belli.* mox *aggere belli* Rottend. ſec. ut & ſupr. vſ. 12. variatur.

32.

Contentus fragili ſubitos attollere muros,
Ingentes cautes, avulſaque ſaxa metallis,
Grajorumque domos, direptaque moenia transfert.
Exſtruitur, quod non aries impellere ſaevus,
Quod non ulla queat violenti machina belli.
Franguntur montes, planumque per ardua Caeſar
Ducit opus: pandit foſſas, turritaque ſummis
Diſponit caſtella jugis, magnoque receſſu

Am-

32. *Metitur*] Quatuor ex noſtris etiam, *metatur*, & ita haec verba confuſa libr. IX. 705. & X. 308. accedo tamen Oudendorpio, licet *metatur* Cortio placuerit, & defendi etiam poſſit. ſed *metitur* melius. Statius I. Theb. 835.

Ardua mox torvo metitur culmina viſu.

obire oculis apud Plin. VIII. Ep. 18. hoc loco illuſtrat Cortius. *non ceſpite* Rottend. pr.

34. *Avulſaque*] *Divulſaque* Thuan. ſec. *avolſaque* Hamb. pr. & ita Cortius, qui etiam pro *metallis* conjicit *medullis*, ut & lib. III. 209. & IV. 304. tentaverat, ſed fine ullo codicum ſubſidio. & durum eſſet *medullas* ita ſimpliciter vocare *metalla*, nulla adjecta voce, ut in aliis locis; *ſilicum medullas*, vel *auriferas* dixiſſe aliqua ſpecie poſſet fingi. deinde infeliciter, vim metro faciens, corrigit *dirutaque*. ſaltem dediſſet, *& diruta*, vel, *diruptaque*, ut tres ex noſtris. *dirempta* etiam recuſat lex Pedia. Cl. Dorvillius *direpta* interpretatur celeriter deſtructa, ut ex ruinis unius urbis ſaxa transferret ad aggerem ducendum, vel mallet *deſtructaque*. addidit vero locum inſignem Diodori Siculi Ecl. lib. XXII. p. 868. Κτίζει δὲ Φιντίας πόλιν, ὀνομάσας αὐτὴν Φιντιάδα, Γελῴους ἀναστάτους οἰκίσας ἐν αὐτῇ [ἔστι δὲ αὐτὴ παραθαλάσσιος] καὶ καθαιρῶν τὰ τείχη καὶ τὰς οἰκίας, τοὺς λαοὺς τῆς Γέλας εἰς τὴν Φιντιάδα μετήνεγκε, κτίσας τεῖχος καὶ ἀγορὰν ἀξιόλογον, καὶ ναοὺς θεῶν. *Aedificat vero Phintias urbem, nominans eam Phintiada: excitos e patria Geloos in ea collocans. illa vero eſt maritima. Et deſtruens muros & aedificia, populos Gelae in Phintiada tranſtulit, aedificavitque murum & ſpecioſum forum & templa deorum.* Videtur hic Tautologia? Γελῴους ᾤκισας & τοὺς λαοὺς τῆς Γέλας μετήνεγκε. hanc removebis, & verum ſenſum reduces, ſi voculam λαοὺς leviter mutes in λᾶας. *& lapides tranſtulit Gelae ad aedificandos muros, forum templa Phintiados, deſtructa Gelae moenia transfert.* In Siculis aliis teſtimoniis & ex ipſa hiſtoriae hujus ſerie haec emendatio adſtruitur.

37. *Belli*] *Bello* Voſſian. ut ita *violenti* eſſet a *violens*, de quo vid. infr. VII. 125. & *violenti bello* eſſet, quum vi urbs oppugnaretur. Sed & lib. VIII. 377. X. 481. & apud Virgil. II. Aen. 151. *machina belli* occurrit, qua utimur in bello violento, id eſt, oppugnationibus.

39. *Ducit opus*] *Tendit* etiam in Hamb. tertio, quod pro *extendit* poſſe ſumi recte oſtendit Oudendorpius. ſic apud Sil. Ital. I. 211.

Sed quo ſe campis ſqualentibus Africa tendit.

Virgil. Ceiri 206.

Nam qua ſe ad patrium tendebat ſemita limen.

vid. ad Valer. Fl. IV. 320. & VI. 716. & ita potuit *ducit*, quo verbo modo vſ. 31. uſus erat, hic eſſe gloſſatoris a manu. Sed quia turba codicum illud tuetur, non audeo ejicere: quia & *ducere* & *educere* pro in altum ſtruere Virgilio & aliis eſt in uſu. vid. Serv. I. Aen. 424. & V. 631. *plenum opus* etiam male quoſdam dare notaverat Heinſius, & amat antitheſes Lucanus. *turrita ſupremis* S. Germ. *diſpoſuit* tres libri.

40. *Magnoque recurſu*] *Receſſu* omnes noſtri;

Amplexus fines, ſaltus, nemoroſaque teſqua,
Et ſilvas, vaſtaque feras indagine claudit.
Non deſunt campi, non deſunt pabula Magno,
Caſtraque Caeſareo circumdatus aggere mutat.
Flumina tot curſus illic exorta fatigant,
Illic merſa ſuos: operumque ut ſumma reviſat,
Defeſſus Caeſar mediis intermanet agris.
Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,

Ad-

ſtri: fere eadem varietas lib. VIII. 767. ita Virgil VIII. 193.

Hic ſpelunca fuit vaſto ſummota receſſu.

finis Hamb. pr. quos vero fines? an agrorum, ut lib. I. 167. aut regionum vicinarum? vox ſuſpecta, nec quid reponam habeo. cogitabam olim *fluvios*, quia Caeſar lib. III. B. C. 49. ſumma aquae copia uſos milites ſuos ſcribit. Sed *flumina* ſequuntur. haereo in hac voce. mox *nemoroſaque tecta* Voſſ. vid. lib. VIII. I. *rura* Barber *teſca* Rich. vid. lib. IV. 100. *ſilvas* eraſerat manus in Thuan. tert. forte quia *ſaltus* praeceſſerat. ſed tautologus eſſe ſolet Lucanus, & poſſent etiam diverſae eſſe *ſilvae* & *ſaltus*. ſed in his morari non libet. *Vaſtaque* omnes, codices, & miror *vaſtas* placuiſſe Cortio, qui & *indagine clauſit* in ſuo invenit, ut & eſt in Rott. ſec. & plures *cingit* habere notat, quod ego in nullo vidi, Oudendorpius in uno.

44. *Caſtraque*] *Clauſtraque* Hamb. tert.

45. *Exorta*] *Exerſa* Thuan. ſec. *merſa* dubium, an in mare exeuntia, an, ut quaedam ſolent, ſubterram labentia vel deficientia, nec in mare venientia, aut in alios fluvios cadentia, ut Omnibonus: ſuſpecta vox, nec quid ſubſtituam reperio.

47. *Intermanet*] *Interjacet* Oiſel. am. ſec.

51. *En*] *In*, *at*, & in ſcriptis. *jam* Langerm. impudentiſſima exaggeratio, quum nec minimam hoc opus partem earum regionum complexum fuerit: & tamen mox oblitus ſui, vſ. 63. *anguſtam arenam* vocat: niſi per regnum intelligat regiam urbem, ſedem regis: nam de toto regno abſurdum eſſet, ut recte Hortenſius. per Tigrim Ninum urbem, per Orontem Antiochiam forte ſi intelligat, tolerabilior eſſet comparatio: nam ſpatium harum urbium certe aequavit, ſi non ſuperavit operibus ſuis Caeſar.

53. *Subitum*] *Subito* Hamb. tert. ut fere ſemper hoc adverbium cum adjectivo commutari ſolet. vid. Heinſ. ad Ovid. Ep. XVIII. 160. & ſaepe alibi. *tantum claudit* Hamb. tert. deinde duodecim e noſtris, *aut jungere*, quod praetulit Oudendorpius. parum referre putem, an *adjungere*, omiſſa particula *aut*, in priori membro, ut ſaepe fieri ſolet, an expreſſa, *aut jungere* legamus, quum idem ſenſus inde oriatur, & idem utrumque verbum notet, quod alibi *admovere*: ſcilicet eliſo ponto, id eſt, aggere terreno per fretum ducto, tot manus, id eſt, tot opus facientes milites & operarii, potuiſſent Seſton admovere Abydo, quae nunc medio mari disjunguntur: nam de ponte, ad exemplum Xerxis faciendo, Noſtrum non cogitaſſe puto; ſed potuiſſe Caeſarem, his manibus perpetuo aggere per fretum ducto, jungere has urbes. ſic de via Domitiana Stat. IV. Silv. III. 25. utitur verbo *admovere*.

Geuraneiſque ſinus, & aeſtuantes
Septem montibus admovere Bajas.

id eſt, iter brevius & facilius facere inter Bajas, & Romam. & in ſequentibus imitari Statium Lucani noſtri hunc locum recte obſervat Oudendorpius, ubi *ponte non natanti*, de aggere terreno debet explicari. & ita *admovere* non diſſimili ſenſu infra h. l. vſ. 181.

Oe-

Adſcribatque Deis: fragili circumdata teſta
Moenia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
Aſſyriis quantum populis telluris Eoae
Sufficit in regnum, ſubitum, bellique tumultu
Raptum clauſit opus. tanti periere labores.
Tot potuere manus aut jungere Seſton Abydo,
Ingeſtoque ſolo Phryxeum elidere pontum:

Aut

occurrit, & apud Juvenal. Sat. x. 149. *Africa, Nilo admota tepenti*, & alibi ſaepe. hoc de primo opere, & aggere, qui duci potuiſſet per Helleſpontum. deinde alterum addit de Iſthmo Corinthiaco perfodiendo, ubi in MSS. copula variat. *Et Pelopis* Thuan. ſec. *aut ratibus* Thuan. quart. & Rottend ſec. ſed quum de duobus diverſis operibus agat, puto ita conſtituendum locum,

Tot potuere manus, aut jungere Seſton Abydo,
Ingeſtoque ſolo Phryxeum elidere pontum;
Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
Et ratibus longae flexus donare Maleae.

In duobus prioribus verſibus de aggere agit, ſequentibus de Iſthmo perfodiendo: quod ſi poſſet effici, vitare poſſent periculoſiſſimum flexum Maleae nautae per compendium navigationis, Iſthmo pervio navibus. & ideo ibi, *aut Pelopis* deſideratur. ſed in ſequenti verſu, *Et ratibus*, quia ad idem opus, ut jam Glareanus & Hortenſius obſervarunt, reſpicit, ut *ingeſtoque* ad prius, ubi male *ingeſtaque* Turrianus. quod vero alii *adjungere*, pro *aut jungere* habeant, potuit eadem ratione eveniſſe, qua librarii copulam *que* ſaepe pro *re* in compoſitis verbis dederunt, ut vſ. 24. obſervavimus. hac occaſione etiam vendicanda mihi explicatio, quam dedi olim, loci ex Valer. Fl. I. 198. ubi Jaſon Neptunum invocans, ut ſibi iter fortunare velit, ait,

Nec nunc mihi jungere montes
Mens tumet, aut ſummo depoſcere fulmen Olympo.

quae interpretes de montibus a Gigantibus montibus impoſitis capiunt. quum, ſi hoc vellet, deberet dicere, *& ſummo d. f. Olympo*, quia de eodem facto tunc ageretur. Vir Orientis linguas profitens, & in illis regnum poſſidens Schultenſius, in libro de defectibus hodiernis linguae Hebraicae, me ſibi refutandum ſumſit pag. 81. & primum me *nodum in ſcirpo quaerere* ait; & obſtitiſſe, ne verum cernerem, rariorem uſum verbi *tumere*, quod Graecum οἰδάνειν exprimit, quum ita ipſe etiam explicuerim per illud verbum, & tironibus jam notum ſatis ſit, & Heinſius hic & ad lib. II. 103. & Claudian. Bell. Gild. 330. & Bulae. ad Val. Fl. VI. 2. & ipſe ad Ovid. VII. Ep. 121. & alibi jam docuerim de omni graviori motu animi, ut de ira in primis, uſurpari, & metaphoram ductam ab irato mari, quod *tumere* dicit, ut Scholiaſtes Apollodori altero illo loco, ad quem me ablegat, adfirmat. Nullum vero produci locum video, ubi aliquid invidiae ſubeſſe videtur. Sed vera verbi *tumere*, nota ſatis, & Lexicographis etiam obſervata, vis & proprietas. Jam vero vellem mihi Vir doctus dediſſet exemplum, ubi *jungere montes*, poſſet notare, *montes montibus imponere*, quum deberet intelligi, quaſi diverſi & diſtantes inter ſe montes ſibi conjungerentur & admoverentur. & quum volunt Poëtae impoſitos montes exprimere, addere ſolent dativum loci, cui adjunguntur impoſiti illi montes. ſic Statius III. Silv. II. 65.

ſummae gelidum quae Pelion Oſſae
Junxit.

Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
Et ratibus longae flexus donare Maleae:
Aut aliquem mundi, quamvis Natura negaſſet,
In melius mutare locum. coit area belli:
Hic alitur ſanguis terras fluxurus in omnes,
Hic & Theſſalicae clades, Libycaeque tenentur.
Aeſtuat anguſta rabies civilis arena.
Prima quidem ſurgens operum ſtructura fefellit
Pompejum. veluti mediae qui tutus in arvis
Sicaniae rabidum neſcit latrare Pelorum:

Aut

& VII. Theb. 79. *Frondenti jungere Pelion Oſſae.* & ita aliis in locis, ubi non agitur de Gigantum hoc inſano conatu. ita Val. Fl. II. 491.

Neptunus muros quum jungeret aſtris.

Statius VII. Theb 88.

Maeſtaque perpetuis ſollemnia jungimus aſtris.

& ita hic *jungere Seſton Abydo* dixit fere eodem modo, ut Ovid. XV. 290. *Zancle quoque juncta fuiſſe dicitur Italiae.* ante fretum ſcil. Siculum, quum continens eſſet terra, ut nunc contra per Helleſpontum ducto aggere jungi potuiſſent Seſtos & Abydos. jure ergo ſuſpectus fuit mihi locus, & pro *jungere montes*, conjiciebam, ſed timide, & eruditiorum judicia de hoc loco reverens, *jungere mortes*: & explicabam, Acaſtum occidere, & deinde Peliam ei jungere. quod ſibi nondum in animo eſſe dicit Jaſon, licet Pelias morem mereatur, quia

aſpera juſſa
Reperit, & Colchos in me luctumque meorum.

Sed nunc pariturum ſe Peliae dicit, & Neptunum precatur, ut non indignantibus undis ſe accipiat, at ubi redux fuerit, Peliam debito ſuplicio minatur adflicturum: *illum ego.* denique, quid attinet maria tentaturo mentionem facere montium montibus impoſitorum, & ita metum quaſi Neptuno audacis incepti incutere? qui licet omnes montes cumularentur, ſedibus in profundo maris quietis poſſet gaudere. & ineptum eſſet Neptuni favorem implorare hac puerili excuſatione, ſe nolle coelum oppugnare. Sed quum primus eſſet Jaſon, qui tentaret, & temeraret quaſi intactum & ſanctum aequor, dicit ſe hoc non ſponte facere, ſed coactum a Pelia, quem potuiſſet quidem occidere, & ita a mari, ut a re ſacra, abſtinere, ſed nondum ſibi hoc opportunum videri, ſed peracto curſu, favente Neptuno, poenas de eo ſumturum.

57. *Aut Pelopis latis*] *Pelopis laetis* Thuan. ſec. ſed hic iterum Lucanus quid humani paſſus videtur. Si enim Iſthmus perfoſſus fuiſſet, ut & Caeſar ſibi propoſuerat, Corinthus non excluſa fuiſſet a Peloponeſo, cum inter Cenchreas & Lechaeum foſſa fuiſſet ducenda, ut patet ex Pauſania lib. II. 1. jam vero Corinthus interius verſus Peloponneſum & extra ipſas anguſtias Iſthmi, ubi perfodiendus eſſet, jacebat, & ita includeretur Peloponneſo

58. *Donare*] Hic eſt illis remittere, ne cogantur illum flexum facere. vid. lib IV. 764 & Heinſ. ad Ovid. III. Art. Am. 85, *flexum* tres libri.

59. *Aut aliquem mundi, quamvis*] *Aut aliquem, quamvis mundi natura negaſſet* Turrian. non male, ut paſſim, *rerum natura.* aut interpungendum, *aut aliquem, mundi quamvis natura n.*

60. *In melius*]. Hanc eſſe Latiniorem elocu-

Aut vaga quum Tethys, Rutupinaque litora fervent,
Unda Caledonios fallit turbata Britannos.
Ut primum vaſto ſeptas videt aggere terras:
Ipſe quoque a tuta deducens agmina Petra
Diverſis ſpargit tumulis, ut Caeſaris arma
Laxet, & effuſo claudentem milite tendat.
Ac tantum ſepti vallo ſibi vendicat agri,
Parva, Mycenaeae quantum ſacrata Dianae,
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma:
Quoque modo Romae praelapſus moenia Tybris

In

cutionem, quam *in meliorem* notat Serv. ad Virgil. I. Aen. 281. qua & utitur idem Maro lib. X. 632. & XI. 426. & alii. ſic *in majus*, *in deterius* &c. de quibus conſule Cortium ad Plin. III. Epiſt. XI. pr.

60. *Area*] *Alea* Langerm. a m. ſec. male: area, id eſt, locus proeliorum diverſorum contrahitur in unum, mox dilatandus in Theſſaliam & Africam: ſic Ovid. V. Met. 410.

Coit anguſtis incluſum cornibus aequor.

mox, *futurus in omnes* Thuan. ſec. *illic Theſ.* tres. *Theſſaliae* Thuan. ſec. *Libyae* idem & Rott. tert. utrumque recepit Cortius. *Libydaeque* Turr. *anguſtae* Richel.

66. *Rapidum*] *Rabidum* omnes fere, & hoc τῷ *latrare* convenit, de quo vid. ad Val. Flac. I. 590. & ſupr. I. 548. *rapidum* tamen retinuit Cortius. *raptum* Hamb. tert. *rabidi* Voſſ. *aut veluti Tethys* Rott. ſec. a m. ſec. *Rupinaque* Turr. & S. Germ. *Calodonios* noſtri omnes.

69. *Vaſto ſeptas*] *Septas vaſto* tres libri. *terras videt aggere ſeptas* Barber. mox, *diducens* Oiſel. *ſubverſis ſparſit* Thuan. ſec.

72. *Et effuſo claudentem milite tendat*] Heinſius corrigebat, *limite*, ut centies hae voces permutatae fuere. *tendat* hic iterum pro extendat. Pompejus ſpargit milites, ut Caeſar cogeretur ambitum facere laxiorem, & non contrahere munitiones verſus interiora & propiora Dyrrhachio loca: munitos illos tumulos intelligere debemus, ut Caeſar ſingulis illis quaſi caſtris milites plures ſparſos & diviſos opponere cogatur. ſic infr. 270.

Armaque late
Spargit, & effuſo laxat tentoria campo.

Sic *effuſa aula* pro ſpatioſa Stat. IV. Silv. II. 23. & addit, *campi multumque amplexus aperti*. *tendant* Barberin. *prendat* Thuan. ſec. *ac tantum*, vel & nonnulli. *at* Ed. Gryph.

76. *Quoque modo Romae*] Verum eſt *terrae* etiam legi in ſeptem noſtris, & *Romam* hic repeti eſſe ſuſpectum. durius vero dictum, quo modo, id eſt, ſpatio, terrae Tybris deſcendit in mare. Heinſius, *Quoque modo aeterna p. m. Tybris.* ut ultima in *aeterna* producatur ſequentibus *pr.* ut libr. V. 128. *quippe* produxit ante *ſt. ſtimulis*. Sed quia hoc vix placiturum eruditis noverat, adſcripſerat &, *Quoque aeterna modo* ingenioſe: an vere neſcio, licet Roma centies *urbs aeterna* vocetur ab antiquis, ut quaedam ex Ovidio, Claudiano, Inſcriptionibus antiquis loca adſcripſerat Heinſius. locum corruptum cenſeo, & quia toties eadem vocabula iterat Lucanus, *Romae* nondum audeo removere. illud *terrae* irrepſiſſe puto, ab offenſo repetitione τῶ *Romae* librario. cogitabam, *Quoque modo Etruſcum* (vel *Tuſcum*) *praelapſus moenia Tybris in mare deſcendit.* tale quid deſidero. latet ulcus. *deſcendat* Cortii MS. quod pro *deſcenderet* capiendum.

In mare deſcendit, ſi nuſquam torqueat amnem.
Claſſica nulla ſonant, injuſſaque tela vagantur:
Et fit ſaepe nefas, jaculum tentante lacerto.
Major cura ducem miſcendis abſtrahit armis
Pompejum, exhauſtae praebenda ad pabula terrae,
Quae currens obtrivit eques, gradibusque citatis
Ungula frondentem diſcuſſit cornea campum.
Belliger attonſis ſonipes defeſſus in arvis,
Advectos dum plena ferant praeſepia culmos,
Ore novas poſcens moribundus labitur herbas,

Et

78. *Injuſſaque*] *Immiſſaque* Thuan. quart. *inviſaque* ſeptem. *& ſit* S. Germ.

80 *Duces*] *Ducis* fere omnes, quod melius, quia dē ſolo Pompejo detrectante pugnam agit, quum Caeſar avidus eſſet proelii committendi. Sed quia *Pompejum* ſequitur, certe praeſtaret cum uno Heinſii legere, *ducem*, ut reliqua *exhauſtae* &c. ſint appoſitiones *&* *cura*.

81. *Praebenda ad pabula*] *Prendenda* tres libri, qualis varietas & lib. IV. 20. *gramina* multi. *praebentem gramina* Heinſii Cod. a m. pr. forte, *quaerenda ad pabula*. ſic apud Claudian. Idyl. VII. 21.

Et nova germanis paribus diſcrimina praebens.

ubi Heinſius in duobus codicibus invenit, *quaerens*. *quas currens* Rott. ſec. *qua* Richel. & a m. ſec. Oiſel. quod placebat Dorvillio, *attrivit* quatuor. de quo verbo in hac re vide Barthium ad Stat. XII. Theb. 657. *contrivit* Hamb. ſec. omnia poſſunt defendi, & eſſe gloſſatorum Scholia. potuiſſet & *extrivit*, de quo ad Phaedr. I. 21. *equus* Rott. pr. mox, *decuſſit* Hamb. quart. & Cortius, qui ad Plin. VIII. Ep. XVII. §. 6. ſe hic plura notaſſe indicat.

84. *Defeſſus*] *Diffuſus* Lang. quod Cortius recepit. *Defenſus* Turr. quod ex ſollemui more, & vitioſo literam *n* infarciendi, ortum: *defeſus* erat pro *defenſus* ſcriptum. *defixus* & *defectus* conjecit Oudendorpius, vulgari variatione, & toties iterata a viris doctis, ſed quae huic loco non convenit. ego *defeſſus* retineo, quaerendo enim pabula defeſſus equus, nihil tamen invenit. *Advecti* vero *culmi* ſunt, frumenta mari vel fluvio adlata: ut infr. 442. & X. 168. & quae ſervata ab equis non tangebantur, quia non recentia erant. *novae* enim herbae ſunt, recentes, virentes. vid. ad Calpurn. II. 45. non tamen aridis opponuntur, quibus etiam initio caruit Pompejus. Sed prohibebatur pabulatione a Caeſare, etiam intra ſpatium ſeptum, & ideo tumulos inſederat & caſtellis munierat, ut eorum praeſidio ſpatium laxius haberet, ubi erant manu ſata, quae in pabulum deberent creſcere equis, ut inde alerentur, donec adveherentur aliunde. vid. Caeſ. III. B. C. 43. & 44. quare etiam *dum* legerem cum Grotio in notis prioribus, ut centies, & mox vſ. 88. variatur: nam non veroſimile eſt equos fame defeſſos adſpernatos fuiſſe advectos culmos. Sed quia nondum advecti erant, ore ſuo poſcunt novas herbas, adtonſis quae prius fuerant. forte etiam, *moribundo ore* praeſtaret. *& tremula* Turrian. *obrumpit* Langerm. & Hamb. pr. *abrupit* Richel.

88. *Corpora tum*] *Dum* fere omnes, & Cortius & Oudend. *digerere artus* in Lexico Fabri exponitur *diſſolvere* & ordine quodam conſumere, ita ut cibi digeri dicuntur. quod vellem exemplis aliorum locorum probatum videre: nam proprie *digerere* eſt ſe-

tea

Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora dum ſolvit tabes, & digerit artus,
Traxit iners coelum fluidae contagia peſtis
Obſcuram in nubem. tali ſpiramine Neſis
Emittit Stygium nebuloſis aëra ſaxis,
Antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant:
Inde labant populi, coeloque paratior unda
Omne pati virus, duravit viſcera coeno.
Jam riget atra cutis, diſtentaque lumina rumpit:
Igneaque in vultus, & ſacro fervida morbo

Peſtis

tea ſparſa & confuſa in ordinem componere, ut in chao, *indigeſta mole*, factum, quod *digeſtum* fuit. vid. Ovid. IV. ex Pont. VIII. 58. & ita millies; hic contra corpus bene compoſitum diſſolvitur. in multis, eſt *degerit*. in uno Voſſ. *dirigit*. quod, ſi antiquarium agere vellem, pro *diſſecat* explicare poſſem. Sed talia non capto, nec fas eſſe puto. Cogitabam aliquando annon, *diluit artus* dixiſſet Lucanus, quia hoc verbum pro *diſſolvere* veteres ſaepe poſuerunt, vel ut malebat Lambin. & Giſanius Ind. Lucret. *deluit*. ſic apud Ciceronem lib. I. de Off. 33. *Amicitias magis decere ſapientes cenſent, ſenſim diluere, quam repente diſcindere.* ubi alii *diſſuere* volunt. vide notas doctorum Virorum, & Langius ibi ex Gellio profert, *vinculum diluunt & deterunt*. Sed permitto haec lectori erudito, &, noſcens ἀκυρολογίαν Lucani, abſtineo aliis conjecturis. Heinſius *deterit* malebat.

89 *Fluidae*] *Fluvidae* dedit nobis Cortius, & ita codices quidam Oudendorpii: didicerat nempe ex Giſanii indice Lucretiano hanc vocem olim ita ſcriptam, ſed Lucanum hoc ſibi permiſiſſe, probandum erat. vid. ad Virg III. Aen. 663. *fluidam* vero peſtem dixit, quia liquore quaſi quodam fluunt membra, & ut Virgil. III. Georg 484.

Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaque in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.

ubi etiam Codd. *fluvida*, & quem locum, & alios, recte adduxit Oudendorpius. vid. & ad III. Aen. 663. *obſcuram nubem* explicat Barth. ad Stat. I Theb. 661.

90. *Neſſus*] *Neſis* tres libri. *Neſſis* multi. *Neſus* duo: *Neſſum* Thuan. quart. vid. inf. vſ. 365. mox, *Erigit eliſum nebuloſis* Rott. ſec. *Egerit eliſium* Oiſel. a m. ſec. vid. IV. 644. Cortius recepit, *erigit eliſum*, ut & Scholiaſtes alios legere notat. & certe noſter lib. VII. 476. *eliſum lituis aëra* dixit ſed hic *eliſus aër* deberet intelligi, preſſus inter ſaxa nebuloſa, & inde emiſſus in altum. ut verſ. 56. *elidere pontum* aggere terreno; vide Cortium ad Plin. IV. Ep. 30. ſed quomodo Neſſus erigere aëra poſſit vix capio. Ideo mihi vulgata magis placet: eſt enim idem, *emittit*, quod exhalat, ut in ſimili re dixit Virgil. VII. Aen. 84 *ſaevam exhalat opaca Mephitim*, quae eſt ſtygius aër ex putore terrae. & ita *ſpiraminis* voce de fluviis ſolent Poëtae uti, vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 96 & Heinſ. ad Virg. X. 291. an vero antra Typhonis hic ſit inſula Inarime, an cubile Typhonis in Cilicia intelligatur, de quo Mela lib. I. 13. ubi Schottus hunc Lucani locum adducit, aliis dijudicandum relinquo. *anhelant rabiem* illuſtrat Barth. ad Stat. XI. Theb. 241.

94. *Pati*] *Patens* Voſſ & a m. ſec. Oiſel male unda parata pati virus, eſt infici peſtifera tabe, & corrumpi vid. ad III. 378. ſic infr. vſ. 379. *pati contagia*. deinde, *durabant viſcera coeno* Hamb. ſec.

95. *Atra cutis*] *Arta* Rott. pr. & Pulman.

Peſtis abit, feſſumque caput ſe ferre recuſat.
Jam magis atque magis praeceps agit omnia fatum:
Nec medii dirimunt morbi vitamque necemque:
Sed languor cum morte venit, turbaque cadentum
Aucta lues, dum mixta jacent incondita vivis
Corpora: nam miſeros ultra tentoria cives
Spargere, funus erat. tamen hos minuêre labores
A tergo pelagus, pulſusque Aquilonibus aër,
Litoraque, & plenae peregrina meſſe carinae.
At liber terrae ſpatioſis collibus hoſtis

Aëre

man. Var. Lect quod probabat Heinſius, & adſcripſerat locum Statii ex VI. Theb. 869.

riget arta cutis, durisque laborum
Caſtigata toris.

ubi etiam *atra* in MSS. ſed Gronovius correxit *arta*. vid. ejus Diatrib. cap. XXIV. & hinc *adducere cutem* lib. IV. 288. & contra *tendere* lib. IX. 792. ut hic *diſtenta*: contra in valentibus & robuſtis *effuſa* membra & luxuriantia paſſim occurrunt. eadem varietas mox vſ. 108 ubi *atra obſidione* pro *arta* erat in Richel. vitio librarii. *rupit* etiam Thuan. tert. & Rottend. ſec. de igne ſacro vid. Samonic. cap. XLI.

97. *Feſſumque caput*] *Feſtumque* Langerm. *feſſisque* S. German. vulgatum ſervavit Servius ad Virg. III. Georg. 524. ubi in Baſil. Ed. *laſſumque* legitur. eleganter vero *ſe ferre*, pro erectum tenere, ut lib. I. 72. *nec ſe Roma ferens.* vid. ad Virgil. II. Aen 491.

99. *Medii*] Vid. ad lib. I. 458.

100. *Venit*] *Perit* Rott. ſec. a m. ſec. *venit* apud Lutat. ad Stat. I. 632. *turbaque peremta* Thuan. pr. Oiſel. & duo Cortii. *cum mixta* tres. *mixta manent* totidem. *commixta jacent* unus Heinſii. *Acta lues* Oiſel. a m. pr.

102. *Ultra tentoria*] *Ultro* Sixii. *extra* Hamb. tert. & alii nonnulli. Sed vulgata placet. vide ſimilem varietatem apud Ovid. III. Art. 418. Miſeros hic vocat ſemivivos, qui mortuis mixti ſpargebantur inſepulti per campos extra tentoria, ſive caſtra.

105. *Litoraque*] Tacent hic interpretes, nec ſatis intelligo, quî litora potuerint levare peſtilentiam, praeſertim quum praeceſſerit, *a tergo pelagus*, quod debet exponi de aura ſalubriori, quae ſurgebat a mari poſt tergum. poſſent jungi litora plena, & carinae plenae meſſe peregrina, quia adpulerunt ad litus carinas nautae, quibus commeatus advehebatur. ſed quia hoc parum ſatisfaciebat, dubitabam an non ſcripſerit *frigoraque*, quia illas voces alibi commutatas vidi, ut apud Ovid. I. ex Pont. I. 37. *Scythico quid litore, vel frigore pejus.* frigore vero minui peſtilentiam & fervidum ignem morbi ſatis notum. ſed & *litora* poſſent pro amoenitati inſervientibus locis ad mare, capi. ut Buchner. ad Plin. II. Epiſt. XVII. & notae Ἀκταὶ hoc ſenſu. confert ad d. l. Plinii §. 16. cum hoc Lucani loco Cortius. & *planae* Richel.

108. *Arta*] *Atra* Richel. vid. ſupr 95.

109. *Nondum turgentibus*] Specioſa ſunt, quae pro utraque lectione *turgentibus*, & *ſurgentibus*, ut etiam nonnulli, ſed pauciores ex noſtris habent, dicuntur. & paſſim commutari has voces verum eſt, & ideo tantum adduxeram hunc Lucani locum ad Val. Fl. II. 464. non ut hic praeferrem *turgentibus*, ſed ut docerem librarios ſaepe permutaſſe haec duo verba. ſed ad Rutil. Iter I. 149.

Interea Latiis conſurgant horrea ſulcis.

tentabam *turgeſcant*, quod tamen ab amiciſ-

ſimo

Aëre non pigro, nec inertibus angitur undis:
Sed patitur ſaevam, veluti circumdatus arta
Obſidione, famem. nondum ſurgentibus altam
In ſegetem culmis, cernit miſerabile vulgus
In pecudum cecidiſſe cibos, & carpere dumos,
Et morſu ſpoliare nemus, letumque minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Quae mollire queunt flamma, quae frangere morſu,
Quaeque per abraſas utero demittere fauces,
Plurimaque, humanis ante hoc incognita menſis,

Di-

ſimo Dorvilio monitus, repudiare paratus ſum, quia videtur Rutilius expreſſiſſe Virgilium in Ecl v. 36.

Grandia ſaepe quibus mandavimus hordea ſulcis.

& hinc legendum, *conſurgant hordea ſulcis.* cui lectioni tamen obſtare videtur, quod hordea, viliſſimum frumenti genus, melius conveniant Bucolico carmini, ubi paſtores hoc cibo contenti inducuntur, quam Rutilii carmini, ubi de felicitate ſeculi ſui agit, & *nectar* non apte hordeis conjungatur. cogitavi itaque annon *Latiis ſulcis*, poſſet capi pro *meſſibus*, & ita indicet, horrea ut aedificentur recipiendis meſſibus Latiis. Sed permitto haec judiciis eruditorum. Hic tamen accedere facile poſſum Oudendorpio, qui, ut & Heinſius fecit, praefert, *ſurgentibus*, quod & firmat locus Claudiani I. Rapt. 188.

ſurgentes condunt veſtigia culmi,
Veſtit iter comitata ſeges.

ubi Heinſius hunc locum advocat: unde vero petierit Cortius ſuum *nondum durantibus*, vellem nos docuiſſet, & ſimul hoc exquiſitius vulgato eſſe oſtendiſſet. *ingentem culmis* Rott. pr.

112. *Et morſu ſpoliare*] Admodum variant libri. *& morſu* Sixian. & Oiſel. *& ſpoliis ſpoliare* Thuan ſec & *foliis ſpoliare cibos* Rott. pr. *& foliis ſpoliare domos* Hamb. tert *& ſpoliare nemus morſu* Thuan. quart. & Rott ſec. ſed plurimi, *& foliis ſpoliare nemus.* quod commodum quidem facit ſenſum, ſed, quum hoc non ultimam etiam famem indicet, & quia Caeſar lib. III. B. C. 49 dicit, militum voces auditas, *prius ſe cortice ex arboribus victuros, quam Pompejum ex manibus dimiſſuros:* cogitabam, annon poſſet legi, *Corticibus ſpoliare nemus.* ſed pro vero venditare non audeo. De verbo *ſpoliare* egimus ad lib. II. 714. *dubias herbas* recte Omnibonus explicat, de quibus dubitabant milites, an ſalubres an venenatae eſſent, ita ſine diſcrimine vellebant. ne quis *duras* corrigat De herbis, quas milites Caeſaris vellebant, Broukhuſius notaverat videnda eſſe, quae tradunt Nic. Loens. lib. IV Miſcel Epiph. 2. Commentatores ad Caeſar. III. B. C. 48. & Harduin. ad Plin XIX. 8. ſec. 41. Cortius, qui retinuit, *& morſu ſpoliare*, ne recurreret, mox pro *frangere morſu*, ſuppoſuit nullo libro auctore, *frangere ſaxo.* legerat quippe in Virgilio Aen. I. 183.

frugesque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

ideo & hoc Lucano erat obtrudendum: at quis umquam herbas ſaxo fractas legit? quod frumentis proprium eſt, quae torrere & pinſere ſolebant. in uno etiam invenerat, *frangere rictu.* ſed *frangere morſu*, eſt dentibus comminuere, & *frangere morſu* Juvenalem dixiſſe notavimus ad Virg II. Georg. 72. ubi plura adduximus. mox, *queant* quatuor libri.

Diripiens miles, ſaturum tamen obſidet hoſtem.
Ut primum libuit ruptis evadere clauſtris
Pompejo, cunctasque ſibi permittere terras:
Non obſcura petit latebroſae tempora noctis,
Et raptum furto ſoceri ceſſantibus armis
Dedignatur iter: latis exire ruinis
Quaerit, & impulſu turres confringere valli,
Perque omnes gladios, & qua via caede paranda eſt.
Opportuna tamen valli pars viſa propinqui,
Qua Minutî caſtella vacant, & confraga denſis
Arboribus dumeta tegunt. huc pulvere nullo

Pro-

115. *Quaeque per abraſas utero dimittere fauces*] In Rott. tert. & Langerm. erat a m. ſec. *cautes*. & in Rott. tert. eraſa erat vox *abraſas*, unde Heinſius legebat, *quaeque per arroſas u. d. cautes*. ſed *abraſae fauces* ſunt, quas crudis & aſperis herbis, & forte corticibus laeſerant. vel, ſi *cautes* placet, etiam *abraſas* retinerem, id eſt, unde muſcum & alia excrementa abraſerant, ut infr. 545. *abraſitque cruces*. Sed vulgata ſana eſt. Videndum ut hic *fauces abraſas* dixit, an ita poſſet *reſciſſum palatum*, pro rimas agente capi lib. III. 327. rectum vero eſſe *utero demittere*, quod alii *demergere* dixerunt, vidimus ad Phaedr. lib. IV. Fab. 5.

116. *Ante hoc*] Ita plurimi libri. vulgo *antehac*; Cortius vero, *ante has*, menſas ſcilicet. quod an alicui probaturus eſſet dubito, quum hic nullus locus menſis, & milites ſtantes, & vagantes per agros & ſilvas, raperent quodcumque obvium eſſet, & quod humanior paulo numquam alias menſis imponere conſueverat. *menſas* hic pro cibis, victu, poſuit Lucanus. ita *ſimplex menſa* pro victu Grat. 321. ubi v. Barth. & Tacit. de Mor. Germ. XXIII vocat *cibos ſimplices*.

117. *Diripiens*] *Deripiens* Thuan. tert. *arripiens* Hamb. ſec. etiam non male Cortius etiam hic & ad Plin. III. Ep. 1. §. 5. ex antiqua Lovan. Editione probat, *obſidit*. quod forte in notis docuiſſet inviolata lege metri poſſe admitti. ſed ego mediam ſyllabam produci ſolere didici ex Claudiano III. in Stilic. 142.

Hiſpanas caperet, Siculas obſideret urbes.

& ex multis aliis. vid. ad Ovid. II. Art. 526. & ſupr. ad lib. v. 226.

118. *Ut primum*] *Ut miles* Rott. pr. repetita voce ex praecedenti verſu. *licuit* Rott. tert. ſed *libuit* praefero, id eſt, viſum fuit, decrevit. nam licebat ſemper, ſed huc uſque miſcendis abſtinere armis voluit, donec fame infirmos adgredi viſum fuerit, & non furto, ſed aperto Marte. vid. ad Virg. III. Georg. 435. & ſupr. v. 314. Propert. III. XXIII. 27.

Libeat ſibi Cynthia mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.

evadere caſtris octo. *tectis* Rott tert. mox *permittere* non mutandum. Martial. VI. 64.

Et tibi permittis felices carpere nugas.

ubi etiam in uno codice reperi *promittis*, ut fere ſemper variatur. infr. lib. x. 330

Prima ſibi campos permittit, apertaque Memphis
Rura.

Sinit te expatiari. ita *permiſſa flumina* lib. IV. 367. *ſibi* autem dicit, ut Ovid. II. Triſt. 356.

Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.

infr. 271. *permiſſa licentia terrae*.

120.

Proditus agmen agit, ſubitusque ad moenia venit.
Tot ſimul e campis Latiae fulſere volucres:
Tot cecinere tubae. ne quid victoria ferro
Deberet, pavor attonitos confecerat hoſtes.
Quod ſolum valuit virtus, jacuere peremti,
Debuerant quo ſtare loco: qui vulnera ferrent
Jam deerant, & nimbus, agens tot tela, peribat.
Tum piceos volvunt immiſſae lampades ignes:
Tum quaſſae nutant turres, lapſumque minantur.
Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.
Jam Pompejanae celſi ſuper ardua valli

120. *Tempora*] *Tempore* Thuan. quart. *ne obſcura* eſſent loca obſcura. ſed non ſequor. mox, *ſceleri ceſſantibus* Rott. pr. *laxis exire* Cortius.

123. *Impulſo vallo*] *Impulſu t. e valli* decem libri. recte, & probatum Oudendorpio & Cortio.

125. *Valli pars*] *Pars valli* Rott. tert. *Qua Minuci* Hamb. quart. *qua M. c. vacant* decem ſcripti, & Cortius. in nomine proprio eadem fere varietas in noſtris, quae in aliorum, *Numici*, *Minici*, *Minuci*, *Muniti*: *caſtella patent* ex uno profert Cortius. mox, *dumeta tenent* Hamb pr & tert. quod forte defendi poſſet. vid ad Ovid. II. Faſt. 465. *Hic*, *hinc*, *huc* & *hac* varie noſtri: *ac* Hamb. tert.

128. *Ad moenia*] *In moenia* quatuor. *ad litora* Torrian. ſed *moenia* hic de caſtelli munitione dicuntur. ut alibi. & lib X. vſ. 11. & ita etiam *muri*: vid. infr. vſ. 288.

129. *E campis*] Heinſius malebat, *ut campis*. recte quidem ſi tollas majorem diſtinctionem poſt *tubae*, ut in editis quibusdam. *in campis* quatuor. *fluxere* Rot ſec.

132. *Attonitos*] *Attonitus* Rott. tert. mox, *ſtetit virtus* Thuan. quart. male. Plin. VIII. Ep. VI §. 9. *Sprevit*, *quod ſolum potuit* ubi vide Cortii notas. Ovid. VIII. Ep. 5.

Quod potui, *renui*, *ne non invita tenerem*
Cetera femineae non potuere manus.

ubi alii, *quam potui*. vide notas. *debuerint* Hamb. quart *quo vulnera* Rott pr. mox, *& nimbus agens* novem & a m. ſec. duo, & probant Cortius & Oudendorpius. *tot bella* Thuan. quart.

135. *Immiſſae lampadis*] *Emiſſae* tres. *immenſae* quatuor ſed Heinſius *incenſae* conjiciebat. Cortius cum codicibus nonnullis *lampades*, ut ſit, *immiſſae lampades volvunt ignes*. *lampadas* Barber. pro *lampados* credo. *tunc* multi utroque verſu. *turres nutant* Thuan. ſec.

137. *Roboris impacti*] *Arietis impacti* Thuan. pr. a m. ſec & ita biſyllabam vocem hanc poni apud Silium ſaepe, ut lib. V. 555. & alibi, notaverat Heinſius. ut & *arietare* contractum in quatuor ſyllabas. Sed credo potius eſſe gloſſam τ *roboris*, quod magis Poëticum. quia aries ex robore. *impactu* Hamb. pr. & Barberin. ut ſupr. vſ. 123 *impulſu*. deinde, *vomit agger* multi ex noſtris, quod Cortio potuit placere. ſed quid, quaeſo, *vomit agger*? ſed recte *gemit* vindicavit Oudendorp. vide & quae diximus ad Ovid. IV, Met. 449.

138. *Celſi valli*] In S. Germ. erat *caeſi*. non abſurde. nam machinis quaſſum & convulſum, deinde aliis inſtrumentis caeſum erat vallum. ſaepe *caedere* & *ſcindere* vallum occurrit, ut Virg. IX. 146. *ferro ſcindere vallum*,

Exierant Aquilae: jam mundi jura patebant.
Quem non mille ſimul turmis, nec Caeſare toto
Auferret Fortuna locum, victoribus unus
Eripuit, vetuitque capi: ſeque arma tenente,
Ac nondum ſtrato, Magnum viciſſe negavit.

Scae-

quod Noſter *ſternere* dixit lib. VII. 326. & lib. IV. 43. *caedunt enſe viam.*

139. *Jam mundi jura patebant*] Ita noſtri omnes. Alii, *petebant*. Cortii Cod. *tenebant*, *petere jura* dicitur ſubjectus alicui, qui leges & jura ab eo ſibi dari poſtulat. Ovid. I. Faſt. 513.

Juraque ab hac terra cetera terra petet.

III. 62.

Iliadae fratres jura petita dabant.

quare *patebant* unice verum: varie etiam explicant. Sed ante alias mihi placet Bersmanni, cui praeivit Sulpitius, explicatio. clauſus antea Pompejus & exſpatiari per mundum, id eſt, apertos campos, prohibitus operibus Caeſaris fuerat: jam vero vallo perrupto patebant jura mundi, id eſt, uſus communis omnibus erat apertus. ita *jus mundi*, alio ſenſu, ſed pro communi tamen omnibus gentibus, dixit Noſter lib. X. 471. & ita aquas, aëra, &c. *publica munera*, & eorum uſum communem dicit & enumerat Ovid. VI. Met. 349. & ſeqq. Grotius potuit libertatem evagandi intelligere, ut ita ſupr. 106. *liber terrae* Caeſar dicitur, & ita etiam quaedam ab Oudendorpio adducta loca capi poſſunt. Cortius ad Plinii VII. Ep. IX. §. 8. hunc locum adfert, ut oſtendat, *deſcriptionem neceſſitatis*, dici pro deſcriptione, quae eſt neceſſaria; ſed vellem hanc periphraſin etiam explicuiſſet, an redderet jura, quae ſunt mundi? non capio, niſi eo ſenſu, quo expoſui, id eſt, communia omnibus jura. plura ſe attuliſſe ad hunc locum etiam ſcribit ad Plin. I. Ep. XXII. §. 10 ſed ſuppreſſis ejus notis nihil nobis, niſi divinandum, reliquit.

140. *Turmis*] *Turmae* Hamb. quart. *turmis & Caeſare* Rott. ſec. & Cortii MS. de *totus* vid. V. 742. mox, *vetuitque rapi* Thuan. pr.

144. *Merebat*] Vitioſe Lutat. ad Stat. IV. Theb. 237. *merebant*. mox, *ubi ſanguine* Turrian.

145. *Ante feras Rhodani gentes*] Gujetus *Rheni* gentes, malebat, quia Rhodanus jam in provinciam ſubactus erat. Sed non totus ab origine & fontibus. & celebrioris fluminis nomine totam gentem deſignari notum eſt. ideoque MSS. ſequendi. ſed tamen lubens fateor, haec me vix intelligere, neque multum lucis ex contortis & duris aliorum interpretationibus mihi adparere. &, donec certius quid docear, cum illis faciam, qui ex Scholiis antiquis exponunt, hunc Scaevam fuiſſe militem gregarium ante bellum Gallicum, in eoque virtute ſua meruiſſe centurionatum, ut *ante gentes*, ſit antequam illis bellum ſit illatum, ut recte Oudendorpius illa ex vſ. 551. *ante feras volucresque*, id eſt, antequam illae ad lacerandum adſint, huc advocat. ſic Stat. III. Silv. II. 73.

Ante rates pigro torpebant corpora ſomno,

id eſt, antequam rates eſſent, & navigatio inſtituta. infr. 297. *ante aciem*, antequam pugnaſſent. & ita, *ante tubas* Juv. I. Sat. 169. & Claud. I. in Rufin. 335. *Sic ante tubas aciemque precatus*, vel *ferrumque*. ubi plura dicemus. ſic *ante dapes* Stat. I. Silv. II. 198. id eſt, antequam coenarent. & ita credo Cortium etiam cepiſſe, ut contra *poſt* explicuit ad Plin. VII. Epiſt. 18. vid. lib. V. 473. & ita apud Albin in Druſum 210. *a Druſo cetera laetus abit.* id eſt, poſt ejus mortem. miror vero haeſiſſe viros doctos in *longo ordine*, qui nihil aliud notat, quam lentam promotionem, per quam centuriones ab infimis ordinibus ad primos adſcendebant, qui erant honoratiores, & Tribunis militum proximi, ut & primipili dignitas. Nobiles enim juvenes, ut Caeſar & alii, cito accipie-

Scaeva viro nomen: caſtrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes: ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.
Pronus ad omne nefas, & qui neſciret, in armis
Quam magnum virtus crimen civilibus eſſet.

Hic

piebant Tribunatum militum; quod probare non eſt opus, quum tot exempla exſtent. Sed plebeji militantes, non niſi per virtutem & vulnera conſequebantur centurionatus. Et hinc intelligendus Frontinus, lib. IV. VI. 4. *Veſpaſianus, quum quemdam adoleſcentem honeſte natum militiae inhabilem, anguſtiarum rei familiaris cauſſa deductum ad longiorem ordinem reſciſſet, cenſu conſtituto honeſta miſſione exauctoravit.* Erat ille ex patricia vel certe ſplendida equeſtri familia ortus, ut patet ex cenſo conſtituto, & ideo debuerat militiam auſpicari a tribunatu, ut olim, vel, ſi velis, ex Claudii inſtituto a cohortis praefectura, & mox praefuiſſe alae; & deinde Tribunatum conſequi. Sed ille paupertate coactus, & deductus erat, vel ad gregariam militiam, vel minimum ad centurionatum inferioris ordinis, unde longus illi ordo, quia promoveri non poterat, niſi primorum ordinum centurionibus aut miſſis, aut promotis, aut exſtinctis. & hinc toties mentio primi, ſecundi, octavi &c haſtati, principis, & ita porro. hunc etiam longum ordinem ex Caeſare lib. v. de Bel. Gal. 44. diſcere licet. *Erant in legione fortiſſimi viri, centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquabant.* & Liv. XLIV. 33. *Placere Tribuno militum primo pilo legionis ſecretum edere imperium; illum dein ſingulis, proximo cuique in ordine centurioni, dicere, quid facto opus ſit.* Sic noſtrum Scaevam fingamus, olim manipularem militem, deinde poſt multa vulnera recepta fuiſſe octavum vel haſtatum vel principem, & Caeſarem eum promoviſſe ad primipilum, unde longe etiam aberat, ſi ordine promovendus fuiſſet. nam & *decimus haſtatus* memoratur Livio XLII. 34. hos jam omnes tranſcendit Scaeva, & factus primipilus, ſuper omnes centuriones excellebat, & Tribuno fere aequalis. & huc pertiniet locus Plinii lib XIV. I. a Micyllo adductus, ubi vitem, *tardos ordines ad lentas perducere aquilas* ait, id eſt, ad primum pilum: nam primipilus gerebat aquilam. unde idem dicens Juvenalis Sat. XIV. 197.

Ut locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus
Adferat.

Sed hoc egregie illuſtravit Fabrettus ad Columnam Trajani cap. VII. pag. 188. & tales, qui non ex gentis jure, ſed ſola virtute ad primipilum & Tribunatum etiam promovebantur, nobis dat Ovidius III. Amor. VIII. 9.

Ecce recens dives, parto per vulnera cenſu,
Praefertur nobis, ſanguine factus eques.

& poſtea:

Laeva manus, cui nunc ferum male convenit aurum.

& dein:

Proque bono verſu primum deducite pilum.

& Statius V. Silv. I. 96. poſt enumerata inferioris militiae numera addit,

Quem deceat clari praeſtantior ordo tribuni &c.

Sic idem Caeſar lib. I. de Bell. Civ. 77 Centuriones Afranianos, qui ſua voluntate apud eum remanſerant, *in ampliores ordines traduxit.* & ita in aliis honoribus *longior ordo* occurrit; ut apud Stat. IV. Silv. I. 35.

Manet inſuper ordo
Longior, & totidem felix tibi Roma curules
Terque quaterque dabit.

Imo & inter ſervos erant ordines. unde Ovid. II. Art 251.

Nec pudor ancillas, ut quaeque erit ordine prima,
Nec tibi ſit ſervos demeruiſſe pudor.

Si quis *longum ordinem* de tempore velit dici,

Hic ubi quaerentes ſocios jam Marte relicto
Tuta fugae cernit, *Quo vos pavor*, inquit, *abegit*
Impius; & cunctis ignotus Caeſaris armis?
[O famuli turpes, ſervum pecus, abſque cruore]
Terga datis morti? cumulo vos deeſſe virorum
Non pudet, in buſtis, interque cadavera quaeri?
Non ira ſaltem juvenes, pietate remota,
Stabitis? e cunctis, per quos erumperet hoſtis,
Nos ſumus electi. non parvo ſanguine Magni
Iſta dies ierit. peterem felicior umbras
Caeſaris in vultu. teſtem hunc Fortuna negavit:
Pom-

oi, eodem res redibit, quod diu, ut centurio non promotus, militaverit, per me licet. ita Scaeva diu militans adſcenderat longo ordine ad octavos ordines: nunc Caeſaris beneficio fit primipilus Haec latius aliquando, non quia ignota viris doctis fuere, ſed quia huic loco & Frontino illuſtrando faciebant, exſequi viſum fuit. & quia Heinſius, ut ſuſpectis locis ſolebat, obelum adfixerat. Ceterum, *ubi ſanguine* Turr. *regit vitem* Thuan. ſec. *vitam* Thuan. quart. *vittam* pr. *pronus in* tres. maligne hic Pompejanus Poëta Scaevae detrectat, & ejus virtutem *nefas* & *crimen* vocat.

149. *Marte relicto*] *Peracto* Thuan. quart. vid. ad lib. I. 45. mox, *pavor adegit* Hamb. quart. quod placuit Cortio *quo vos pudor* Thuan. ſec. *impetus & cunctis* Thuan. quart. Heinſio *pavor impius* non arridebat, & emendabat: *Dirus & invictis ignotus Caeſaris armis.* vel *invius &.* Sed hoc eſt ſuis verbis Poëtam loqui cogere. *impius pavor*, quia in Imperatorem pietas requiritur militum. ut mox vſ. 155. *pietate remota*, & ſaepe alibi.

152. *O famuli*] Ignorant hunc verſum octo e noſtris, & a ſex aberat a m. pr. & duo & viginti Cortii ignorant. in duobus adſcriptus a m. ſec. unde jure delendum Heinſius cenſuit, & Oudendorpius. *o ſocii turpes* Rom. ſec.

153. *Vos deeſſe*] *Non* Hamb. tert. mox, *in buſtis* ſex ſcripti, quod non diſplicet. nam praepoſitionum variatarum multa exempla adduxit ad Livium variis in locis Cl Drakenborchius; vid. II. 48. III. 28 & alibi. Gellius IX. 4. *per noctem & inter diem.*

155. *Non ira*] Et hunc confodiebat verſum Heinſius, & ſequentem ita legebat, *Civibus e cunctis*, vel *turribus; per quas*, vel etiam, *ſtate viri; e cunctis:* ſed quum omnes libri eum ſervent, mihi religio eſt exigere, & ita infr. VIII. 103 dixit.

Si modo virtutis ſtimulis, iraeque calore
Signa petunt.

& *ira* ſaepe in milite eſt fervidior illa virtus & calor juventae, ut centies apud Statium. vide indicem in Barthii notas in *ira. irrumperet* Turrian.

157. *Magni*] *Magno* dat Cortius, ut dictum ſit quomodo, *mihi conſtat magno*, & ſimilia. Heinſius *Magni ille dies ſteterit.* codices nihil variant. & *Magni diem* capio, ut *dies Syllanus* Ciceroni & aliis. vide Freinsh. Ind. in Florum. ſic *meus dies*, de quo vide Gevart. Lect. Papin. cap. XVIII. & Gronov. I. Obſerv. 2. & Stat. VIII. Theb. 663. *Tydeos illa dies*, ubi vide Barth. & ipſe Pompejus lib. VII 91.

Teſtor, Roma, tamen Magnum, quo cuncta perirent,
Accepiſſe diem.

Id eſt,

Pompejo laudante cadam. confringite tela
Pectoris incurſu, jugulisque retundite ferrum.
Jam longinqua petit pulvis, ſonitusque ruinae,
Securasque fragor concuſſit Caeſaris aures.
Vincimus, ô ſocii; veniet, qui vindicet arces,
Dum morimur. movit tantum vox illa furorem,
Quantum non primo ſuccendunt claſſica cantu:
Mirantesque virum, atque avidi ſpectare, ſequuntur
Scituri juvenes, numero deprenſa, locoque,
An plus quam mortem virtus daret. ille ruenti
Aggere conſiſtit, primumque cadavera plenis

Tur-

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Id eſt, non dediſſe, non voluntate ſua in proelium deſcendiſſe, ſed coactum: *ierit* vero non mutandum. vide Gronov. ad Gell. II. 29.

161. *Pectoris incurſu*] *Impulſu* Thuan. pr. & tert. vid. ad lib. IV. 562. Statius VII. Theb. 530.

Tela viroſque
Pectoris impulſu rabidi ſtravere leones.

incurſu poſſet ex illis Caeſaris III. Bel Civ. 92. *immiſſis telis occurrere*, defendi: ſed ibi de illis, qui ſe offerunt telis, hic de iis, qui pugnantes irruunt & inferunt ſe hoſtibus, ut repellant, malo capere. vid. ad Quinctil. Decl. XIII. 14. *jugulis retundite* Rott. ſec. *jugulisque recondite* Thuan pr. a m. pr.

163. *Fragor*] *Pavor* Hamb. tert. dein, *vincimus* multi. vide Oudend. & Heinſ. ad Ovid II. Amor. XII. 2 *viciſtis* tamen dicit lib. VII. 292. in ſimili adhortatione. *venit en* vir doctus apud Cortium: & ita conjecerat etiam Oudendorpius.

166. *Succedunt*] *Succendunt* omnes fere libri. *ſuccendant* volebat Heinſius. ita *ſuccenſor* lib. VII. 607. ut quidam codices. mox vſ. 179. propria vi verbi, *genas ſuccendit*. *cornu* erat in quatuor.

167. *Atque avidi*] *Virum, cupidi* Hamb. tert.

169. *An plus quam mortem virtus daret*] Inepta Lucani argutia & magniloquentia, quam etiam non recte ceperunt interpretes, quaſi etiam victoriam poſſet dare; ſed an victoria plus eſt quam mors? melior certe eſt & glorioſior. & ſi poſt mortem poſſit dari victoria, quid in ea erit, quo animus illis erigeretur: nemo enim poſt mortem poteſt victoriam ſibi, ſed ſuperſtitibus, ſperare, de quo non agitur, quia omnes in certam ruere deſtinarunt mortem. Sed hic aliud quid debet intelligi, quamvis, an recte ſenſum percipiam, dubitem. Sed fingendum eſt, hos milites etiam poſt mortem aliquid amplius poſſe praeſtare, & ſperare, quam communiter cadavera praeſtant, quae anima expulſa non amplius juvare poſſunt partes ſuas, pro quibus ſteterunt. exſpectabant certam mortem, ſed ſi quid ultra mortem poſſet virtus dare, experiri volebant, nimirum, ut vſ. 206. ut moríturi, & telis & armis omnibus nudi, mole tamen corporis obruerent hoſtes, & teli more corpus ſuum torquerent in hoſtem, & opprimerent irruentes corporibus, ut ſequitur, & cadaveribus deinde reliqui pro munimine valli uterentur &c. eodem acumine, quo in proelio ad Maſſiliam ex lib. III. 626. *ſolo nociturus pondere puppim inſilit*; & hoc vocat vſ. 706. *non perdere letum*, ut poſt mortem etiam noceant, ut Tyrrhenus & alii. Hinc non modo, ut alii,

Hic ubi quaerentes ſocios jam Marte relicto
Tuta fugae cernit, *Quo vos pavor*, inquit, *abegit*
Impius; & cunctis ignotus Caeſaris armis?
[O famuli turpes, ſervum pecus, abſque cruore]
Terga datis morti? cumulo vos deeſſe virorum
Non pudet, in buſtis, interque cadavera quaeri?
Non ira ſaltem juvenes, pietate remota,
Stabitis? e cunctis, per quos erumperet hoſtis,
Nos ſumus electi. non parvo ſanguine Magni
Iſta dies ierit. peterem felicior umbras
Caeſaris in vultu. teſtem hunc Fortuna negavit:

Pom-

oi, eodem res redibit, quod diu, ut centurio non promotus, militaverit, per me licet. ita Scaeva diu militans adſcenderat longo ordine ad octavos ordines: nunc Caeſaris beneficio fit primipilus. Haec latius aliquando, non quia ignota viris doctis fuere, ſed quia huic loco & Frontino illuſtrando faciebant, exſequi viſum fuit. & quia Heinſius, ut ſuſpectis locis ſolebat, obelum adfixerat. Ceterum, *ubi ſanguine* Turr. *regit vitem* Thuan. ſec. *vitam* Thuan. quart. *vittam* pr. *pronus in* tres. maligne hic Pompejanus Poëta Scaevae detrectat, & ejus virtutem *nefas & crimen* vocat.

149. *Marte relicto*] *Peracto* Thuan. quart. vid. ad lib. I. 45. mox, *pavor adegit* Hamb. quart. quod placuit Cortio *quo vos pudor* Thuan. ſec. *impetus & cunctis* Thuan. quart. Heinſio *pavor impius* non arridebat, & emendabat: *Dirus & invictis ignotus Caeſaris armis.* vel *invius &.* Sed hoc eſt ſuis verbis Poëtam loqui cogere. *impius pavor*, quia in Imperatorem pietas requiritur militum. ut mox vſ. 155. *pietate remota*, & ſaepe alibi.

152. *O famuli*] Ignorant hunc verſum octo e noſtris, & a ſex aberat a m. pr. & duo & viginti Cortii ignorant. in duobus adſcriptus a m. ſec. unde jure delendum Heinſius cenſuit, & Oudendorpius. *o ſocii turpes* Rott. ſec.

153. *Vos deeſſe*] *Non* Hamb. tert. mox, *in buſtis* ſex ſcripti, quod non diſplicet. nam praepoſitionum variatarum multa exempla adduxit ad Livium variis in locis Cl. Drakenborchius; vid. II. 48. III. 28 & alibi. Gellius IX. 4. *per noctem & inter diem.*

155. *Non ira*] Et hunc confodiebat verſum Heinſius, & ſequentem ita legebat, *Civibus e cunctis*, vel *turribus; per quas*, vel etiam, *ſtate viri; e cunctis:* ſed quum omnes libri eum ſervent, mihi religio eſt exigere, & ita infr. VIII. 103 dixit.

Si modo virtutis ſtimulis, iraeque calore
Signa petunt.

& *ira* ſaepe in milite eſt fervidior illa virtus & calor juventae, ut centies apud Statium. vide indicem in Barthii notas in *ira. irrumperet* Turrian.

157. *Magni*] *Magno* dat Cortius, ut dictum ſit quomodo, *mihi conſtat magno*, & ſimilia. Heinſius *Magni ille dies ſteterit.* codices nihil variant. & *Magni diem* capio, ut *dies Syllanus* Ciceroni & aliis. vide Freinsh. Ind. in Florum. ſic *meus dies*, de quo vide Gevart. Lect. Papin. cap. XVIII. & Gronov. I. Obſerv. 2. & Stat. VIII. Theb. 663. *Tydeos illa dies*, ubi vide Barth. & ipſe Pompejus lib. VII 91.

Teſtor, Roma, tamen Magnum, quo cuncta perirent,
Accepiſſe diem.

Id eſt,

Pompejo laudante cadam. confringite tela
Pectoris incurſu, jugulisque retundite ferrum.
Jam longinqua petit pulvis, ſonitusque ruinae,
Securasque fragor concuſſit Caeſaris aures.
Vincimus, ô ſocii; veniet, qui vindicet arces,
Dum morimur. movit tantum vox illa furorem,
Quantum non primo ſuccendunt claſſica cantu:
Mirantesque virum, atque avidi ſpectare, ſequuntur
Scituri juvenes, numero deprenſa, locoque,
An plus quam mortem virtus daret. ille ruenti
Aggere conſiſtit, primumque cadavera plenis

Tur-

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Id eſt, non dediſſe, non voluntate ſua in proelium deſcendiſſe, ſed coactum: *ieris* vero non mutandum. vide Gronov. ad Gell. II. 29.

161. *Pectoris incurſu*] *Impulſu* Thuan. pr. & tert. vid. ad lib. IV. 562. Statius VII. Theb. 530.

Tela viroſque
Pectoris impulſu rabidi ſtravere leones.

incurſu poſſet ex illis Caeſaris III. Bel Civ. 92. *immiſſis telis occurrere*, defendi: ſed ibi de illis, qui ſe offerunt telis, hic de iis, qui pugnantes irruunt & inferunt ſe hoſtibus, ut repellant, malo capere. vid. ad Quinctil. Decl. XIII. 14. *jugulis retundite* Rott. ſec. *juguliſque recondite* Thuan pr. a m. pr.

163. *Fragor*] *Pavor* Hamb. tert. dein, *vicimus* multi. vide Oudend. & Heinſ. ad Ovid II. Amor. XII. 2 *viciſtis* tamen dicit lib. VII. 292. in ſimili adhortatione. *venit en* vir doctus apud Cortium: & ita conjecerat etiam Oudendorpius.

166. *Succedunt*] *Succendunt* omnes fere libri. *ſuccendant* volebat Heinſius. ita *ſuccenſor* lib. VII. 607. ut quidam codices. mox vſ. 179. propria vi verbi, *genas ſuccendit.* *cornu* erat in quatuor.

167. *Atque avidi*] *Virum, cupidi* Hamb. tert.

169. *An plus quam mortem virtus daret*] Inepta Lucani argutia & magniloquentia, quam etiam non recte ceperunt interpretes, quaſi etiam victoriam poſſet dare; ſed an victoria plus eſt quam mors? melior certe eſt & glorioſior. & ſi poſt mortem poſſit dari victoria, quid in ea erit, quo animus illis erigeretur: nemo enim poſt mortem poteſt victoriam ſibi, ſed ſuperſtitibus, ſperare, de quo non agitur, quia omnes in certam ruere deſtinarunt mortem. Sed hic aliud quid debet intelligi, quamvis, an recte ſenſum percipiam, dubitem. Sed fingendum eſt, hos milites etiam poſt mortem aliquid amplius poſſe praeſtare, & ſperare, quam communiter cadavera praeſtant, quae anima expulſa non amplius juvare poſſunt partes ſuas, pro quibus ſteterunt. exſpectabant certam mortem, ſed ſi quid ultra mortem poſſet virtus dare, experiri volebant, nimirum, ut vſ. 206. ut morituri, & telis & armis omnibus nudi, mole tamen corporis obruerent hoſtes, & teli more corpus ſuum torquerent in hoſtem, & opprimerent irruentes corporibus, ut ſequitur, & cadaveribus deinde reliqui pro munimine valli uterentur &c. eodem acumine, quo in proelio ad Maſſiliam ex lib. III. 626. *ſolo nociturus pondere puppim inſilit*; & hoc vocat vſ. 706. *non perdere letum*, ut poſt mortem etiam noceant, ut Tyrrhenus & alii. Hinc non modo, ut alii,

Turribus evolvit, ſubeunteſque obruit hoſtes
Corporibus: totaeque viro dant tela ruinae,
Roboraque, & moles, hoſti ſeque ipſe minatur.
Nunc ſude, nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris, & valli ſumma tenentes
Amputat enſe manus: caput obterit, oſſaque ſaxo,
Ac male defenſum fragili compage cerebrum
Diſſipat: alterius flamma crineſque, genaſque
Succendit: ſtrident oculis ardentibus ignes.
Ut primum cumulo creſcente cadavera murum
Admovêre ſolo: non ſegnior extulit illum
Saltus, & in medias jecit ſuper arma catervas,

Quam

lii, deſperantes victoriam, ſed certam deprenſi numero & loco mortem ante oculos cernentes, ſcituri erant, an ipſa corpora ſua transfixa poſſent etiam poſt mortem nocere hoſtibus. & ita plusquam mortem daret virtus: haec ſunt illa acumina & hyperbolae inſanorum declamatorum. Diverſi aliquantulum ſenſus, ſed non minori cum faſtu, utitur Hiſpanico ſuo acumine Florus lib. II. 7. *Vulnera ultra mortem patebant*, id eſt, tanta erant, ut plus quam mortem darent: nimirum, ut modeſtius dixit Ovid. VI. Met. 642.

ſatis illi ad fata vel unum
Vulnus erat.

& acute etiam, ut declamator, Quinctil. VI. Decl. 10. *Ideoque non niſi ab ultimo parricidio exigitur poena trans hominem.* id eſt, poſt mortem. ubi vide notas, & ad Decl. CCLXVI. *ad plus quam mortem* Turr.

169 *Ille ruenti*] *Illa* Turrian. male. ille eſt dux Scaeva *ille cruento* Thuan. ſec. *conſtitit* Oiſel. *cadavera plena* Thuan ſec. *planis* Rott. ſec. a m. ſec. *ſubeuntes obruit* Oiſel. *totaque* Richel. *totoque* Thuan ſec. *tutaeque* Heinſius. Lutat. ad Stat. II. Theb. 605. *totaeque virum dum tela ruinae*, quae verba corrupta eſſe oſtendunt editiones antiquae, in quibus, *totoque viro lacinea*, quae nullum faciunt ſenſum: Cortius mox, ſublata diſtinctione, & *moles hoſti ſeque minatur.* non male

175. *Detrudit*] *Detruſit* Thuan. pr. & tert.

176. *Caput*] Heinſius malebat, *capita*: nihil opus. nam ſingularis ille non unum caput, ſed plurimorum notat, ut apud Suet. Claud. XXXIV. *exſpirantium faciem videre*, ubi plura diximus. & infr. VII. 100. *aperit* Barberin. *diſſipat* eſt diſpergit; quo verbo utitur Ter. Adel. III. II. 18. *capite in terram ſtatuerem, cerebro ut diſpergat viam.*

178. *Alterius*] *Alternis* Voſſ. *genaſque ſuccidit* Oiſel. a m. pr. *ſtridunt* quinque. *ſtridantque* Hamb. tert. & Langerm.

181. *Admovere*] *Aequavere* Langerm. ex gloſſa. vid. ſupr. ad vſ. 55. & ad Virg. III. Ecl. 43.

182. *In medias*] *In mediis* S. Germ. *ſuper arva* Turrian. ut hic *extulit* & *jecit*, ita obſervat Cortius, Plinium VIII. Ep. 17. de flumine, quod excedit alveum, dixiſſe, *ſe ſuper ruinas ejecit atque extulit.* vid. & inf. 474. *jecit* vero pro ſe jecit & lib. VII. 167. vel jungenda, ſaltus *extulit* & *jecit*. prius rectius. alterum durius, ſed ita ſolent ſaepe.

183.

Quam per ſumma rapit celerem venabula pardum.
Tunc denſos inter cuneos compreſſus, & omni
Vallatus bello vincit, quem reſpicit, hoſtem.
Jamque hebes, & craſſo non aſper ſanguine, mucro
[Percuſſum Scaevae frangit, non vulnerat, hoſtem]
Perdidit enſis opus, frangit ſine vulnere membra.
Illum tota premit moles, illum omnia tela.
Nulla fuit non certa manus, non lancea felix:
Parque novum Fortuna videt concurrere, bellum
Atque virum. fortis crebris ſonat ictibus umbo,
Et galeae fragmenta cavae compreſſa perurunt
Tempora: nec quidquam nudis vitalibus obſtat

183. *Celerem*] *Celebrem* Thuan. ſec. *per* venabula vero, ſi comparatio juſta eſt, debet pro *ſuper* capi, ut illaeſus ſuper venatorum venabula tranſiliat: aſibi finguntur ferae incurrere venabulo, & ſe eo induere. vid. lib I. 212. & ad Gratii Cyneg. 109.

184. *Denſos inter cuneos*] *Inter cuneos denſo:* Turrian. ita placuit Virg. Ecl. I. 14 *hic inter denſos corylos. comprenſus* tres libri. vid. IV. 787.

185. *Vincit quem reſpicit hoſtem*] Barth. ad Stat. VIII. Theb. 701. exponit, ut Scholiaſtes. an *deſpicit?*

187. *Percuſſum*] Hic verſus deerat duobus Thuaneis, aliis ſequens, aut margini adſcriptus. ego ſequor Grotium. *percuſſum Scaevae frangit ſine vulnere membra* S. Germ. omiſſis mediis pro *frangit*, *quatit* Voſſ. *premit* Hamb. pr a m. ſec *edidit enſis* Richel ſed *perdidit* eſt nullum fructum, effectum retulit, ut paſſim eo ſenſu *perdere* & *perire* apud Noſtrum. v Oudend. ad IV. 280. & alibi ſic *perdere vulnera* Stat. VIII. Theb. 415.

189 *Premit*] *Petit* decem libri mox, *nulla manus non certa fuit* Thuan ſec. qui &, *parque videt fortuna novum.* ſed Hamb. tert. a m. pr. *parque ſuum F. v.* ex vſ. 3. h. l. repetitum.

192. *Atque virum fortis*] *Atque virum: feret hic: crebris* vir doctus apud Cortium, qui eſt Barthius. Cortius ipſe conjiciebat, *atque virum fortem.* recte videt otioſum epitheton Oudendorpius, qui malebat, *ferri crebris* &c Heinſius, *tortis creber ſonat ictibus umbo*, vel *intortis.* Sed tunc malim, *tortus*, vel *intortus* umbo, quia in hoſtes inſtar gladii vel teli torquebat umbonem, ut apud Sueton. Caeſar. LXVIII. *obvios umbone agens.* ſed aliud quid deſidero, quod percuſſum clypeum indicaret ictibus crebris, ſed nihil reperio, niſi *tunſus* vel *pulſus.* ſed a ſcriptis nimis abeunt. imitari videtur Ovidium XII. Met. 375.

Excipit ille ictus galea clypeoque ſonantes.

193. *Cavae*] *Suae* Thuan quart. & Rott. ſec. *fracmenta* Langerm. vid. infr. 536 Heinſius *ramenta* vel *ſegmenta.* Gujetus *tegmenta.* ſed ipſa galea eſt tegmentum capitis, quod crebis ictibus fractum fuit. Et vulgatam laudat Lutatius ad Statii lib VIII. Theb 706. qui perperam Virgilio adſcribit. vide ibi Barth. *cavae percuſſa* Rottend. ſec. mox, *vitalibus abſtat* Turrian. male: obſtant haſtae fixae in cute uſque ad oſſa ſumma, ſed quae non penetrabant in viſcera. ſic Stat. VIII. Theb. 702. *tela ſummis oſſibus haerent.*

Jam, praeter ſtantes in ſummis oſſibus haſtas.
Quid nunc veſani jaculis, levibusque ſagittis
Perditis haeſuros numquam vitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis
Obruat, aut vaſti muralia pondera ſaxi:
Hunc aries ferro, balliſtaque limine portae
Promoveat: ſtat non fragilis pro Caeſare murus,
Pompejumque tenet: jam pectora non tegit armis:
Ac veritus credi clypeo, laevaque vacaſſe,
Aut culpa vixiſſe ſua, tot vulnera belli
Solus obit, denſamque ferens in pectore ſilvam,
Jam gradibus feſſis, in quem cadat, eligit hoſtem.
[Par pelagi monſtris. Libycae ſic belua terrae,]

Sic

196. *Levibusque*] *Levibusve* tres e noſtris. & mox, *nusquam* Voſſ. & Sixii.

199. *Obruat*] *Obruit* Thuan. ſec *obſtruat* Rottend. ſec. a m. ſec.

200. *Hunc aries ferro &c.*] Ineptiarum ſatis eſt in Lucano, ut non opus ſit, ipſi novas adfingere intempeſtivis emendationibus. licet ſatis ſit confuſus locus, hunc tamen inde ſenſum poſſe exire puto: talem hunc eſſe virum Scaevam, qui non debeat ſagittis levibus & jaculis impeti, ſed in quem opus eſt falarica, & balliſta, quibus utebantur maxime ad dejiciendos ex muris & turribus & portis defenſores. Jam vero Scaeva erat unus inſtar omnium, qui ſolus hoc caſtellum, ſaltu facto ex aggere ruente, defendebat, & hinc ſtat pro limine, quaſi pro porta, quam ruina fecerat. Hunc ergo obruant machinae, ut murum ſtantem pro Caeſare turbat vero vox *ferro*, pro qua Heinſius *turri* malebat. ut ſit ſenſus: ubicumque ſtat, eſt murus, turris, porta caſtelli, in hunc ergo unum contorquete ex machinis, ſaxa, tela &c quaecumque ex illis emitti ſolent. Et quia non haec ſatis placent, forte legi poſſet, *Hunc aries ſternat*, & ita duo ſequentia reſpondebunt. *Stat murus*, quem ſtantem ſternat aries: *tenet Pompejum*, hunc ergo promoveat, & loco cedere cogat balliſta. de arundine neſcio quî in mentem venire poteſt, quum hae leves ſint ſagittae, nec unquam ut tela ex balliſtis ejecta, quae *trabes*, *robur*, *falarica* &c. dicuntur, & mox vſ. 214. *arundo manu tenditur in Scaevam*, ſcilicet ex arcu: *promoveat* vero pro ſummoveat, proturbet, retinendum. ſic lib. VII. 576.

Promovet ipſe acies, impellit terga ſuorum. *tenet* eſt moratur, impedit ejus progreſſum. vid. v. 136 *limine poſte* Hamb. tert. a m. pr. *jam pectora* omnes fere ſcripti.

203. *Laevaque*] *Laevamque* Thuan. ſec. in Hamb. pr. erat eraſis literis *culpa . . ſſe ſua* ſenſus eſt, ne videretur mortem a ſe clypeo arcere, quod ignavi eſſe credebat, & culpam inde mereri. nimis acutum hoc quoque.

205. *Obit*] *Abit* Thuan. ſec. imitatur Statius II. Theb. 589 *hos obit atque illos*. vid. Barth. qui de oculis ibi capit. Heinſius ibi malebat *ſubit*. Barth. ad vſ 606 de Scaeva, & quot telis clypeus perfoſſus fuerit, agit. *ſilvam* etiam dixit in ſimili re Statius V Theb. 533

207. *Par pelagi*] Deerat hic verſus tribus

Sic Libycus denſis Elephas oppreſſus ab armis
Omne repercuſſum ſqualenti miſſile tergo
Frangit, & haerentes mota cute diſcutit haſtas.
Viſcera tuta latent penitus, citraque cruorem
Confixae ſtant tela ferae: tot facta ſagittis,
Tot jaculis, unam non explent vulnera mortem.
Dictaea procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scaevam, quae voto certior omni
In caput, atque oculi laevum deſcendit in orbem.
Ille moras ferri, nervorum & vincula rumpit,
Adfixam vellens oculo pendente ſagittam
Intrepidus, telumque ſuo cum lumine calcat.
Pannonis haud aliter poſt ictum ſaevior urſa,

Quum

bus libris, in quatuor margini adſcriptus; in Richel. ponebatur ante praecedentem. *Par monſtris pelagi* Thuan. quart. *Libyae* Rott. ſec. Hamb pr. *ſit bellica* Turrian. in ſequenti; *Gaetulus denſis* plurimi forte, *Gaetulus denſis Elephas ſic preſſus.* *Elephans* tres. mox, *ore repercuſſum* Thuan. quart. &, *detulit haſtas* Rott. pr. pro *decutit*, ut Barth. ad Stat. XI. Theb. 589. qui ſeq. verſum omittit, an credens ſpurium, neſcio.

211. *Tuta*] *Cuncta* Rott. ſec. *extraque* vel *circaque* nonnulli codices. Sed *citra* retinendum. Senſus enim eſt, tela non penetraſſe corium ſive pellem elephanti, nec pervenire ad eas carnis partes, unde ſanguis poteſt profluere; quippe illae tutae latent, quia tam dura cute tectae ſunt. unde Plautus Mil. II. II. 80. *Herus meus elephanti corio circumtenſus eſt.* *Viſcera* hic ſunt carnes, ut notum eſt ſaepe poni, & unde *viſcerationes* dictae. *Utraque dolores* Hamb. pr. *furorem* tert. *tot fixa ſagittis* Richel. Oiſel. & a m. ſec. Rott. ſec. Thuan. tert. & S. Germ. mox dicit, non *unam mortem*, acumine ſere ſimili illi, quod vſ 169 vidimus, quum aliae ferae uno telo perfoſſae pereant, huic multa non poſſunt mortem dare. alio ſenſu ſupr. lib. III. 196.

Fatisque per illam
Acceſſit mors una ratem.

ubi vide.

216. *Deſcendit*] *Tranſcendit* Thuan. quart. vid. ſupr. lib. I. 31. mox, *rupit* quinque. deinde, *evellens* volebat Heinſius, & ita Vlitius ad Gratii Cyneg. 110. ubi vide notas noſtras. & ita mox vſ. 255. imitatus eſt Statius IX Theb. 751.

Ille trahens oculo plenam labente ſagittam.

219. *Telumque*] *Ferrumque* tres. *ſimul cum* Rottend. ſec. *cum culmine* Thuan ſec. & Rottend. tert.

220. *Pannonis*] Libycus gente venator hic fingendus eſt in Pannonia urſam venatus eſſe: nam ut ex unaquaque gente artifices celebres Romani adhibebant, ſic Libycis utebantur etiam extra Africam venatoribus, vel *Libys* hic ſine reſpectu originis ponitur pro quocumque venatore, ut *Arabs* pro latrone, *Cilix* pro pirata, *Chaldaeus* pro Aſtrologo, & ſimilia paſſim. vide Paſſerat. ad Propert. IV. I. pag. 562. Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 148. Freinsh. ad Curt. V. I. 22. *parvam* vero *habenam* dat, qua jaculum ſive lanceam vibrabant, ut lib I. 200, ubi *lancea*

Quum jaculum parva Libys amentavit habena,
Se rotat in vulnus: telumque irata receptum
Impetit, & ſecum fugientem circuit haſtam.
Perdiderat vultus rabiem: ſtetit imbre cruento
Informis facies: laetus fragor aethera pulſat
Victorum: majora viris e ſanguine parvo
Gaudia non faceret conſpectum in Caeſare vulnus.
Ille tegens alta ſuppreſſum mente dolorem,
Mitis, & a vultu penitus virtute remota,

Par-

levis, vel, ut aliis, *Mauri levis*, id eſt, agilis, velocis, memoratur. ita & Horat. I. Od. 22. *Maura jacula*, id eſt, interprete Acrone, qualibus utuntur Mauri. & ita mox, *Circeam procellam* vſ. 287. dixit, qualis ad promontorium Circaeum eſſe ſolet. ſic in Aegypto memoratur *Sithonia nix* Horatio III. Od. 26. & innumera talia.

222. *Receptum impetit*] *Recepta* Thuan. ſec. Heinſius corrigebat, *impedit*, ut dicitur, *amplexu impedire*: & ita variant codices infr. 394. ſed *impetit*, eſt ore & dentibus petit, & tentat evellere. haec imitatum Statium II. Theb. 602. notat Barth.

224. *Perdiderat vultum rabies*] Varie haec tentata & explicata ſunt a viris doctis. in codicibus non multum variatur lectio *perdiderat vultu rabies* Ed. Hort. *perdiderat vultus rabiem* Cod. Cortii. *perdiderit* Richel. *prodiderat* ex Voſſiano profert Oudendorpius, ſed ei verbo nullus hic locus. neque enim opus erat oſtendere hoſtibus cruentam vulneribus faciem, quam ſatis cernere poterant; quum contra ſanguis ex vulneribus profluens totam impleret, & tegeret faciem. & hoc videns Heinſius, credo, tentabat, *perdiderat vultum tabo*, vel *ſanie*, ita ut vultus plenus eſſet ſanie, & prae illa videri non poſſet. ut lib. IX. 770. *membra natant ſanie*, & illa Silii ex lib. II. 397. huc advocabat, ut congrua,

Ablatusque viro vultus, concreta cruento
Per nares cerebro ſanies fluit.

Sed haec omnia praeter mentem Lucani, quae eſt ita explicanda: Quum omnis rabies & furor maxime ex oculis colligi ſoleat; qui ideo a Poëtis ardere, flammare, rubore calere, & neſcio quot modis ignem & ſcintillas emittere dicuntur: (vid ſupr. vſ. 179) jam Scaevae vultus, amiſſo & evulſo oculo, amiſerat illam rabiem, & ſpeciem furoris, quem antea praeferebat: cum oculis enim omnia ſigna rabiei perdiderat Scaeva: quare ego praeferrem, *perdiderat vultus rabiem*, & hinc mox ait, *virtutem* remotam a vultu, quum blandum ſe ſimularet. melius reliquis Poëtae mentem adſecutus eſt Sulpitius, licet obſcurius explicet. Barth. ad Stat. I. Theb. 257. explicat, *perdiderat vultum*, adfectibus & vulneribus deturpatus. Grotius Cortius & alii dederunt, *perdiderat vultum rabies*, quod non ſatis intelligo, quia hoc etiam de integra facie dici poteſt, quando deformatur per rabiem. Vultus autem, quia mutabilis eſt in varias formas, pro diverſis animi adfectionibus, rabiem praefert oculis praecipue, ſed haec, quae ante vulnus enitebat, nunc penitus amiſſa erat. ita mox diſtinguit faciem a vultu, *ſtetit imbre cruento Informis facies.* ubi, iterum Graeciſmos ſine ulla neceſſitate venans Cortius legit, *informis faciem.*

226. *E ſanguine parvo*] Si de Scaeva capiendum, non certe parvus ſanguis dici poteſt eo ſenſu, quo lib. IV. 239. *parvus cruor*, & modo 157. *parvus ſanguis*: nam *imber cruentus*

Parcite, ait, *cives: procul hinc avertite ferrum:*
Collatura meae nil ſunt jam vulnera morti:
Non eget ingeſtis, ſed vulſis pectore telis.
Tollite, & in Magni viventem ponite caſtris:
Hoc veſtro praeſtate duci: ſit Scaeva relicti
Caeſaris exemplum potius, quam mortis honeſtae.
Credidit infelix ſimulatis vocibus Aulus:
Nec vidit recto gladium mucrone tenentem:
Membraque captivi pariter laturus, & arma,

Ful-

nus ita dici nequit. Sed dictum poteſt eſſe pro ſanguine viri parvi, plebeji, & centurionis, qui opponitur Caeſari, magno viro: forte melius foret, *majora viris hoc ſanguine parvo*. ſic *magnus ſanguis* Stat. II. Ach. 413. niſi quis velit ita conſtruere, vulnus conſpectum in Caeſare e, vel, de, parvo ſanguine, (id eſt, leviter vulnerato,) non faceret majora gaudia hoc imbre cruento. ſed aptior videtur comparatio inter Caeſarem ducem & hunc militem vel centurionem, quam inter utriusque vulnus. mox, *furorem* omnes fere. dein, *virtute remota*, id eſt, rigore vultus, qui virtutem preferebat, mutato in *mollius*. v. Barth. ad Stat. X. Theb 636.

230. *Parcite ait*] *Parcite jam* Hamb. ſec. quod non diſplicet. *avertite bellum* Rott. tert. & Hamb. pr.

232. *Non eget*] *Non ego* Hamb. ſec. *non egeo* Voſſian. & probabat Heinſius & Barthius: parum intereſſe credo. *eget*, non *mors*, ſed Scaeva, de ſe in tertia perſona loquens, intelligendus: verbi *egere* vero vis haec eſt, ut dicat, non egeo telis ingeſtis, ſcilicet ad mortem, non opus eſt plura in me ingerere, qui tot jam confectus vulneribus certo ſim moriturus, etſi ſtatim cura vulneribus adhibeatur, & a Medico tela haerentia viſceribus evellantur. ſic appoſite ad hunc ſenſum Ovid. VI. Epiſt. 12.

Inque necem dextra non eguiſſe ſua.

id eſt, non neceſſariam fuiſſe Jaſonis dextram, quum mutuis vulneribus ſubito nati illi viri conciderint. ſic Ep. XVIII. 147. *Arte egeo nulla*, non notet ſum ſummus artifex, non careo ulla arte, ſed non opus mihi eſt arte. II. Faſt. 484

Sanguinis officio non eget illa mei.

& ita paſſim. vid. Serv. ad X. Aen. 744. & infr. IX. 704. in eo errarunt interpretes, quod Scaevam non viderint ſimulaſſe, ſe velle ſupervivere vulneribus, & transferri in Pompejana caſtra, poſtea contra Caeſarem militaturum. hoc *viventem*, & *relicti* Caeſaris indicant: & ideo *velli tela*, ut ſolebat a Medicis fieri, non ingeri plura, vult. jam vero de ſe loquentes tertia perſona uti obvium eſt: Sil. Ital. VI. 476. *fuit ille Regulus*, de ſe loquens. vid. Drakenb. eodem libro ad vſ. 600. plura dixi ad Virg. V. 355. ubi *merui* & *meruit* in ſcriptis: *injectis* alii dant. eadem varietas lib. VII. 157. vid. ad Phaedr. III. fab. 2. & Barth. ad Statii IX. Theb. 304. & 708. & infr. VIII. 645. ſed *ingeſtis* majorem vim ex propinquitate notat, & hoc codices omnes noſtri exhibent.

233. *Tollite & in*] *Tollite me & Magni* MS Cortii. vid. infr. 321. & mox, *ſcit Scaeva* notaverat Heinſius, omiſſo codicis, ex quo, nomine. mox, *ſimulantis* Turrian.

237. *Recto*] *Tecto* volunt quidam, contra omnes codices & rationem. quî enim poterat tegere, abjecto ſcuto, & toto corpore ab armis, praeter gladium, nudus? ſed *rectus mucro* eſt erectus, ut *rectae haſtae* lib. IV. 774. fingere vero debemus Scaevam laban-

Fulmineum mediis excepit faucibus enſem.
Incaluit virtus: atque una caede refectus
Solvat, ait, *poenas, Scaevam quicumque ſubactum*
Speravit: pacem gladio ſi quaerit ab iſto
Magnus, adorato ſubmittat Caeſare ſigna.
An ſimilem veſtri, ſegnemque ad fata putatis?
Pompeji minor eſt vobis, cauſſaeque Senatus,
Quam mihi mortis amor. Simul haec effatur, & altus
Caeſareas pulvis teſtatur adeſſe cohortes.
Dedecus hic belli Magno, crimenque remiſit,
Ne ſolum totae fugerent te, Scaeva, catervae:
Subducto qui Marte ruis: nam ſanguine fuſo
Vires pugna dabat. labentem turba ſuorum
Excipit, atque humeris defectum imponere gaudet.

Ac

tem, & ſimulantem ſe ſuſtinere non amplius poſſe, ideo *Tollite* clamat: Aulum vero pronum corpore, ut tolleret in humeros Scaevam: quem inclinantem corpus ad ſubeundum onus hoc, Scaeva erigens mucronem, ferit, & jugulo adegit enſem. viderat quidem Aulus gladium, ſed non recto mucrone, quem demum Scaeva erigit, dum ille eum tollere conatur. vide locum Statii ab Oudendorpio laudatum *trementem* eſt in plurimis. vid. IX. 675. *prementem* in Barberin. & a m. ſec. Rott. ſec quod recepit Cortius, & ſi placet, non explicandum eſt occultantem, ſed manu prehendentem & conſtrictum ex arte tenenrem, & ita imminentem caedi Auli. Sic *enſis preſſus* eſt manu captus lib. IV. 706. VIII. 562 & alibi. *premere cornua* lib. I. 612. & ſimilia obvia. *nec recto vidit* Rottend. tert.

241. *Solvat*] *Solvit* Rottend. tert. & mox *ſubmittit* idem. de quo verbo vide Barth. ad Stat. I. Achil. 124. *gladio pacem* Turr. *ſi quaerat* Hamb. quart.

244. *An ſimilem*] *En ſimilem* Hamb. tert. & Barberin. quod elegantius videtur. *veſtris* Sixii. vid. ad Sueton. Caeſ. LII. *putatis* maxima pars librorum. *minor eſt vobis* plurimi.

246 *Haec effatus*] *Hoc* Thuan. tert *affatus* Thuan. pr. & tert. *eſt fatus*, quartus *affatur* quatuor. *effatur* octo.

248. *Hic belli*] *Hoc* Turr. & a m ſec. Hamb. quart. *non ſolum* Turr. mox, *non ſanguine* Thuan ſec, *jam* Thuan. quart. *in ſanguine* Hamb quart. an *ruis* hic de ſolo caſu ſe non ſuſtinentis Scaevae, an de ejus morte ſit capiendum, dubium faciunt interpretes. quod vero *vivam ſpeciem* vocet, nihil de ejus vita probat, addit enim particulam *velut*, tamquam ſpirantem adhuc imaginem virtutis. Sed Lucanum eum ſuperſtitem credidiſſe ex locis ab Oudendorpio adductis patet. & *ſubducto Marte* explicandum eſt, de hoſtibus ad adventum cohortium Caeſarianarum recedentibus; & ita relictus Scaeva cecidit, cui, dum pugnaret, vires ſuffecerant ad ſtandum, licet ſanguinem multum fuderat. *ruit* ergo eſt cadit in terram, ſed cum quodam impetu quaſi invitus, non languide, ut moribundus. mox, *defeſſum* tres libri. *gaudet imponere* pro imponit explicat Markl. ad

Stat.

Ac velut incluſum perfoſſo in pectore numen,
Et vivam magnae ſpeciem Virtutis adorant:
Telaque confixis certant evellere membris,
Exornantque Deos, ac nudum pectore Martem
Armis, Scaeva, tuis, felix hoc nomine famae,
Si tibi durus Hiber, aut ſi tibi terga dediſſet
Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.
Non tu bellorum ſpoliis ornare Tonantis
Templa potes, non tu laetis ululare triumphis.
Infelix, quanta dominum virtute paraſti!
 Nec magis hac Magnus caſtrorum parte repulſus
Intra clauſtra piger dilato Marte quievit,
Quam mare laſſatur, quum ſe tollentibus Euris
Frangentem fluctus ſcopulum ferit, aut latus alti

Mon-

Stat. I. Silv. III. 56. ſed plus notat, & alacritatem non gravantium onus ſubire innuit. vid. ſupr. I. 603.

253. *Velut incluſum*] Heinſius malebat, *veluti cluſum*. & ſex habent, *veluti*, *perfuſo* Thuan. quart. *ut vivam* Thuan ſec Hamb. ſec. Heinſius, *aut vivum*. recte Grotius, & Oudendorpius, *Virtutis*, tamquam Deae, majori litera ediderunt. vid. Miſcell. Obſerv. Crit. t. VIII. p. 377.

255. *Confixis*] *Confiſſis* Voſſian. *certent* Hamb. pr

256 *Exornantque*] *Dedecorantque* Thuan. pr. a m. ſec. *nudo pectore* quatuor. ſed Heinſius *nudum pectora*, quod & Cortius exhibuit, & in ſuo invenit Oudendorpius. mox, *haec nomine* Thuan. ſec.

258 *Aut ſi*] *At ſi* S. Germ. *dediſſent* Heinſius & Cortius. ut hic etiam lib III. 27 ego ſequor turbam codicum & antiquum Horatii commentatorem ad lib II. Od. 6. qui habet,

Si tibi durus Iber, vel ſi tibi terga dediſſet Cantaber.

Cantabis Thuan. quart. *Cantaber exiguus* Sixii & S. Germ. male, exigua arma ſunt gladius Hiſpanicus, longa contus. vid. lib. I. 423. Heinſius etiam, *Teutones*. MS. Cortii, *Teutonis*.

261. *Laetis*] Heinſius *Latiis*: ſed nihil opus: nam *laetos* triumphos proprie dixiſſe veteres vidimus ad lib. III. 20 ſic Ovid XIV. Met. 719. & ita citat Servius ad Virgil. IV. Aen. 168. ubi agit de verbo *ululare*. & ipſi homines tunc temporis *laeti* erant. Mart. III. 24

Laurigeros ageres quum laeta triumphos.

& ita *laetus*, victor exponitur a Servio ad Virg. V. Aen. 236.

263. *Nec magis*] *Non* Thuan. pr & Rott. tert. mox, *inter clauſtra* Thuan. quart. *caſtra* quatuor

265. *Euris*] *Auris* Thuan. ſec. *ſe* ad Euros, non ad *mare* debet referri. vid. ad Virgil. I. Aen. 66 mox, *at latus* Hamb. quart. *adeſt* vero recte Grotius pro *adedit* capit: de quo verbo vid. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. XV 41. & ita *lapides adeſos* Horat. III. Od. XXIX. 36 *ſaevamque* Rottend tert. a m. ſec. *ſeraſque ruinas* Thuan. ſec. de ruina vid.

Montis adeſt, feramque ſibi parat unda ruinam.
Hinc vicina petens placido caſtella profundo
Incurſu gemini Martis rapit: armaque late
Spargit, & effuſo laxat tentoria campo:
Mutandaeque juvat permiſſa licentia terrae.
Sic pleno Padus ore tumens ſuper aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros,
Succubuit ſi qua tellus, cumulumque furentem
Undarum non paſſa, ruit: tum flumine toto
Tranſit, & ignotos aperit ſibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt, donante Pado. vix proelia Caeſar

Sen-

vid. ad lib. VII. 348.

269 *Rapit*] *Capit* Langerm. a m. ſec.

271. *Permiſſa*] *Promiſſa* Hamb. quart. eadem varietas ſaepe alibi. vid. ſupr. ad vſ. 119

273. *Excurrit ripas*] *Extendit* Rottend. ſec. & MS. Cortii. quod eſſet, promovet ulterius in agros, ut contra lib. I. 76.

extendit litora tellus, Excutietque fretum.

Sic, *extendere rura* ibid vſ 170 *tutae ripae*, ut nim. credebantur aggeribus munitae, nunc vero extendit, quousque aqua ſuperfluens manat, & ibi demum tutae ſunt. *ripas excurrit tutas* Thuan. ſec

274. *Succubuit ſi qua*] *Succubuit ſegnis* Hamb. quart. a m. ſec *ſupra tellus* Thuan. tert *cumuloque furentem* Richel. a m. pr. *cumulumque frementem* Rott. ſec. & MS. Cortii alius ejus, *ferentem. cum flumine* Thuan pr. *ignotos operit* Rottend ſec Hamb. tert. & Richel. utrumque verbum ſenſum ſatis aptum facit. *operit* eſt inundat, ſed quia *ſibi* non recte dicitur inundare agros, praeferrem *aperit ſibi* campos gurgite, id eſt, novum per illos alveum ſibi aperit, per moles & aggeres obſtantes *ignoti agri* ſunt, per quos numquam antea fluvius exierat. ut Ovid. I. Met. 133.

Fluctibus ignotis inſultavere carinae.

& ita ſaepe aliis nota & aperta loca dicuntur vid. infr. vſ. 401.

278. *Donante*] *Domitante* Rottend. ſec. & Hamb tert. vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 59.

280 *Jam pulvere*] Heinſius, *turbine*, vel, *ſpiſſo jam pulvere.* Sed tutius nihil movere, & *preſſo* explicare, diſſipato, ceſſante, qui ante ſublatus erat in aëra, delapſo jam in terram, ut contra *glomerato pulvere* infr. 296. *jam preſſo* Hamb. quart. mox, *& veteris* multi: ſed *ut* rectius.

284. *In clades*] *In cladem* Hamb. ſec *turbat* Hamb pr. & quart. *ruit ille* Thuan. quart.

286. *Segnius*] *Segnior* conjicit Cortius. quae conjecturae leves & dubiae. parum enim refert: *aut vidit* Turrian *trementi* ſex.

287. *Circaeae*] Malebat Heinſius *Circeae* ut edidit Cortius, vel *Circiacae* a Circio vento ſed ſine exemplo credo intelligi illas procellas, quae & hodie in mari mediterraneo frequentes, quibus appropinquantibus, niſi ſubito vela ſubducantur, navis in ſummum periculum venit, & quas ſaepe etiam tormentis exploſis diſſipare conantur. Sed an alia ratione *Circaeam* vocet, niſi a Circeo promon-

to-

Senſerat, elatus ſpecula quae prodidit ignis.
Invenit impulſos preſſo jam pulvere muros,
Frigidaque ut veteris deprendit ſigna ruinae,
Accendit pax ipſa loci, movitque furorem
Pompejana quies, & victo Caeſare ſomnus.
Ire vel in clades properat, dum gaudia turbet.
Torquato ruit inde minax: qui Caeſaris arma
Segnius haud vidit, quam malo nauta tremente
Omnia Circeae ſubducit vela procellae:
Agminaque interius muro breviore recepit,
Denſius ut parva diſponeret arma corona.
Tranſierat primi Caeſar munimina valli,

Quum

torio, mihi nondum conſtare fateor. niſi capias pro, qualis circa eum locum eſſe ſolet. ut ita *Sithonia nix* Horat. III. Od. 20. *Hyblaeae apes* Virg. I. Ecl. 55. *Hymettia litora* VII. Aen. 763. ubi v. Serv. & Broukhuſ. ad Tibul. I. III. 52. & multos alios. vid. ad Virg. IV. Georg. 129. & IV. Aen. 445. & ſupr. ad vſ. 220.

288. *Agminaque interius muro breviore recepit.*] Marklandus ad Stat. V. Silv. II. 121. corrigebat, *gyro breviore.* Hic vero, *gyro* ſi recipiamus, fingere debemus, Torquatum, ut effugeret Caeſarem, terga dediſſe, nec magno gyro facto, ſe recepiſſe in tuta. Sed de eo non agitur: jam enim ante Caeſaris adventum Pompejani receſſerant; ergo de fuga Torquati abſonum eſt cogitare. Sed de munitionibus, quas cinctus a Caeſare Pompejus, introrſus fecerat, & ita conſtruxerat, quo melius denſaret copias & parva corona, ut ait, diſponeret: intra has receperat ſe Torquatus ex aperto campo, ne cogeretur ad manus venire. *murus* autem hic de vallo & omni munitione debet capi. ut & infr. 280. & *moenia* de vallo ſupr. 128. & utrumque lib. X. vſ. ult. vid. Voſſ. ad Caeſ. I. Bel. Gal. 8. & notas ad Liv. I. 7. ſic pro aggere ſine foſſa dici in agro Reatino murum, docet Varro I. de R. R. 14. & hinc inf. VII. 733 pro *ſuccedere vallo*, in codice Thuan. erat *muro.* ergo *murus brevior* dicitur ratione circumvallationis Caeſareae, quae murum illum breviorem amplectebatur: Pompejus vero milites immiſit in eam Caeſareae munitionis partem, quae ad mare pertinebat, & navibus etiam ultra eam circumvectos immiſit in exteriorem partem valli, & ita ab utraque parte aggreſſus eſt hoſtem. vide Caeſ. III. Bel. Civ. 63. & ſeqq. ubi duabus pugnis cladem ſe accepiſſe uno die, & deinde caſtra verſus Macedoniam moviſſe narrat. idem Marklandus ad dictam Silvam vſ. 129. corrigit, *flectere Caſtor equos gyris.* locutione inſolenti, & cujus nullam inter tot vulgata jam producit. nam *flectere in gyros*, *in orbem equos* obvium eſt. praeterea negat, *flectere equum*, ſufficere, niſi addatur ars & peritia quaedam. at Horatius lib III. Od 7. auſus eſt dicere, *flectere equum ſciens*, nullo gyro vel alia arte addita. & centies etiam *flectere colla equi*, addito ſaepe *frenis*, *habenis*, quibus flectebant equos. mirum eſt, non produxiſſe locum ex Seneca Hipp. 312. ubi de Sole bigas Lunae agitante,

Ille nocturnas agitare bigas
Diſcit, & gyro breviore flecti.

Quum ſuper e totis emiſit collibus agmen,
Effuditque acies obſeptum Magnus in hoſtem.
Non ſic Aetnaeis habitans in vallibus horret
Enceladum, ſpirante Noto, quum tota cavernas
Egerit, & torrens in campos defluit Ætna:
Caeſaris ut miles glomerato pulvere victus
Ante aciem, caeci trepidus ſub nube timoris
Hoſtibus occurrit fugiens, inque ipſa pavendo
Fata ruit. totus mitti civilibus armis
Uſque vel in pacem potuit cruor: ipſe furentes
Dux tenuit gladios. felix, ac libera regum,

Ro-

quem adduxit ad priorem locum. ſed vidit hunc nihil huc facere. in ſequentibus mallem,

humeris dabit arma Quirinus.

291. *Cum ſuper*] *Dum* Thuan. ſec. *immiſit* maxima pars codicum, ut &, *collibus arma. effunditque* Thuan. quart. & Hamb. ſec. *obſeſſum* ſex. vid. lib IV. 94.

293. *Aetneis*] MSS. *Edineis*, *Etheneis*, *Ethneis*, *Aethenis* Codd. Heinſius, *non ſic Sicanis*, vel *Sicaniis*, vel, *Hennaeis* volebat. *in montibus* Turrian. & Barber.

294. *Enceladon*] *Enceladon ſperante Notho* Thuan. tert. *Enceladum* multi. *Encelado ſp. notum* quatuor. *nothos* Rott. pr. & a m. ſec. Hamb. tert *cum mota* Thuan. ſec. Hamb. ſec. & a m. ſec. Rottend. ſec. probante Heinſio. *catervas* Thuan. quart. *in campum* Rott. ſec. de permutatione τῶν *erigit* & *egerit* vid. Markl. ad Stat. IV. Silv. IV. 79. & ſupr. IV. 644. & alibi ſaepe.

297. *Ante aciem*] Sine pugna, antequam in aciem proceſſiſſent contra Pompejanos. vid. ſupr. vſ. 145. *caecum timorem* etiam Cicero pro Ligario cap. I. dixit. & *caecum metum* Ovid. II Faſt 822.

297. *Nube*] *Nocte* in var. lect. quidam proferunt. Sed ita *nubes bellorum* lib. IV. 488. & multa loca de hac voce & cognatis ipſi *nebula* & *nubilo*, collegit Barth. ad Stat. II. Theb. 321. ubi & *nubem timoris* ex Claudiani Bell. Getico profert, ſed quem locum reperire nequii. ſed vſ. 555. *pulveris nubem* habet, ut & Noſter IV. 768. & vſ. 455. *nubem curarum* dixit Ovid. II. ex Pont. I. 5.

298. *Pavendo*] *Pavenda* Rott. pr. mox, *totos mitti* Turrian. ſed vulgata ſana. potuiſſent omnes Caeſariani occidi, & totus exercitus deleri, ſi Pompejus ſciviſſet uti victoria, ipſo Caeſare lib. III. B C. 70. fatente. *mitti cruor* deſumta locutione a medicis, ut *mittere ſanguinem* Celſo & aliis uſitatiſſimum. ſed medici partem mittunt, hic totus potuit mitti. Sed Pompejus tenuit gladios, ut Caeſar ſcribit, metuens inſidias, nec audens adpropinquare munitionibus: ſed ſi Sulla, magiſter Pompeji, ut lib. I. 326. eo loco dux fuiſſet, & victoriam talem obtinuiſſet, ea melius uti, & rem conficere ſciviſſet, firmans hic quod dixerat lib I. 131. *Dedidicit jam pace ducem. ipſe fruentes* Rott. ſec.

301. *Libera legum*] *Regum* quinque libri. *regnum* Hamb. pr. utraque lectio *legum* & *regum* ſatis defendi poteſt. Gronovii vero explicatio, libera Roma fores legum, id eſt, tui juris, dura & coacta mihi videtur, quam ſequuntur Oudendorpius, Cortius & alii. Heinſius ad Virgil X. 154. ubi *libera fati* legitur, explicat fores libera a legibus, id eſt, ſervitute: ſed quum magis uſitatum ſit

le-

Roma, fores, juriſque tui, viciſſet in illo
Si tibi Sulla loco. dolet heu, ſemperque dolebit,
Quod ſcelerum Caeſar prodeſt tibi ſumma tuorum,
Cum genero pugnaſſe pio. Prô triſtia fata,
Non Uticae Libye clades, Hiſpania Mundae
Fleſſet, & infando pollutus ſanguine Nilus
Nobilius Phario geſtaſſet rege cadaver:
Nec Juba Marmaricas nudus preſſiſſet arenas,
Poenorumque umbras placaſſet ſanguine fuſo
Scipio, nec ſancto caruiſſet vita Catone.
Ultimus eſſe dies potuit tibi Roma malorum:

Exi-

leges pro libertate poni, ego inclino magis in *Regum*, id eſt, a Tyrannis, quos *Reges* dictos, & triumviratum & omnem contra leges dominationem *regnum* vocari a Romanis, putidum eſſet multis probare: vid. lib. I. 4. *juriſque tui* ſatis oſtendit, fore illos *legum* ſuarum, & tautologum eſſet, *legum libera*, *juriſque tui*, vide ad Ovid. I. Epiſt. 80. Jam vero nihil magis frequens, quam *leges* & *reges* confundi. vid. inf. lib. VII. 579. 584. VIII. 554. & 685. & apud Claudian. I. in Eutrop. 381. & alibi paſſim.

302. *Viciſſet*] *Vixiſſet* Hamb. ſec. ſed *viciſſet tibi* debet conjungi, id eſt, in tuam, Roma, utilitatem, quia victo tyranno non ſibi regnum rapuiſſet, ſed libertatem reſtituiſſet reipublicae. vid lib. I. 326 *Sulla die*, quod ex uno profert Oudendorpius, etiam non diſplicet; *dies* enim pro proelio poni ſatis conſtat. vid. ſupr. vſ. 157.

305. *Pro triſtia fata*] Hic iterum *fati* volebat Heinſius, ut lib. V. 57. ut *proſpera bellorum* VII. 684. *proſpera vitae* VIII. 631. idem tentabat vir doctus apud Cortium lib. VII. 411. ſed & Ovidius paſſim, & Noſter IX. 735. & alibi *triſtia fata* dixerunt.

306. *Non Uticae Libye clades*] Cortius ex ſuis profert, *cladeſque*, quod in nullo reperi. ſed in Voſſ. uno *Libyeque clades*, quod metro repugnat. nihil movendum. mox *pollutis* Sixii & a m. ſec. Thuan. ſec. *Pollutos* Rottend. pr.

309. *Marmaricos*] *Barbaricos* Thuan. ſec. *preſſiſſet nudus* Hamb. tert. *Poenarumque* Turrian.

311. *Caruiſſet vita Catone*] Male explicat Scholiaſtes. *vita* hic eſt humanum genus, tunc vivens, vel ut Omnibonus, aetas noſtra, cui exemplum virtutis & ſanctitatis erat Cato. Heinſius adſcripſerat, id eſt, *vita humana, cui ille exemplum*, recte ſi hoc ſeculum intellexerit. ita *vita* inf. 515. vide ad Phaedr. I. Prolog. ubi quum dixi, hoc ſenſu eam vocem circa Phaedri tempora frequentiſſime ita poni, & etiam quosdam a Cicerone ita uſurpari, jactare, Wopkens in Tull. lect. III. 4. invertit, Memnonitica ſtropha, mea verba, & dicit, *humani quid paſſum Burmannum, quum ſcriberet, Ciceronem ejuſque aequales ita hanc vocem cepiſſe, vix ſe putare*, Quum tantum ex meis verbis poſſit colligi, alios id prodidiſſe, ſed me nondum vidiſſe exempla ex Cicerone producta, quibus adductis ipſe non modo id crederem, ſed gauderem meam Phaedri explicationem inde confirmari. Quare licet non negari jam poſſit, *vitam* a Cicerone eo ferre ſenſu dictam, videtur tamen potius ille vivendi rationem communem intellexiſſe, quam ut Plinius & alii ipſum genus humanum & ſe-

Exire e mediis potuit Pharſalia fatis.
Deſerit averſo poſſeſſam numine ſedem
Caeſar, & Emathias lacero petit agmine terras.
Arma ſecuturum ſoceri, quacumque fugaſſet,
Tentavere ſui comites devertere Magnum,
Hortati, patrias ſedes, atque hoſte carentem
Auſoniam peteret. *Numquam me Caeſaris*, inquit,
Exemplo reddam patriae, numquamque videbit
Me, niſi dimiſſo redeuntem milite, Roma.
Heſperiam potui, motu ſurgente, tenere,
Si vellem patriis aciem committere templis,

Ac

eulum, de quo agunt, quamquam non multum interſit. Gratiae ergo habendae forent Wopkenſio, ſi ſimplicius, non, ut fere ſemper ſolet, maligne & infideliter, mea verba, ut aliquid haberet, quod carperet, adduxiſſet. immo potuiſſet addere Virgilium, qui lib. VI. Aen. 663.

Inventas aut qui vitam excoluere per artes. ubi etiam vivendi ratio & diſciplina poteſt explicari. & forte plura poſſent congeri. *Catonis* habet Berſm. codex, quaſi *carere* regeret ſecundum caſum, & tunc etiam *ſancti* eſſet legendum. ſic apud Claudian. II. in Eutrop. 266. Heinſ. ex MS. profert, *flexusque carens*, pro *flexuque.* cum accuſativo dat codex Voſſianus lib. VII. 604. mox *laborum* nonnulli.

313. *Exire e mediis*] *Exiri* vel *exire* erat in Voſſiano, & aliquot Cortii. *a mediis* Joh. Sariſb. lib. II. Polycr. 22. Senſum ſatis video, nimirum Pharſaliam potuiſſe vitari, ne accideret illa clades, quae perdidit libertatem. Sed verba me impediunt, quid enim ſunt *media fata*? an proelia illa leviora inter initia belli civilis, quod mox 322 *motum ſurgentem* vocat, & Pharſalicum? an ut *longae vitae mediam mortem* dixit lib. I. 457. ita longi belli haec ad Dyrrhachium fuere media fata, non ultima, & ita ex his mediis fatis, id eſt, hoc leviori proelio potuiſſet exire Pharſalia, id eſt, naſci & ſurgere proelium decretorium, ſi Pompejus uti victoria ſciviſſet, qui ex Lucani ſententia peccavit ſola pietate, quod tenuit gladios, nec exemplo Sullae totum miſerit cruorem, & adverſarios deleverit. Sed huic explicationi obſtat, quod praelio Pharſalico Caeſar victor fuerit, hic vero victus. ergo deberet poni Pompejum potuiſſe hic idem conſequi, quod Caeſar Pharſalico. Omnibonus explicat, *ut in Pharſalia bellum civile committeretur.* Sed contrarium voluit, *ut non committeretur*, ſi Pompejus uſus fuiſſet victoria, ut rectius Sulpitius. quare forte cum in Thuan. ſec. & Pulmanni uno ſit, *&* *mediis*, aptiore connexione ſententiae poſſet legi,

Excidere & mediis potuit Pharſalia fatis, id eſt, mediis etiam nunc fatis, nondum perfectis, nec decernentibus, utra pars ſuperior foret, quod factum in Pharſalia, potuiſſet medio hoc tempore intercipi proelium Pharſalicum, ultimum illud, quo Pompeji victi fata fuerunt conſummata. vel *media* fata poſſent capi pro, ut vulgo, mediantibus fatis, arbitris, ut pax componeretur inter Caeſarem & Pompejum, ut ſupr. 300. *uſque vel in pacem mitti cruor potuit*, vel ſi Caeſar fatis cadentibus occubuiſſet, pax inde conciliari potuiſſet orbi. meliora danti facile cedam.

314'

Ac medio pugnare foro. dum bella relegem,
Extremum Scythici tranſcendam frigoris orbem,
Ardenteſque plagas. victor tibi, Roma, quietem
Eripiam, qui, ne premerent te proelia, fugi?
Ah potius, ne quid bello patiaris in iſto,
Te Caeſar putet eſſe ſuam. ſic fatus, in ortus
Phoebeos convertit iter, terraeque ſecutus
Devia, qua vaſtos aperit Candavia ſaltus,
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.
Theſſaliam, qua parte diem brumalibus horis
Attollit Titan, rupes Oſſaea coërcet.

Quum

314. *Sedem*] *Collem* Oiſel. *averſo* plurimi.

316. *Fugaſſet*] *Fugiſſet* Thuan. ſec. adverſante metro. *paraſſet* Oiſel. *quocumque* etiam Hamb. ſec. *devertere* fere omnes. duo Cortii *deflectere*. Thuan. ſec. *avertere*, ſed quae a Gloſſatoribus profecta: in *ſuo hortatu* eadem diverſitas in noſtris, *ſui hortati*, *hortantur*, quae in aliorum codicibus. *ſuo hortatu* tamen mihi non ſatis placet, nec magis *ſui comites*, quia ſenſus aeque planus eſſet, abſque hoc pronomine & elegantior: an, *tentavere diu comites d. M. hortati* quod in *ſui* tranſpoſitis literis facile tranſire potuit. ita tentabam & lib. VII. 274. *clamorem laturā diu*, pro *ſuum*. an vere neſcio. *ut patrias* Rott. pr. Richel. & Turr. *patriae* Rott. ſec.

319. *Peteret*] *Peterent* Thuan. ſec. & quart. quod potuit a manu Lucani fluxiſſe, & de comitibus & exercitu ſimul cum Pompejo intelligi, ut ſaepe orationem ab uno ad plures, ſi conjuncti & conſociati ſunt, labi, notaverunt viri docti, & nos ſupr. ad lib. III. 694.

321. *Me niſi*] *Et niſi* Voſſian ita ſupr.

323. & permutatum in *me. demiſſo* tres. *remiſſo* Hamb. pr. *Caeſare Roma* Oiſel. invidioſa haec oratio, quaſi Caeſar id admiſiſſet, & oblitus ſui Lucanus, qui lib. III. 72. non armato milite Romam petiiſſe Caeſarem dixit. unica excuſandi Poëtam species *ſi patriam* non de ſola Roma, ſed de Italia capiamus, quam, transgreſſus Rubiconem, armatus introiit. ſed de Roma hic agitur & patriis templis, & foro, ideoque peccaſſe mihi videtur.

323. *Aciem committere*] *Hoſtem com.* Thuan. ſec. *hac medio* idem. *in medio* Rottend. ſec.

325. *Frigoris orbem*] Heinſius malebat, *ſideris*. vid. ad Ovid. IV. Triſt. IV. 162. & V. Met. 282. & ſupr. ad I. 18. & ita ſaepe. *Arenteſque plagas* idem volebat. vid. ad lib. I. 687. & IV. 333. *plagis* Richel. mox, *ac potius* multi. *A potius* Cortius, ut in duobus noſtris. vid. ad v. 615.

330. *Phoebaeos*] *Phoebeios* Thuan. ſec. *conduxit iter* ſeptem e noſtris. *committit* Langerm. Heinſius corrigebat, *condixit*, quod ex uno codice ſe adnotaſſe dicit Cortius. de quo verbo vide Gronov. I. Obſerv. I.

331. *Candavia*] *Caudavia* Thuan. tert. *Gandevia* Turr. *Gandavia* Hamb. quart. *Scandavia* Rottend. pr. vid. Palmer. Graec. Antiq. lib. I. 14. pag. 77. & cap. 17. pag. 106. mox, *qua fata* Langerm. *quam bello* Rottend. ſec.

333. *Parte diem*] Heinſius volebat, vel *dies*, vel *jubar*. vid. ſupr. v. 456. *viam*, quod

 in

Quum per ſumma poli Phoebum trahit altior aeſtas,
Pelion opponit radiis naſcentibus umbras.
At medios ignes coeli, rabidique Leonis
Solſtitiale caput nemoroſus ſubmovet Othrys.
Excipit adverſos Zephyros, & Japyga Pindus,
Et maturato praecidit veſpere lucem.
Nec metuens imi Borean habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.
Hos inter montes media qui valle premuntur,
Perpetuis quondam latuere paludibus agri:
Flumina dum campi retinent, nec pervia Tempe

Dant

in Regio, non convenit τῷ *attollere*. ſed nihil mutandum: ut hic Titan *attollit*, ita infr. 572. *medium diem ducit*, ut Oudendorpius notat, qui non debebat dubitare. non enim puto recte dici *viam attollere*, pro ingredi, incipere curſum, quum oritur ſol. vid. v. 6.

336. *Pelion*] *Peleon* Hamb. quart. *apponit* tert. *oppoſuit* Thuan. ſec. *medio ſignis* Richel. *rapidique* omnes fere libri.

336. *Othrys*] *Othys* Rich. *Othis* a m. ſec. Oiſel. *Othrin* Thuan. ſec. *adverſos* plurimi. *averſus* Rott. pr. & a m. ſec. Oiſel. ſed recte Oudendorpius *adverſos*, quod exigit *excipere.* vid. ſupr. II. 420. mox *praecedit* ſex. male. vide Gronov. & Cortium ad Plin. IX. Ep. 1. §. 5. praecidit eſt breviorem diem facit, & quaſi intercipit, amputat lucem. ita *praecidere iter*, & *praecidere medium mare*, de quo egi ad Quinctil. Decl. XII. 22. ubi eadem variatio erat in *praecedere* & *praecidere.*

341. *Habitator*] Quum in Hamb. tertio reperiſſet *mediator* Heinſius, inde fecit *metator.* quod nimis acutum, quum ſimpliciter incola, cultor intelligatur. ut Priſcian. Perieges. 157.

Hic ubi Taurum
Cimmerii gelidis habitant ſub finibus imum.

ubi in quibusdam eſt *unum*, male. ita & Valer. Flac. I. 24.

Ille Othryn & Haemum
Atque imum felix verſabat vomere Olympum.

vid. ad Ovid. XX. Epiſt. 41.

345. *Campi*] Non diſplicet admodum *campo*, quod erat in uno Oudendorpii, ut omnia ad Tempe referantur, quae retinent flumina in plano campo, nec dant aditum Pelago. recte etiam, *dant aditus*, ſi *pelago* capias pro in pelagus. Sed tunc non congruunt illa Ovidii I. Art. 163. quia ibi, *dant aditus ne vo amori*, id eſt, amanti ad amicam, debet ſumi. & notat initium amoris, & modum, viam, primum ad eum aditum, & ita ſumitur infr. vſ. 616. vid. & lib. VIII. 74. plurimi *pelagi*, & hoc Cortius recepit. *pelago* ſi placet debet capi, ut *it clamor coelo*, apud Virgilium. *iter coelo.* v. Broukh. ad Prop. II. I. 20. ſic mox 362. *fluit Ionio mari*, pro in mare.

346. *Stagnumque implentibus unum*] Non video quo referant illud *implentibus*, niſi ad *fluminibus*, quod durius, quum *pelago* interponatur. ſed tamen ob perverſas ſaepe conſtructiones, condonari poſſet Lucano. aut, *nec p. T. d. a. pelago*, poſſent in parentheſi poni. ſed tamen facilior eſt locutio quatuor codicum ex noſtris & aliis, *implentibus undis*, quod Grotius dedit, & mutatum, quia mox *undis* ſequitur. ſed hoc ſollemne

Lu-

Dant aditus pelago, ſtagnumque implentibus undis
Creſcere curſus erat. poſtquam diſceſſit Olympo
Herculea gravis Oſſa manu, ſubitaeque ruinam
Senſit aquae Nereus: melius manſura ſub undis,
Emathis, aequorei regnum Pharſalos Achillis,
Eminet, & prima Rhoeteïa litora pinu
Quae tetigit Phylace, Pteleosque, & Dotion ira
Flebile Pieridum; Trachin, pretioque nefandae
Lampados Herculeis fortis Meliboea pharetris:
Atque olim Lariſſa potens: ubi nobile quondam
Nunc ſuper Argos arant: veteres ubi fabula Thebas
Mon-

Lucano, & vidimus jam alibi, *undas* bis terve repetitas, intra paucos verſus. vide modo mox vſ. 362. & 365. *Undae* vero ſive aquae fluviorum, quae exitum non reperiunt in mare, quum implevisſent campos, ſtagni inſtar erant, & creſcebant quidem, ſed non currebant auctae etiam imbribus, (nam & has *undas* aliquando a Poëtis vocari notatum ad Valer Fl. II. 358) quibus flumina incrementa ſua debent: quae ſi in mare non effluunt, ſtagna faciunt: ſed poſtquam Hercules Olympo diſcidit Oſſam, magno impetu in mare fluxerunt, ſtagnantes antea aquae.

348. *Subitaeque*] *Subitoque* Hamb. ſec. acumen vero frigidum ſatis Lucani eſt, quo melius ſub undis manſuram Emathiam dicit, quia tunc proelium illud Pharſalicum committi non potuiſſet: quaſi nullus alius locus potuiſſet capi proelio, ſi ille aquis tectus manſiſſet. & infra etiam magam Theſſalicam inducit vſ 579. timentem, *ne Mars alium vagus iret in orbem*, & ideo illam vetuiſſe Philippos transferre alio bella, quod ſine hac maga potuiſſet facile fieri. hae ſunt pueriles ineptiae & declamatoriae, aeque ac ſi quis, convertens acumen, & deſcribens lacum, diceret, ſi ille exſiccatus fuiſſet, egregium proelio locum dediſſet. *ruinam* vero vocat impetum fluvii cadentis & exeuntis in mare, quod imitatus Statius lib. v. Theb 80.

Fractarum ſubitas torrentum audire ruinas.

& VIII. 460.

Qualiter hiberni ſummis duo montibus amnes,
Franguntur, geminaque cadunt in plana ruina

& ita poteſt ruina explicari ſupr. vſ. 267. ubi fluvius fractus ſcopulis & montibus, tandem *ſeram ſibi parat ruinam*, exedendo ſaxa.

350. *Pharſalos*] *Pharſalis* Rott pr. *Achilli* Thuan ſec. a m. pr. de qua genitivi flexione multa Critici. vid. Pier. ad Virg. I. Aen. 70. III. 613. Heinſ. ad Ecl. VIII. 70. & paſſim, ut & ad Ovidium. Sed uni codici tantum non tribuo, & *aequorei Achillis* melius ſonare puto, quam *Achilli*.

352. *Pteleosque*] *Thelasque*, *Theleosque*, *Phenteosque* varie ſcripti. *Dotiōn* jam ſcribendum vidit Maſerius ad Valer. Fl. III. 349. *Dorion ara* Hamb ſec.

354. *Lampados*] *Lampadis* Voſſian. *ſagittis* multi.

355 *Nobile*] Apud Serv. ad Virg. VII. Aen. 286. in veteri codice, quem Heinſius contulit, erat, *mobile*. deinde *arat* ediderunt jam Fabric. & Baſileenſes. ſed *arant* rectum eſt.

357.

Monſtrat Echionias: ubi quondam Pentheos exſul,
Colla, caputque ferens ſupremo tradidit igni,
Queſta quod hoc ſolum nato rapuiſſet Agave.
Ergo abrupta palus multos diſceſſit in amnes.
Purus in occaſus, parvi ſed gurgitis, Aeas
Ionio fluit inde mari: nec fortior undis
Labitur avectae pater Iſidis, & tuus, Oeneu,
Pene gener craſſis oblimat Echinadas undis:
Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi
Evenos Calydona ſecat. ferit amne citato
Maliacas Spercheos aquas: & flumine puro

Ir-

357. *Thebas*] *Thebes* Richel.

358. *Colla caputque ferens*] *Parens* Rott. ſec. & Hamb pr. & ſeptem Cortii. unde *pavens* correximus in ſimili aberratione ad lib. IV. 251. & ſic Valer. Fl. III. 264.

Ceu pavet ad crines & triſtia Pentheos ora Thyas.

& paſſim Agave furens, demens, attonita a Poëtis dicitur: deinde *pavens*, ubi furore remittente vidit caput eſſe filii, quum credidiſſet ſe abſcidiſſe apri vel tauri, ideoque tradidit ſepulturae. vid. lib. VII. 780. *Echionias* vero Thebas dicit, quae fuerunt in Boeotia, ut ſaepe Statius; hic vero Phtioticas debere intelligi obſervarunt interpretes, quae memorantur a Livio XXVIII. 7. & recte inter Theſſaliae urbes ponuntur; ſed hoc epitheto inſigniri nequeunt: quare vel confudiſſe duas cognomines urbes Lucanum ſtatuendum eſt, ut alios etiam Thebas Boeoticas ſive Echionias, cum Ectioniis feciſſe docui ad Ovid XII. Met. 109. vel hoc epitheto indicaſſe has Theſſaliae Thebas, ex Boeoticis ut coloniam propagatam. cui tamen explicationi repugnat epitheton alterum *veteres*, quod de colonia dici nequit, ſed de matre urbe. quare erraſſe Poëtam potius dicendum, ut eodem in errore mox circa Inachum verſatur. vide de Echioniis Thebis & hoc loco, Palmerii Quaeſtionem Geographicam, in Miſcell. Obſerv. Criticis tom. IX. pag. 447. quae prodita eſt diu, poſtquam haec ſcripſeram, & ubi vir doctus in notis Lucanum erraſſe docet in hoc epitheto. *nato rapuiſſet*, pro a nato. vid. ad lib. III 451. & IX. 543.

361. *In occaſus*] *In occaſum* Barberin. parum intereſt, & ita variare ſolent codices, vid. infr. IX. 419. X. 39. 276. & ad Ovid. V. Met. 455. & alibi fere ſemper: *gurgitis Atas* S. Germ. &, *fluit unde* Turr.

362. *Nec fortior undis*] Quia mox iterum *undis* ſequitur, Marklandus ad Stat. V. Silv. III. 137. *udus* legiſſe videtur, epitheto admodum languido: quod male cum *undoſo*, & *aquoſo* componitur. ſed & lib. V. 434. & ſeq. ter *undis* repetiit. vid. & h. l. 346 & alibi paſſim. *fortior* vero *undis* eſt rapidior curſu aquarum. ſic lib. IV. 103. *repulſu aeſtus fortior Oceani*. ita *venti fortes*. vid. lib. IV. 584. & opponitur *craſſis undis*, quae coeno & pulvere ſunt *craſſi*, ut loquitur Stat. IV. Theb. 820. ita *craſſae* paludes Virg. II. Georg. 110. vid. ad Gratii Cyneg. 53. intelligit vero Inachum Acarnaniae fluvium, quem confundit cum Argivo. vide Strabon. lib. VII. pag. 316. & Ill. Spanhem. ad Callimach. Hym. in Pallada vſ. 50. *Iſidos* Thuan. tert.

363. *Oeneu*] *Oenu* Voſſ. ita *Panthu* Virg. II. Aen. 322.

365.

Irrigat Amphryſos famulantis paſcua Phoebi.
Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues ventos ſuſpirat Anauros.
Et quiſquis pelago per ſe non cognitus amnis
Peneo donavit aquas. it gurgite rapto
Apidanos: numquamque celer, niſi mixtus, Enipeus.
Accipit Aſopos curſus, Phoenixque, Melasque.
Solus, in alterius nomen quum venerit undae,
Defendit Titareſus aquas, lapſusque ſuperne
Gurgite Penei pro ſiccis utitur arvis.
Hunc fama eſt Stygiis manare paludibus amnem,

Et

365. *Neſſi*] *Neſis* Hamb. quart. vid. ſupr. vſ. 90. deinde *Ebenedor*, *Euveos*, *Euneos*, *Evenus*, *Eunteus* varie in ſcriptis. apud Lutatium ad Stat. IV. Theb. 838. in Barthii notis *Evenus* legitur, quod in editis non comparet, ſed *Thebanus*. *ferat* Richel. mox, *Sperchius*, *Sperceus*, *Spercheus*, ut &, *Amphryſus* & *Amphryſius*. ſed in his ex aliis Poëtis memorandis morari non libet. ſolum notandum, quod *citatum amnem* hic dixerit noſter, quum *tenuis Sperchеos aquis* dicatur a Stat. I. Achil. 289. ubi vide Barth. & ad IV. Theb. 838.

367. *Flumine puro*] *Parvo* quod in var. lect. legitur, poſſet placere. *purum* enim jam Aean dixerat. ita *parvus Rubicon* I. 185. & *parvis impellitur undis* vſ. 213. licet plerique hi fluvii parvi ſint, ut & ipſe Aeas.

369. *Madentem*] *Madentes* Turrian. a monacho rythmicos verſus amante. *ventos ſpiravit* Hamb. tert. *Anaurus* quatuor. Intelligit vero auras illas, quas fluvii & maria ſolent emittere, de quibus egi ad Quinctil. XII. de Inſt. Orat. cap. 10. Heinſius hic olim *exſpirat* correxerat, ſed induxerat rurſus. *ſuſpirare* eſt ſurſum emittere auram, & verbum hoc etiam alia, ſed non multum diſſimili, ſignificatione accuſativum regere, multis docuit Broukhuſius ad Tibul. I. VII. 41. & hic pro exhalare poſitum notat, etiam cognata verba *exſpirare*, *reſpirare*, ita conſtrui docet Markl. ad Stat. II. Silv. IV. 35. & hinc illa aura *ſpiritus* fluvii dicitur Calpurnio Ecl. IV. 4.

Levatque diem vicini ſpiritus amnis.

vide multis de his agentem Heinſium ad Virgil. X. Aen. 294.

371. *Et quiſquis*] *At quisquis* Hamb. pr. & Langerm. *nec cognitus* Barb pro, incognitus, ut v. 439. *nec pervia*, pro *impervia*.

372. *Et gurgite*] *It* undecim, quod merito receptum. mox *Apidanus*, *Epidanos*, *Epidanus*, *Apidanas*, *Appidanas* ſcripti. *Enipeus* multi. & ita ſcribendum notavi ad Ovid. I. Met. 579. & ad Valer. Fl. I. 81. *Aſopus* tres. *currus* Hamb. ſec. *Phoeniſque* Hamb. tert. & Thuan. tert. a m. ſec. *Phoenixque* multi. *Melaxque* duo, *Meloxque* tres. Apud Lutat. ad Stat. VII. Theb. 315. ubi citat ex Lucano *Aſopus aquas*, ſine dubio media exciderunt, & quum hic legatur, *Titareſos aquas*, ultima haec vox Aſopo adhaeſit. *Titareſſus*, *Titareſſos*, *Tetareſſus*, *Titareſos* etiam in ſcriptis. *defendat* Voſſian. *ſuperbe* Hamb. tert. a m. ſec.

377. *Pro ſiccis*] *Sciſſis* a m. ſec. Rott ſec. & Oiſel. & MS. Corti. *utitur undis* Oiſel. a m. ſec.

378. *Hunc fama eſt*] *Hunc famae Stygiis* Richel. pro *fama eſt*, *fama*, ſine *eſt* Hamb. pr.

Ggg vid.

Et capitis memorem, fluvii contagia vilis
Nolle pati, ſuperumque ſibi ſervare timorem.
    Ut primum emiſſis patuerunt amnibus arva,
Pinguis Baebricio diſceſſit vomere ſulcus:
Mox Lelegum dextra preſſum deſcendit aratrum,
Æolidae, Dolopesque ſolum rupere coloni,
Et Magnetes equis, Minyae gens cognita remis:
Illic ſemiferos Ixionidas Centauros
Foeta Pelethroniis nubes effudit in antris.
Aſpera te Pholoës frangentem, Monyche, ſaxa,
Teque ſub Oetaeo torquentem vertice vulſas,
Rhoete ferox, quas vix Boreas inverteret, ornos:
Hoſ-

vid. lib. v. 687.

380. *Timorem*] *Tenorem* Thuan. ſec. mox, *ut primum miſſis* Thuan. tert.

382. *Boebicio*] Ita Grotius. alii, *Bebricio*, vel *Boebricio*. haereo in hoc gentilitio epitheto. v. Oudend. poſſemus fingere *Bebricas* primum in Theſſaliam veniſſe. ſed obſcura mihi relinquo.

383. *Preſſum*] *Impreſſum* in uno Bersm. utrumque poteſt defendi. vid. ad Ovid. III. Met. 104. & ad Valer. Fl. VII. 63. *deſcindit* Hamb. tert. *Meolides* Rottend. ſec. *Aetoli* Gujet. *ſolum tenuere* Rottend. pr. *rupere* plurimi. mox iterum *frangentem* ſequitur. Ovid. III. Amor. x. 32. *Ruperat & duram vomer aduncus humum*. Dolones & Magnetas jungit etiam Valer. Fl. II. 9.

386. *Ixionidas*] *Ixionias* Richel. *Ixionios* Thuan. ſec. *effundit* Hamb. pr.

388. *Aſpera*] Deerat hic verſus Thuan. ſec *Menychе* Voſſian. *ſub Oethaeo* multi. *Aethеo* Thuan ſec. eraſa erat vetus lectio in Sixiano. *everteret* Rott. ſec. Heinſius legebat, *inverterit*. vellem exemplum, ubi arborem *invertere* pro incurvare ponatur, & *evertere* obvium eſt: vid. Suet. Domit. XIV. invertere eſt inferiora ſuperiora facere, ut fit in arando. vid. ad Val. Fl. VII. 75. & ideo poſſet hic vulgata ſervari, ut de arbore radicitus dejecta capiatur. *Rhoete* noſtri omnes. De viribus Centaurorum in ſaxis & ſylvis frangendis & eruendis vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 142.

391. *Hoſpes & Alcidae magni*] Markl. ad Stat. III. Silv. v. 75. diſtinguit inter *hoſpitem mundo*, id eſt, qui recipit mundum, & *hoſpitem mundi*, id eſt, qui recipitur a mundo. quae vana eſt obſervatio, & hoc loco refellitur. nam Pholus recepit Herculem, non ille receptus ab Hercule fuit. & quum *hoſpes* de utroque dicatur, qui recipit, & recipitur, uterque caſus etiam adjungi poteſt. & *mundi* in Statio ſervari poteſt, ita jubentibus omnibus ſcriptis & editis. & eleganter Puteolanum ſinum & portum vocat, *litora hoſpita mundi*, quia eo adpellebant innumerae naves, undique venientes, & praecipue Alexandrina claſſis. vid. Caſaub. ad Sueton. Aug. XLVIII. & hinc ibi horrea plena peregrinis mercibus erant, ut docui ad Suet. Claud. XXV. vid. Cluver. Ital. Ant. lib. IV. pag. 1138. nec ſolum Alexandrini ibi negotiabantur, ſed & ex Syria venientes ibi conſtitiſſe docet Lapis apud Reines. x. 5. ubi *Hieropolitani & Berytenſes, qui Puteolis conſiſtunt*, memorantur, quem

Hoſpes & Alcidae magni, Phole: teque per amnem
Improbe Lernaeas vector paſſure ſagittas:
Teque ſenex Chiron, gelido qui ſidere fulgens
Impetis Haemonio majorem Scorpion arcu.
Hac tellure feri micuerunt ſemina Martis.
Primus ab aequorea percuſſis cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes, bellis feralibus omen,
Exſiluit; primus chalybem, frenosque momordit,
Spumavitque novis Lapithae domitoris habenis.
Prima fretum ſcindens Pagaſaeo litore pinus,
Terrenum ignotas hominem projecit in undas.
Primus Theſſalicae rector telluris Ionos

In

quem lapidem ſub Domitiano poſitum ſuſpicatur Reineſius. quare nihil in Statio mutandum. miror tamen Marklandum non correxiſſe, *litora ponti hoſpita* ut lib. III. Silv. II. 43. *aequora ponti* pro *mundi* Heinſius quoque legebat. & tunc etiam ſenſus optimus exiret. ut totius maris, quod adluit illam partem Italiae, hoſpita litora intelligat. ut Florus I. 16. *nihil hoſpitalius mari.* ita contra *inhoſpita litora Ponti* Ovid. III. Triſt. XI. 7. dixit. & Virgil. I. Aen. 540. *hoſpitium arenae* dixit, & plures in hunc modum locuti. Sed ego *mundi* ſervo. nec audax illud *litora Baji hoſpita* ulli ſe probaturum putem.

392. *Paſſure*] Vir doctus apud Cortium, *ſenſure:* de quo verbo egi ad Valer. Fl. IV. IV. 745. & Petron. cap. CXXXIX. ſed ſine codicibus talia verba ex arbitrio ſuppônere temerarium, quum & *pati* eleganter dicamus ingrata nobis, & quae invitis nobis obtingunt. vid. ſupr. v. 88.

394 *Impetis*] *Impedis* Hamb. pr. vid. ſupr. h. l. vſ. 223.

398. *Feralibus*] *Furialibus* S. Germ. ſollemni varietate. vid. lib. II. 260. VII. 788. & apud Ovidium ſaepe *Chalyben* Sixii. ut & infr. 547. *momordet* Richel.

400. *Pagaſaeo litore*] Vir doctus apud Cortium, *Pagaſaeo e vertice*, quod jure improbat Cortius. Cogitabat ille decantatum illud Ennii, *utinam ne in nemore Pelio.* de quo vide ad Phaedri lib. IV. 6 & illa Catulli LXIV. I.

Peliaco quondam prognatae vertice pinus.

Sed qui talia audet mutare, deberet ſimul docere Pelium montem, etiam *Pagaſaeum* poſſe dici, aut umquam hoc epitheto deſignatum. nam, licet Pagaſae non multum a Pelio remotae fuerint, ideo hoc nomine eum inſignire non licet.

401. *Terrenum*] *Thirrenum* Thuan. pr. a m. ſec. eadem varietas apud Claudian. III. in Stilic. 360.

Terrenaque Nereus
Confert monſtra ſui.

ubi etiam maritimis opponuntur. vide & ad Ovid. VII. Met. 108 & Heinſius inter has voces fluctuabat ad Ovid. IV. Met. 662. alibi etiam *terrena* opponuntur ſuperis & coelitibus. vid. ad Valer. Flacc. I. 558. & ita *terrenus homo* pro mortali, ut *terrena fata* Stat. I. Achil. 253. ubi vid. Barth ſed hic *homo terrenus* eſt terrae filius, a matre tellure progenitus, ut recte Oudendorpius, quos ideo paſſim Poëtae natura ſua abhorre-

In formam calidae percuſſit pondera maſſae,
Fudit & argentum flammis, aurumque moneta
Fregit, & immenſis coxit fornacibus aera.
Illic, quod populos ſcelerata impegit in arma,
Divitias numerare datum eſt. hinc maxima ſerpens
Deſcendit Python, Cyrrhaeaque fluxit in antra:
Un-

re a mari debuiſſe ſaepe canunt. & hinc non inelegauter Florus de Pompejo, piratas in mediterraneis locis collocante, dixit lib. III. 6. *terrae homines* ſuos *reddidit.* vide quae notavi ad Ovid II. Amor. XI. 30. & ad Virg. VI. Aen. 28. & quae Marklandus ad Stat. III. Silv. II. 69. commentatus eſt. eadem ratione, reſpectu arborum & frugum, quas terram, eodem modo, ut homines, edidiſſe credebant, loquitur Curtius lib. V. I. 33. *adeo validas arbores ſuſtinent moles, ut in L pedum altitudinem emineant, & frugiferae ſint, aeque ac ſi terra* ſua *alerentur*, ubi erat in Palat. codice, *terra naturali alerentur*, quae eſt gloſſatoris expoſitio: praeterea *terrenumque novas* dant Thuan. pr. tert. & Oiſel. quod etiam interpreti adſcribendum, quum utrumque vocabulum adhibere ſoleant Poëtae. ſic Ovidius I. Met. 133.

Quaeque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultavere carinae.

& idem poſtea vſ. 310. in diluvio deſcribendo, quo aquae tranſcenderunt montes, ait

Pulſabantque novi montana cacumina fluctus.

Manilius I. 88.

Fecit & ignotis iter commercia terris.

vid. ſupr. ad vſ 276. dein, *jactavit in undas* S. Germ. & haec gloſſatoris, qui meminerat Virgiliani illius, *terris jactatus & alto*, ut & alii ſaepe hoc verbo utuntur. Sed Ovid. II. ex Pont. VII. 57.

Projectus in aequor
Arcturum ſubii, Pleiadumque minas.

402. *Theſſalicae*] *Theſſaliae* Sixii; *Jonus* multi *Ionas* Rottend. tert *Ianas* Hamb. quart. vide Cortii & Oudendorpii var. lect. Heinſ. *Itonos* volebat. *Ithemus* Gujet.

403 *In formam calidae*] Heinſius varie tentavit hunc locum, *in formam Aethaliae*, vel *Aethalidis*, quia illa ferax ferri fuit, & Aethalici ferri etiam meminere Strabo & Diodorus. vel de Lemno capit, quae & 'Αιθάλη dicta, teſte Stephano in ea voce. in Adverſariis ſuis multis agit de hoc loco lib. I. cap. I. ſed vulgata ita conſtruenda, *percuſſit pondera maſſae calidae* (id eſt ferri candentis & ante informis) *in formam*, id eſt, nummos: nam *forma* propria vox cuſis in moneta nummis. vid. ad Ovid. III. Art. 480. ubi ex Horatii loco, & Bentleji ſententia, hic etiam *procudit* quis legere poſſet. *pondera maſſae* dixit etiam Noſter lib. VII. 753. ubi de argento vel auro ſumitur, hic vero de ferro, unde nummos olim cuſos docet Oudendorpius; vel poſſet *forma* capi de quacumque forma, in quam metalla haec per artem fabrilem procuduntur, & ita in genere hic primum *maſſam* ponit de omni metallo, cujus deinde ſpecies, aes, argentum & aurum enumerat. vid. Heinſ. Adv. I. I. de *maſſa* vid. ad Calpurn. Ecl IV. 120. mox idem Heinſius, *Fundit & argentum in lamnas*, vel *in lamnis*. vel, *& argenti lamnas*, & dein, *incenſis fornacibus*. Sed haec omnia dubia & lubrica, *immerſis* Thuan. pr. male. *vaſtas* dixit Lucretius & Virgilius. vid. Markl. ad Stat. III. Silv. I. 122. qui ibi pro *curva*, *vaſta fornace* contra libros intrudit. Sed eodem jure, quodcumque epitheton alibi fornaci reperimus datum, licebit nobis ingerere. cur etiam *curva* non fornax dici poteſt, quum antra *curva* dicuntur; quae *cava* ſunt? & ita Noſter libr. I. 397. *curvam*, & 406. *cavam rupem* dixit. ſic paſſim *cavae* & *curvae* naves dicuntur Stat. III. Silv. II, 29. Ovid. XVIII.

Unde & Theſſalicae veniunt ad Pythia laurus.
Impius hinc prolem ſuperis immiſit Aloeus,
Inſeruit celſis prope ſe quum Pelion aſtris,
Sideribusque vias incurrens abſtulit Oſſa.
Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Caſtra duces; cunctos belli praeſaga futuri

Mens

xviii. Ep. 2. & paſſim. *cavas fornaces* dixit Lucret. vi. 201. maneant ergo apud Statium *curvae*, & *vaſtae fornaces* Aetnae relinquantur.

406. *Illic*] *Illinc* Rott. pr. *datum* ſine *eſt* Barb. *numerare* dicit, reſpiciens nummos certa forma percuſſos, quum olim in maſſa pecunia pondere appendi ſoleret, non numero dari. hinc *numerata pecunia* dicta. *hic maxima* Thuan. ſec. imitatur hic Ovidium, qui lib. i. Met. 438.

Sed te quoque, maxime Python,
Tum genuit, populisque novis incognita ſerpens
Terror eras.

de feminino genere *ſerpentis* vid. ſupr. lib. iv. 726. *fluxit in arva* Hamb. pr. quart. & Langerm. & recepit Cortius. ſed quia erat *ſcopuloſa*, ut Noſtro dicitur iii. 172. *antra* etiam retineo. ita Ovid. xiv. Met. 348. *Circaea reliquerat antra*, ubi alii *arva*. vid. & ad Val. Fl. i. 751. & alibi.

409. *Unde &*] *Indeque* Turrian. *Inde &* Thuan. ſec. Hamb. quart. *Theſſalicas laurus* vocat ex illorum opinione, qui Daphnen Penei filiam faciebant, quam alii Ladonis in Arcadia tradebant. vid. Serv. ad Virg. iii. Ecl. 63. & iii. Aen. 91. Scholiaſtes Statii ad lib. i. Theb. 555. Penei, & ad lib. iv. 290. Ladonis filiam facit. vid. ſupr. ad v. 170.

410. *Hinc*] *Hic* Rottend. tert. & Richel. *hunc* Barber. *admiſit* Rott. tert. *dimiſit* Hamb. pr. & Langerm. deinde, *Aletus*, *Alaetes*, *Aleus*, *Aeolus* in ſcriptis.

411. *Celſis prope ſe*] *Stellis prope* Thuan. ſec. & *prope ſe tunc* Richel. & tres Voſſ. *prope ſecum* unus Heinſii. varia hic tentat Oudendorpius, vel quod Pelion montem Oſſa inſeruit aſtris, vel legit, *prope cunctum*. ſed *cunctum montem* non aeque eleganter dici credo, atque *omnem*, ut ſaepe hanc vocem Oudendorpius explicat. vid. iii. 670. & infr. h. l. 754. *cunctus* enim de pluribus junctis dicitur, non de uno monte. vid. ſupr. iii. 18. nec huc facit infr. vii. 202. *cuncta mens hominum*, ubi vide. ſi *junctum* dediſſet tolerabilius foret. ſed mihi vulgata ſatis placet, quum Pelion ſe prope inſeruit aſtris, id eſt, verticem ſuum: *prope*, quia Oſſa ipſi impoſita propius ſe inſeruit, & incurrit. ſic infr. 504. *inſerere umbras flammis coeleſtibus*. Ovid. i. Art. 605. *Inſere te turbae*. & iii. Met. 117. *nec te civilibus inſere bellis*. & alibi ita hoc verbum occurrit.

412. *Incumbens*] *Incurrens* omnes fere ſcripti: & male *incumbens* praetulit Cortius. nam hoc potius eſſet, quaſi aſtris inferioribus impoſitus eſſet. quem *incurrens vertice*, ſit ſe vertice ſuo aſtris inſerens. & quum ejus verbi uſus ſit in bellis & proeliis, ut vidimus ad lib. iv. 475. & permutentur etiam haec verba lib. x. 143. & alibi, hic eleganter Oſſa incurrens coelo, vias, id eſt, curſum, ſiderum impediiſſe & abſtuliſſe dicitur. ſic apud Sil. Ital. xii. 454. *totum miſeris incurrere bellum*, ubi etiam perperam alii, *incumbere*. & Stat. i. Theb. 375. *ſcopulos erectae incurrere prorae*. ſic eleganter de agro dixit Cicer. ii. Agrar. 30. *qui incurrit in alium agrum*.

415. *Horam*] *Iram* Berſm. MS. & Rottend. ſec. a m. pr. & hinc poteſt jam conjectura Heinſii firmari, qui apud Valer. Fl. vii. 218. *una toties decernit in hora*, ubi vul-

Mens agitat, ſummique gravem diſcriminis horam
Adventare palam eſt. propius jam fata moveri
Degeneres trepidant animi, pejoraque verſant;
Ad dubios pauci, praeſumto robore, caſus
Spemque metumque ferunt. Turbae ſed mixtus inerti
Sextus erat, Magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllaeis exſul graſſatus in undis,
Polluit aequoreos, Siculus pirata, triumphos.
Qui ſtimulante metu fati praenoſcere curſus,
Impatiensque morae, venturisque omnibus aeger;
Non tripodas Deli, non Pythia conſuluit antra,

Nec

vulgo *ira* legitur.

416. *Moveri*] *Moneri* Hamb. tert. quod notaverat Drakenb. ad Sil. Ital. II. 273. unde credo Oudendorpium didiciſſe. libr. IV. 480. *admovit fatum* dixit. *moveri* non movendum. vid. VII. 50. unde etiam hic *horam* rectum eſſe putem.

418. *Ad dubios*] *At dubios* quatuor libri. locus obſcurior mihi viſus, & cujus ſenſum neſcio an ſatis perceperim, hunc tamen poſſe ex verbis exire credebam. Degeneres metuunt adverſa omnia, ſed pauci, dubii, inter ſpem & metum pendentes, praeſumunt robur, id eſt, verbis magnificis jactant robur ſive virtutem, antequam pugnant, poſtea in ipſa pugna non praeſtituri. *Praeſumere* Tacitus, Quinctilianus, & alii poſt Auguſti tempora, varie uſi fuere. ſic Quinctil. lib. X. 5. *verba, Poëtica libertate audaciora, non praeſumunt eadem proprie dicendi libertatem.* ubi vide quae notavi. videtur Noſter imitatus Virgilium ex lib. XI. Aen. 18

Arma parate, animis & ſpe praeſumite bellum.

quod *ſpe praecipere hoſtem* dixit idem vſ. 491. vid. & inf. lib. VII. 759. ſic ſpe praeſumebant robur, id eſt, credebant virtute ſua ſe ſuperiores fore, ſed metu iterum dubii labaſcebant, ut ſuppleri debet. nam hoc proprium metui eſt. dubios enim ſemper facit ſpes mixta metui. vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 42 ſic & Liv. VII 10. *mortalium animis ſpe metuque pendentibus.* *Pauci* erant in Pompejano, ut multi in Caeſariano exercitu, qui praeſumebant certa fiducia victoriam, ſed degeneres trepidabant, & verſabant, id eſt, animo & ſermonibus conjiciebant, pejora & cladem ſuarum partium. pauci etiam erant dubii inter ſpem & metum, non tamen pleni fiducia, ſed eventum dubium conſiderantes inter milites de caſibus bellorum diſſerebant. poſſet & legi, *ſpemque metumque ſerunt*, id eſt, ſermonibus jactantes, & animo praecipientes robur, ſpem boni eventus jactabant, ſed iterum metu dubii, nec fiduciam ſatis oſtentantes, implebant alios metu adverſi caſus. vid. ſupr. ad lib. II. 643. ubi etiam ex notis Oudendorpii diſces, *ferant* poſſe locum ſuum tueri. An etiam, *praeſumto robore*, poſſet capi de Caeſarianis, quos Pompejani, ut animoſiores & fortiores metuebant, neſcio. quidquid ſit, nondum ſatis liquet de hoc loco. Cuningamus volebat, *ſpemque metumque gerunt*, & certe hoc verbo varie Noſter uti ſolet. vid. lib. II. 549. & V. 170 & VI. 419. & alibi. quia tamen hic conſtant omnes ſibi codices, τὸ *ferunt* mutare religio fuit.

421. *Qui mox*] Heinſius conjiciebat, *Cui mox* &c. *Polluet aequoreos*, vel, *Qui polluet*,

ut

Nec quaeſiſſe libet, primis quid frugibus altrix
Aere Jovis Dodona ſonet, quis noſcere fibra
Fata queat, quis prodat aves, quis fulgura coeli
Servet, & Aſſyria ſcrutetur ſidera cura,
Aut ſi quid tacitum, ſed fas, erat. ille ſupernis
Deteſtanda Deis ſaevorum arcana Magorum
Noverat, & triſtes ſacris feralibus aras,
Umbrarum, Ditisque fidem: miſeroque liquebat
Scire parum Superos. vanum, ſaevumque furorem
Adjuvat ipſe locus, vicinaque moenia caſtris
Haemonidum, ficti quas nulla licentia monſtri

Tran-

ut Cortius etiam volebat. quod tolerari poſſet, ſed in priori conjectura vix ſenſus tam apertus videtur, ut in vulgata, quam recte Scholiaſtes expoſuit. *mox* hic de longiori tempore ſumitur, ut apud Sueton. Aug. XLVII. & alibi. *graſſetur* Hamb. ſec. *craſſatus* Thuan. pr. tert. & Richel. *in horis* Oiſel.

423. *Curſus*] *Caſus* Thuan. ſec. vid. lib. V. 88. & VII. 446. mox, *venturis omnibus* Thuan. quart. & Hamb. tert.

425. *Deli*] *Delphi* Hamb. ſec. *Delti* & *Phoebi* MSS. Cortii. *non Cincia* unus Cortii. *non Cynthia* duo ejusdem, & quatuor e noſtris: ſed, *non Pythia* Lutat. ad. Stat. IV. Theb. 409. male Cortius dicit eum *Phoebia* legiſſe, niſi ita in aliquo codice, aut editione repererit. mox, *non quaeſiſſe* Thuan. ſec. *nec q. juvat* Hamb. tert.

427 *Ore*] *Aere* omnes fere noſtri, quod merito receptum. ſimilis diverſitas apud Claudian. Conſ. Olybr. 18. *Licet aere vetuſto Floreat.* ubi *ore* eſt in quibusdam; perperam: *aes* enim ibi indicat ſtatuas aereas in atriis. *E ore* Turr. *ſonat* Thuan. ſec. & Rott. tert.

429 *Aſſyria cura*] Mathematicos, ut Suetonio & aliis vocantur, qui geneſin prodebant, intelligit. qui & *Chaldaei* dicuntur Claudian. VI. Conſ. Honor. 18.

Namque velut ſtellas Babylonia cura ſalubres,
Optima tunc ſpondet mortalibus edere fata.

Cura enim propria in hac re vox, unde & *curioſi*. vid. ad Phaedr. lib. II. Epilog vſ. 10. & infr. ad lib. X. 186.

430. *Sed fas*] *Si fas erit* Thuan. quart. *deteſtata* Thuan. pr. & a m. ſec. tert *malorum* Richel. *voverat* Voſſian. a m. ſec. *noverat* vero recte ſervatum. Sed explicandum puto de peritia vel uſu ipſius artis magicae, quam noverat & exercuerat antea, ſed contemnebat Deos ſuperos, quos nihil ſcire ipſi conſtabat, ſive *liquebat*. quod verbum firmat τὸ *noverat*: Oracula vana eſſe & auguria, & ex ſtellis & coeli phaenomenis praedictiones omnes nihili faciebat, ſed ad artes magicas, quas experiendo ſaepe antea noverat, nunc ſe confert, ut de futuris edoceretur. ita Ovid. I. Amor. VIII.

Aeaeaque carmina novit.

& Noſter infra vſ. 514. *noſſe domos Stygias.* vid. ad Ovid. VI. Epiſt. 83. Gujetus temerario auſu legit, *molitur*, *triſtesque ſacris*.

436. *Haemonidum*] *Eumenidum* Oiſel. *Heumenidum* tres. *tranſierit* Voſſ & Richel. quod ſecutus Cortius: nec male idem ad Plin. III. Ep. IX. § 7. rebus hic tribui, quod propter eas evenire, vel homines facere ſolent, notat.

442.

Tranſierat, quarum, quidquid non creditur, ars eſt.
Theſſala quinetiam tellus herbasque nocentes
Rupibus ingenuit, ſenſuraque ſaxa canentes
Arcanum ferale Magos. ibi plurima ſurgunt
Vim factura Deis. & terris hoſpita Colchis
Legit in Haemoniis, quas non advexerat, herbas.
Impia, tot populis, tot ſurdas gentibus aures
Coelicolum, dirae convertunt carmina gentis.
Una per aetherios exit vox illa receſſus,
Verbaque ad invitum perfert cogentia numen,
Quod non cura poli, coelique volubilis umquam
Avocat. infandum tetigit quum ſidera murmur,
Tunc Babylon Perſea licet, ſecretaque Memphis
Omne vetuſtorum ſolvat penetrale Magorum:
Abducit ſuperos alienis Theſſalis aris.

Car-

442. *Advexerat*] *Evexerat* Thuan. ſec. *adduxerat* Editio Omniboni. vide ſupr. ad vſ. 85. & x. 168. verſus ſpurios, quos hic codex Marpurg. inſerit, & Cortius ex quatuor ſuis uno auctiores profert, noſtri non agnoſcunt.

443. *Impia*] Ita haec conſtruenda puto, *impia carmina gentis dirae convertunt coelicolum aures, ſurdas tot populis & tot gentibus.* Populos diſtingui a gentibus olim oſtendi jam ad Ovid. II. Met. 215. ſi quem offendat repetitio *gentibus* & *gentis* (licet & *dirae carmina gentis* repetat infr. 507.) ille ex ſollemni permutatione, de qua vid. ad lib. IV. 576. legere poteſt, *carmina mentis. durae* etiam Turr. & Oiſel. *regibus*, quod hic Oudendorpius volebat, ſi MSS. confirmaretur, non alienum foret, & poſſet firmari haec correctio ex lib. VII. 820. ubi pro *gentes* erat *reges* in S. Germ. codice.

446. *Perfert*] *Profert* Thuan. ſec. & Hamb. ſec. vid. ſupr. v. 674. Oudendorpium. Ovid. II. ex Pont. II. 43.

Verbaque noſtra favens Romana ad numina perfer.

ubi etiam *prefer* Regius Cod. & eadem varietas IV. ex Pont. IV. 49. & alibi. eleganter vero *cogentia*, quia credebant, magas illas imperare Diis ipſis, & eos cogere ad omnia, quae fieri volebant. vide quae dixi ad Quinctil. Decl. X. 15. & Ovid Remed. 253. & hinc mox vſ. 497. *carmina imperioſa* vocat, ubi vide reliqua.

448. *Avocat*] *Advocat* multi. quod Cortius dedit. *evocat* Oiſel. avocat, id eſt, uni vacat magae cogenti, nec cura coeli illum ab audienda ea avocat.

450. *Memphis*] *Memphym* Oiſel. mox, *penetrale Deorum* Thuan. ſec. *abducet* quatuor. *abducis* Rott. pr. *Theſſalus* Richel. non ſatis haec intelligo. Sulpitius dicit, Babylonios &c. non poſſe retinere Deos ſuos carminibus ſuis, quia Theſſalae ſunt potentiores. Sed an, hoc eſt *ſolvere penetrale*, quod Omnibonus, melius puto, patefacere explicat. an *volvat*, id eſt, carmina ab antiquis

ma-

Carmine Theſſalidum dura in praecordia fluxit
Non fatis adductus amor: flammisque ſeveri
Illicitis arſere ſenes. nec noxia tantum
Pocula proficiunt, aut quum turguentia ſucco
Frontis amaturae ſubducunt pignora foetae.
Mens, hauſti nulla ſanie polluta veneni,
Excantata perit. quos non concordia mixti
Adligat ulla tori, blandaeque potentia formae,
Traxerunt torti magica vertigine fili.
Ceſſavere vices rerum: dilataque longa
Haeſit nocte dies: legi non paruit aether.
Torpuit & praeceps, audito carmine, mundus:
Axibus & rapidis impulſos Juppiter urguens
Miratur non ire polos. nunc omnia complent
Imbribus, & calido praeducunt nubila Phoebo:

Et

magis in penetralibus condita canat: ut fere Sulpitius penetrale explicat & *volvere* eſſe verbum in hac re proprium videbimus lib. IX. 927. jam vero *volvere*, & *revolvere* in MSS. confundi cum *ſolvere* & *reſolvere* plura apud Ovid. Val. Flac. & alios loca docent. Si *ſolvat* retinendum, eodem ſenſu erit penetrale, id eſt, licet promat, exſerat omnes ſecretas ſuas artes, carmina, & ritus evocandi Deos &c. ex inſtituto veterum Magorum, non tamen parebunt numina, ſed Theſſalis etiam ab eorum aris & ſacris abducet, infando ſuo murmure. *abducit aris* poteſt & eſſe, ad alienas aras, ſcilicet magicas: ut vidimus alibi ita loqui veteres. vellem haec in clariori luce eſſe poſita. nam durior eſt locutio.

453. *Adductus*] *Addictus* ex Voſſiano probabat Heinſius, & exhibuit Cortius: nam magiam poſſe etiam fata tollere, ſed privata tantum, non publica, oſtendit Scip. Gentilis ad Apulej. Apol. n°. 822. & hinc vſ. 529. viventes, & qui ex fatis longius debebant vivere, invita mors ſubit. vid. in primis vſ. 605. & ſeqq.

455. *Turgentia*] *Surgentia* Rottend. ſec. *ſulco* Thuan tert. *ſicco* Hamb ſec.

458. *Excantata*] *Et cantata* Hamb. quart. *incantata* Sarisber. lib. I. Polycr. 10. mox, *illigat* Oiſel.

460. *Fili*] *Ferri* Rott. tert. *rhombi* vir doctus apud Cortium, emendicatum a Propertio. *magica torti* concinnius Thuan. ſec. vid. hic Oudendorp. & Heinſ. ad Ovid. I. Amor. VIII. 7. & II. Faſt. 575. ubi Heinſ. in hoc loco Lucani pro *fili*, citat *rhombi*, unde forte petiit Cortius.

462. *Haeſit*] *Ceſſit* Thuan. ſec. per *legem* intellige ordinem naturae, de quo Oudendorp. ad lib. II. 2. & nos ad Valer. Flac. I. 213.

465. *Nunc*] *Tunc* tres. *non* Hamb. pr. mox, *praeducunt* tres. vid. lib. IV. 45. & hoc Heinſius & Cortius probarunt.

468. *Nimbosque*] *Nimboque* Voſſ. *ſolutos* Rott. tert.

Et tonat ignaro coelum Jove. vocibus îſdem
Humentes late nebulas, nimboſque ſolutis
Excuſſere comis. ventis ceſſantibus, aequor
Intumuit: rurſus vetitum ſentire procellas
Conticuit, turbante Noto: puppimque ferentes
In ventum tumuere ſinus. de rupe pependit
Abſciſa fixus torrens: amniſque cucurrit
Non qua pronus erat. Nilum non extulit aeſtas:
Maeander direxit aquas: Rhodanumque morantem
Praecipitavit Arar: ſubmiſſo vertice montes
Explicuere jugum. nubes ſuſpexit Olympus:

So-

470. *Intumuit*] MS. Cortii *intremuit*, unde ille faciebat, *infremuit.* ſed *infremere* de leviori tempeſtate, quam *intumeſcere*, deberet capi, *intonuit*, quod Oudendorpio unice verum videtur, caret auctoritate codicum, & facile eſt ſimilia verba, quae paſſim variantur a librariis, invenire, & invitis codicibus obtrudere: & quum millies *tumidum* mare, & *intumeſcere*, dicatur, quum, ut aliis dicitur, *iratum* eſt, & *iras* prodit, eodem modo ut *intumeſcere*, *tumor*, *tumidus* de iratis hominibus, & praecipue qui ſubito iras concipiunt (vid. ſupr. ad vſ. 53.), dicatur, nulla cauſſa eſt, cur hic aliquid novemus: praecipue quum ſequatur aequor vetitum *ſentire* procellas, quando eſt tranquillum, quod motui & tumori maris, non tonitrui opponitur. potuiſſet & firmare vir doctus conjecturam ex Ovid. II. ex Pont. III. 27.

Tumuerunt aequora vento.

ubi in Voſſiano erat, *tonuerunt*, ubi vide quae notavi. ſed hic codices ſequor.

472. *Ferentes*] *Furentes* Rott. pr. & Hamb. pr. ſed hoc ventis, non ſinubus conveniret. vid. ad lib. V. 419.

473. *Abſciſſa*] *Abſciſa* omnes fere ſcripti. vide Gronov. ad Liv. XLIV. 5. & Heinſ. ad Virg. II. Georg. 23. ſupr. III. 617. Markland. ad Stat. III. Silv. II. 61. ubi indignatur ubique ejici *abſciſſus*, & *abſciſus* reponi. ſed hic jubent ſaepe codices.

474. *Non extulit*] *Non expulit* ſeptem ſcripti. Cortius ex aliis profert, *non exſpuit.* Sed *extulit* eſt extra vel ſupra ripas ſurgere prohibuit, & recte nihil mutandum cenſuiſſe patet ex notis ejus ad Plin. VIII. Ep. XVII. §. 3. De Maeandro, aquas *dirigente*, vid. ad lib. III. 207.

476. *Arar*] *Athax* Hamb. tert. vid. I. 403. *montis* Sixii & Hamb. pr. mox, *conſpexit Olympus* Hamb. ſec. *ſolibus ex nullis* Barber. *Scythiae* Hamb. tert. & Cortius, ſed tunc dubium eſt an ſit genitivus, *ſolibus Scythiae.* *regeret* Thuan. quart. *demaduere* Rott. tert. *ſidera* Barber. *depulit* Thuan. ſec. *Aemonium* quinque, quod ſecutus Cortius. *defoſſo litore* Thuan. ſec. mox, *axes* ſex ſcripti & Cortius. quatuor verſus ſpurii ab Oudendorpio & Cortio poſt vſ. 479. inſerti, non fuere in codicibus ab Heinſio inſpectis.

482. *Et medium vergens niſus &c.*] Neſcio an non melius legeretur, *vergens niſu medium titubavit in orbem*, quam *vergens niſus ſuos.* Gryphius edidit, *titubavit Niſus in orbem*, quaſi nomen eſſet proprium. ut vero *vergere* regeret caſum, tranſponenda erant verba. vid. ad lib. IV. 525. vult vero Lucanus, tellurem totam ſede ſua, quam in medio univerſi habet, concuſſam, & niſu ſuo, quo tendebat & vergebat, ex lege natu-

Solibus & nullis Scythicae, quum bruma rigeret,
Dimaduere nives. impulſam ſidere Tethyn
Repulit Haemonidum, defenſo litore, carmen.
Terra quoque immoti concuſſit ponderis axem,
Et medium vergens niſu titubavit in orbem.
Tantae molis onus percuſſum voce receſſit,
Perſpectumque dedit circum labentis Olympi.
Omne potens animal leti, genitumque nocere,
Et pavet Haemonias, & mortibus inſtruit artes.
Has avidae tigres, & nobilis ira leonum
Ore fovent blando: gelidos his explicat orbes,

In-

turae, in medium orbem, titubaſſe, id eſt, incerto motu quaſſatam non recte inceſſiſſe, ſed ut homo titubanti pede dicitur ingredi, ſic illam, voce magae percuſſam, receſſiſſe a ſede ſua. Markland. ad Statii Silv. v. III. 200. legit, *tantae molis opus*, ſed nihil contra codices movendum: *onus* enim eſt pondus, gravitas terrae, ut paſſim illi adſcribitur: deinde Cortius legit, *reſedit*, quia in MSS. ſuo *reſiſtit* erat, id eſt, in imo ſubſedit. Sed *receſſit* eſt, in locum a priori ſede remotum abiit. *concuſſum* Turrian.

484. *Proſpectumque*] *Perſpectumque* omnes fere noſtri, niſi quod in Voſſ. a m. pr. ſit *perfectumque*, vel *perſpectuque*.

485. *Omne potens*] *Omnipotens* Richel. *potens leti animal* MS. Cortii, cum hiatu, quem miror non expreſſiſſe. *potens leti*, eſt veneno plenum, & mortem inferre potens. ut ita Dei *potentes maris, nemorum*. vid. VIII. 554. *gemitumque* Sixii & Hamb. ſec.

486. *Et mortibus inſtruit artes*] Credo ſenſum eſſe, animalia quae maxime ſunt noxia, & terribilia hominibus, & pavere has mulieris Theſſalae artes & potentiam, & ſimul ipſi inſtrumenta ſuppeditavere ex mortibus, id eſt, occiſorum cadaverum membris certis, oſſibus, viſceribus &c. quibus utitur ad ſacra Stygia. ſic inf. 561. *hominum mors omnis in uſu eſt*, id eſt, corpus mortuum. & 583. *tot mortes habitura ſuas*, *uſuraque mundi ſanguine*. & *mortes* in plurali numero vario aliquando ſenſu occurrere docuerunt Baluſius, Columbus & Cuperus ad Lactantii titulum libri, *de Mortibus Perſecutorum*. de verbo *inſtruere* vide quae diximus ad Ovid. XIII. Met. 544.

487. *Has*] Ex communi conſtruendi ratione deberet referri ad *artes*, quas *fovent*, id eſt, augent, inſtruunt tigres & leones. Sed, quid tunc faciemus τῷ *ore*. quare intelligendum, has Theſſalas magas ore fovent, blandiuntur, adulantur tigres &c. aut etiam, lambunt ore, & quaſi oſculantur. ut amplexu fovere IV. 296. V. 735. niſi quis *artes* pro artifices velit ſumere, quod tamen durius videtur. Pro *avidae tigres*, Heinſius conjiciebat, *rabidae*, ut Virg. II. Georg. 151.

At rabidae tigres abſunt, & ſaeva leonum
Semina.

rabidae etiam videtur legere Markland. ad Stat. II. Silv. I. 182. neſcio unde petierit. vid. & ad lib. X. 517. & Cannegiet. ad Avian. Fab. I. *leonis* Thuan. ſec. ſed vulgatum firmat imitatio auctoris Epigrammatis in Catalectis Pithoei p. 28.

Iratus recolas, quod nobilis ira leonum
In ſibi proſtratos ſe negat eſſe feram.

quod & legitur apud Gruter. p. CMXXVIII. inſc. 10. Sequentes quatuor verſus 488—491

 igno

Inque pruinoſo coluber diſtenditur arvo.
Viperei coëunt, abrupto corpore, nodi:
Humanoque cadit ſerpens adflata veneno.
Quis labor hic ſuperis, cantus herbasque ſequendi,
Spernendique timor? cujus commercia pacti
Obſtrictos habuere Deos? parere neceſſe eſt,
An juvat? ignota tantum pietate merentur?
An tacitis valuere minis? hoc juris in omnes
Eſt illis ſuperos? an habent haec carmina certum
Imperioſa Deum, qui mundum cogere, quidquid
Cogitur ipſe, poteſt? illis & ſidera primum
Praecipiti deducta polo: Phoebeque ſerena
Non aliter diris verborum obſeſſa venenis
Palluit, & nigris, terreniſque ignibus arſit,
Quam ſi fraterna prohiberet imagine tellus,
Infereretque ſuas flammis coeleſtibus umbras.

Et

ignorat Codex S. Germ. *ore fovet* tres noſtri. vulgo *fovent*. vide & mox vſ. 515. & ſupr. Oudend. ad III. 526. VIII. 426. & alibi.

490. *Viperei*] *Veperei* Thuan. quart. *abrupto* Hamb. ſec. & ita Codd. duo apud Serv. ad Virg. III Georg. 416. & *corpore* Rott. tert. *corpora nati* Iſidorus. mox eleganter, *cadit* Richel.

492. *Quis labor hic*] *Pavor* etiam Thuan. ſec. & Richel *hinc* Turrian.

494. *Obſtrictos*] *Obſtructos* Voſſ. & Thuan. quart. *parere neceſſe eſt* Rottend. ſec. *tantum* Turr. deinde, *potuere minis* nonnulli, & ex noſtris quinque ſic ſaepe haec verba permutata. vid. ad Sueton. Calig. XXXIV & infr. VII. 535. alterutrum eſt interpretis. *potuere* Cortio placuit. *hoc juris* dictum, ut Cicer. V. Verr. 47. *ne hoc quidem juris obtinuit*: ſic infr. 597. VIII. 95. X. 68. & alibi Liv. IX. XI. 9. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. I. 5.

498. *Quidquid cogitur*]. Pro ad quidquid. vide Cort. ad Plin. VIII. Ep. VI. §. 3. & idem Plin. X. Ep. 97. *quorum nihil cogi poſſe dicuntur*. vid. ad Virg. III. Aen. 56.

499. *Ilic*] *Illis* omnes fere. quod praecedentibus magis congruit. *ſidera pontum* Hamb. ſec. *diducta* ſex libri.

502. *Nigris terreniſque*] *Nigris terrenis* Rottend. tert. fraterna imago eſt ſol. vid. lib. V. 446. tellus inter Solem & Lunam venient, prohibet eam *luce ſolis*, quod dictum, ut apud Ovid. *Quid prohibetis aquis*, VI. Met. 349. ubi vid. Heinſ. *infererετ* recte. vid. ſupr. 411.

505. *Tantos cantu*] *Cantu tantos* Rottend. tert. Heinſ. ad Ovid. VII. Met 268. citat *dolores*. *coelo* Richel. & duo Cortii vide Markl. ad Stat. I. Silv. II 45. *deprenſa* tres, & Grotius, & Cortius. qui hic plura notaſſe ſe indicat ad Plin. VIII. Ep. XVII. §. 4. dubius haereo inter utramque lectionem, & *depreſſa* magis placere videtur, quia centies *deducere* carmine lunam magae dicuntur. vid. inf. 642. mox, *depoſitas* Thuan. ſec. & quart. *deſpe-*

Et patitur tantos cantu depreſſa labores
Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.
Hos ſcelerum ritus, haec dirae carmina gentis
Effera damnarat nimiae pietatis Erichtho,
Inque novos ritus pollutam duxerat artem.
Illi namque nefas urbis ſubmittere tecto
Aut laribus ferale caput: deſertaque buſta
Incolit, & tumulos expulſis obtinet umbris,
Grata Deis Erebi. coetus audire ſilentum,
Noſſe domos Stygias, arcanaque Ditis operti
Non Superi, non vita vetat. tenet ora profanae
Foeda ſitu macies, coeloque ignota ſereno,
Terribilis Stygio facies pallore gravatur,
Impexis onerata comis. ſi nimbus, & atrae
Sidera ſubducunt nubes, tunc Theſſala nudis
Egreditur buſtis, nocturnaque fulgura captat.

Se-

ſpumat Barberin. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 773.

507. *Hos*] *Hoc* edit. Gryph. vitioſe. & *dirae* Thuan. quart. & Rottend. tert *carmina* noſtri omnes. vide ſupr. 444. & puto recte. non omnia carmina, ſed illa, quibus aliae magae orabant Deos tam ſuppliciter: infr. vſ. 523. ſemel tantum canebat & orabat, ſed imperantis modo, nec ſecundum carmen exſpectabant ſuperi: ideo nimiae pietatis damnabat aliarum carmina, & novos ritus inſtituerat, quos jam enarrabit Poëta. *damnavit* volebat Heinſ. *minimae* Rottend. tert. & a m. ſec. Thuan. ſec. *Erecto* Richel. *inque novos rictus* Hamb. ſec. more ſollemni librariorum, *c* literam multis vocibus inſerentium: ſic & apud Claudian. VI. Conſ. Hon. 152. *rictus* pro *ritus* in quibusdam. Odioſe vero repetit hic Lucanus *ritus*. hinc Gujetus *uſus* ſupponebat.

510 *Urbis*] *Urbi* Hamb. quart.

512. *Umbris*] *Urnis* Voſſ. a m. ſec. & MS. Cortii.

514. *Noſſe*] *Poſſe* Thuan. ſec. *domus* quatuor. *vita vetant* Thuan. quart. v. ſupr. 487. male exponit Scholiaſtes. vid. ſupr. vſ. 311.

516. *Sereno*] Tollit hic diſtinctionem Cortius. ſed an *ignota* non poteſt aeque jungi τῷ *ora*; ac τῷ *facies*? mox, *ſqualore*, Heinſius, neo alienus erat ab hac conjectura Cortius. ſed vid. ſupr. v. 216. & ad Valer. Fl: I. 229. mox, *ornata comis* Thuan. ſec. immo potius inornata erat. Sed denſos & impexos, & ideo implicatos inter ſe capillos innuit, quibus onerata erat.

520. *Egreditur*] *Erigitur* Rottend. ſec. *nuda buſta* Omnibonus explicat aperta: rectius Sulpitius ſine cadaveribus, quae ſupr. vſ. 511. *deſerta* vocavit. Sed quum ex *mortibus*, id eſt, cadaveribus ſupr. 486. artem exercebant, *nuda* hoc ſenſu illa buſta vix placent, niſi ex ſequentibus repetas, illam e pompa funebri & rogis rapuiſſe cadavera, & ita prohibuiſſe ſepulchro. Sed non omnia credibile eſt buſtis arcuiſſe. etiam vſ. 538. *ſaxis*

Semina fecundae ſegetis calcata peruſſit,
Et non letiferas ſpirando perdidit auras.
Nec ſuperos orat, nec cantu ſupplice numen
Auxiliare vocat, nec fibras illa litantes
Novit: funereas aris imponere flammas
Gaudet, & accenſo rapuit quae tura ſepulcro.
Omne nefas Superi prima jam voce precantis
Concedunt, carmenque timent audire ſecundum.
Viventes animas, & adhuc ſua membra regentes,
Infodit buſto: fatis debentibus annos
Mors invita ſubit; perverſa funera pompa

Re-

ſervata quaedam ait. & quia haec ſacra magica nudipedalia erant, forte ſcripſerit, *nudis pedibus*, & eraſis, ut ſaepe factum, prioribus literis, quum *bus* reſtaret, librarius inde fecit *buſtis*. vel etiam *nuda* vacua, in quibus nullus cuſtos cadaverum, ut ſolebat, erat, ſed in quibus ipſa ſola habitare conſueverat, ut ita *nuda* regna Jugurthae, & *vacua mapalia* lib. II. 90. eligat lector. mox, *nocturnaque flamina* Cortius, ut erat in uno Voſſiano a m. ſec. ut per *flamina*, auram nocturnam intelligat. *fulmina* ſeptem. *tractat* Turrian. a m. pr. ſed *fulgura captat* poteſt dici, ut obſcura nocte iter monſtrent ſagae: ut ita *aëra captare* IV. 329. vid. ad Ovid. VII. Met. 820. fulgura tractaſſe magas alibi non legi.

521. *Segetis*] Ex Voſſ. Oudendorpius *preſſis* adducit, ſed debet eſſe *meſſis*, ut Heinſius ex eodem codice notavit. mox, *perdidit aures* Hamb. pr. male. nam ſupplendum eſt, non letiferas reddidit letiferas, ut recte Cortius ad Plin. III. Epiſt. IX. 12. *herbas* Gujetus. in Valerii Flac. loco VI. 441. *flatus* vix locum habere poſſunt, quia Medea non aërem dicitur inficere, ſed ſidera & ſolem in ſtuporem redigere murmure magico: non omnia magis attributa etiam in Medeam congerit Flaccus. quare codices ibi ſequi tutius puto.

524. *Litantes*] *Latentes* ſex. *litantis* tres libri. *funereasve* volebat Heinſ. *rapuit quoque tura* Thuan. ſec. *tura* rogis impoſita docet locus lib VIII. 729. IX. 10 & 1094. & ita vulgata poteſt ſervari. cogitaveram olim, *rapuit quae plura*, ut omnia inde feralia auferret, ignem, ligna, munera, quae injiciebantur rogo, & alia. ſed ſequamur libros ſcriptos.

527. *Precantis*] *Precanti* Rott. tert. & MS. Cortii.

531. *Invita*] Vid. Markl. ad Stat. I. Silv. VI. 77. *Perverſam pompam* male explicant nonnulli. ſed vera eſt Hortenſii expoſitio, a tumulis domum verſus retulit. id eſt, effecit, ut cadavere vacuae exſequiae redirent domum, nec ad rogum pertenderent, quia maga jam rapuerat cadaver. vid. & Aurelium ad Tacit. II. Annal. p. 223. *detulit* tres. *lectum* quinque, quod nec facile repudiem, ut torum, in quo efferebantur, intelligat.

533. *Ardentia*] *Arentia* Heinſius corrigebat. *a mediis* Voſſian. & Thuan. ſec. *ipſa* plurimi.

535. *Nigroque volantia fumo*] Non facile haec mutem cum viris doctis. *fragmenta* enim volantia ſunt favillae, ut apud Sil. Ital. XVII. 104.

Semiuſtaque caſtra
Ardenti volitant per nubila ſumma favilla.

ubi

Retulit a tumulis: fugêre cadavera lectum.
Fumantes juvenum cineres, ardentiaque oſſa
E mediis rapit ipſa rogis, ipſamque, parentes
Quam tenuere, facem: nigroque volantia fūmo
Feralis fragmenta tori, veſteſque fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra favillas.
Aſt ubi ſervantur ſaxis, quibus intimus humor
Ducitur, & tracta dureſcunt tabe medullae
Corpora; tunc omnes avide deſaevit in artus.
Immergitque manus oculis: gaudetque gelatos
Effodiſſe orbes: & ſiccae pallida fodit

Ex-

ubi vide notas. *ſtramenta* ſi quis praeferat, poteſt ea capere de papyro, unde facta docet Salmaſ. Exerc. Plin p. 398. & 1002. ut notarat Heinſius. ſed non placet. in Cortii Codd. erat varie, *nigroque volumina*, *nigro volitantia*, & *nigroque fumantia*. ut etiam in Richel. *fracmenta* duo Thuanei, ut etiam ſupra vſ. 293. Cuningham. adſcripſerat codici ſuo, *nigrumque vomentia fumum*.

536. *Veſteſque fluentes*] *Veſtemque fluentem* Heinſius malebat; an laxam & fluxiorem, ut ſolebant habere lautiores? an ſtillantem unguenta, quibus uncta cadavera? an fluentem ſenſim igne conſumtam, & in cineres labentem? quod praefero, & tunc *olentes* favillas ad corpus unctum refer cum Heinſio. ſed veſtes poſſunt etiam ſtragulae, quibus torus funereus inſternebatur, intelligi. ut apud Petron. cap. XLII. *tamen bene elatus eſt*, *vitali lecto*, *ſtragulis optimis.* & hoc vulgo notum. has veſtes igne, eodem modo, ut de tabe vidimus lib. I. 241. fluentes in cineres, colligit. *colligit & cineres* duo Thuan. *olentis* Six. & Hamb. ſec.

539. *Tracta*] Exponunt, contracta, extracta vel detracta, & per *tabem* intelligunt ſanguinem & alios humores, quibus eductis dureſcunt in corpore omnia membra, ita ut *ducitur* debeat capi pro educitur. in Voſſiano erat *tractae*; ſed forte rectius, *medullae tractae tabe*, eſt contagione vitiatae, & exſiccatae & conſumtae: eodem etiam modo viventes homines tabes conficit, & macros & ſiccos facit, ut hic poëta fingit in cadavere omnia ſicca, dura & gelata. *trahere* autem de contagione & ſimilibus dici nemo ignorat. vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 364. ubi medullam in tabem tractam interpretatur, fere ut Scholiaſtes. utraque lectio habet, quo ſe tueatur: ſed & poſſet quis malle, *tactae*, ut medullae tactae tabe corpus dureſcat. *medullam* vero capio de omni ſuco, non modo in oſſibus, ſed omnibus membris. ut ita *medullam arboris* dixit lib. IV. 307. & *filicum* ibid. 304. in MS. & ita ſaepe poëtae viſcera & medullas, ut mox 545. & 629. de interiori corporis parte vitali capiunt, quae tabe contracta liqueſcit, ut Ovid. XIV. Met. 431. Gujetus pro *ducitur*, malebat *ſugitur*. contra Heinſius pro *ſugunt* repoſuit *ducunt* ad Ovid. II. Faſt. 419 ego codices ſequor.

541. *Immerſitque*] *Immergitque* plurimi.

542. *Pallida*] Et hic iterum Heinſius *ſqualida* corrigebat. ſed tabes & ſiccitas illa fordes omnes durat & gelat colore mutato. *radit* etiam Hamb. pr. qualis diverſitas & lib. II. 425. notata. & hic admitti poſſet. contra mox, *arroſitque cruces* tentabat prius Heinſius, ſed mutata ſententia adſcripſerat vid. ſupr. vſ. 115.

543.

Semina fecundae ſegetis calcata peruſſit,
Et non letiferas ſpirando perdidit auras.
Nec ſuperos orat, nec cantu ſupplice numen
Auxiliare vocat, nec fibras illa litantes
Novit: funereas aris imponere flammas
Gaudet, & accenſo rapuit quae tura ſepulcro.
Omne nefas Superi prima jam voce precantis
Concedunt, carmenque timent audire ſecundum.
Viventes animas, & adhuc ſua membra regentes,
Infodit buſto: fatis debentibus annos
Mors invita ſubit; perverſa funera pompa

Re-

ſervata quaedam ait. & quia haec ſacra magica nudipedalia erant, forte ſcripſerit, *nudis pedibus*, & eraſis, ut ſaepe factum, prioribus literis, quum *bus* reſtaret, librarius inde fecit *buſtis*. vel etiam *nuda* vacua, in quibus nullus cuſtos cadaverum, ut ſolebat, erat, ſed in quibus ipſa ſola habitare conſueverat, ut ita *nuda* regna Jugurthae, & *vacua mapalia* lib. II. 90. eligat lector. mox, *nocturnaque flamina* Cortius, ut erat in uno Voſſiano a m. ſec. ut per *flamina*, auram nocturnam intelligat. *fulmina* ſeptem. *tractat* Turrian. a m. pr. ſed *fulgura captat* poteſt dici, ut obſcura nocte iter monſtrent ſagae: ut ita *aëra captare* IV. 329. vid. ad Ovid. VII. Met. 820. fulgura tractaſſe magas alibi non legi.

521. *Segetis*] Ex Voſſ. Oudendorpius *preſſis* adducit, ſed debet eſſe *meſſis*, ut Heinſius ex eodem codice notavit. mox, *perdidit aures* Hamb. pr. male. nam ſupplendum eſt, non letiferas reddidit letiferas, ut recte Cortius ad Plin. III. Epiſt. IX. 12. *herbas* Gujetus. in Valerii Flac. loco VI. 441. *flatus* vix locum habere poſſunt, quia Medea non aërem dicitur inficere, ſed ſidera & ſolem in ſtuporem redigere murmure magico: non omnia magis attributa etiam in Medeam congerit Flaccus. quare codices ibi ſequi tutius puto.

524. *Litantes*] *Latentes* ſex. *litantis* tres libri. *funereasve* volebat Heinſ. *rapuit quoque tura* Thuan. ſec. *tura* rogis impoſita docet locus lib VIII. 729. IX. 10. & 1094. & ita vulgata poteſt ſervari. cogitaveram olim, *rapuit quae plura*, ut omnia inde feralia auferret, ignem, ligna, munera, quae injiciebantur rogo, & alia. ſed ſequamur libros ſcriptos.

527. *Precantis*] *Precanti* Rott. tert. & MS. Cortii.

531. *Invita*] Vid. Markl. ad Stat. I. Silv. VI. 77. *Perverſam pompam* male explicant nonnulli. ſed vera eſt Hortenſii expoſitio, a tumulis domum verſus retulit. id eſt, effecit, ut cadavere vacuae exſequiae redirent domum, nec ad rogum pertenderent, quia maga jam rapuerat cadaver. vid. & Aurelium ad Tacit. II. Annal. p. 223. *detulit* tres. *lectum* quinque, quod nec facile repudiem, ut torum, in quo efferebantur, intelligat.

533. *Ardentia*] *Arentia* Heinſius corrigebat. *a mediis* Voſſian. & Thuan. ſec. *ipſa* plurimi.

535. *Nigroque volantia fumo*] Non facile haec mutem cum viris doctis. *fragmenta* enim volantia ſunt favillae, ut apud Sil. Ital. XVII. 104.

Semiuſtaque caſtra
Ardenti volitant per nubila ſumma favilla.

ubi

Retulit a tumulis: fugêre cadavera lectum.
Fumantes juvenum cineres, ardentiaque oſſa
E mediis rapit ipſa rogis, ipſamque, parentes
Quam tenuere, facem: nigroque volantia fūmo
Feralis fragmenta tori, veſtesque fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra favillas.
Aſt ubi ſervantur ſaxis, quibus intimus humor
Ducitur, & tracta dureſcunt tabe medullae
Corpora; tunc omnes avide deſaevit in artus.
Immergitque manus oculis: gaudetque gelatos
Effodiſſe orbes: & ſiccae pallida fodit

Ex-

ubi vide notas. *ſtramenta* ſi quis praeferat, poteſt ea capere de papyro, unde facta docet Salmaſ. Exerc. Plin p. 398. & 1002. ut notarat Heinſius. ſed non placet. in Cortii Codd. erat varie, *nigroque volumina*, *nigro volitantia*, & *nigroque fumantia*. ut etiam in Richel. *fracmenta* duo Thuanei, ut etiam ſupra vſ. 293. Cuningham. adſcripſerat codici ſuo, *nigrumque vomentia fumum*.

536. *Veſtesque fluentes*] *Veſtemque fluentem* Heinſius malebat; an laxam & fluxiorem, ut ſolebant habere lautiores? an ſtillantem unguenta, quibus uncta cadavera? an fluentem ſenſim igne conſumtam, & in cineres labentem? quod praefero, & tunc *olentes* favillas ad corpus unctum refer cum Heinſio. ſed veſtes poſſunt etiam ſtragulae, quibus torus funereus inſternebatur, intelligi. ut apud Petron. cap. XLII. *tamen bene elatus eſt*, *vitali lecto*, *ſtragulis optimis.* & hoc vulgo notum. has veſtes igne, eodem modo, ut de tabe vidimus lib. I. 241. fluentes in cineres, colligit. *colligit & cineres* duo Thuan. *olentis* Six. & Hamb. ſec.

539. *Tracta*] Exponunt, contracta, extracta vel detracta, & per *tabem* intelligunt ſanguinem & alios humores, quibus eductis dureſcunt in corpore omnia membra, ita ut *ducitur* debeat capi pro educitur. in Voſſiano erat *tractae*; ſed forte rectius, *medullae tractae tabe*, eſt contagione vitiatae, & exſiccatae & conſumtae: eodem etiam modo viventes homines tabes conficit, & macros & ſiccos facit, ut hic poëta fingit in cadavere omnia ſicca, dura & gelata. *trahere* autem de contagione & ſimilibus dici nemo ignorat. vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 364. ubi medullam in tabem tractam interpretatur, fere ut Scholiaſtes. utraque lectio habet, quo ſe tueatur: ſed & poſſet quis malle, *tactae*, ut medullae tactae tabe corpus dureſcat. *medullam* vero capio de omni ſuco, non modo in oſſibus, ſed omnibus membris. ut ita *medullam arboris* dixit lib. IV. 307. & *filicum* ibid. 304. in MS. & ita ſaepe poëtae viſcera & medullas, ut mox 545. & 629. de interiori corporis parte vitali capiunt, quae tabe contracta liqueſcit, ut Ovid. XIV. Met. 431. Gujetus pro *ducitur*, malebat *fugitur*. contra Heinſius pro *fugunt* repoſuit *ducunt* ad Ovid. II. Faſt. 419 ego codices ſequor.

541. *Immerſitque*] *Immergitque* plurimi.

542. *Pallida*] Et hic iterum Heinſius *ſqualida* corrigebat. ſed tabes & ſiccitas illa ſordės omnes durat & gelat colore mutato. *radit* etiam Hamb. pr. qualis diverſitas & lib. II. 425. notata. & hic admitti poſſet. contra mox, *arroſitque cruces* tentabat prius Heinſius, ſed mutata ſententia adſcripſerat vid. ſupr. vſ. 115.

543.

Excrementa manus: laqueum, nodoſque nocentes
Ore ſuo rumpit: pendentia corpora carpſit,
Abraſitque cruces: percuſſaque viſcera nimbis
Vulſit, & incoctas admiſſo ſole medullas.
Inſertum manibus chalybem, nigramque per artus
Stillantis tabi ſaniem, viruſque coactum
Suſtulit, &, nervo morſus retinente, pependit.
Et quacumque jacet nudum tellure cadaver,
Ante feras, volucreſque ſedet: nec carpere membra
Vult ferro, manibuſque ſuis, morſuſque luporum
Exſpectat, ſiccis raptura e faucibus artus.
Nec ceſſant a caede manus, ſi ſanguine vivo

Eſt

543. *Nodoſque nocentes*] *Recentes*, ut erat in variis lectionibus olim editis, probabat Delrio Disquis. Magic. III. part. I. Quaeſt. IV. Sect. 25. Sed neſcio an poſſet commode explicari. ita commutantur haec apud Ovid. IV. Met. 434. *nocentum* Heinſius praeferebat; id eſt, ſuſpenſorum, qui laqueo vitam finiverunt. *nodoſque lacertis* Thuan. ſec. latet ulcus. *nodi nocentes* nec ſono, nec ſenſu placent. *manus nocentes*, quibus vim nobis adferimus, dici poſſe non nego, ut lib. IX. 269. & Ovid. I. Art. 260. *nocens manus*. ſed *nodos* vix puto. cogitaveram & *necantes*; ſed nec hoc ſatis arridet: nihil melius quam *nocentum* occurrit; ut ita lib. III. 13 *manes nocentes* pro *nocentum* dedere alii. dici vero eo modo *infelix lignum* non puto; ſed quia felicibus arboribus, id eſt, fertilibus, & viridibus opponitur. *rumpit* multi.

545. *Cruces*] *Crucem* Rottend. tert. *perculſaque vulnera* Rottend. ſec. *viſcera membris* MS. Cortii. *volſit* Cortius.

546. *Admiſſo*] *Amiſſo* Rottend. ſec. & Turr. mox, *chalyben*, ut ſupr. 398 intelligit clavos, quibus cruci adfigebantur nocentes.

548. *Tabi*] *Tabo* Rottend. ſec a m. ſec. ut ita *tabe ſtillans* lib. IX. 697. & *fluens* II. 166. & paſſim. vid. ad IV. 321. Poëta anonymus de Geſtis Caroli M. ex edit. Reinecii p. 66. & Leibnit. tom. I. Rer. Brunsv. pag. 156.

Stillans e vulnere tabo
Prodiderat toto concretum corpore virus.

ubi videtur *tabo* poſſe capi in nominativo pro *tabum*, niſi ita ſit legendum. *tabum* vel *tabo* ſtillans e vulnere prodiderat virus. *concretum* ibi eſt, quod hic *coactum* vid. & Serv. ad Virgil. III. Aen. 29. *tabis* Thuan. quart. & Rottend. pr. mox, *& nervos morſu* Richel. & Langerm. a m. pr. *nervo morſum* Rottend. ſec. *nervo morſu* Oiſel.

550. *Et quodcumque*] *Quacumque* Rott. ſec. *quocumque* Rottend pr. & Hamb. quart. quod unice verum putat Oudendorpius. ſed ſi jam liceret *quocumque*, ponere pro *ubicumque*, quod neſcio, certe non licet, puto, in eo verſu, ubi & *nuda tellure* occurrit: quare ego *quodcumque cadaver* praeferrem, id eſt, etiam viliſſimum, abjectum, nec ſepultura honoratum. ut mox 484. *nobilium & regum* cadavera ſequuntur. vid. ad Valer. Fl. III. 642. Heinſius etiam tentabat, *jacet viduum tellure*, id eſt, nulla terra injecta. ſed *nuda*, quod idem ſignificat, recte vindicatum Oudendorpio. *ante feras* vidimus ſupr. ad vſ. 145. id eſt, antequam illae veniant voraturae cadaver. *volucreſve* Thuan. tert. *volucres* Turrian.

551.

Eſt opus, erumpat jugulo qui primus aperto.
Nec refugit caedes, vivum ſi ſacra cruorem,
Extaque funereae poſcunt trepidantia menſae:
Vulnere ſic ventris, non, qua Natura vocabat,
Extrahitur partus, calidis ponendus in aris.
Et quoties ſaevis opus eſt, ac fortibus umbris,
Ipſa facit manes: hominum mors omnis in uſu eſt.
Illa genae florem primaevo corpore vulſit,
Illa comam laeva morienti abſcidit ephebo.
Saepe etiam caris, cognato in funere, dira
Theſſalis incubuit membris: atque oſcula fingens,
Truncavitque caput, compreſſaque dentibus ora

La-

552. *Luporum*] *Ferorum* MS. Cortii. mox, *raptura eſt* Hamb. tert. ſequentes duos verſus 554. & 555. ſpurios pronuntiat Cortius, & ſuſpecti ſunt Oudendorpio. agnoſcunt tamen omnes codices, ut & hos, qui ſequuntur, alios duos. *primus operto* Rottend pr. mox, *fuſum ſ. ſ. cruorem* quatuor. poſſent & quatuor hi verſus a Lucano eſſe profecti, ita ut primi duo privatas & domeſticas miſerias; reliqui duo publicas reſpiciant.

558. *Vulnere ſic ventris*] *Si & ventris* Richel. *ſi ventris* multi : *ſed ventris* Cortius ex ſuo MS. & ita unus Oudend. *nam qua* Hamb. ſec. *vocaret* Thuan. quart. forte, *vulnere mox*, vel *vix ventris*. non ordinaria naturae via, ſed novo vulnere facto in ventre extrahitur partus. *calidus* Sixii a m. ſec. quod forte aliquis adriperet, & ita aeſtus Oudendorpii componeretur ea lectione recepta. Calidus, ita ut exſtractus eſt, etiam calens aris imponitur. *gelidis* Hamb. tert. Sed gelidis & frigidis aris nihil imponitur, nec ſacra ſine igne fieri poſſunt. quare *calidis* perpetuo quaſi epitheto retinerem; nam ſatis intelligitur infans recens extractus utero matris calere. vid. ad Val. Flacc. II. 98.

561. *In uſu eſt*] *In uſum* Oiſel. id eſt, ad utendum; & ita paſſim *in* vel *ad uſum*. Petron. CXXXV. *faba ad uſum repoſita*. Liv. XXII. 20. *quod ſatis in uſum fuit ſublato*. vid ad Rutilii Iter vſ. 152. & ita mox 578. Senec. de Benef. III. 2. *in uſu ſunt*. id eſt, quotidie tractantur. verbum ſubſtantivum deeſt Hamb pr. mox, *e corpore* plurimi. *ex* Barberin. & tres alii.

563 *Abſcidit*]. *Accidit* Hortenſii margo. quod non ſpernendum. ſic *acciſi crines* Tacito de M. Germ. cap. XIX. *laeva*, quia in magicis ſacris. contra apud Virgil. IV. 704. Iris Didoni *dextra crinem ſecat*. mox, *cognato funere* Richel. & Turrian.

565. *Oſcula figens*] *Fingens* omnes fere ſcripti. non vero eſt ſimulare, & non vera oſcula dare; hoc enim magicis ſacris non convenire videtur, nec congruit truncato capiti, nec ori dentibus compreſſo, nec praemordenti linguam, quod occulte facere non poterat, ſed *oſcula*, ſi haec lectio ſit recipienda, pro ore ipſo caperem, ut lib. III. 739. quod in omnes formas manibus ſuis fingebat, & deinde truncato & mutilato capite, dentibus ipſum os laxavit, ut pateret. quod ſi non probetur, *figens* cum Cortio & aliis praeferrem. *luxavit* Hamb. quart. & a m. ſec. tertius Thuan. Sed *ora laxare* eſt,

 labiis

Laxavit: ſiccoque haerentem gutture linguam
Praemordens, gelidis infudit murmura labris,
Arcanumque nefas Stygias mandavit ad umbras.
Hanc ut fama loci Pompejo prodidit, alta
Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
Sub noſtra tellure diem, deſerta per arva
Carpit iter. fidi ſcelerum ſuetique miniſtri
Effractos circum tumulos, ac buſta vagati,
Conſpexere procul praerupta in caute ſedentem,
Qua juga devexus Pharſalia porrigit Haemus.
Illa Magis, magicisque Deis incognita verba
Tentabat, carmenque novos fingebat in uſus.
Namque timens, alium ne Mars vagus iret in orbem,
Emathis & tellus tam multa caede careret;
Pollutos cantu dirisque venefica ſucis

Con-

labiis diductis aperire, ut linguam praemordere poſſet. *arentem* Hamb. ſec. & Richel. & Cortii MS. nec hoc male. *in gutture* Thuan. ſec. & Rottend. pr. *infundit* Thuan. ſec. *mandavit ad umbras* dictum, ut apud Flor. II. 6. *Conſulentes, ſi quid ad uxores ſuas mandarent.*

571. *Titan medium*] *Medium Titan* Thuan. quartus. *ducere diem* hic dicitur, ut lib. v. 6. *Janus tempora ducit.* ubi vide, & Rutgerſ. v. Var. lect. 13.

574. *Effractos*] *Et fractos* Thuan. pr. Hamb tert. & Oiſel. *vaganti* Turr. *vagantes* Hamb. ſec.

575. *In caute ſedentem*] *In rupe* Rott. ſec. vid. ad Ovid Remed, 179. & I. Met. 719. *Pharſalia* Hamb. pr. ita paſſim alibi. *Haemus* vero longius a Pharſalia aberat in Thracia. Sed haec confuſio regionum ſollemnis. vid. infr. VII. 479. & Oudend. ad lib. I. 680. *devexus*, eſt ibi jam humilior, quam in Thracia. vid. lib. II. 429. male ergo, *devectus* in var. lect.

579. *Ne Mars alium*] *Ut Mars* Thuan. quart. *alium ne Mars* Thuan. ſec. *novus iret* Hamb. tert. a m. pr. repetita voce ex praecedenti verſu. mox, *jam multa* S. Germ. Heinſius, *cumulata caede.* Sed ſolet Noſter *tam multa*, *tam magna* dicere. vid. I. 400. ubi tamen mutandum credidimus. & v. 365. VII. 653. *Polluto cantu* tres. *compreſſos* multi. *transferret bella* Thuan. ſec.

585. *Avertere*] In ſcriptis, *evertere*, *averrere*, *avellere*, *advertere* occurrit. mihi *avertere* ſatis placet. nimirum, ſperata ſepulchris & urnis ſuis, quibus aliter deberent condi & componi, illa in uſus ſuos avertere, & hoc *acquirere* ſibi exigit. ſic omnia ex rogis rapit & colligit ſibi ſupr. vſ. 536. ſic *avertere praedas* eſt ſibi rapere. vid. ad Virg. Aen. I. 472. & VIII. 207. & ſupr. ad lib. III. 150.

587. *Quid corpore Magni*] Heinſius hic *corpus Magni* pro exercitu Pompejano capiebat. ut lib. VII. 293. *ſparſumque ſenatus corpus*, & de qua ſignificatione plurima produxit

Conſperſos, vetuit tranſmittere bella Philippos,
Tot mortes habitura ſuas, uſuraque mundi
Sanguine: caeſorum truncare cadavera Regum
Sperat, & Heſperiae cineres avertere gentis,
Oſſaque nobilium, tantosque adquirere manes.
Hic ardor, ſolusque labor, quid corpore Magni
Projecto rapiat, quos Caeſaris involet artus.
Quam prior adfatur Pompeji ignava propago.
O decus Haemonidum, populis quae pandere fata,
Quaeque ſuo ventura potes devertere curſu,
Te precor, ut certum liceat mihi noſcere finem,
Quem belli fortuna parat. non ultima turbae
Pars ego Romanae, Magni clariſſima proles;
Vel dominus rerum, vel tanti funeris heres.
Mens dubiis percuſſa pavet, rurſusque parata eſt

Cer-

rit ad Virgil. XII. 835. Sed hoc durum videtur, nec reſpondet Caeſaris artubus, qui corpori ipſius Pompeji opponuntur. Quare de ipſo Pompejo & Caeſare, quos ſperat hoc proelio caſuros, & ſe ex eorum corporibus membra, quae velit, rapere in uſus magicos, jam nunc laborat & meditatur. *capiat* Rottend. pr. & S. Germ. *rapere corpore*, pro ex, vel a corpore. ſic lib III. 451. *rapti juvenci aratro.* mox, *quos immolet* Hamb. tert. ſed perperam. *involet arvis* Voſſ. *prius* etiam Hamb. quart. & Barberin.

590. *Pandere*] *Prodere* Barber. non male. vid. lib. I. 632. & infr. VII. 151.

591. *Divertere*] *Devertere* fere omnes. *caſu* Turr. vid. ſupr. h. l. 423. deinde, *deprecor* Rottend. tert. vid. ad Ovid. XVI. Epiſt. 170. *ut certo* Heinſius. *liceat cognoſcere* Hamb. quart. & Barber. & unus Heinſ. *parat*, Thuan. ſec. & Rottend. tert. & Cortius, qui hic & lib. II. 126. indicativum ſe adſerere dicit ad Plin. II. Ep. 10. poſſet &, *quem bello Fort. paret*, ut lib. VIII. 428. variant, *paci* vel *pacis finem precari.* ſic Ovid. II. Art. 733. *finis adeſt operi:* ubi & *operis* alii. & ita paſſim: *certus finis* hic eventus non dubius & ambiguus, ut ſolent vaticinatores & oracula edere. v. infr. 771. alio ſenſu *certi fines* Horat. I. Sat. I. 106.

596. *Dubiis*] *Dubii* Turrian. *percuſſa* plurimi, quod rectum, licet Barth. ad Stat. IV. Theb. 260. *perculſa* praeferat. vid. Heinſ. ad Virgil. I. Aen. 517. *labat* recepit Cort. ſed multo melius *pavet*. ſic ſupr. 419. *ſpemque metumque ferunt dubios.* & *dubiis pavere* opponitur τοῖς *certos ferre metus.* Ovid. III. Faſt. 362.

Sollicitae mentes ſpeque metuque pavent.

& centies de metu hoc verbum occurrit. quod ignoratum turbavit ſenſum, quem non ceperunt interpretes. *labat* mens, quum eſt incerta quod conſilium capiat. ut apud Terent. Eun. I. 2. & alibi. hic vero ait Sextus, mens mea percuſſa eſt dubiis, & haeret inter ſpem & metum; ſed ſi vis mihi certa

pro-

Certos ferre metus. hoc caſibus eripe juris;
Ne ſubiti, caecique ruant: vel numina torque,
Vel tu parce Deis, & Manibus exprime verum.
Elyſias reſera ſedes, ipſamque vocatam,
Quos petat e nobis, Mortem tibi coge fateri.
Non humilis labor eſt: dignum, quod quaerere cures
Vel tibi, quo tanti praeponderet alea fati.
Impia laetatur vulgatae nomine famae
Theſſalis, & contra: *Si fata minora moveres,*
Pronum erat, o juvenis, quos velles (inquit,) *in actus*
Invitos praebere Deos. conceditur arti,
Unam quum radiis preſſerunt ſidera mortem,
Inſeruiſſe moras: &, quamvis fecerit omnis
Stella ſenem, medios herbis abrumpimus annos.

At

prodere fata, etiamſi aliter, ac ſpero, res cadat, & clades nobis immineat, parata eſt mens ſcire etiam certos metus & ferre. *rurſus* enim hic notat *contra*: vid. Serv. ad Virgil. II. Georg. 78. IV. 534. & Paſſerat. ad Propert. IV. II. pag. 576. quare hoc juris eripe caſibus, ne, ut ſunt natura ſua, incerti maneant, ſed da mihi certos fines noſcere, licet adverſa belli Fortuna paret. in Rottend. ſec. & MS. Cortii erat, *hoc caſibus eripe duris.* male. ſic ſupr. 496. *hoc juris in omnes eſt illis.* vid. & VIII. 95. Sic *hoc oneris* IV. 389. *hoc animi* X. 68. *nec ſubiti* Hamb. ſec. *caeſique* Thuan. quart.

600. *Ipſamque vocatam*] *Vocantem* Barber. *quas petat* Sixii a m. ſec. *quem* apud Servium ad XI. Aen. 197. ut in MSS. & Ed. Baſil. ſed vitioſe: alii Cod. & Edd. *a nobis. tibi* & *ſibi* variant in ſcriptis Servii. *a nobis* Hamb. quart. & Oiſel. *ex nobis* Oiſel. *e vobis* Hamb. pr. & *nobis* Richel. *mihi coge* multi, & Cortius, cujus MS. *tu coge*, de *Morte*, numine, vel Orco. vid. Barth. ad Stat. III. Silv. I. 172. & IV. Theb. 528. & Cerdam ad Virgil. XI. Aen. 197.

602. *Labor eſt*] *Labor*, & *dignum* Heinſius. *dignum quod* plurimi. *dignum* & Voſſ. a m. ſec. *curas* Hamb. pr. mox, *quod tanti* idem. conjectura Oudendorpii, *at dignum* poſſet confirmari illo Virgiliano ex III. Georg. 6.

In tenui labor: at tenuis non gloria.

604. *Laetatur*] *Laetantur* Oiſel. *vulgatae laetatur* Thuan. pr. & tert. *vulgato* tres. de hoc verbo vid. ad Val. Flac. V. 74. & Nemeſ. Cyneg. 47. *Theſſalicis contra* Rott. ſec.

605. *Fata minora*] Nugantur hic interpretes veteres, dum ex interiori Philoſophorum diſciplina hic nimis ſapere volunt. vid. quae diximus ſupr. ad lib. V. 189.

607. *Praebere deos*] *Parere* Rottend. ſec. & Langerm. *invictos* Rottend. ſec. & MS. Cortii.

608. *Unam cum radiis*] *Unum cura deis* Thuan. pr. a m. ſec. ubi apparet mos librariorum voces & ſyllabas contrahentium, vel ſeparantium, unde tot mendae irrepſerunt. *unum* etiam Oiſel. *inſervuiſſe manus* Rott. ſec. & Cod. Cortii; quod neſcio an probaverit Heinſius, certe adſcripſerat lib. II. 96.

&

At ſimul a prima deſcendit origine mundi
Cauſſarum ſeries, atque omnia fata laborant
Si quidquam mutare velis, unoque ſub ictu
Stat genus humanum: tunc (Theſſala turba fatemur)
Plus Fortuna poteſt. ſed ſi praenoſcere caſus
Contentus, facilesque aditus, multique patebunt
Ad verum: tellus nobis, aetherque, chaosque,
Aequoraque, & campi, Rhodopeaque ſaxa loquentur.
Sed pronam, quum tanta novae ſit copia mortis,
Emathiis unum campis attollere corpus,
Ut modo defuncti, tepidique cadaveris ora
Plena voce ſonent: ne membris ſole peruſtis,
Auribus incertum feralis ſtrideat umbra.
Dixerat: & noctis geminatis arte tenebris,

& 300. ubi vide. mox, *annos abr. herbis* Turrian. *arrumpimus* Thuan. quart. *aut ſimul* Hamb. quart. *& ſimul* Turrian.

614. *Stat genus humanum*] *Stat mortale genus* Rottend. ſec. & Cortius hic, & ad Plin. IV. Ep. 24. hinc Flor. IV. 2. *campis Philippicis fata humani generis commiſſa.* ideoque nihil hic ex uno & altero codice mutandum. vid. & infr. VII. 72. & alibi paſſim apud ſcriptores veteres. *nunc Theſſala* Thuan. tert. & Oiſel. *nos* Thuan. quartus.

615. *Sed ſi*] *Et ſi* Richel. mox, *faciles aditus* Thuan. quart. & Rottend. ſec. *at verum* Langerm. & Thuan. pr. a m. pr.

618. *Aequoraque & campi*] Markland. ad Stat. V. Silv. III. 209. legit, *& Tempe*, quod Bentlejum probaturum ſpondet. de ſimili conjectura in Virgilio vid. ad II. Georg. 486. ſed quum Tempe notent omnia amoena, ut probat, loca, quid opus hunc totius Graeciae locum delicatiſſimum inceſtare, & magicis ſacris damnare? *campi* hic oppoſiti *aequoribus*, generatim ſunt terrae planae; ſic apud Lucret. I. 18.

Denique per maria, ac montes, fluvioſque rapaces,
Frundiferaſque domos avium, camposque virentes.

ubi montibus & ſilvis opponuntur campi: ut *Rhodopeis ſaxis* hic. Plin. III. Ep. 19. *praedia campis, vineis, ſilvis.* V. 6. *arbuſta naſcuntur: prata inde, campique.* & paullo poſt, *campi deinde porro, multaque alia prata & arbuſta.* ubi ſunt campi, qui arantur. hic vero praecipue ſunt campi, in quibus proelia committi ſolent, qui pleni cadaveribus caeſorum in bello, loquantur nobis futura. ſic & in loco Statii III. Theb. 143. infr. vſ. 629. ab Oudendorpio adducto, & II. 703. ubi Barthius videndus, & ad X. 141. *nocte ſubit campos*, ubi nuper proelium erat commiſſum. & mox Noſter vſ. 634. *ſi tollere totas tentaſſet ampis acies*, & paſſim Noſter & alii. *Rhodopeaque* Thuan. quart. ſed reliqui *Rhodopeiaque.* ſed ſolent tunc quinque ſyllabarum facere *Rhodopeïa* Poëtae. v. Virg. IV. Georg. 461. Ovid. II. Epiſt. I. & ille ſaepe alibi.

619. *Sed pronum*] *At* Thuan. ſec. *pronum eſt* Richel. *ſit copia* Rottend. pr. *ſint* Oiſel.

Maeſtum tecta caput, ſqualenti nube, pererrat
Corpora caeſorum, tumulis projecta negatis.
Continuo fugêre lupi, fugêre revulſis
Unguibus impaſtae volucres, dum Theſſala vatem
Eligit, & gelidas leto ſcrutata medullas
Pulmonis rigidi ſtantes ſine vulnere fibras
Invenit, & vocem defuncto in corpore quaerit.
Fata peremtorum pendent jam multa virorum,
Quem ſuperis revocaſſe velit. ſi tollere totas
Tentaſſet campis acies, & reddere bello:
Ceſſiſſent leges Erebi, monſtroque potenti
Extractus Stygio populus pugnaſſet Averno.
Electum tandem trajecto gutture corpus

Du-

ullum corpus attollere campis Thuan. quart. *Et modo* Ed. Steph. Gryph. *trepidique* tres. *ſonant* Richel. de *plena voce* vid. ad Virg. I. Georg. 388. *nec membris* ſeptem, quod Cortius exhibuit.

625. *Maeſtum tecta caput*] Heinſius volebat *obtecta*. *nubes* hic poſſet capi de veſtis genere non craſſae, ſed tenuis. ut apud Petron. cap. LV. *nebula*: ſed quia hoc inſolentius videri poſſet, forte poſſet legi & diſtingui,

Maeſtum tecta caput, ſqualenti rupe pererrat
Corpora caeſorum, vel *in rupe*.

ut mox vſ. 639. *per ſcopulos, per ſaxa*: & deinde 641. *alta ſub rupe locatur*. ſqualentia vero loca a magis eligebantur; quae nunc a caeſorum & laceratorum ſanie & faetore ſqualebant magis: ſed non apparet, unde illi hic jacerent recens occiſi, & unde vſ. 619. *novae copia* mortis fuerit: nondum enim hic pugnatum fuerat, nec, quod ſciam, paullo ante hoc tempus, ut tepidum cadaver poſſet ibi reperiri, atque ita ſit Lucani haec ἀβλεψία. niſi leves velitationes praeceſſiſſe decretoriam pugnam ſtatuamus. ſed hoc credere prohibent acervi illi cadaverum, & ut vocat vſ. 633. *totae acies*. *rupes* vero & *nubes* commutantur etiam apud Ovid. XI. Met. 591. poſſet &, *rure pererrat corpora*, ut *ſqualentia arva* lib. V. 39. & paſſim. *nube* etiam ſuſpectum ſibi fuiſſe notaverat Heinſius. Sed nihil novaverat. deinde *crines paſſi*, ut erant fere ſacris his operantes magae, minus convenire mihi tecto capiti videntur, quod demum aperit, & crines impexos, quibus gravata & onerata erat vſ. 518. removet, & in tergum rejicit vſ. 655. *ſqualenti crine* ſenſum faceret commodum, ſed nimium a ſcriptis diſcedit.

628. *Impaſtae*] *Impactae* Thuan. quart. & a m. ſec. Rottend. tert. quod probabat Heinſius. ſed Lutat. ad Stat. II. Theb. 520. *impaſtae fugiſtis aves*, memoriae vitio, ut cenſet Cortius, cujus etiam MS. *in parte*. recte vero *impaſtae*. vid. Serv. ad Virg. I. Georg. 47. Stat. VI. Theb. 192. & hoc majorem magae potentiam indicat, quam etiam impaſtae, & quae jam ungues corporibus inſeruerant, fugiebant, fame eas non retinente. *vatem*, id eſt, cadaver, quod futura proderet.

629. *Scrutata*] *Servata* Hamb. pr. *pulmonis digitis* Thuan. quart. *ſtantes* hic ſunt non flaccidae, ſed rigentes, ut *ſtantes papillae* Lucilio apud Non. in *ſtare*, ubi vide. & Barth. & alios ad Statii I. Silv. II. 271.

632. *Pendent jam*] *Pendentia* ſex libri & ali-

Ducit, & inſerto laqueis feralibus unco,
Per ſcopulos miſerum trahitur, per ſaxa cadaver
Victurum: montisque cavi, quem triſtis Erichtho
Damnarat ſacris, alta ſub rupe locatur.
Haud procul a Ditis caecis depreſſa cavernis
In praeceps ſubſedit humus: quam pallida pronis
Urguet ſilva comis, & nullo vertice coelum
Suſpiciens, Phoebo non pervia taxus opacat.
Marcentes intus tenebrae, pallenſque ſub antris
Longa nocte ſitus, numquam, niſi carmine factum,
Lumen habet. non Taenareis ſic faucibus aër
Sedit iners, maeſtum mundi confine latentis,
Ac noſtri: quo non metuant emittere manes
Tar-

aliquot Cortii. *jam nulla* Richel. & Rottend. ſec. qui a m. ſec. habebat, *cuncta*. vir doctus apud Cortium *tam multa*, ut ſupr. 580. *pendentia nulla* Cod. Cortii. *revocare* Thuan. ſec. In Scholiaſte legendum, *nulla praeponderabant fata*, vel *nulla ponderabat. totis* Turrian. *tentaſſet acies campis* Thuan. ſec. & Hamb. tert. *reddere campo* S. Germ. *Ceſſiſſent Erebi leges* Thuan. ſec. *Herebi* plures codices.

636. *Extractus*] *Et tractus* Barberin. mox, *trajecto pectore* MS Cortii, qui *fortaſſe vere* addit. ſed quia integrum ſine vulnere hoc monſtrum potens Erichtho quaerebat, cujus viſcera eſſent illaeſa, recte eligit nullum vulnus, niſi in gutture habens cadaver. non, ut Grotius, cujus ipſa Erichtho guttur trajecerat: ſed cujus vulneri injecit uncum. *corpus trajecto gutture* eſt dictum, ut *lato venabula ferro* & ſimilia. Tyrtaeus *pede claudo* Juſt. III. 5. ubi v. Scheffer. ſi enim Grotium ſequamur, debuiſſet hoc corpus in acie caeſi hominis nullum vulnus accepiſſe, quod fingi vix poteſt, inter tot ibi jacentia cadavera & totas, ut ait, acies, ex quibus unum eligit, cujus vitalia illaeſa erant: recte cepiſſe Hortenſius videtur. nam, ut illa ſcrutari poſſit, poſtea novis vulneribus laxat pectora vſ. 668.

640. *Erichtho*] *Erecto* Richel. *Erictho* duo Heinſii. deinde *trahitur miſerum* Hamb. quart. & Turrian. mox, *montis cavi rupes* eſt periphraſis ſpeluncae, ut apud Virgil. I. Aen. 310. *rupem cavatam* explicat Servius.

642. *Caecis*] *Caeſis* Turrian. *deprenſa* Hamb. tert. a m. pr. vid. ſup. 505. *ſubſidit* illuſtris Buher. ad Petron. bel. Civ. vſ. 124. & ita etiam lib. I. 553. ſed codices omnes ſervant vulgatam. & ita Val. Fl. VIII. 5. *Jam Scyathos ſubſedit aquis*.

643. *Pallida*] Quum mox *pallens* ſequatur, Heinſius hic volebat, *ſqualida*, ut & timide conjiciebat Cortius, quia ille mox dedit, *ſqualens*, quod ibi malim, ſi codices addicerent: & bis terve jam ita viros doctos haeſitare inter has voces vidimus. *qua pallida* Rott. tert. mox, *nullum vertice* Barber. *ſuſcipiens* Hamb. pr. *Phaebo non pervia* illuſtrantur illis, quae habet Gronovius lib I. Obſerv. cap. 5. & Barth. ad Stat. IX. Theb. 591. vid. & ſupr. III. 400.

646. *Marcentes*] *Mergentes* Langerm. a m. ſec. *ſub antro* quinque.

649. *Confine*] *Cum fine* quinque. rarius in ſingulari occurrit *confine*, quum Noſter & alii magis *confinia* ament dicere ſed & Val. Flac. III. 374. *confine papillae* habet. *metuant*

Tartarei reges. nam quamvis Theſſala vates
Vim faciat fatis, dubium eſt, quod traxerit illuc
Adſpiciat Stygias, an quod deſcenderit umbras.
Diſcolor, & vario furialis cultus amictu
Induitur, vultusque aperitur crine remoto,
Et coma vipereis ſubſtringitur horrida ſertis.
Ut pavidos juvenis comites, ipſumque trementem
Conſpicit, exanimi defixum lumina vultu:
Ponite, ait, *trepida conceptos mente timores.*
Jam nova, jam vera reddetur vita figura:
Ut quamvis pavidi poſſint audire loquentem.

Si

tuant omnes. *admittere* Rott. tert. *Tartarei manes* Rottend. ſec. *num quamvis* Putean.

652. *Dubium eſt quod*] Varia hujus loci lectio. *dubium quod* S. Germ. *traxerat* tres. *illic* totidem. *deſcendit ad* ſex. *deſcendat ad* duo. *Stygiis umbris* Richel. dubitant etiam, interpretes an *aſpiciat* & *deſcenderit* ſit de maga, an de cadavere intelligendum, & hoc ita explicandum eſſet: illud cadaver, quod eo uſque traxerat, dubium eſt an per illas, ſimiles Taenariis, fauces umbras jam viderit tantum inferius jacentes, an deſcenderit ad eas. ſed tunc turbat, *quod deſcenderit*; nam non ſatis clare dictum, *dubium quod deſcenderit.* quare & poſſet ita conſtrui, dubium eſt an quod traxerit (id eſt, cadaver illud) *illinc* (ita enim tunc pro *illuc* legendum) an quod deſcenderit, adſpiciat umbras Stygias: ita ut *an* priori loco ſit omiſſum ut ſolet. *quod traxerit* autem dictum ſit ut vſ. 689. *quod queruntur*, *ſtrident*, *ululantque*, *ſibilent*, pro, querelas, ſtridorem, ululatum, & ſibila. ſed pro prima explicatione ita conſtruendum: dubium eſt, an Erechtho, quod (id eſt, quia) traxerit, vel evocaverit illuc, (ſub hanc rupem,) an quia ipſa deſcenderit, adſpiciat umbras. & ita nulla eſt ſynchyſis. & *emittere* tueri locum ſuum poſſet, quia id aliter fieri ſolet per Taenarias fauces; ſed hujus magae tantam eſſe vim, ut etiam per hanc cavernam Tartarii reges non metuant, ſed cogantur, emittere manes. & tunc praeſtaret legere, *non renuant emittere*, ſed tamen incertum eſſe dicit Poëta, licet tanta ſit ejus potentia, an traxerit umbras, an ipſa deſcenderit. eligat lector; mihi locus intricatus, nec etiam ad liquidum perductus videtur. *aperitur crine remoto* omnes noſtri.

657. *Ut pavidos*] *Et pavidos* Langerm. *ipſumque paventem* Hamb. quart.

659. *Timores*] *Pavores*, & *furores* in noſtris nonnullis & Cortii, in cujus etiam uno, *dolores*, ut & in Bersmanni.

661. *Ut quamvis*] Suſpectus Heinſio verſus, qui deletum volebat, & certe illud *poſſint* turbat: nam alloquitur juvenes & comites, & poſt *ponite* deberet ſequi, ut *poſſitis audire*. Sed & *poſſint* commode ad alios quosvis, quam comites Sexti trahi poteſt: reducetur ad vitam mortuus, & loquetur tam clare, ut omnes, quamvis pavidi, poſſint audire, ſi non audeant videre. ſimilis ſcena & fraus fere Pythoniſſae illius, quae Sauli excitare ſe Samuelem mentiebatur: pavidus enim Saulus nihil vidit, ſed audire etiam vocem Samuelis viſus ſibi, quam mulier ſcelerata, arte nefaria, fingebat. Sed de hoc agendi locus hic non eſt. *ripam ſonantem ignibus* illuſtravimus ad Virgil. 11. Aen. 301.

664.

Si vero Stygiosque lacus, ripamque ſonantem
Ignibus oſtendam, ſi me praeſente videri
Eumenides poſſunt, villoſaque colla colubris
Cerberus excutiens, & vincti terga Gigantes:
Quis timor, ignavi, metuentes cernere manes?
Pectora tunc primum ferventi ſanguine ſupplet
Vulneribus laxata novis: taboque medullas
Abluit: & virus large lunare miniſtrat.
Huc quidquid foetu genuit Natura ſiniſtro
Miſcetur. non ſpuma canum, quibus unda timori eſt,
Viſcera non lyncis, non durae nodus hyaenae
De-

664. *Poſſent*] *Poſſunt* Thuan. ſec. quod melius confirmat potentiam magae, quae hoc fieri poſſe adfirmat. *poſſent* & *poſſint* rem in dubio ponunt. *atque aſpera colla* Rott. ſec. & MS. Cortii, qui etiam conjiciebat, *vincti & poſt terga*, quia ſcilicet *manus poſt terga vincti*, vel *revincti* ſaepe apud alios occurrit. ſic Virg. I. Aen. 295. *vinctus aënis poſt tergum nodis*. Sed & Gigantes vincti terga, id eſt, vinculis tergo injectis, & ita alligati poſſunt intelligi. nam manus poſt terga revincti trahebantur deprehenſi, ut Sinon apud Virgil. II. Aen. 57. & alii; ſed Gigantes fuere in carcerem detruſi, & ibi catenis vincti, non manibus poſt terga ligatis, ſed corpori & tergo injectis vinculis. vide omnino Heinſ. ad Claudian. III. Conſ. Honor. 160. ubi memoriae nimis confidens vir illuſtris ex Lucano profert, *vincti membra Gigantes:* ita & Catilina vinctus apud inferos fingitur infr. 793. & ſeq. eodem modo dicitur, *vincti tempora verbena* apud Virgil. XII. Aen. 120. & ita alia membra *vincta* dicuntur, quae circumdata ſunt catenis. mox Heinſius etiam, *metuentis*, ſcil. cadaveris iſtius, quod volebat in vitam revocare. Sed nihil eſt mutandum. nam ſenſus eſt, ſi poſſunt me praeſente (tunc enim nocere non audent) ſine periculo videri Furiae, Cerberus &c. qui terribiles ſunt, & omnibus juſtum metum incutiunt, quis timor eſt videre manes, qui ipſi metuere ſolent? tentor vero vehementer, ut credam legendum eſſe vſ. 662. *ſi vere Stygiosque* &c. non fictos & ſimulatos, ut aliae in ſacris magicis ſagae, ſed veros, & ita ut ſunt apud inferos, vobis oſtendere poſſum. ſic infr. 732.

jam vos ego nomine vero
Eliciam, Stygiosque canes in luce ſuperna
Deſtituam &c.

videant eruditi.

667. *Supplet*] *Complet* Rott. ſec. & Hamb. tert. apud Servium ad Virgil. VI. Aen. 149. in edd. vitioſis *ſupplent* habetur. mox *laſſata* Voſſianus. vid. ad lib. I. 614.

670. *Foetu*] *Foeto* Hamb. pr. *ſiniſtra* inter var. lect. quia ſcilicet alibi *ſiniſtra natura* occurrit. vid. ad Phaedr. lib. II. Epilog. ſed imitatio Claudiani lib. I. in Rufin. 29.

Erebi quoſcumque ſiniſtro
Nox genuit foetu.

vindicat vulgatam. ubi multa Barth. de hac voce cumulat.

672. *Durae nodus Hyaenae*] De nodis in corpore vide Gronov. I. Diatrib Stat. cap. 15. Explicant vero hic ſpinam Hyaenae, quae flecti nequit. Sed Salmaſius Exerc. Plin. p. 766. capit de magico impedimento ex Hyaena, unde defixio ſequebatur. credo priorem explicationem veriorem: non enim vi-

 vus

Deſuit, & cervi, paſti ſerpente, medullae:
Non puppim retinens, Euro tendente rudentes,
In mediis echeneis aquis, oculique draconum,
Quaeque ſonant foeta tepefacta ſub alite ſaxa:
Non Arabum volucer ſerpens, innataque rubris
Æquoribus cuſtos pretioſae vipera conchae:
Aut viventis adhuc Libyci membrana ceraſtae,
Aut cinis Eoa poſiti Phoenicis in ara.
Quo poſtquam viles, & habentes nomina peſtes
Contulit: infando ſaturatas carmine frondes,
Et, quibus os dirum naſcentibus inſpuit, herbas
Ad-

vus homo hic erat defigendus, ſed mortuus reddendus vitae, per artem magicam & medicamina, inter quae hîc nodus Hyaenae adhibetur. *dirae* erat in Rottend. tert. & Grot. Ed. de Hyaena vide quae congeſſerunt Ritterſh. ad Oppian. Cyneg. III. 163. L. Allatius ad Euſtath. Hexahem. p. 163. & Salmaſ. Exerc. Plin. 766.

673. *Paſti ſerpente*] *Paſtae medullae* Richel. ſed *paſti medullae* multi. Heinſius *paſtae ſ. medullae* volebat legi, quod nec Oudendorpio, nec amico ejus, diſplicebat. ſed mihi durius videtur conſtruere, *medullae cervi paſtae ſerpente*, quum melius procedat, *medullae cervi, paſti ſerpente*, id eſt, cervi, qui comederat, ut ſolere dicuntur, ſerpentem. ſic Tertullianus de Pallio cap. III. *Taceo cervum, quod & ipſe, aetatis ſuae arbiter, ſerpente paſtus, veneno langueſcit in juventutem.* quem locum etiam adducit Rivinus ad Dracontii Hexahem. pag. 521. ubi & alia habet. Idem Dracont. II. 61.

Cerva ſalutaris paſto ſerpente medela eſt:

medullam vero cervi pro adipe, vel etiam pro cerebro capi docet Keuchenius ad Ser. Samon. cap. IX. & XXV.

674 *Euro tendente*] Ex MS. probato profert Cortius, *tundente*. Sed improprie admodum, & neſcio an exemplo idonei ſcriptoris dicatur ventus *tundere* vela, vel rudentes; & ſi unus aut alter ita forte locutus ſit, quid opus inſolita inſerere ſcriptoribus, quum *tendere* ſit in hac re obvium. ſic Noſter III. 683.

Saepe noto plenae, tenſiſque rudentibus actae.

Virgil. III. Aen. 268. *Tendunt vela noti*, ubi in praecedenti erat, *excuſſoſque jubet laxare rudentes*, ubi in aliquo codice vidi, *Extentoſque*. & Ovid. Ep. XIII. 15.

Incubuit Boreas, abreptaque vela retendit.

Idem I. Triſt. XI. 19.

Nunc quoque contenti ſtridunt Aquilone rudentes.

ubi etiam unus codex, *nunc etiam tenti.* & paſſim, etiam apud Noſtrum, *tendere vela, carbaſa*, & ſimilia. mox, *Ethneus*, *Echinus*, *Echinis*, *Echinnus*, *Echaenois* varie legitur.

676. *Tepefacta*] *Stupefacta* MS. Cortii.

679. *Libyci*] Ita maxima pars librorum. *Libycis* Thuan. ſec. *Libyae* Rott. ſec. Cortius malebat, *Libyos*; intempeſtive ſane. recte Grotius & Oudendorpius *Libyci* praetulerunt. Claudian. II. Rapt. 345.

Extendunt ſocios ad pocula plena ceraſtas.

ubi etiam quidam, *ſocias*. *Cariſtae* Rott. tert.

681. *Et habentes*] Cortius edidit, *nec habentes*, ut ante eum Farnabius jam ſuſpicatus erat, ſatis probabiliter; nec diſplicuit

Ou-

Addidit, & quidquid mundo dedit ipſa veneni:
Tunc vox, Lethaeos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos, confundit murmura primum
Diſſona, & humanae multum diſcordia linguae.
Latratus habet illa canum, gemitusque luporum.
Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur,
Quod ſtrident ululantque ferae, quod ſibilat anguis
Exprimit, & planctus illiſae cautibus undae,
Silvarumque ſonum, fractaeque tonitrua nubis.
Tot rerum vox una fuit. mox cetera cantu
Explicat Haemonio, penetratque in Tartara lingua.
Eu-

Oudendorpio. & hoc *vilibus* convenit: nam licet non carerent proprio nomine hae peſtes, non tamen tam nobiles & celebratae erant, ut modo enumeratae. nobilibus ergo medicaminibus commiſcet vulgatas peſtes, id eſt, peſtiferas herbas. *ſine nomine* enim idem ſaepe eſt atque *ignobilis.* ſic Ovidius IV. ex Pont. XI. I. *Gallionem* appellans, dicit,

Gallio, crimen erit vix excuſabile nobis,
Carmine te nomen non habuiſſe meo.

vid. ad Ovid. IX. Met. 669. mox, *ſacratas carmine* Turrian.

683. *Os dirum*] *Dirum quibus os* Turrian. *durum* quatuor libri. *imbuit* Hamb. pr. *herbis* quatuor & totidem a m. pr. *adjicit* & Heinſius. Inſititium porro hunc verſum credit Oudendorpius. ſed tam facile jugulare, qui in omnibus codicibus legitur, religio mihi eſt. credo parum referre, *herbis*, an *herbas*, legas. Sed ſi *os* eſt accuſativi caſus durius eſt *inſpuere os alicui rei.* quare in nominativo capio, ut ita *lingua loqui*, *manus gerere* dicuntur, & ſimilia obvia. vid. infr. 798. *vox confundit murmura* eodem modo.

685. *Pollentior*] *Potentior* Thuan. ſec. gloſſatoris aut librarii imperiti metrorum puto. *confundit* omnes fere.

687. *Humanae*] *Humana lingua* Rott. tert. a m. ſec. *diſſortia* volebat Heinſius hanc vocem amans. vid. ad Ovid. II. Amor. XII. II. & Sabini Epiſt. I. 35. & alibi: ſed poſtea tamen hic *diſcordia* praetulit, adſcripto loco Silii XVI. 20.

Agmina barbarico tot diſcordantia ritu.

vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 93.

688. *Gemitusque*] *Gemitumque* multi, quod placuit Cortio. ego mallem in libris eſſet, *fremitus*, quod lupis magis proprium. Ovid. V. Met. 627.

Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes.

Sed contra codices nihil muto, quia variis animalibus *gemitum* dare ſolent Poëtae. vide doctiſſimi Cannegieteri Diſſertat. de Aviano cap. XVIII. vid. & inf. VII. 482. ubi montibus datur *gemitus.* ſequens verſus locum ſuum tueri poteſt. auctore vetere commentatore Horatii ad Epod. V.

690. *Anguis Exprimit*, &] Cortius diſtinguit poſt *anguis*; & novam periodum inchoat. *Exprimit & planctus* &c. *illaeſae cantibus* Thuan. quart. & Voſſ. *cantibus* Rott. ſec. *Eliſae cautibus* Heinſius. de differentia horum verborum *illidere* & *elidere* egregie agit idem Cannegieterus ad Aviani Fab. XI. 7.

692. *Tonitrua*] Lutatius ad Stat. I. Theb. 257. ubi *tonitru* neutro genere a Lucano dici ait, adducit, *fractaque tonitrua, in fulmen*

Eumenides, Stygiumque nefas, Poenaeque nocentum,
Et Chaos innumeros avidum confundere mundos;
Et Rector terrae, quem longa in ſecula torquet
Mors dilata deum: Styx, &, quos nulla meretur
Theſſalis, Elyſios, coelum, matremque peroſa
Perſephone: noſtraeque Hecates pars ultima, per quam
Manibus & mihi ſunt tacitae commercia linguae:
Janitor & ſedis laxae, qui viſcera ſaevo
Spargis noſtra cani: repetitaque fila ſorores
Fracturae: tuque ô flagrantis portitor undae,

Jam

quae cogitur aër, quae corrupta ſunt, & ultima verba explicationis loco adducta puto, & forte legendum, *fracta tonitrua, quum in fulmen cogitur aër*. & forte animo obverſata fuerunt illa Virgilii. ex v. Aen. 20. *in nubem cogitur aër*: vel legendum, *fractaeque tonitrua nubis, quum per fulmen nubes rumpitur*. nam non *fracta tonitrua* Noſter dixit, ſed *fractam nubem*. ſed hoc eſt hariolari. adducit haec etiam Servius ad Virg. v. Aen. 694. ſed Lucani nomine omiſſo. ubi male *nubes*.

695. *Eumenides*] Illa, *Stygiumque nefas, Poenaeque nocentum*, eſt periphraſis, & ad ſolas Furias pertinens, non ut tres diverſas invocet Deas. nam *Poenae* etiam Furiae dicuntur. vid. ad Valer. VII. 147. & hoc jam omnibus notum: & *Stygias virgines* vocat lib. II. 106.

696. *Confundere mundos*] Cortius *conſumere*, quod nuſquam in ſcriptis occurrit, nec Chao convenire puto, quod omnia confundit & permiſcet, ut fuit ante mundum conditum, rudis indigeſtaque moles, ſed quae omnia diſcreta & diſpoſita deinde fuerunt, ut Ovidius initio Metam. canit, & innumeri alii. *Avidum* ergo *Chaos* antiquae omnia maſſae, ſoluta compage, reddere eleganter dicitur, ubi communis rerum perturbatio timetur. vid. ad Valer. Fl. I. 831. quem locum ſine dubio in animo habuit Cortius, quia addit: Valerius: *Lapſumque queat conſumere mundum*. ubi & ipſe, in notis hunc Lucani locum laudans, edidi, *avidum conſumere mundum*, immemor nunc, unde hoc petierim eo tempore: nunc tamen errorem, in quem forte mea editio Cortium induxit, agnoſco, & *confundere* hic retinendum cenſeo. nam compagibus ſolutis omnia diſcreta confundi debent.

699. *Elyſios*] Nihil in hoc loco novandum puto, nec ſubintelligendum ſub *Elyſios*, vel Deos, vel animas degentes in Elyſiis campis: ſed *campos*. & ut ſcrupulus eximatur Oudendorpio, ecce, qui abſolute poſuit *Elyſios*, pro campis Elyſiis, Martialem lib. II. 52.

Tu colis Elyſios, nemoriſque habitator amoeni.

Elyſii poſſet ſervari, quod multi codices habent, ſi Oudendorpium ſequamur. Sed parum intereſſe credo, quia caſus illi paſſim variantur. *Elyſios* etiam poni pro iis, qui in Elyſio habitant, docet Scholiaſtes Barthii ad Stat. VIII. 15. Elyſios vero non mereri dicit Theſſalas, quia Deorum contemptrices ſunt, & profanae ſup. 515. male ergo pro *promeretur* poſitum vult Gujetus.

700. *Perſephone*] *Teſiphone* Thuan. ſec. *noſtrique Hecate* quatuor. *noſtrique Hecates* duo. *noſtraeque Hecate* tres. in Serv. ad Virg. VI. 118. etiam varie legitur hic locus, ut notavi ad eum. Heinſius olim conjecerat *ſors*, ſed rurſus induxerat, ſi codex aliquis faveret,

non

Jam laſſate ſenem, ad me redeuntibus umbris:
Exaudite preces: ſi vos ſatis ore nefando,
Pollutoque voco, ſi numqam haec carmina fibris
Humanis jejuna cano, ſi pectora plena
Saepe dedi, & lavi calido proſecta cerebro:
Si quis, qui veſtris caput, extaque lancibus infans
Impoſuit, victurus erat, parete precanti.
Non in Tartareo latitantem poſcimus antro,
Adſuetamque diu tenebris, modo luce fugata
Deſcendentem animam: primo pallentis hiatu

Hae-

non alienus eſſem ab Oudendorpii conjectura, *noſtrique, Hecate, ſpes ultima*, quae confirmari poſſet ex confuſione harum vocum, quae & in libris & apud Claudian. Bell. Get. 309. ubi pro

Pars nulla mei ſubducta procellae.

in MS. legitur, *ſpes nulla*. ſed quia *partem noſtri* ſaepe vocamus, quos amamus, deſideramus, *pars* retineri quidem poſſe puto, ſed iterum turbat τὸ *ultima*, cujus ratio mihi non ſatis conſtat. an quia poſt omnes alios inferos invocat, illam in his ſacris maximum pondus adferre credat. nec repudiandum temere, *pars maxima*, quod in Bersmanni codice eſt. nam *ultima*, *maxima*, *optima* ſaepe commutari ſolent. vid. ad Ovid. II. Met. 672. VII. 662. & II. Faſt. 570. & inf. VII. 47. & potuit librarius illud *ultima* repetiſſe ex aliis Poëtae locis, ut v. 7. VII. 7. Haereo etiam nunc in hoc loco. Gujetus imam, inferam interpretatur, ſed non intelligo; nam Proſerpina, an illa eſt pars infima Hecates, quum ipſa etiam, notante Gujeto, ſit Hecate dicta: ergo Perſephone, apud inferos dicta Hecate, eſt pars Hecates. tunc praeſtaret legi, *Hecate noſtri* ut quidam codices. mox, *moenibus & mihi* Langerm. a m. ſec.

702. *Janitor*] Sine dubio hic Cerberus intelligi debet: nam Mercurius ducit animas quidem ad inferos, ſed integras, neque umquam viſcera & pabula ſaevo cani ſparſiſſe legitur. Sed ille canis eſt Orthus, vel Orthrus, quem quia ſaepe confuderunt cum Cerbero, hinc Lutatius ad Stat. II. Theb. 29. dicit Cerberum cadaveribus paſci, & in hoc adducit hunc Lucani locum. *ſedes laxae* Oiſel. *laxae ſedis* Rott. ſec. & Hamb. tert. *fila ſororum* Thuan. ſec. a m. ſec. qui & ſeq. verſum non habebat. *tracturae* plurimi. *tacturae* Rottend. tert. *tractatae* Voſſian. mox, *laxate* quatuor. *precem* Thuan. tert. a m. pr.

707. *Fibris*] *Vobis* Thuan. ſec. *cano pectora*, omiſſo *ſi*, tres. *plana* Rottend. ſec. *dedi, lavi* ſine copula multi. *dedi calido & lavi* conjiciebat Cortius. ſed ad Plin. V. Ep. VI. §. 40. vulgatum adfert, ubi *lavare* pro adſpergere poni docet. *ſaepe Deo & lavi* Hamb. pr. & Langerm. mox, *ſi quiſquam* ſeptem. *ſi quisquis* Rott. tert. Turr. & Richel. ut volebat Oudendorpius.

712. *Non in*] Quatuor hi verſus laudantur a Servio ad lib. VI. Aen. 152. ut poſſit recentis cadaveris uti anima.

714. *Deſcendentem*] *Diſcedentem* quatuor. mox, *adhuc orti* Richel. *exaudiret* Richel. ellipſin hic τοῦ *tamen*, *ad manes tamen ventura*, invenit Cortius ad Plin. IX. Ep. I.

716. *Omnia*] *Omina* quatuor. *omnia fato* Hamb. ſec. ſic infr. 813. Heinſius, *tibi certior omina vates Ipſe canet.*

Haeret adhuc Orci. licet has exaudiat herbas
Ad manes ventura ſemel. Ducis omina nato
Pompejana canat noſtri modo militis umbra,
Si bene de vobis civilia bella merentur.
Haec ubi fata, caput, ſpumantiaque ora levavit,
Adſpicit adſtantem projecti corporis umbram,
Exanimes artus, inviſaque clauſtra timentem
Carceris antiqui. pavet ire in pectus apertum,
Viſceraque, & ruptas letali vulnere fibras.
Ah miſer, extremum cui mortis munus iniquae
Eripitur, non poſſe mori. miratur Erichtho,
Has fatis licuiſſe moras, irataque Morti
Verberat immotum vivo ſerpente cadaver:
Perque cavas terrae, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat, regnique ſilentia rumpit.
Tiſiphone, vocisque meae ſecura Megaera,
Non agitis ſaevis Erebi per inane flagellis

In-

719. *Fata*] *Dicta* Thuan. pr. *levabat* Barber.

720. *Adſtantem*] Videtur Scholiaſtes legiſſe, *abſtantem*, nec abſurde, quia anima nolebat corpori iterum jungi. nihil vero facilius quam haec verba commutare, quum *aſtare* ſcriberent etiam, ut hic editiones quaedam. umbra vero longe ſtabat, anima jam in limite orci erat, quam deinde revocat infr. 730. notum enim eſt umbras ab anima diſtingui, ut ſaepe docet Servius ad Virgilium.

721. *Exanimes*] *Exanimit* Sixii & Langerm. *exanimos* Cortius. *tumentem* Turr. & Barber. *ire pectus* Richel. *apertum* debet intelligi, novo vulnere a maga impoſito. vid. vſ. 668. mox *A miſer* quatuor. *munus iniquae* omnes mei.

725. *Miratur*] *Mirantur* Turrian. *Ericto* Richel.

728. *Egit*] *Egit carmina ripaì* Hamb. pr. a m. pr.

730. *Tiſiphone*] *Teſiphone* & *Theſiphone* in ſcriptis. hunc locum imitatur Statius lib. 11. Theb. 503. ut notat Lutatius. ubi *ſaevas* legitur; & Barthius dicit, Statium immanem Lucani luxuriam imitando aliquà caſtigare. *Herebi* hic iterum MSS. & mox denuo.

732. *Jam vos ego*] *Ego vos jam* Richel. mox, *Stygiosque canes* Thuan. quart. & Hamb. tert. a m. ſec. vid. lib. 1. 548.

734. *Deſtituam*] *Oſtendam* Thuan. pr. a m. ſec. repetitum ex vſ. 738. ſed *deſtituam*, id eſt, extractos ad ſuperos relinquam, & ne reverti ad inferos poſſitis efficiam. ſic dicuntur deſtitui belluae marinae in litore, apud Virgil. 1. Ecl. 61.

Et freta deſtituent nudos in litore piſces.

infr. IX. 335. & paſſim. *ſequor* Turrian. *per funera, cunctos* Hamb. tert. a m. ſec. *per funera, cunctis Exp. tumulis* Cortius.

738. *Vetabo*] *Vetabor* Thuan. ſec. mox, *quere continent* Turrian. *contineant* non mu-

Infelicem animam? jam vos ego nomine vero
Eliciam, Stygiosque canes in luce ſuperna
Deſtituam: per buſta ſequar, per funera cuſtos.
Expellam tumulis, abigam vos omnibus urnis.
Teque Deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta ſoles, Hecate, pallenti tabida forma,
Oſtendam, faciemque Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenſo terrae ſub pondere, quae te
Contineant, Ennaea, dapes, quo foedere maeſtum
Regem noctis ames, quae te contagia paſſam
Noluerit revocare Ceres. tibi, peſſime mundi
Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis,
Et ſubito feriere die. Paretis? an ille
Compellandus erit, quo numquam terra vocato
Non concuſſa tremit, qui Gorgona cernit apertam,
Verberibusque ſuis trepidam caſtigat Erinnyn,
Indeſpecta tenet vobis qui Tartara; cujus

Vos

mutem, & efficacius credo, quam *detineant*; eſt enim quaſi teneant carcere & vinculis concluſam & conſtrictam: *detinemus* ſermone, blanditiis & aliis modis, quibus moramur aliquem: vid. ad Ovid. I. Met. 683. ſed *continemus*, quum impedimus egredi. ut apud Virgil. I. Georg. 259.
Frigidus agricolam ſi quando continet imber. ubi vide quae diximus, & ubi Servius, ut non poſſit exercere agriculturam, explicat, per *detinet*, (ut etiam quidam Codices) *impedit*; ut forte hic quidam interpres feciſſe credendus, & inde nata ſit illa varietas, ut millies: *Ethnea* multi. *Hennaea* vel *Hennea* quinque. *Ennea* duo Leidenſes codices, apud Serv. ad Virg. I. Georg. 39. dein, *Regem Noctis ames maeſtum* Voſſian. & *quae contagia* alius Voſſii. *Contagia* hic contactum explicat Cortius ad Plin. IV. Ep. XI. §. 9. *removere* Hamb. pr. *revocare parens* Cortius, quod nuſquam reperi. *non voluit* Hamb. pr. a m. ſec. forte, *non valuit*, ut ſupr. 496.

744. *Et ſubito*] *Tu ſubito* Hamb. ſec. *ſubita* Rottend. tert. quod arripuit Cortius, ſed *dies* quum hic ſolem notet, ut paſſim, rectius maſculino genere ponitur. Apud Serv. ad V. Aen. 739. ex Lucano producitur, & *medio ferit axe diem*, ubi notavimus corruptum locum. ſed ad VIII. 246. recte legitur hic locus. *periere* Richel. *compellandus erat* Hamb. ſec. vid. ad lib. I. 31.

746. *Non concuſſa*] *Inconcuſſa* Thuan. ſec. *non excuſſa* plurimi, quod vehementiorem motum, quaſi ſede ſua excuteretur, notat. mox, *Erinnem* quatuor. *Erinnin* duo, ut Cortius.

748. *Indeſpecta*] *Indiſpecta* Langerm. quod Heinſio placebat, vel, *imperſpecta*. Cortius more ſuo, *non deſpecta* conjicit. *indeſpecta* recte, quia infra inferos eſt ille locus, in quem deſpicere non poſſunt. *deſpicere* enim eſt

Vos eſtis ſuperi, Stygias qui pejerat undas?
Protinus adſtrictus caluit cruor, atraque fovit
Vulnera, & in venas extremaque membra cucurrit.
Percuſſae gelido trepidant ſub pectore fibrae:
Et nova deſuetis ſubrepens vita medullis,
Miſcetur morti. tunc omnis palpitat artus:
Tenduntur nervi: nec ſe tellure cadaver
Paullatim per membra levat, terraque repulſum eſt,
Erectumque ſimul. diſtento lumina rictu
Nudantur. nondum facies viventis in illo,
Jam morientis erat. remanet pallorque rigorque;
Et ſtupet illatus mundo. ſed murmure nullo
Ora adſtricta ſonant. vox illi, linguaque tantum
Reſponſura datur, *dic*, inquit Theſſala, *magna*,
Quod

eſt ex alto ſpectare in inferiora, ut notum, & hoc, *cujus vos eſtis ſuperi*, indicare poteſt, quia ſub inferis alios inferiores credebant, quamvis & hoc notare poſſit, ſub cujus imperio & jure vos ſuperi eſtis, vid. Barth. ad Stat. VI. 364. & VIII. 81. *nobis qui* Rott. ſec. *pejerat* eſt hic impune pejerat, nec timet perjurii poenam.

750. *Fovit*] Heinſius corrigebat, *lavit*. Sed *fovere* medicinae verbum, pro curare, calefacere. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. ex Pont. XI. 20. XII. Met. 424. *in venis* Turrian.

*752. *Percuſſae gelido*] *Percuſſaeque tument gelido* Thuan. ſec. *perc. trepidant gelido* S. Germ. *trepidans* Hamb. tert. forte poſſet legi: *Percuſſo trepidant gelidae ſub pectore fibrae*. mox, *miſcentur* Turrian.

754. *Tunc omnis*] Heinſius capiebat in accuſativo caſu, vel legebat, *omnes artus*, vel etiam *omni palpitat artu*. poſſet *palpitare*, ut ſaepe ſimilia verba, activam vim habere, vel per graeciſmum dici, *palpitat artus*. ſed rectius Oudendorpius explicuit. in Hamb. pr. erat, *omnis p. aetas*. mox, *nunc ſe tellure* Turrian.

757. *Semel*] *Simul* Thuan. ſec. & Hamb. tert. a m. ſec. quod melius cenſeo: nam in terra quum inveniſſet cadaver, hoc non paullatim ſe levat, ſed a terra repulſum, ſimul & eodem tempore rectum ſtetit. & ita centies *ſimul*, noſter & alii utuntur. ſic *ſimul pariter*. III. 587. *diſtentu* Langerm. nota *rictum* hic de apertura oculorum poni. mox, *nondum ſpecies* S. Germ. *nam morientis* Rottend. tert. a m. ſec. *ſed morientis* Thuan. ſec. & Turr. omnia fruſtra: *jam* eſt, ut ante *ſimul*, eodem momento. *remanent* Cortius jure ſuo dedit. *vigorque* Rott. tert.

763. *Quod jubeo*] *Qua* Rottend. ſec. a m. ſec.

766. *Silvis*] *Signis* Hamb. pr. a m. ſec. an, *lignis*, quod librarius vel gloſſator adſcripſerat, ut *ſilvis* explicaret. ſed ſaepe Poëtae de rogo inſtruendo agentes totos montes, arboribus ſpoliatos, fingunt. & hinc *ſilvis* Lucanus, omnia augere amans, utitur. vid. Valer. Flacc. III. 332. Stat. VI. 88. & alios. ſic inf. 824. *robore multo Exſtruit rogum*. deeſſe vero hic unum verbum notavit Omnibonus, *tali ſepulchro condam*, *talibus ſil-*

Quod jubeo, mercede mihi: nam vera locutum
Immunem toto mundi praeſtabimus aevo,
Artibus Haemoniis: tali tua membra ſepulcro,
Talibus exuram, Stygio cum carmine, ſilvis,
Ut nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti vixiſſe iterum: nec verba, nec herbae
Audebunt longae ſomnum tibi ſolvere Lethes,
A me morte data. tripodas, vateſque Deorum
Sors obſcura decet. certus diſcedat, ab umbris
Quiſquis vera petit, duraeque oracula Mortis
Fortis adit. ne parce, precor. da nomina rebus,
Da loca, da vocem, qua mecum fata loquantur.
Addidit & carmen, quo, quidquid conſulit umbram,
Scire dedit. Maeſtum fletu manante cadaver,

Tri-

ſilvis exuram. niſi *ſepulchrum* pro rogo capias, ut ſupr. 526. vid. ad III. II. quod praeſtat.

768. *Sit*] *Si tanti* Ed. Gryph. vitioſe. *nec turba* Hamb. pr. *ſomnum tibi rumpere* Thuan. quart. Rott. ſec. quod amplexus Cortius, nec male. Ovid. III. ex Pont. VI. 55.

Ne tamen iſte metus ſomnos tibi rumpere poſſit.

Mart. XIV. 125.

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos.

ubi tres codices *perdere*; etiam non male. Noſter lib. VII. 24.

ne rumpite ſomnos
Caſtrorum vigiles.

vid. Oudend. mox ad vſ. 781. *rumpere* & *ſolvere* permutarunt etiam librarii. lib. III. 597. in variis lect. Stephani eſt, *ſenium tibi ſolvere*, quod non ſpernendum, neque a librariis facile proficiſci potuit. ita *ſenium aevi* lib. IV. 812. ita apud Cicer. de Haruſp. Reſp. cap. XVII. pro *ſomnium matricidarum*, in MSS. eſt *ſenium*, quod Graevius illuſtravit.

770. *Vateſque*] *Menſaſque* Turrian. a m. ſec. an, *menteſque Deorum*, ut apud Ovid. XV. Met. 136. *menteſque Deûm ſcrutantur in illis*, ſc. fibris. ſed forte *menſas* a gloſſatore eſt, qui *tripodas* explicabat. *mors obſcura* Rott. tert. a m. ſec. *decet* & *diſcedat* maxima pars codicum. *decet*, ut ejus mos eſt, teſte Senec. Oedip. 514. *certis diſcedat* Hamb. tert. *diſcedat certus* MS. Cortii. *vero petit* Richel.

773. *Ne parce*] *Nec* tres. *adit*, *vitamque precor* Hamb. pr.

774. *Fata loquantur*] Imitatus Statius VIII. Theb. 181. *cumquo volucres mea fata loquentur.*

775. *Umbram*] *Umbra* Thuan. ſec. *dedi* Richel. in diſtinctione Oudendorpii *conſulit* habet duplicem accuſativum. Sed & Latine verbum *dare* cum accuſativo & infinitivo conſtrui, patet ex Virg. VI. 67. *da Latio conſidere Teucros.* ut ibi videbimus. In locis, quae ex Noſtro adducuntur, dativus repetitur quidem, ſed inde non ſequitur non licere accuſativo uti: pro Oudendorpio tamen etiam poſſet dici, *conſulere* cum duplici accuſativo poſſe conſtrui: ita Cicer. VII. ad

Triſtia non equidem Parcarum ſtamina, dixit,
Adſpexi, tacitae revocatus ab aggere ripae:
Quod tamen e cunctis mihi noſcere contigit umbris,
Effera Romanos agitat diſcordia manes,
Impiaque infernam ruperunt arma quietem.
Elyſias alii ſedes, ac Tartara maeſta
Diverſi liquere duces: quid fata pararent,
Hi fecere palam. triſtis felicibus umbris
Vultus erat: vidi Decios, natumque, patremque,
Luſtrales bellis animas, flentemque Camillum,
Et Curios; Sullam de te, Fortuna, querentem.

De-

Attic. 20. *nec te id conſulo.* Stat. VII. Theb. 618. *non vos, longinqua, ſorores, conſulimus.* Claudian. II. Stilic. 287. *noſtros qui conſulis omnia patres.* & ita *conſulere rem* dixit Livius II. 28. ubi Rhenanus ex Plauto exemplum duplicis accuſativi adfert. quare in talibus optimum eſt codices ſequi; hic vero quisquis pro arbitrio diſtinguat, ego lectori permitto optionem.

777. *Triſtia non*] Malim *nondum*, cui melius reſpondet, *tamen.* deinde, *aſpexi* plurimi. *tactae revocatus a. a. ripae* Voſſianus: eleganter, quaſi jam pedem impoſuiſſet ripae, ut in cymbam Charontis tranſiret, quam tamen inſepultus nondum potuerat ingredi. & ita aeſtus Hortenſii de hoc epitheto *tacitae* evaneſcent. & hoc eſt, quod dixit ſupr. 714. *primo pallentis hiatu Haeret adhuc Orci.* nec in Tartareo latitaverat antro, ut dicit vſ. 712. nam licet omnia apud inferos ſaepe tacita & ſilentia dicantur, circa ripam tamen, ubi ſtabat, & ad quam ruebat effuſa & multa turba, orans ut tranſmitteretur, magnus erat *tumultus*, ut apud Virgil. VI. Aen. 305. & ſeq. in primis vſ. 317. minime ergo *tacita* ripa, ſed *tacta* hic praeferendum. eadem varietas fuit ſupr. lib. IV. 648.

Ut tandem auxilium tactae prodeſſe parentis.

ubi nonnulli codices, *tacitae*. deinde, *e functis* malebat Heinſius: miror cur non *e junctis*, id eſt, mihi proximis, correxerit, quam vocem ſaepe aliis in locis repoſuit. vid. lib. II. 194. & alibi. denique an recte *functae* umbrae dicantur pro functorum umbrae dubito, nec in exemplis inf. lib. VII. 818. ab Oudendorpio & aliis adductis ullum ſimile video. forte Heinſius inductus fuit illis Virgil. VI. 306. *defunctaque corpora vita.* quare, quum Lucanus multus ſit in hac voce *cunctus*, poſſet retineri, ut indicet magnam civili bello peremtorum, & ad inferos miſſorum turbam, quae uno ore civilis belli rabiem nuntiabat.

781. *Infernam*] *Aeternam* Hamb. pr. & Richel. & unus Heinſii. Heinſio conſultos codices ita habere ſcivit Oudendorpius ex notis Cl. Drakenb. ad Sil. III. 36. ſimilis variatio apud Claudian. II. Rapt. 331.

Et aeternam patitur rareſcere noctem.

ubi *infernam* in MS. *rapuerunt*, quod Cortio placuit ex ſuis, & in Voſſianis fuit, ſi pluribus firmaretur, non rejicerem facile. ſimilis varietas lib. IV. 151. & ſaepe alibi. ſed & ſupr. vſ. 768. *rumpere ſomnos* vidimus, & lib. I. 239. *Rupta quies populi.*

786. *Luſtrales*] Schol. Juvenalis Sat. VI. 156. habet *illuſtres*, quod ex interpretatione ortum: nam & ita hic Scholiaſtes inter alia *illuſtres* exponit. ſed male. imitatur Statius

Deplorat Libycis perituram Scipio terris
Infauſtam ſobolem. major Carthaginis hoſtis,
Non ſervituri maeret Cato fata nepotis.
Solum te, Conſul, depulſis prime tyrannis,
Brute, pias inter gaudentem vidimus umbras.
Abruptis Catilina minax, fractisque catenis
Exſultat, Mariique truces, nudique Cethegi.
Vidi ego laetantes popularia nomina Druſos;
Legibus immodicos, auſosque ingentia Gracchos.
Aeternis Chalybum nodis, & carcere Ditis
Conſtrictae plauſere manus, camposque piorum

Po-

tius x. Theb. 788.

Luſtralemne feris ego te, puer inclyte, Thebis,
Devotamque caput, vilis ceu mater, alebam.

ubi vide Barth. *animas bellis* tres. *de te Sullam* Thuan. quart. *Sulla* S. Germ.

792. *Inter gaudentem*] *Inter gaudentes* MS. Cortii.

793. *Abruptis*] Iterum hic ſtudio novandi Cortius, quum in ſcriptis reperiſſet *abrutis*, & *obrutis*, conjicit legendum, *Obrutus Catilina*, graviter in legem Pediam peccans, ut & fecerat ſupr. h. l. 35. in *diruta*, mediam producens ſyllabam. deinde dat, *ſpretisque catenis*, nec unde habeat nos docet: an quia effugit Catilina, nec in carcerem detruſus fuit, ut ejus ſocii. ſed an ideo non poſſet dici fregiſſe catenas? ſed & Sinon evaſit manus Graecorum, & tamen ille, ſe *rupiſſe vincula* jactat apud Virgil. II. Aen. 134. verum de eo non agitur, ſed de poena, qua apud inferos Catilina torquetur, & quem Virgilius lib. VIII. Aen. 668. *minaci pendentem ſcopulo*, poenas ſcelerum dare fingit. quo reſpexiſſe Noſtrum puto, & illum fractis catenis, quibus ad ſcopulum ſuſpenſus erat, exſultaſſe. vinctus ergo fuit, ut ſupra Gigantas vidimus vſ. 665. *abreptis* conjicit Gujetus. ſed hoc improprie admodum eſſet dictum. miror etiam Cortium non hic, *exſultant*, ut eſt in Voſſiano, adripuiſſe: talibus enim delectari ſolet.

797. *Aeternis*] *Alternis* Barber. *aeterni chalybis* quatuor. *aeternis chalybis* Rottend. ſec. & Hamb. pr. & duo alii. obvia haec *aeterni* & *alterni* variatio: ut apud Manil. I. 64. II. 820. Liv. VII. 30. & paſſim. an Chalybes hic fabri & miniſtri Vulcani intelligantur, video non convenire inter editores, quorum quidam majori, alii minori litera vocem expreſſerunt. & hic facilius Oudendorpio adſentirem, quam ſupr. lib. IV. 223. quia plurali numero *chalybes* pro ferro nondum reperi; niſi *chalybis* quis praeferret. *Conſtrictas* etiam tres, quod Cortio placuit. Sed tunc nominativus repetendus vel a *Druſis* & *Gracchis*, vel a ſequenti *turba nocens*. Sed illi adjungitur *poſcit*. ſcio quidem *plaudere pectus* & ſimilia dici, ſed hic non video unde nominativus poſſit repeti. quare vulgatum retineo, & de omnibus his nocentibus, quos vinctos fingit, capio, illos plauſum dediſſe, manibus ſuis etiam conſtrictis: nam manus & membra corporis id facere, quod per ea faciunt homines, ut *lingua loquitur* &c. ne pueri quidam hodie ignorant. vid ſupr. II. 273. & h. l. 587. & infr. VII. 82. *clauſere* Langerm. Heinſius, *ploſere*, quod idem eſt, ac *plauſere*.

Poſcit turba nocens. regni poſſeſſor inertis
Pallentes aperit ſedes, abruptaque ſaxa
Aſperat, & durum vinclis adamanta, paratque
Poenam victori. refer haec ſolatia tecum,
O juvenis, placido manes, patremque, domumque
Exſpectare ſinu, regnique in parte ſerena
Pompejis ſervare locum. nec gloria parvae
Sollicitet vitae: veniet quae miſceat omnes
Hora duces. properate mori, magnoque ſuperbi
Quamvis e parvis animo deſcendite buſtis,
Et Romanorum manes calcate Deorum.
Quem tumulum Nili, quem Tybridis adluat unda,
Quaeritur, & ducibus tantum de funere pugna eſt.
Tu fatum ne quaere tuum; cognoſcere Parcae,
Me reticente, dabunt: tibi certior omnia Vates
Ipſe canet Siculis genitor Pompejus in arvis:

Ille

800. *Pallentes*] *Pallantes* Barber. qui &, *abſtructaque*. mox, *dirum* S. Germ. ſed totum verſum 801. ignorat Thuan. ſec.

805. *Pompejo*]. *Pompeji* multi, *s* a ſequentis vocis litera prima abſorpta, unde *Pompejus* Richel. *Pompejis* alii, quod Oudendorpius & Cortius jure praetulerunt. *ſervate* Hamb. ſec. *ne gloria* Rott. tert. & Barber. *ſollicitat* Langerm. *veniat* Barber. & a m. ſec. Rottend. ſec. *omnis* Thuan. ſec.

808. *Deſcendite*] *Deſcendere* Oiſel. a m. pr. *diſcedite* Cortius. male. ad inferos enim deſcendere debebant.

810. *Tibridis*] Intelligit Mauſoleum Caeſarum in campo Martio, in quo Caeſaris reliquiae conditae, non agit de conjuratorum animo projiciendi in Tiberim cadaver Caeſaris. nam *abluere*, vel *alluere* de praeterlabente fluvio dici ſolet, non de merſo & projecto in flumen. nec convenit etiam Pompeji buſto.

811. *Pugna eſt*]. *Eſt* ignorat Thuan. pr. qui & diſtinguit, *tu fatum ne quaere tuum. Cognoſcere P. m. r. dabunt*. *dabit* tres codices. *certior omina* Heinſius, ut ſupr. 716. *ipſe canit* Barber. *in horis* ſex pro *oris*, quod aliis placuit. ſed quum hic Pompejus diu tenuerit inſulam totam, quid prohibet *arvis* retinere, ut centies Virgilius & alii, *arva Latina*, *Itala* &c. dixerunt. ſic arva *Sicaniae* ſupr. 65. in his vero ante navalem pugnam debemus fingere umbram patris ipſi apparituram, nunc praedici.

815. *Ille*] *Ipſe* Rott. pr. & Langerm. *vocat* Voſſ. *jubeat mutare* Hamb. pr. quod & defendi poſſet: vid. ad lib. 1. 684. & ad Ovid. Nuc. 119. *Europem* Thuan. tert. a m. pr. *diſtribuet* tres cum Cortio facientes.

819. *O miſeranda domus*] *Manus* Rott. ſec & a m. ſec. Turrian. qualis varietas & lib. x. 61. & 488. aut Poëta, aut librarius reſpexiſſe videtur illa Virgilii lib. xi. 259. *vel Priamo miſeranda manus*, ubi etiam in MSS. *domus*. *orbe videtis* Heinſius.

820.

Ille quoque incertus, quo te vocet, unde repellat;
Quas jubeat vitare plagas, quae ſidera mundi.
Europam, miſeri, Libyamque, Aſiamque timete.
Diſtribuit tumulos veſtris fortuna triumphis.
O miſeranda domus, toto nihil orbe videbis
Tutius Emathia. Sic poſtquam fata peregit;
Stat vultu maeſtus tacito, mortemque repoſcit.
Carminibus magicis opus eſt, herbiſque, cadaver
Ut cadat, & nequeant animam ſibi reddere fata,
Conſumto jam jure ſemel. Tum robore multo
Exſtruit illa rogum: venit defunctus ad ignes:
Accenſa juvenem poſitum ſtrue liquit Erichtho,
Tandem paſſa mori. Sextoque ad caſtra parentis
It comes: & coelo lucis ducente colorem,
Dum ferrent tutos intra tentoria greſſus,
Juſſa tenere diem denſas nox praeſtitit umbras.

820 *Sic poſtquam*] *Sed* Hamb. ſec. *poſtquam ſua fata* Hamb. pr. ita lib. IV. 361. *turba haec ſua fata peregit*. Auſon. in Caeſaribus de Tiberio. *Sera ſenex Capreis exſul Nero fata peregit.* *maeſto tacitus* Richel. vid. lib. III. 739. *popoſcit* Thuan. ſec. male. vid. ad lib. II. 510. eſt, vehementer poſcit. mox, *carminibus opus eſt m.* Langer. mox, *animas ſibi* idem & Thuan quart.

825. *Venit*] Oudendorpius dicit nullum librum agnoſcere *vadit*. atqui Heinſius ex Voſſiano notavit, *defunctus vadit*, niſi ille ordini ſoli intentus neglexerit ibi, legi *vadit*, notare. Tamen *vadit* majorem impetum & ardorem indicat. *ad ignem* tres. mox *liquit* omnes fere.

828. *It comes*] *Id comes* Richel. vid. ad Virgil. II. Aen. 704. ridiculum hoc dicit Gujetus, quia ſupr. vſ. 510. dicit illam vitare commercia hominum. Verum hoc; ſed ibi agit de urbibus, quas non intrat; ſed hic paventem Sextum tenebras noctis, & magicis his ſacris conſternatum, ducit ad *caſtra*: & ſtatim ad ſuas ſedes reverſam fingere debemus, quum illum tutos intra tentoria greſſus tuliſſe vidiſſet.

829. *Dum ferrent*] *Dum referant* Hamb. tert. ſed in Langerm. a m. ſec. ultimus verſus legitur ante penultimum. *tenere* pro retinere, morari, ut ſupra jam ſaepe notatum.

M. ANNAEI LUCANI PHARSALIAE

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Segnior Oceano, caſu quo bella geruntur,
Oſtendit primo: Sic & quae dixit uterque.
Proxima pars bellum deſcribit, & ultima, Magnum
Devictum cepiſſe fugam: Sed Caeſar habendas
Militibus monſtravit opes, caſtriſque reſedit.

SEgnior Oceano, quam lex aeterna vocabat,
Luctificus Titan numquam magis aethera contra
Egit equos, currumque polo rapiente retorſit:
Defectusque pati voluit, raptaeque labores
Lucis: & attraxit nubes, non pabula flammis;
Sed ne Theſſalico purus luceret in orbe.
At nox felicis Magno pars ultima vitae
Sollicitos vana decepit imagine ſomnos.

Nam

1. *Segnior*] Imitatatus haec Statius lib. v. Theb 177.

Tardius humenti noctem dejecit Olympo
Juppiter, & verſum miti, reor, aethera cura
Suſtinuit.

ubi Lutatius hunc locum laudat. in notis Omniboni aliter hic legitur, ut ſaepe, atque in textu. nim *luctificos*, ut *ad equos* pertineat. quod ſi codicibus firmaretur, non ſpernerem. *vocaret* Gujetus.

3. *Currumque*] *Curſumque* maxima pars ſcriptorum. *curſuſque* Rott. ſec. unde Cortius, *curruſque* tentabat. *currum* in Oiſel. a

m

Nam Pompejani viſus ſibi ſede theatri
Innumeram effigiem Romanae cernere plebis,
Attollique ſuum laetis ad ſidera nomen
Vocibus, & plauſu cuneos certare ſonantes.
Qualis erat populi facies, clamorque faventum,
Olim quum iuvenis, primique aetate triumphi,
Poſt domitas gentes, quas torrens ambit Hiberus,
Et quaecumque fugax Sertorius impulit arma,

Veſ-

m. pr. tantum erat. parum intereſſe putem; quum ubique fere videam *currum* & *curſum* commutari. vid. ad Val. Fl. v. 612. & Drakenb. ad Sil. xvi. 334. *Curſum* dederunt librarii, quia *equos* & *currum* videbatur ſuperfluum geminare. qui enim retorquet equos, ille & currum flectit. ſed idem de *curſu* dici poterit. nec haec duo conjungere veritus Virgil. xii. 478.

Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru.

ubi etiam *curſu* alii codices, ut fere ſemper. *agere* vero & *equos* & *currum* dicitur, quamvis Barth. ad Stat. vi. 716. vilius credat in Poëſi Epica dicere, *agere equum*, quam *currum*. ſic *agere currum* Noſter viii. 810. & 814. ſic *agere navem* Ovid. i. Faſt. 500. vid. ad Valer. Fl. i. 689. Utrumque uni verbo *agere* jungit Horat. i. Od. 34.

Dieſpiter per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

ubi certe non credidit vile verbum Flaccus. Florus, Poëtas fere ſequens i. 7. *Tullia ſuper cruentum patrem vecta carpento, conſternatos equos agit. retorſit* Gujetus inepte dictum pro incitavit pronuntiat. ſed quia ex lege aeterna deberet maturius curſum inchoare, maga nunc eum retinente, coactus fuit retorquere aliquamdiu curſum, & equos, erumpere ardentes, reflectere.

5. *Attraxit*] *Adtractus* Thuan. quart. de pabulis Solis vid. Lutat. ad Stat. vii. Theb. 9. & Barth. & ſublatam ex mari aquam iterum demittere, quum oriretur, canit Stat. i. Achil. 244. mox, *ne Theſſalio* Cortius ut ſolet. *luceret purus* Thuan ſec.

7. *Magno*] Ita omnes fere, praeterquam in quatuor, qui *Magni* habebant. ſine dubio male. nec opus hoc pluribus exemplis adfirmare, ut Cortius ſe acturum ad Plin. ii. Ep. 20. promittit. Ovid. iv. Amor. 2.

Ultima caena tuo ſit, precor, illa viro.

9. *Viſus*] *Eſt viſus* Turrian. Heinſ. corrigebat, *ſaepe theatri*, pro ſepto. non probo. ſed *ſedes*, eſt locus, in quo ſpectabant ludos, ut centies apud veteres occurrit. apte vero hoc de theatro fingit: plauſu enim illo admodum delectatum dixit lib. i. 133.

12. *Certare*] *Spectare* Thuan. ſec. *errare* Rott. pr. mox, *facies populi* tres. *faventum* quatuor; quod recepit Cortius. nec male: videtur enim Lucanus imitatus Horatii illa lib. iii. Od. 24.

Quo clamor vocat, & turba faventium.

vid. Buchner. & Cort. ad Plin. ix. Ep. vii. §. 2. illud, *primi aetate triumphi*, pro tempore triumphi, neſcio an alius dixerit. niſi ſit hypallage, pro *triumpho primae aetatis*. Sed ſimiliter fere Plin. lib. xii. i. *hoc actum circa captae urbis aetatem*. nec abhorret *longa ſtudiorum aetas* apud Quinctil. x. de Inſt. Orat. 7. pro longo tempore. ſuſpectum ergo hoc immerito Gujeto.

15. *Poſt domitas*] *Per d.* Thuan. ſec. vid. lib. ii. 635. *torrens quas* Cortius. *torrentem Iberum* etiam dixit Claudian. Epith. Honor. 40. & Noſter ix. 156. *Nilum torrentem*. Varro i. de R. R. 22. *torrentes fluvios*, ubi vide notas Pontederae. & Avian. Fab. xxxviii. ubi Cannegieteri notae conſulendae

Veſpere pacato, pura venerabilis aeque,
Quam currus ornante, toga, plaudente Senatu,
Sedit adhuc Romanus eques. Seu fine bonorum
Anxia venturis ad tempora laeta refugit:
Sive per ambages ſolitas contraria viſis
Vaticinata quies, magni tulit omina planctus:
Seu vetito patrias ultra tibi cernere ſedes,
Sic Romam Fortuna dedit. Ne rumpite ſomnos,
Caſtrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.

Cra-

dae, neſcio an *ambire* recte dicatur Hiberus gentes, inter quas fluit. reponerem fere *lambit*, niſi hoc quieto magis fluvio, quam torrenti convenire crederem. *artat Iberus* Langerm. latet aliud, credo, verbum.

16. *Fugax*] *Fuga* Thuan. quart. *fugae* pr. ſed *fugax* hic eſt exſul, ut centies *fuga* pro exſilio. nec fuga ſua ſi impulit arma, ſed ipſe exſul. de *impulit* vid. Heinſ. ad Sabini Epiſt. 1.68. & Noſter eo verbo varie & ſaepe utitur.

17. *Pura*] *Clara* Barber. ſed *pura* hic opponitur pictae & triumphali, quae ornabat currum. Illam nullis adhuc honoribus functus gerebat, ut reliqui cives privati, ut recte Oudendorpius. *onerante* Thuan. ſec.

20. *Refugit*] *Recurrit* S. Germ. *cucurrit* Thuan. ſec. & a m. ſec. tert.

22. *Vaticinata*] In Thuan. pr. *vaticinata quies Magni. Tulit.* ego malim, *vaticinata quies, Magno tulit omina planctus:* non enim praecedit, *magnus plauſus*, cui magnus planctus opponatur; ordo igitur ille debet eſſe: illa quies, id eſt, ſomnium, offerens menti ejus contrarium ipſis viſis eventum, tulit Magno Pompejo omina futuri planctus & luctus. Flor. lib. IV. 2. *dux ipſe & nocturna imagine theatri ſui audiens plauſum, in modum planctus, circumſonare.* Noſter ex opinione vulgi, ſomnia ſaepe ex contrariis eſſe explicanda, hic plauſum facit omen planctus. *ſibi* malebat Gujetus pro *ei.*

24. *Romam*] *Fortuna dedit Romam* Rott. pr. *ne rumpite ſomnum* idem. vid. lib. VI. 769. *caſtrorum o vigiles* Langerm. a m. ſec. *verberat* Hamb. ſec. qui & a m. ſec. *auras*, quod & erat in Thuan. ſec. *tibi verberet* Thuan. quart.

26. *Craſtina dira quies*] Merae hic mihi ſunt tenebrae, nec quomodo *quies craſtina, dira* ſit futura, ut Scholiaſtes explicat, intelligo; quum hoc ſomnium nunc obverſatum Pompejo, *craſtina quies* dici nequeat, & craſtino die vera bella & acies ſint futurae. Cogitabam aliquando an hic ordo poſſet inſtitui: quies, (id eſt, ſomnium hoc) feret craſtina *dira* & *moeſta* (accuſativo caſu) imagine diurna, id eſt, vera, non ut in ſomnio vana. vel quies moeſta imagine diurna, id eſt, offerens illa, quae cras fierent, feret dira craſtina. nam *craſtina quies* hic non poteſt, me judice, ferri, quia agitur de hujus noctis quiete & ſomnio, quod vaticinatur per contraria viſis ipſis, dira in craſtinum, & licet nunc videretur laeta olim tempora referre, erit tamen moeſta imago ſequentis diei. ſi haec non placent, poſſet mutata diſtinctione legi,

nullas tuba verberet aures
Craſtina. Dira quies &c.

id eſt, dormiat in lucem multam, nec, ut Horat. Epod. II. *excitetur claſſico truci.* quies illa dira ſatis inquietabit eum, & offeret ejus menti acies funeſtas & bella. in Rottend. ſec. erat, tranſpoſitis vocibus, *Craſtina moeſta quies & imagine dira diurna.* in Rott. pr. *dura quies.* reliqui, *unde pares* &c. etiam non plane intelligo, nec Heinſius, appo-

Craſtina dira quies, & imagine maeſta diurna
Undique funeſtas acies feret, undique bellum.
Unde pares ſomnos populi, noctemque beatam?
O felix, ſi te vel ſic tua Roma videret.
Donaſſent utinam Superi, patriaeque, tibique
Unum, Magne, diem, quo fati certus uterque
Extremum tanti munus raperetis amoris.
Tu velut Auſonia vadis moriturus in urbe:
Illa rati ſemper de te ſibi conſcia voti

Hoc

poſito obelo, ſibi planum ſenſum apparuiſſe teſtabatur, & Gujetus confodit hunc & ſequentes uſque ad vſ. 45. in uno Voſſiano verſus 29 praeponebatur verſui 28. unde cogitabam legi poſſe,

O felix, ſi te vel ſic tua Roma videret,
Atque pares ſomnos populus, noctemque beatam.

felix, ſi te Roma, vel ſic, id eſt, ita ſomniantem, videret, & populus videret ſimiles ſibi evenire ſomnos (vide de uſu *& ſic* ad Virgil. I. Aen. 594.) vel ſi te unum modo diem, ſaltem extremum, & in ſua urbe morientem, & ſimul libertatem pereuntem, vidiſſet, & non perdidiſſet tumulum tuum. *noctem beatam* vocat, ut credidiſſet, ſi vel unam cum Pompejo praeſente in urbe populus potuiſſet agere, & ex ſimili ſomnio certus uterque factus fuiſſet ruinae & exitii communis. *populus* erat in Oiſel. *populis* in quinque. *pares* pro ſimiles poni notum eſt. *populo* Cortius probabat. *populis* Heinſius. qui melius expedire poterit, gratiam a me & lectoribus magnam inibit: nam ipſe mihi nondum ſatis facio. *unde pares ſomnos populo* Markl. ad Stat. I. Silv. II. 188.

30. *Donaſſent*] *Donaſſes* Rottend. ſec. ſed tunc *Superis* legerem.

32. *Fructum*] *Munus* etiam cum aliis Turrian. cujus gloſſa eſt *fructum*. *raperetis* Voſſ. ſec. & Rott. ſec. quod merito Cortius recepit, & Oudendorpius probavit. videtur imitatus Virgilii illa ex Eclog. VIII. 60.

Extremum hoc munus morientis habeto.

vid. quae dixi ad Valer. Flac. II. 252. ubi de temporis & diei unius mora eſſe capiendum, non de munere buſti, docui.

33. *Vadis*] Poſſet quidem *vadis* capi pro in poelium abis cum impetu & ardore, ut de hoc verbo notavimus ad Val. Flac. VI. 229. & ad Phaedr. IV. 17. ſed tamen huic verbo vix locum hic eſſe puto: nam ſomniabat Pompejus hunc plauſum ſibi dari Romae in theatro ſuo a plebe, quo oſtendi ſibi credebat minime veroſimile eſſe, ſe craſtino die fore victum, & fugiturum in certam mortem. cogitabam ſcripſiſſe Poëtam,

Tu velut Auſonia, gaudes, moriturus in urbe.

ut ſupr. I. 133. *plauſuque ſui gaudere theatri.* & ſic *vadere* & *gaudere* confuderunt librarii apud Stat. VI. Theb. 645.

Cetera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.

ubi in uno codice, *vadit* reperi, ut & Barthius in ſuis membranis. *vadere* vero ſemper notat concitatum greſſum, qui huic loco non congruit: ſomnium enim hoc ideo laetum videbatur Pompejo, quia poſt victoriam, ſe Romam rediturum, & ibi ſenem moriturum, ſibi promittebat; ſed falſum eſſe gaudium dicit Poëta, quia contrarium vaticinatur quies illa, ſive ſomnium. Roma *conſcia rati ſemper voti* recte exponitur ab Hortenſio, quia votis nuncupatis, quoties ad bella exiiſſet Pompejus, populo fauſtis omini-

bus

Hoc ſcelus haud umquam fatis haerere putavit,
Sic ſe dilecti tumulum quoque perdere Magni.
Te mixto fleſſet luctu, juveniſque, ſenexque,
Injuſſusque puer: laceraſſet crine ſoluto
Pectora femineum, ceu Bruti funere, vulgus.
Nunc quoque tela licet paveant victoris iniqui,
Nuntiet ipſe licet Caeſar tua funera, flebunt:
Sed dum tura ferunt, dum laurea ſerta Tonanti.
O miſeri, quorum gemitus edêre dolorem,

Qui

bus eum proſequente, ſemper victor redierat; ſi ergo pares ſomnos, laeta, ut videbatur, portendentes, habuiſſet populus, hoc ſaltem ad breve tempus munus rapuiſſet extremum, ut te vidiſſet, nec umquam credere potuiſſet, te extra urbem per ſcelus moriturum.

35. *Fatis baerere*] *Debere* corrigebat Heinſius, quod & Cortio in mentem venit, vel aliunde Viri illuſtris conjecturam, ut plures, reſcivit, vel ex lib. VI. 530. potuit petere, ubi, *Fatis debentibus annos*, ſed paullum diverſo ſenſu: nam & fatis debent ſe & ſua homines, & fata debentur hominibus, ut docuimus ad Valer. Fl. V. 21. quia tamen nullus codex adjuvat, ego *baerere* puto commode poſſe capi, pro fixum, decretum eſſe, licet ſingularis, ut multae, haec ſit loquendi ratio Noſtro poëtae. non multum diſſimile illud lib. IX. 573. *Haeremus cuncti ſuperis.* ſi *debere* legas, debet intelligi *ſe debere*, vel repeti ex ſeq. verſu, vel melius dixiſſet, *boc ſcelus deberi fatis.* mox idem Heinſius malebat, *ſic ſibi delecti.*

37. *Fleſſet*] *Fleſſent luctu juveneſque ſeneſque* Thuan. quart. poſſet & *fleſſent* legi, licet *juvenis ſenexque* ſequeretur, quod miror Cortio non placuiſſe. *injuſſusque puer* eleganter dictum, & expoſitum ab interpretibus. *inviſuſque puer* Turr. & Barber. quae voces ſaepe confuſae, quia iiſdem fere ductibus formatae literae in MSS. ſaepe incertos faciunt, quaenam ſit exprimenda. ut apud Virgil. I. Georg. 55. & alibi. & *juſſus* & *viſus* etiam millies confuſa. Jul. Obſeq. cap. CXXI. *Bos ſacra injuſſa de montibus per hoſtium claſſem adnatavit.* ubi vide interpretes. in Hamb. pr. erat *vir pariterque puer.* cujus librarius quatuor hic aetatis humanae gradus voluit exprimere. Sed fruſtra. tantum vero luctum fuiſſe dicit, ut & ad pueros, qui non intelligunt calamitatis magnitudinem, penetraret, nec opus eſſet eos a parentibus admoneri. vid. Comment. ad Silii XI. 498. conferendus hic luctus publicus cum Athenienſium, poſt cladem a Lacedaemoniis illatam, apud Juſtin. lib. V. 7. *Quae quum nuntiata eſſet, omnes relictis domibus per urbem diſcurrere pavidi, alius alium ſciſcitari, auctorem nuntii requirere: non pueros imprudentia, non ſenes debilitas, non mulieres ſexus imbecillitas domi tenet; adeo ad omnem aetatem tanti mali ſenſus penetraverat.* mox, *laceraret* Turrian.

39. *Ceu Bruti funere*] *In funere* volebat Heinſius, quod ex Hulſii codice profert Oudendorpius. ſic apud Ovid. II. Amor. XI. 37.

Atque aliquis noſtro lacrimans in funere.

& III. IX. 13.

Fratris in Aeneae ſic illum funere dicunt
Egreſſum tectis, pulcber Jule, tuis.

Sed & ille & alii, & Noſter II. 21. praepoſitionem omittere ſolent: quare codices ſequi optimum.

42. *Tura ferunt*] *Dura* Thuan. pr. a m. pr. *tura ruunt* Voſſian. *ferent* quinque libri.,

ſed

Qui te non pleno pariter planxere theatro.
Vicerat aſtra jubar, quum mixto murmure turba
Caſtrorum fremuit, fatisque trahentibus orbem,
Signa petit pugnae. miſeri pars maxima vulgi
Non totum viſura diem, tentoria circum
Ipſa ducis queritur, magnoque accenſa tumultu
Mortis vicinae properantes admovet horas.
Dira ſubit rabies: ſua quiſque, ac publica fata
Praecipitare cupit: ſegnis, pavidusque vocatur,

ſed hic notat, etiamſi diem triumphi coacta laetitia celebrent, (nam vim habet *&* *tamen*.) & licet Caeſar tua funera nuntiet, & cives tura ferant, tamen, dum haec facient, flebunt. vid. Gronov. Diatr. Stat. cap. XXX. fin. ita lib. IV. 355. Noſter poſt *quamquam* addit, *ſed diroſerri revocantur amore*. Terent. Hecyr. II. II. 5. *etſi ego meis me ſcio obſequentem, ſed non adeo*. ubi Donatus dicit poſitum pro *ſed tamen*.

43. *Edĕre dolorem*] Cortius divinabat, *quo non gemitu egeſſere dolorem*. Sed gemitu, qui plerumque tacitus & tectus eſſe ſolet, non egeritur dolor, ſed ab invito potius premitur. lacrimis & planctu & clamore egeri ſolet dolor. non auſi fuere plangere in theatro, ut olim plauſerunt Pompejo publice. *edere* vero dolorem eſt, quaſi devorare, intus agere, ne obſervari poſſit, ut recte explicat Oudendorpius, ex & Ovid. IV. Faſt. 845. ab Oudendorpio opportune adducto,

lacrimas introrſus obortas
Devorat, & clauſum pectore vulnus habet.

ſaepe etiam Ovidius dixit, *combibere lacrimas*. ut Epiſt. XI. 52.

Contineo gemitus, elapſaque verba reprendo,
Et cogor lacrimas combibere ipſe meas.

ubi vide adnotata, & ad Albin. Epiced. in Druſum vſ. 114. *agere dolores* hic locum non poteſt habere, niſi addas *introrſum*, *intus*, vel ſimile. ut Stat. V. Silv. I. 201.

Merſumque in corde dolorem
Saevus agit.

ubi Barthius, *in corda*, quo nihil opus; & hoc deinde aliter exprimit, *triſtemque rogum ſine carmine flevit*. id eſt, tacito gemitu. vide & ſupr. lib. I. 257. mox, *plenis theatris* S. Germ. *non pleno theatro*, quia tu non aderas in tuo Theatro.

45. *Vicerat aſtra jubar*] Vid. ad Val. Fl. III. 211. *cum multo murmure* Rottend. tert. *caſtrorum infremuit* malebat Heinſius. ſed infr. vſ. 129. *luſtra fremunt*.

47. *Petit*] Cortius nullo codice adjutus iterum, *petunt*, quia ſcilicet *turba ruunt* & ſimilia occurrunt. Sed an non licet etiam dicere *turba petit*? ut Noſter ſaepiſſime conſtruit. vid. III. 103. IX. 1105. & paſſim. & hic praecedit *fremuit*, licet hoc non obſtet, quo minus *petunt* poſſet ſequi, ut ſaepe notavi, ſed ubi MSS. ita dant. uid. ad Virg. lib. I. 468. ſed ubique haec intrudere non eſt meum. vid. Cort. ad Plin. V. Ep. VI. §. 27. *pars ultima* in Berſin. Cod. vid. ad lib. VI. 700.

50. *Mortis*] *Morti* etiam Heinſius & Rutgers. I. Var. lect. 12. *admonet* tres libri. *ammonet* Sixii. nihil mutandum recte monuit Oudendorpius. Statius VIII. Theb. 575.

Fatalem populis ultro poſcentibus horam
Admovet atra dies.

51. *Dira ſubit rabies*] *Dura ſubit requies* Thuan. ſec. ex vſ. 26. repetitum. *ſe quisque* Hamb. ſec. *ad publica* Oiſel.

52. *Paviduſque*] *Cupiduſque* Hamb. pr. quod de ambitione & imperii cupiditate poſ-

Ac nimium patiens ſoceri Pompejus, & orbis
Indulgens regno, qui tot ſimul undique gentes
Juris habere ſui vellet, pacemque timeret.
Nec non & reges, populique queruntur Eoi
Bella trahi, patriaque procul tellure teneri.
Hoc placet, o Superi, quum vobis vertere cuncta
Propoſitum, noſtris erroribus addere crimen.
Cladibus irruimus, nocituraque poſcimus arma:
Jam Pompejanis votum eſt Pharſalia caſtris.
Cunctorum voces Romani maximus auctor
Tullius eloquii, cujus ſub jure, togaque
Pacificas ſaevus tremuit Catilina ſecures,
Pertulit, iratus bellis, quum roſtra forumque

Op-

ſet capi, quo crimine Pompejum arceſſebant ſenatores eum ſecuti. Sed paſſim Noſter Pompejum ab adverſariis ignaviae & timoris accuſatum indicat, vid. lib. I. 131. & 311. hinc *ignavus* a Petron. in bell. civ. vſ. 167. vocatur. de cupiditate imperii mox vſ. 54. aget. Cortius tranſpoſitis verbis, *ſoceri patiens nimium Pompejus*, quia in quibusdam, *ac nimium ſoceri patiens. patiens* vero ſumitur, ut de marito adulteram domi habente *patientiam* dicit Plinius lib. VII. Ep. 31. ſed ſenſus eſt, quod nimis diu differat victoriam (nam hanc mente praecipiebant) de Caeſare, & eum tam diu vivere patiatur & dominari: ut lib. II. 650. Caeſar *numquam patiens pacis* dicitur, & ſimilia innumera.

55. *Timeret*] *Timere* Thuan. ſec. mox, *populique petuntur* Turrian.

58. *Vertere*] *Perdere* quatuor & a m. ſec. duo. haec per interrogationem exhibet Rott. pr. Marklandus ad Stat. III. Silv. v. 68. haec etiam per interrogationem dicta vult. parum refert.

60. *Nocituraque*] *Nocitura &* Thuan. ſec. *jam Pompejanis* Thuan. quart. & Rott. ſec. quod non immerito placuit Cortio. vid. ad Ovid. III. Art. 723.

64. *Saevus*] *Saevit* Turr. *timuit* Thuan. ſec. *perculit* Oiſel. *protulit* malebat Gujetus. notat vero Oudendorpius praeter decorum hic induci Ciceronem, verba feciſſe, ut proelium ſuaderet. Sed quum totum Poëma ſit praeter decorum, utpote quod nobis rem tam recenti hominum memoria geſtam narret, ut, ſi quid fingere velit Poëta, ex actis etiam publicis mendacii argui poſſit, etiam in hac parte veniam obtinebit apud imperitos fortaſſe, quia Ciceronem non ex animi ſententia locutum fingat, ſed pertuliſſe cunctorum voces, & ita ſimul ſibi patrocinium paraſſe, ſi res aliter cecidiſſet: quare nulli melius has partes potuit dare, quam eloquentiſſimo Ciceroni, qui more oratorum, aliorum cauſſas agentium, ſaepe contra animi ſententiam loqui ſolitus fuit. quamquam improvidus & ineptus Poëta non debuiſſet addere, cauſſam ipſi irae privatae fuiſſe, quod longi belli taedio jam roſtra & forum optaret. quod puerile, & contrarium prioribus, quaſi ſibi ſtuderet Cicero, quum aliorum ſenſus exponat. & praeterea illum tae-

dio

Optaret, paſſus tam longa ſilentia miles.
Addidit invalidae robur facundia cauſſae.
Hoc pro tot meritis ſolum te, Magne, precatur,
Uti ſe, Fortuna, velis, proceresque tuorum
Caſtrorum, regesque tui cum ſupplice mundo
Adfuſi, vinci ſocerum patiare rogamus.
Humani generis tam longo tempore bellum
Caeſar erit? merito, Pompejum vincere lente,
Gentibus, indignum eſt, a tranſcurrente ſubactis.
Quo tibi fervor abit? aut quo fiducia fati?
De Superis, ingrate, times? cauſſamque Senatus
Credere Dîs dubitas? ipſae ſua ſigna revellent,
Proſilientque acies. pudeat viciſſe coactum.

Si

duiſſe, jam contra morem militantem, tam diuturni ſilentii, ideoque oſtentandae eloquentiae occaſionem captaſſe, etiam pro mala cauſſa. hoc enim vult, *paſſus tam longa ſilentia miles. patimur* enim moleſta, & inviti. vid. ad Val. Flac. v. 71. & ſaepe apud Noſtrum.

66. *Optaret*] *Obſtaret* Hamb. tert. *paſſus jam* Heinſius. *ac dedit*, quod ex ſuis proferunt Oudendorpius & Cortius, valde placet, licet noſtri conſenſu *addidit* exhibeant.

68. *Hoc pro*] *Huc ſolum pro tot meritis* Hamb. ſec. & Rottend tert. *Fortuna precatur*, *Uti ſe, te Magne* Thuan. ſec. Stat. II. Theb. 690. *Fortuna ſatis uſus abi.* vid. Barth. ad Stat. x. 207. & ſupr. ad lib. v. 698.

70. *Regesque tui*] Heinſius reſcribebat, *tibi*, ut cum *adfuſi* jungatur. quod & Gujeto in mentem venit. Sed *tui reges*, id eſt, quos habes tui juris, ut vſ. 55. dixerat, qui opponuntur proceribus caſtrorum tuorum, ideſt, Romanis ſenatoribus. *effuſi* Thuan. ſec. vid. lib. IX. 55. *ſocerum ut patiare* Rottend. tert. *ſocerum patiere* Thuan. ſec. *humano generi* Turrian. & a m. ſec. Rott. ſec. mox, *vincere tarde* Rottend. pr. & Barber. *lentum* vel *tarde* Rottend. tert. vide de τῷ *indignum* ad lib. x. 102. *in tranſcurrente* S. Germ. *te tranſcurrente* alii & Edd. nonnullae. male. maxima haec laus ducis, agmen ducentis, in itinere quaſi vincere. vid. Claud. I. in Stil. 193. & IV. Conſ. Honor. 460. & ibi Barth. Curt. v. 14. *Syriam Aegyptumque a praetereuntibus raptas.* & ita intelligendus Ovidius I. Am. II. 44.

Tunc quoque praeteriens vulnera multa dabis.

Ceterum conſtructio hic diverſâ ſenſum poſſet variare: ſi enim gentibus ſit dativus, capi debet, illis gentibus hoc indignum videri, quum ipſae ſint tam cito ſubactae, nunc lentum eſſe Pompejum. Sin vero in ablativo ponantur abſoluto, indignum eſt Pompejum lente vincere, poſt tot gentes a tranſcurrente ſubactas. & tunc firmaret lectionem,

Quos erat indignum Phario parere Tyranno.
lib. x. 406.

77. *De ſuperis*] *Te ſuperis*, ſcilicet *credere*, olim Heinſius. ſed poſtea mutavit ſententiam.

78. *Ipſae ſua*] *Ipſi ſua ſigna* Langerm. *tua*

ſigni

Si duce te juſſo, ſi nobis bella geruntur,
Sit juris quocumque velint concurrere campo.
Quid mundi gladios a ſanguine Caeſaris arces?
Vibrant tela manus: vix ſigna morantia quiſquam
Exſpectat: propera, ne te tua claſſica linquant.
Scire Senatus avet, miles te, Magne, ſequatur,
An comes. Ingemuit Rector, ſenſitque Deorum
Eſſe dolos, & fata ſuae contraria menti.
Si placet hoc, inquit, *cunctis, ſi milite Magno,*
Non duce tempus eget, nil ultra fata morabor.
Involvat populos una Fortuna ruina,

Sit-

ſigna plurimi. *revellant* Thuan. tert. *proſilient acies* Thuan. ſec. Rott. tert. *ſub duce* Thuan. quart. *juſſo* non movendum. vid. lib. v. 46. ſenſus eſt, ſi non tuis auſpiciis, ſed Senatus, haec bella geruntur, & tibi imperium & ductus eſt datus, ut bella nobis, id eſt, reipb. in utilitatem adminiſtres, juris hoc exercere potes, ut ubicumque velis poſſis proeliari. *gerentur* Rott. pr. *quicunque* Turr. a m. ſec. *velit* Hamb. pr. ſed Heinſius malebat, *quocumque velis*, quod & mihi placeret. nam hoc reſpondet illis: *ſit juris* &c. *velim* ſex codices.

82. *Tela manus*] *Manu* Oiſel. vid. vi. 798. &, *vix quisque morantia ſigna* Rott. ſec.

83. *Te tua claſſica linquant*] Id eſt, praeveniant, & te invito, & antequam ſignum des, canant, ut ſaepe ſponte ceciniſſe ſigna narrant Hiſtorici. ſic Florus iv. 2. de proelio ad Thapſum, ubi *ante imperium ducis ſua ſponte cecinerunt ſigna. linquere* & *relinquere* ſaepe dicitur aliquis alium, quem praevenit & praeterit, de quo agemus amplius ad illa Virgilii viii. 216. *colles clamore relinqui.* male alii *claſſica* per milites explicant, qui deſererent Pompejum. mox, *& vota ſuae* tres Cortii.

87. *Si placet hoc cunctis*] *Si placet hoc, inquit, cunctis* Hamb. pr. & Barber. deinde addit Pompejus, *ſi milite*, ut infr. 227. de Scipione. & Stat. vii. 375.

Magnanimi reges, quibus haud parere recuſem
Ductor, & ipſe meas miles defendere Thebas.

& hoc eſt, quod apud Val. Fl. i. 143. Aeſon dicit, *tales ego ducere ſuetus, Atque ſequi.* ubi vide quae dixi. vid. & infr. 744. & viii. 28. *Comes* vero invidioſe; ut *comites* magiſtratuum in provincias & bella euntium dicebantur, qui fere ſemper erant juvenes, qui prima ſtipendia in contubernio Imperatoris faciebant, quod probari non opus eſt.

88. *Nil ultra*] *Nihil* Rottend. pr. *non* octo alii.

90. *Sitque hominum*] Omnes noſtri hunc verſum exhibent, licet a duobus Cortii & uno Oudendorpii abeſſe notetur. Si quid vero languidi appareat, ea ſpecie innumeri in Lucano verſus eſſent confodiendi, prae quibus hic multo erectior videri poſſit. Lucanus vero ſaepe partes Pompejanas vocat *genus humanum*, ut ſupr. vſ. 72. *mundum* vſ. 70. *orbem* 45. & *res humanas* 131. & ſimiliter paſſim. quid ergo obſtet, quo minus hic poſt populos, ſcilicet ſub regibus, qui auxilia ferunt, ut vſ. 70. addat, partem magnam hominum, id eſt, Romanorum, quibus hunc diem noviſſimum, ſi proelio res committatur, vaticinatur. Sed offen-

Sitque hominum magnae lux iſta noviſſima parti.
Teſtor, Roma, tamen, Magnum, quo cuncta perirent,
Accepiſſe diem. potuit tibi vulnere nullo
Stare labor belli: potuit ſine caede ſubactum,
Captivumque ducem violatae tradere Paci.
Quis furor, o caeci, ſcelerum? Civilia bella
Geſturi, metuunt, ne non cum ſanguine vincant.
Abſtulimus terras, excluſimus aequore toto,
Ad praematuras ſegetum jejuna rapinas
Agmina compulimus, votumque effecimus hoſti,
Ut mallet ſterni gladiis, mortemque ſuorum
Per-

offendit forte repetita ſeq. verſ. vox *Magnum*, quae odioſior erit, ſi hic *Magni* legas; niſi mox *magnum diem* cum Scholiaſte capias, pro die, quo res in ultimum diſcrimen adducitur. ut ita Florus lib. II. 6. *non fuit major ſub imperio Romano dies, quam ille, quo* (vel *quum*, vid. infr. VIII. 467.) *duo - - ducum maximi direxere aciem.* & ita paſſim *magnum*, *ſummum*, vel *magnam* diem dicunt veteres, de quo vid. ad Ovid. III. Amor. IX. 27. Tacit. vita Agricolae cap. XXXIV. *Imponit quinquaginta annis magnum diem.* ubi recte de memorabili proelio Virdungus accipit. Sed quia, ſi ita capias, *accepiſſe* caret ſua perſona, niſi *me* ſubintelligas, ut ſaepe fieri ſolere novi, tamen malo *Magnum* Pompejum intelligere, qui teſtatur, ſe non dediſſe, ſed accepiſſe diem, & coactum proelio committere rem Romanam.

93. *Potuit ſine*] *Potui* multi ſcripti & editi, quos Cortius ſequitur. *Romanae paci* quatuor. & hoc placuit Cortio & Oudendorpio. ſed *violatae* magis menti Pompeji convenit: nam ſi traderet Caeſarem captivum paci, parcere deſtinaſſe ipſi poterat videri; quod Pompejanis, in omnes ſaevientibus, non erat, credo, decretum; ſed eum ut victimam violatae paci immolare. ſic *tradere fatis* IV. 738. *leto* IX. 102. *viduatae tr. paci* Langer. & MS. Cortii.

95. *O caeci*] *Eſt*, *caeci* Hamb. pr. & a m. pr. Turrian. dubium, an *furor ſcelerum*, an, *caeci ſcelerum* praeſtet conſtruere; ſic lib. X. 482. *caeca juventus conſilii.* Edit. Steph. & aliae diſtinctionem poſt *furor* non habent. *nec non* Hamb. ſec. *conſanguine* Thuan. tert. mox, *excludimus* Hamb. pr.

99. *Votumque*] *Notumque* Turr. *votum effecimus* Oiſel. *efficimus* Rottend. ſec. *ut ſterni mallet* idem. *ut mallent* Hamb. pr. quod ſi Cortius vidit, miror eum non recepiſſe. *gladiis ſterni* Thuan. quart. *mortemque* fere omnes. quod mutaverunt, quia *mors* de pluribus dici non credebant. Sed vidimus ad Sueton. in Claud. cap. XXXIV. plura exempla & ſupr. II. 203. VI. 176. & infr. vſ. 774. & lib IX. 9. & 380. & ad Virg. II. Georg. 72. & licet hoc toties occurrat, tamen non obſervatum temerarios ſaepe criticos impellit ad loca ſana corrumpenda. ita apud Stat. I. Silv. II. 67.

ſupplice dextra
Et votis precibusque virûm concede moveri.

Cl. Markl. corrigit *viri*, quia *ſupplex dextra* pluribus non convenit ſcilicet. ſed Cicero non timuit dicere pro Milone XXIX. *quid vultu extimuiſtis*, non *vultibus*. deinde offendit hos forte, quod poſt *ſuorum* ſequatur *meis*, non *meorum*, ſed de eo genere loquendi videbi-

Permiſcere meis. belli pars magna peracta eſt
His, quibus effectum eſt, ne pugnam tiro paveret:
Si modo virtutis ſtimulis, iraeque calore
Signa petunt. multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali. fortiſſimus ille eſt,
Qui promtus metuenda pati, ſi comminus inſtent,
Et differre poteſt. placet haec tam proſpera rerum
Tradere Fortunae? gladio permittere mundi
Diſcrimen? pugnare ducem, quam vincere, malunt.
Res mihi Romanas dederas, Fortuna, regendas:
Accipe majores, & caeco in Marte tuere.
Pompeji nec crimen erit, nec gloria bellum.

Vin-

bimus infr. vſ. 144. & ad lib. VIII. 747. *permiſcere ſuis* erat in Hamb. pr. *ſubacta eſt* Rottend. ſec. vid. infr. vſ. 299. mox, *timeret* Hamb. pr.

103. *Si modo*] Deerat hic verſus Richel. & a m. pr. Oiſel. & ſuſpectus fuit Heinſio, qui etiam illa, *ſigna petunt*? per interrogationem legebat, ut reſponderet illis Ciceronis vſ. 77. *ipſae ſua ſigna revellent* &c. Sed ibi ſigna ſunt aquilae & militaria ſigna, hic vero claſſica, ineundi proelii ſigna. Si vero ejiceretur verſus 103. interrogationis notam hic facile ferrem.

105. *Ille eſt*] *Eſt* ignorat Oiſel. mox, *inſtet* Langerm. *inſtant* Hamb. pr. Tollius ad Auſon. Protrept. pag. 309. *Sic, cum minus inſtent* volebat, quem puto ſignificare hic Cortium. Sed eſt contra mentem Poëtae: qui pericula prope inſtantia poteſt differre, ille fortiſſimus eſt. Cort. ad Plin. IX. Ep. 13. §. 17. putat unum omitti oppoſitum, *fortiſſimus ille eſt, qui promtus metuenda pati, ſi comminus inſtent*, id eſt, ſi non comminus inſtant, *differre poteſt*. ſed non puto. dicit illum etiam eſſe fortiſſimum, qui licet promtiſſimus ſit pati metuenda, *tamen* etiam differre poteſt & nullam pugnandi copiam facere, ſi hoſtes comminus inſtant: dubium etiam, an ſub *comminus inſtent*, debeant, non *hoſtes* intelligi, ſed *metuenda*. eo ſenſu: fortiſſimus ille, qui promtus metuenda praeſentia pati, etiam differre poteſt. & ita cepit Omnibonus. mox, *placet hic*, Hamb. pr. *gladio & perm.* Langerm. *gladiis* quatuor. *ducem quem* Sixii.

112. *Pompeji*] *Pompeji* Langerm. ita lib. lib. II. 288. *crimen erit ſuperis*. parum refert. nam ut *crimen Deorum* lib. V. 39. & alibi. ita & *Gloria Niſi* vel *Niſo* Ovid. I. Triſt. IV. 24. & alibi. Liv. praef. §. 7. *ea belli gloria eſt Populo Romano*. Noſter III. 241. *quanta eſt gloria genti*. ubi etiam *gentis* alii. *non crimen* Turr.

113. *Vincis apud ſuperos votis*] Oudendorpius in utramque partem diſputat, pro *votis* & *fatis*. pro *votis* vero nihil valere locum dicit Juſtin. XI. 3. *prius votis hoſtes quam armis vincendos*; quia ibi *vota* pro *donis* debeant capi. Sed an ulla umquam vota ſuſcepta fuere ſine donis, aut datis aut promiſſis? unde apud Virgil. VIII. Aeneid. 61.

Junoni fer rite preces, iramque minasque
Supplicibus ſupera votis.

ubi alii codices, *donis*. & lib. III. 439.

Junoni cane vota libens, dominamque potentem
Supplicibus ſupera donis.

ubi eamdem eſſe varietatem nos docent no-

tae

Vincis apud Superos votis me Caeſar iniquis:
Pugnetur. quantum ſcelerum, quantumque malorum
In populos lux iſta feret! quot regna jacebunt!
Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus!
Prima velim caput hoc funeſti lancea belli,
Si ſine momento rerum, partisque ruina
Caſurum eſt, feriat: neque enim victoria Magno
Laetior. aut populis inviſum, hac clade peracta,
Aut hodie, Pompejus erit miſerabile nomen.
Omne malum victi, quod ſors feret ultima rerum;
Omne nefas victoris erit. Sic fatur, & arma
Permitit populis, frenoſque furentibus ira

La-

tae Pierii. ita & apud Stat. I. Silv. II. 195. pro *dona precesque*, jam olim *vota* correxeram, ut poſtea etiam Marklandus. nihilominus hic *fatis* praeferrem, quia illa potius *iniqua*, quam *vota* dici poſſunt. ut lib. X. 452.

Fatumque ſibi promiſit iniquum.

Virgil. II. Aen. 257.

Fatisque Deûm defenſus iniquis.

ubi Servius adducit de Mario ex Noſtri lib. II. 86. & III. Aen. 17.

Moenia prima loco, fatis ingreſſus iniquis.

Fata ergo Caeſaris & Pompeji iniqua erant, illius majora, hujus minora, de quibus egimus ſupr. ad lib. V. 189. Et dii, examinatis utriuſque fatis, Caeſarem praetulerunt, eique victoriam de Pompejo attribuerunt. ſic infr. vſ. 206. dicit omne coelum Caeſaris & Pompeji fatis vacaſſe, id eſt, nihil tractaſſe, niſi fata ſummorum horum virorum, ut recte Scholiaſtes. eadem iterum varietas mox vſ. 295. *ſed mea fata moror*, ubi in alio codiee, *vota*. & ita apud Ovidium, Claudianum & alios variare codices obſervavi. hic tamen omnes noſtri *votis* habent, ideoque eligat quisque quod placet, & *vota iniqua* explicet, ut Pompejus reipublicae pacem & leges reſtitutas voveat, Caeſar dominationem. idem vero hic dicit, quod de ſacrificiis poſtea ab utroque Deis factis ait, ubi omnia adverſa Pompejo fuere auguria, Caeſar vero *litavit* vſ. 170. Sacrificiis vero addita vota, precesque quis ignorat? & vſ. 181. *votum nefandum* vocat.

114. *Quantum ſcelerum*] *Sceleris* Cortius, quod, ſi codices darent, amplecterer. eſt enim mollius. Sic *quantum mortis* IX. 680. *quantum poenae* h. l. 784. *Pugnetur* eſt in Thuan. tert. & a m. ſec. in Rott. tert. & Heinſio placuit, & Gujeto.

119. *Caſurum*] *Caſurum eſt, neque enim fuerit victoria* Thuan. ſec. *lectior* Turrian.

120. *Inviſum, hac*] *Hac caede* ſex libri: ut lib. II. 203. & ita Virg. IX. 242. *ingenti caede peracta*. ita Plin. III. Ep. XIV. *immobilis & extentus fidem peractae mortis implevit.* ubi Cortius ſe de vi verbi *peragere* egiſſe ad lib. I. vſ. 691. indicat. vid. ſupr. VI. 820. *hac clade* debet ſine dubio de Pompeji capite intelligi, ſed quomodo tunc nomen inviſum eſſe poteſt? invidia enim morte quieſcit. quare deleto *hac*, intelligerem cladem Caeſarianorum, quia ex victoria, quae ipſi multo civium ſanguine, cui parcere ſe velle antea vſ. 92. & vſ. 114. dixerat, conſtabit, invidiam ingentem ſibi conflabit, &

 im-

Laxat: & ut victus violento navita Coro;
Dat regimen ventis, ignavumque arte relicta
Puppis onus trahitur. trepido confuſa tumultu
Caſtra fremunt, animique truces ſua pectora pulſant
Ictibus incertis. multorum pallor in ore
Mortis venturae eſt, faciesque ſimillima leto.
Adveniſſe diem, qui fatum rebus in aevum
Conderet humanis, & quaeri Roma quid eſſet,
Illo Marte palam eſt. ſua quiſque pericula neſcit,
At-

imperium ipſi invidebunt, & populi & proceres reliqui. aut hodie, ſcilicet ſi ipſe cadam, *miſerabile* ero *nomen*: nam addit, *omne malum victi*, id eſt, miſerabile nomen erit; omne *nefas* victoris, qui per bellum civile ſuperior fuerit, & rempublicam tenuerit. *mirabile* Turrian.

122. *Quod ſors feret*] *Fors* quatuor. *quod fert ſors* S. Germ. *ſors fert* Rott. ſec. & Richel. *ferat* Cortius. mox, *permiſit* Turrian.

125. *Violento*] *Violenti* Langerm. ut deducatur a *violens*. quam vocem obtruſit noſtro Cortius infr. VIII. 374 & Ovidio lib. X. Met. 568. Tanaq. Faber. vid. & ſupr. VI. 37. non negandum in uſu fuiſſe, & Horatio aliisque uſitatum. ſed ex uno codice nihil hic novo.

126. *Ventis*] *Victis* Thuan. pr. a m. pr. repetita voce a praecedenti verſu. ſed lib. VIII. 190. *cetera da ventis*. *Regnum*, quod editiones quaedam habent, poſſet illuſtrari illis, quae dixi ad Valer. Flac. I. 418. mox, *rapido* Rott. tert. *confiſa* Hamb. ſec. *concuſſa* Rottend. tert.

129. *Multorum*] *Mutorum* Thuan. ſec. ut ſimilis eſt variatio obſervata lib. V. 218. *in ore eſt* tres. & *mors ventura eſt* ſeptem libri. & tunc *in ore eſt* debet ſubintelligi, ſed prius *eſt* deeſt plurimis. *Martis venturi* Hamb. pr. *venturae faciesque* ſine verbo ſubſtantivo plurimi. deinde variant codices. *ſimillima leto eſt* Thuan. ſec. *morti* alii. Sd ſive *morti* ſive *leto* legas, eſt inepta tautologia. quare forte legendum,

Pallor in ore eſt
Sortis venturae, faciesque ſimillima leto.

mortem vicinam dixit ſupr. vſ. 50. & *viciniam leti* v. 224. & alibi. *futuram mortem* etiam pro proxima Virgilius, Statius & alii dixerunt. Ovid. XIII. Met. 74.

Pallentemque metu, & trepidantem morte futura.

licet *ventura* mors plus notet, ſcilicet ſtatim, ſine mora venturam, & quaſi praeſentem, ut obſervat Servius ad Virgil. III. Aen. 158. offendit credo eruditos, quod *letum* ponatur pro *mortuis*, aut *moribundis*. Sed figuratae tales locutiones ſunt obviae, in primis apud Poëtas. infr. VIII. 747. ſimiles formulas loquendi videbimus. Sed *functo* vel *functis*, ſi ſcripti addicerent, non rejicerem, nam ita ſumi vocem hanc, poſt Heinſium quoque docui, exemplis ex ipſo Statio, quae placuere Oudendorpio, adductis, ad Albinovani locum vſ. 393. ab Oudendorpio quoque laudatum. Sed, ut dixi, *letum*, vel *mors*, poteſt explicari pro mortuis. ut ita infr. 818. *libera fortunae mors eſt* Oudendorpius explicat pro *mortuo*.

132. *Conderet*] Vide quae diximus ad Valer. Fl. I. 531. aliter utitur Avian. Fab. XXIV. *condere fata* pro finire, ubi vid. Doctiſſimi Cannegieteri notas. Ita hic quoque poſſet capi, ſi *res humanae* pro Romana republica explicentur, cujus finis jam eſſet futurus. *quid eſſet* Gloſſator Thuan. tert. expli-

Attonitus majore metu. quis litora ponto
Obruta, quis ſummis cernens in montibus aequor,
Aetheraque in terras, dejecto ſole, cadentem,
Tot rerum finem, timeat ſibi? non vacat ullos
Pro ſe ferre metus: Urbi, Magnoque timetur.
Nec gladiis habuere fidem, niſi cotibus aſper
Exarſit mucro. tunc omnis lancea ſaxo
Erigitur: tendunt nervis melioribus arcus:
Cura fuit lectis pharetras implere ſagittis.

Au-

plicat: vel libera, vel non.

134. *Neſcit*] Parum diverſo ſenſu dixit Statius v. Theb. 345. *tantosque jubet neſcire labores*, pro non ſentire ut graves. & VII. 674. *ſua vulnera neſcit.*

136. *Dejecto ſole*] *Devexo* Thuan. pr. a m. ſec. mox, *maneat ſibi* Thuan. ſec. a m. ſec. timeat ſibi ſoli, quum omnibus idem imminet exitium. *tot rerum* eſſe appoſitionem, quae comprehendit praecedentia, hic ſe illuſtraſſe ait Cortius ad Plin. III. Ep. XI. §. 3.

138. *Pro ſe*] *Prae* correxerat Heinſius, ſed induxerat. memorat & Cortius. Sed differunt. *prae ſe ferre* eſt oſtendere, declarare; ſed multis erat pallor & facies morti ſimilis, unde ſatis metus apparebat: ſed *non pro ſe ferre metus*, eſt quidem metuere, ſed non ſibi, at patriae. *orbi* a m. ſec. Rottend. tert. ita Stat. II. Achil. 159 *pudeatque doloſam*, Sic *pro te timuiſſe Thetin*. Ovid. I. Met. 182.

Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui.

Gujetus, *non vacat ulli.* ſic apud Ovid. VII. Met. 453. varie legitur, *nulli*, vel, *nulla eſt ſincera voluptas.* ubi vide.

139. *Habuere fidem*] Eleganter dictum, unde & *fidus enſis*, *fidelis lorica* & ſimilia Virgilio & aliis. vid. ad Gratii Cyneg 52. *niſi cotibus* ſex libri pro *cautibus*.

140. *Exarſit*] Non placuit hoc verbum Heinſio, & primo conjiciebat, *ſe terſit*, deinde, *ſeſe acuit.* ſed quum ferrum teritur cautibus incaleſcere ſolet, ut mox 146. *incaluit enſis incudibus.* & ex Horatii loco egregie illuſtravit Oudendorpius. ideo nihil mutem. *aſper* mucro poteſt dici, nondum quidem cotibus politus, ſed jam tamen ex incude aliquantulum acutus, ut lib. VI. 186.

Jamque bebes, & craſſo non aſper ſanguine
mucro.

& ita, *ſaxo exaſperare enſem* dixit Silius IV. 19. in ſequenti etiam verbo, *erigitur* haerebat Heinſius, & *exigitur* conjecerat, ſed deleverat iterum conjecturam. credo vitium latere, quod nunc non eluo. *acuitur* MS. Cortii, ex gloſſa. *erigitur* poſſet capi ut mucrones incurvati & retuſi recti fierent: ut fere Omnibonus, & eo refert mox 148. *ſpicula recocta*; quae in Pythone retuſa erant. *erecta pila* mox 159. in MSS. *rectus mucro* VI. 237. alio ſenſu. ſed ſingularis admodum loquendi modus. cogitaveram olim, *ſaxo atteritur*, ut in ſimili apparatu bellico Stat. III. 589. *attrito gladios cogunt juveneſcere ſaxo*: ubi Codex Barth. *a trito.* vide & Achil. I. 433. *tenuantque humentia ſaxa Attritu, & pigris addunt mucronibus iras.* ibi quidem ſaxum dicitur *atteri*, ſed & viciſſim arma, quae acuuntur ſaxis, *atteri* poſſunt dici, quum acutiora fiunt, ex aſperis. mox, *nervis majoribus* Hamb. pr. *mediocribus* Thuan. ſec. ſed *melioribus*, ſcilicet quam veteres, corrupti & flaccidi tempore facti. de *lectis* ſagittis vid. ad Ovid. I. Amor. II. 22.

Auget eques ſtimulos, frenorumque aptat habenas.
Si liceat Superis hominum conferre labores,
Non aliter, Phlegra rabidos tollente Gigantas,
Martius incaluit Siculis incudibus enſis:
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuſpis,
Spiculaque extenſo Paean Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in Aegida crines,
Pallenaea Jovi mutavit fulmina Cyclops.
Non tamen abſtinuit venturos prodere caſus
Per varias Fortuna notas. nam Theſſala rura

Quum

143. *Aptat habenas* Plurimi *artat*, quod placuit Cortio. Sed in quem uſum artarent? qûum hoc in equitando uſu venire ſoleat, ut vel laxet, vel artet & contrahat eques habenas: & in incurſu in hoſtes plerumque laxet., ut infr. 225. *largus habenae Ponticus ibat eques.* ubi vid. Oudendorpii notas. & unde toties, *immittere*, & *permittere equum* occurrit. ineptus vero hic eſt Scholiaſtes. quare *aptat* retinendum, id eſt, parat, ut Virg. IV. Georg. 74. *aptare lacertos*, ad pugnam parare. Liv. XXII. 5. *arma capere & aptare pugnae*. Columel. X. vſ. 277.

Tellurisque comas ſacris aptate caniſtris.

ubi etiam MSS. *artate*. Vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 451. & XI. Met. 456. & ad Nemeſ. Cyneg. 90. & ad Virg. II. Aen. 672. in Voſſiano erat, *Aptat eques ſt. ſ. aptat.*

144. *Superis*] Poſitum pro *ſuperorum laboribus*. ut modo vſ. 100. vidimus, & mox 165. *ſuperi* pro aris. vid. ad lib. VIII. 747. *rabidos* plurimi, ut & *Gigantas*. mox, *Siculis fornacibus* MS. Cortii. quaſi ab incude non poſſit incaleſcere ferrum.

147. *Flammis*] *Flammas* Thuan. quart. quod miror non placuiſſe Cortio, qui lib. V. 549. ita conſtruere hoc verbum tentavit contra ſcriptos.

148. *Extenſo*] *Extento* Hamb. tert. *diffundit* Thuan. tert. *defudit* Rottend. pr. *effudit* Hamb. pr. *in Aegide* Rottend. tert. & Hamb. pr. *Pallanaea* Rott. tert. & Hamb. tert. *Jovis* Langerm.

151. *Prodere*] *Perdere* producitur inter varias lect. ſed noſtri omnes recte, *prodere* vid. lib. I. 623. VI. 690. & alibi paſſim. & hinc *numquam manifeſtiora prodigia immentis ruinae* dixit Flor. IV. II. 45. qui pauca habet, noſter ex more ſuo omnia fere, quae umquam diverſis temporibus & locis apparuiſſe dicuntur, inepte cumulat. vid. ad Sil. VIII. 626.

154. *Inque oculis*] Deerat hic verſus Rott. ſec. & damnatus Oudendorpio & Cortio. ſed quum magno conſenſu codices reliqui eum ſervent, poſſet tueri locum, ſi in parentheſi legantur illa, hoc modo.

obſtitit aether
(Namque oculis hominum infregerunt fulmina nubes)
Adverſasque &c. *detulit.*

Hincque oculis Richel. Heinſius conjecerat, *ſecuerunt*, ſed eo relicto, *crepuerunt* faciebat. mihi *infringere* verbum aptius videtur, de quo ſupr. ad lib. I. 103. illud *in* abſorptum ab ultima litera in *hominum*, ut millies factum. aut,

(Namque oculis hominum ſparſerunt fulmina nubes) vel
(Jamque oculos h. ſtrinxerunt fulmine nubes)

ambo haec verba cum *frangere* commutata videbis lib. 440. *ſpargere* vero cum dativo

oc-

Quum peterent, totus venientibus obſtitit aether:
Inque oculis hominum fregerunt fulmina nubes:
Adverſasque faces, immenſoque igne columnas,
Et trabibus mixtis avidos ſiphonas aquarum
Detulit, atque oculos ingeſto fulgure clauſit,
Excuſſit criſtas galeis, capulosque ſolutis
Perfudit gladiis, ereptaque pila liquavit:
Aetherioque nocens fumavit ſulfure ferrum.
Nec non innumero cooperta examine ſigna,
Vixque revulſa ſolo; majori pondere preſſum

Signi-

occurrit & lib. VI. 71. & 703. & alibi, licet & in aliquibus locis ablativus poſſet eſſe. ſi haec non placeant, abeat in malam rem verſus infelix & ſenſum turbans, & cum eo ejus auctor. *fulgura* vel *fulgera* erat in uno & altero.

156. *Avidos*] Malebat Heinſius, *rabidos*. *Pythonas* ſex. *Tytanes* S. Germ.

157. *Ingeſto*] *Injecto* Langerm. & a m. ſec. Turr. vid. lib. VI. 232. *incerto* Rottend. pr. & MS. Cortii. *moeſto* Hamb. tert. & Langerm. haec vero videntur induxiſſe quosdam ut vſ. 154. confoderent, quia idem fere dicit. Sed quid ſi hic legeretur, *ingeſto* vel *injecto flumine*, quia de ſiphone agitur, qui, quum magnam vim aquarum traxit, deinde eam magno impetu effundit. *excluſit criſtas* Turrian. a m. pr. *galeis criſtas* Rott. tert. *ſcopulosque* Hamb. tert.

159. *Perfudit*] *Profudit* Cortius; & ita conjiciebat Oudendorpius. latere aliud verbum ſuſpicarer: vel vulgatam explicarem, ut liquefacti & ſoluti gladii in capulos emanarint. ut ita *perfundi* aqua, oleo & alio humore ſaepe occurrit. Gratius Cyneg. 501.

Peneo qualis perfunditur amne
Theſſalus.

Perfundi pro perungi illuſtravit Paſſerat. ad Propert. I. II. pag. 144. ſaepius ita utitur Ovidius, de quolibet humore, quo madeſcit aliquis. *profundere* hic minime aptum. nec *perfundere* pro liquefacere eſt interpretandum, ſed ut Omnibonus, liquefactus in vaginis enſis fulmine, perfudit & madefecit capulos ferro fluenti. Gujetus *capulos* pro vaginis capiebat. ita *enſem* pro vagina vel capulo apud Virg. IV. Aen. 262. quidam capiunt. v. Serv. *erectaque* plurimi codices. alio tamen ſenſu atque verſ. 141. nimir. pila quae erecta gerebant manu. ſed nec *erepta* diſplicet, ut a ligno, cui praefixum erat ferrum, excuſſus ſit mucro, vel liquefactus, quod ſequens verſus confirmare videtur, ubi *nocens ferrum*, id eſt, mucronem, fumaſſe dicit *ſulfure*: pro quo *fulgure* Hamb. pr. quod ſaepe alibi confundunt, quia ex fulgure ſulfureus quidam odor ſurgit. vid. Ill. Buher. ad Petron. bell. Civil. vſ. 122.

161. *Innumero*] *Et numero cooperta examine* S. Germ. mox, *pondere peſſum* Olſel. ſed an *mergere peſſum* dicatur, ut *peſſum dare*, dubito. & *mergere* hic gravius quid quam inclinare eſſe puto. ut lib. VI. 8. & mox vſ. 170. *Alterutrum merſura caput*: ſed ita merſerunt, ut caput ejus videri nequiret, undique obſeſſum ab examinibus apum. aut referendum *merſere* ad rorantia fletu ſigna, & ponenda diſtinctio poſt *ſolo*. *merſis in effoſſam terram capitibus*, quosdam inventos poſt pugnam Cannenſium narrat Livius XXII. 51. an mortem hic intelligat dubito.

Auget eques ſtimulos, frenorumque aptat habenas.
Si liceat Superis hominum conferre labores,
Non aliter, Phlegra rabidos tollente Gigantas,
Martius incaluit Siculis incudibus enſis:
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuſpis,
Spiculaque extenſo Paean Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in Aegida crines,
Pallenaea Jovi mutavit fulmina Cyclops.
Non tamen abſtinuit venturos prodere caſus
Per varias Fortuna notas. nam Theſſala rura

Quum

143. *Aptat habenas* Plurimi *artat*, quod placuit Cortio. Sed in quem uſum artarent? qdum hoc in equitando uſu venire ſoleat, ut vel laxet, vel artet & contrahat eques habenas: & in incurſu in hoſtes plerumque laxet., ut infr. 225. *largus habenae Ponticus ibat eques*. ubi vid. Oudendorpii notas. & unde toties, *immittere*, & *permittere equum* occurrit. ineptus vero hic eſt Scholiaſtes. quare *aptat* retinendum, id eſt, parat, ut Virg. IV. Georg. 74. *aptare lacertos*, ad pugnam parare. Liv. XXII. 5. *arma capere & aptare pugnae*. Columel. X. vſ. 277.

Tellurisque comas ſacris aptate caniſtris.

ubi etiam MSS. *artate*. Vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 451. & XI. Met. 456. & ad Nemeſ. Cyneg. 90. & ad Virg. II. Aen. 672. in Voſſiano erat, *Aptat eques ſt. f. aptat.*

144. *Superis*] Poſitum pro *ſuperorum laboribus*. ut modo vſ. 100. vidimus, & mox 165. *ſuperi* pro aris. vid. ad lib. VIII. 747. *rabidos* plurimi, ut & *Gigantas*. mox, *Siculis fornacibus* MS. Cortii. quaſi ab incude non poſſit incaleſcere ferrum.

147. *Flammis*] *Flammas* Thuan. quart. quod miror non placuiſſe Cortio, qui lib. V. 549. ita conſtruere hoc verbum tentavit contra ſcriptos.

148. *Extenſo*] *Extento* Hamb. tert. *diffundit* Thuan. tert. *defudit* Rottend. pr. *effudit* Hamb. pr. *in Aegide* Rottend. tert. & Hamb. pr. *Pallanaea* Rott. tert. & Hamb. tert. *Jovis* Langerm.

151. *Prodere*] *Perdere* producitur inter varias lect. ſed noſtri omnes recte, *prodere* vid. lib. I. 623. VI. 690. & alibi paſſim. & hinc *numquam manifeſtiora prodigia immentis ruinae* dixit Flor. IV. II. 45. qui pauca habet, noſter ex more ſuo omnia fere, quae umquam diverſis temporibus & locis apparuiſſe dicuntur, inepte cumulat. vid. ad Sil. VIII. 626.

154. *Inque oculis*] Deerat hic verſus Rott. ſec. & damnatus Oudendorpio & Cortio. ſed quum magno conſenſu codices reliqui eum ſervent, poſſet tueri locum, ſi in parentheſi legantur illa, hoc modo.

obſtitit aether
(Namque oculis hominum infregerant fulmina nubes)
Adverſaique &c. *detulit*.

Hincque oculis Richel. Heinſius conjecerat, *ſecuerunt*, ſed eo relicto, *crepuerunt* faciebat. mihi *infringere* verbum aptius videtur, de quo ſupr. ad lib. I. 103. illud *in* abſorptum ab ultima litera in *hominum*, ut millies factum. aut,

(Namque oculis hominum ſparſerant fulmina nubes) vel
(Jamque oculos h. ſtrinxerunt fulmine nubes)

ambo haec verba cum *frangere* commutata videbis lib. 440. *ſpargere* vero cum dativo

oc-

Quum peterent, totus venientibus obſtitit aether:
Inque oculis hominum fregerunt fulmina nubes:
Adverſasque faces, immenſoque igne columnas,
Et trabibus mixtis avidos ſiphonas aquarum
Detulit, atque oculos ingeſto fulgure clauſit,
Excuſſit criſtas galeis, capulosque ſolutis
Perfudit gladiis, ereptaque pila liquavit:
Aetherioque nocens fumavit ſulfure ferrum.
Nec non innumero cooperta examine ſigna,
Vixque revulſa ſolo; majori pondere preſſum

Signi-

occurrit & lib. VI. 71. & 703. & alibi, licet & in aliquibus locis ablativus poſſet eſſe. ſi haec non placeant, abeat in malam rem verſus infelix & ſenſum turbans, & cum eo ejus auctor. *fulgura* vel *fulgera* erat in uno & altero.

156. *Avidos*] Malebat Heinſius, *rabidos*. *Pythonas* ſex. *Tytanes* S. Germ.

157. *Ingeſto*] *Injecto* Langerm. & a m. ſec. Turr. vid. lib. VI. 232. *incerto* Rottend. pr. & MS. Cortii. *moeſto* Hamb. tert. & Langerm. haec vero videntur induxiſſe quosdam ut vſ. 154. confoderent, quia idem fere dicit. Sed quid ſi hic legeretur, *ingeſto* vel *injecto flumine*, quia de ſiphone agitur, qui, quum magnam vim aquarum traxit, deinde eam magno impetu effundit. *excluſit criſtas* Turrian. a m. pr. *galeis criſtas* Rott. tert. *ſcopulosque* Hamb. tert.

159. *Perfudit*] *Profudit* Cortius; & ita conjiciebat Oudendorpius. latere aliud verbum ſuſpicarer: vel vulgatam explicarem, ut liquefacti & ſoluti gladii in capulos emanarint. ut ita *perfundi* aqua, oleo & alio humore ſaepe occurrit. Gratius Cyneg. 501.

Peneo qualis perfunditur amne
Theſſalus.

Perfundi pro perungi illuſtravit Paſſerat. ad Propert. I. 11. pag. 144. ſaepius ita utitur Ovidius, de quolibet humore, quo madeſcit aliquis. *profundere* hic minime aptum. nec *perfundere* pro liquefacere eſt interpretandum, ſed ut Omnibonus, liquefactus in vaginis enſis fulmine, perfudit & madefecit capulos ferro fluenti. Gujetus *capulos* pro vaginis capiebat. ita *enſem* pro vagina vel capulo apud Virg. IV. Aen. 262. quidam capiunt. v. Serv. *erectaque* plurimi codices. alio tamen ſenſu atque verſ. 141. nimir. pila quae erecta gerebant manu. ſed nec *erepta* diſplicet, ut a ligno, cui praefixum erat ferrum, excuſſus ſit mucro, vel liquefactus, quod ſequens verſus confirmare videtur, ubi *nocens ferrum*, id eſt, mucronem, fumaſſe dicit *ſulfure*: pro quo *fulgure* Hamb. pr. quod ſaepe alibi confundunt, quia ex fulgure ſulfureus quidam odor ſurgit. vid. Ill. Buher. ad Petron. bell. Civil. vſ. 122.

161. *Innumero*] *Et numero cooperta examine* S. Germ. mox, *pondere peſſum* Olſel. ſed an *mergere peſſum* dicatur, ut *peſſum dare*, dubito. & *mergere* hic gravius quid quam inclinare eſſe puto. ut lib. VI. 8. & mox vſ. 170. *Alterutrum merſura caput*: ſed ita merſerunt, ut caput ejus videri nequiret, undique obſeſſum ab examinibus apum. aut referendum *merſere* ad rorantia fletu ſigna, & ponenda diſtinctio poſt *ſolo*. *merſis in effoſſam terram capitibus*, quosdam inventos poſt pugnam Cannenſium narrat Livius XXII. 51. an mortem hic intelligat dubito.

Signiferi merſere caput, rorantia fletu,
Uſque ad Teſſaliam Romana, & publica ſigna.
Admotus Superis diſcuſſa fugit ab ara
Taurus, & Emathios praeceps ſe jecit in agros;
Nullaque funeſtis inventa eſt victima ſacris.
At tu, quos ſcelerum Superos? quas rite vocaſti
Eumenidas Caeſar? Stygii quae numina regni?
Infernumque nefas? & merſos nocte furores?
Impia tam ſaeve geſturus bella litaſti?
Jam dubium monſtriſne Deum, nimione pavori
Crediderint: multis concurrere viſus Olympo
Pindus, & abruptis mergi convallibus Haemus,
Ede-

164. *Et publica*] *Ac publica* Thuan. ſec. ut Cortius volebat, qui Virum Doctum *hinc publica* legere notat, ſed ipſe hic mendum latere ſuſpicabatur. ſenſum puto, uſque ad hoc proelium fuiſſe in partibus Pompeji ſigna Romana & reipublicae, quae deinde victo Pompejo, & Caeſare dominante, Caeſaris tantum fuere, id eſt, regia quaſi, non reipublicae, quae ſublata fuit, & in dominationem verſa. ſic *publica fata* lib. II. 239. vel de ſolis Pompeji ſignis, quae partibus reipb. & Senatus praeferebantur, capiendum, ut lib. II. 319. *quin publica ſigna ducemque Pompejum ſequimur.* & ita Cato *publica jura & patriam ſequitur* lib. IX. 249. ideoque locus hic ſanus eſt. ipſe Cortius ad Plin. VII. Ep. XIX. §. 9. haec ultima fuiſſe Romana & publica ſigna eo ſenſu capit, ut C. Caſſius *ultimus Romanorum* a Tacit. IV. An. 34. dicitur. quae interpretatio eodem redit fere quo noſtra.

165. *Admotus ſuperis*] Heinſius tentabat, vel *devotus ſuperis.* Sed centies victima *admoveri* aris dicitur. vel legebat, *admotus ſacris.* ſed *ſacris* ſequitur, & *ſuperi* hic pro templis, & aris Deorum, & ſacrificio ſuperis ad aram faciendo, explicari debent. ut ita *Dii* pro ſimulacris & templis ponere ſolent. ut lib. I. 558. & paſſim. *diſcuſſa ara* eſt pedibus victimae impulſa. *Emathiae* Voſſian. a m. ſec. *ſe injecit* Turr. *ſe* deeſt Richel. vid. lib. VI. 182. *ſe praecipiti pondere jaculatus* dixit lib. II. 155.

168. *Scelerum ſuperos*] *Superos ſcelerum* Thuan. ſec. ne vero offendat inſolentior locutio, videatur lib. II. 80. ubi dixit, *Terribiles Deos ſcelerum.* ſic *hoſpitii Superos* lib. IX. 132. Statius X. Theb. 758. *Armorum Superi*, ubi vide Barth. & ad II. Theb. 294. ubi & *nefas* dici omnem rem infelicem docet. *Eumenides* quatuor. *Stygis* vitioſe Ed. Gryph. *merſos &* Cortius. deinde malim, *impia quam ſaeve geſturus bella, litaſti?*

172. *Jam dubium*] *Nam* volebat Heinſ. *nimione pavore* Cortius, ut *crediderint* abſolute poſitum ſit, pro milites crediderint illa eſſe prodigia: nam referendum ad ſequentia prodigia. *pavore* autem ſit propter pavorem. *nimioque pavore* multi libri. *nimione pavori* quinque. *Pindus Olympo viſus* Thuan. ſec. *concurrere* debet eo ſenſu capi, quo Cyaneae *concurrentes cautes* dicuntur ab Ovidio III. Amor. XI. 3. ubi vide Cioſani notas. *obruptis* Hamb. pr. *abrutis* tres

176. *Rapidus*] *Rabidus* Thuan. ſec. Rottend. tert. *Boetida* fere omnes praeter Langerm.

Edere nocturnas belli Pharſalia voces,
Ire per Oſſaeam rapidus Boebeida ſanguis:
Inque vicem vultus tenebris mirantur opertos,
Et pallere diem, galeisque incumbere noctem,
Defunctosque patres, & cunctas ſanguinis umbras
Ante oculos volitare ſuos. ſed mentibus unum
Hoc ſolamen erat, quod voti turba nefandi
Conſcia, quae patrum jugulos, quae pectora fratrum
Sperabat, gaudet monſtris, mentisque tumultu,
Atque omen ſcelerum ſubitos putat eſſe furores.
Quid mirum, populos, quos lux extrema vocabat,
Lymphato trepidaſſe metu, praeſaga malorum

Si

germ. qui *Bobeida.* vid. VI. 382.

179. *Defunctos ululare patres*] Corruptum locum teſtantur variantes lectiones, quas easdem fere, quas Cortius & Oudendorpius in ſuis, ego in noſtris inveni. Lectio, quam dedit Oudendorpius, placeret, ſi modo probaſſet, *ſanguinis umbras* poſſe dici affinium. Sed neminem ego ita locutum memini. aliud eſt in Heinſiana lectione, & *juncti ſanguinis umbras.* ſic apud Stat. III. Theb. 644.

miſeri quid pulchrum ſanguine juncto
Aoniam, & diri ſatiare novalia Cadmi.

ita Heinſius. vulgo *victo.* Sil. X. 565.

juncta propinquo
Sanguine turba virum.

& ſupra lib. I. 111. habemus, *juncti ſanguinis pignora.* & *cunctus* eraſum erat in Hamb. ſec. *cunctas* & Hamb. tert. quare cum Heinſio legerem,

Defunctosque patres, & juncti ſanguinis
umbras
Ante oculos volitare ſuos.

copula deeſt, *in galeis*, & *defunctos*, in multis ſcriptis. *Ululare* hic intruſum puto, ab aliquo, qui apud alios id verbum in hac re occurrere meminerat: nam *volitare*, quod cum ſtrepitu & ululatu fiebat, ſufficit utrique rei. vide ad Petron. cap. LXIII.

183. *Sperabat*] Sollemniter multa novare geſtientes, Heinſius & Cortius, *ſpirabat* reponi volunt. quos non ſequor, quum & ſequentibus, *gaudet* & *putat* convenire non putem, & etiam *jugulos* & *pectora* alicujus *ſpirare* eo ſenſu, qui hic requiritur, Latine dici vix exiſtimem. nec in exemplis ſupra lib. II. 138. & alibi, ſaepe de hoc verbo *ſpirare* adductis, ullum potuerim ſimile invenire *ſpirare caedem, ſanguinem, bella* & ſimilia facile patior, ſed *jugulos* & *pectora* probari poſtulo. *tumultus* ſex libri. non male, ut nec *tumultum*, quod Sixii Codex habet. ſenſus eſt, illa perturbatio mentis & ſubiti furores ſunt omen ſcelerum. ſed & vulgata aptum efficit ſenſum, ſi non aptiorem. imitatus in hac locutione Horat. II. Od. 16:

neque conſularis,
Summovet lictor miſeros tumultus
Mentis.

185. *Quid mirum*] *Mirum eſt* Turrian. *quod lux* Richel. *externa* Rottend. ſec. *aeterna* Hamb. pr. omnes fruſtra. ſupr. vſ. 90. *lucem noviſſimam* dixit. *vocabat* Rottend. pr. & Barber. quod magno auctore Virgilio II. Aen. 668.

vocat lux ultima victos:

ſo

Si data mens homini eſt? Tyriis qui Gadibus hoſpes
Adjacet, Armeniumque bibit Romanus Araxem,
Sub quocumque die, quocumque eſt ſidere mundi,
Maeret, & ignorat cauſſas, animumque dolentem
Corripit, Emathiis, quid perdat neſcius, arvis.
Euganeo, ſi vera fides memorantibus, Augur
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
Atque Antenorei diſpergitur unda Timavi,
Venit ſumma dies, geritur res maxima, dixit:
Impia concurrunt Pompeji & Caeſaris arma.

Seu

ſe tueri poteſt; niſi quis librarium non tam doctum fingat, ut ex Virgilio haec ſumſiſſe per ſe putet: ſed Noſter hoc verbo ſimili fere modo ſaepius uti ſolet: ut inf. h. l. 815. plura exempla dabit index. neque hic ſolum librarii *manent* ſuppoſuere, ſed & apud Virgilium in ſimili caſu x. Aen. 471. *& jam ſua Turnum fata vocant.* ubi *manent* codices, ſed egregie & efficacius de inſtanti fato explicat Pierius. Ovid. Ep. VII. I. *Sic, ubi fata vocant* &c. & ſaepe alibi. fata *manent* omnes; ſed ſuo tempore morituros *vocant*, quibus vicina eſt mors „ ut ſupr. 129. & ita VII. Aen. 590. *manet ſupplicium* Turnum, ſed lib. x. *jam*, id eſt, ſtatim, *vocant fata.* haec bene diſcernenda ſunt in Poëtis. & ita hic nihil miri, ſi morti jam proximi trepidaverint, quos vocabat lux extrema, quum etiam longe inde remoti, quos deinde manebant fatum, maeruerint.

186. *Metu*] *Manu* Turrian. ſed *metus* proprie τῷ *lymphata* convenit. vid. Stat. VII. Theb. 113. de *Pavore.* & ibi Barth. mox, *ſic data* Hamb. tert. nec male, ut puto Heinſio placuit, ſigno interrogationis poſito poſt *eſt?* ego malim conſtruere, ſi mens praeſaga malorum eſt data, quid mirum ſi &c.

188. *Armeniumque*] *Arcanumque* MS. Cortii, *Araxen* Rottend. ſec. & Langerm. *Araxin* alius Cortii: mox, *quocumque ſidere ſine eſt* Thuan. ſec. Hambpr.

190. *Animumque dolentem*] *Animique dolorem* Hamb. pr. *volentem* S. Germ. *concipit* Rott. ſec. forte, *animique dolorem concipit*, vel *animoque*, ut ſaepe Ovidius *animo, mente concipere iras, triſtia, amorem, furores* &c. dicit in remotis illis locis eo die dolorem concepiſſe Romanos, neſcios in Pharſalia eo die pugnatum, ſed aliquid mali ſuſpicantes, ex triſtitia oborta, cujus cauſſam ignorabant. ſed & *corripit* poſſet ſervari, quaſi animum ſine cauſſa dolentem arguerent & corriperent. *quid perdit* Hamb. pr. & Turrian. vid. ad lib. I. 126. *neſcit quid perdat* tres. *neſcius arvis* quinque libri, quod auctoritatem Heinſii ſecuti receperunt Cortius & Oudendorpius.

192. *Euganeo*] *Eugeneo* Sixii. *vera* dubium eſt an ad *fides*, an ad *memorantibus* ſit referendum: ſed quum apud Ovidium & alios centies *vera fides* occurrat, & vera memorantibus nemo fidem negare poſſit, prius praefero. liberum tamen ſit lectori alterum probare. *ſedebat* vero proprium augurum verbum, ut docet Servius ad Virgil. IX. Aen. 4. & alii multi. *ubi terris* Rottend. tert. *fumiger, ſeguifer, frugifer* MS. Cortii, *frugifer*, etiam Rott. tert. ſed *fumifer* rectum. de fumo & aura fluviorum omnia nota. vid. Ovid. I. Met. 571. & XIII. 602. & ad Val. Flac. VIII. 452. & ſupr. VI. 369. deinde Heinſius volebat, *Quaque Antenorei.* ſed in

uno

Seu tonitrus, ac tela Jovis praeſaga notavit:
Aëra ſeu totum diſcordi obſiſtere coelo,
Perſpexitque polos: ſeu lumen in aethere maeſtum
Solis, in obſcuro pugnam pallore notavit.
Diſſimilem certe cunctis, quos explicat, egit
Theſſalicum Natura diem: ſi cuncta perito
404. *In nullos*] *In nullas* Barber. *domos* Hamb. tert.

406.

Nec muros implere viris, nec poſſumus agros.
Urbs nos una capit: vincto foſſore coluntur
Heſperiae ſegetes: ſtat tectis putris avítis
In nullos ruitura domus, nulloque frequentem
Cive ſuo Romam, ſed mundi faece repletam:
Cladis eo dedimus, ne tanto in tempore bellum
Jam poſſit civile geri: Pharſalia tanti
Cauſſa mali. cedant feralia nomina Cannae,
Et damnata diu Romanis Allia faſtis.
Tempora ſignavit leviorum Roma malorum:
Hunc voluít neſcire diem. prô triſtia fata!
Aëra peſtiferum tractu, morboſque fluentes,

In-

406. *Eo dedimus*] Obſcurius hoc eſt, ut etiam in ſimili loco haeſerunt viri docti apud Cicer. pro Roſc. Amer. cap. XXXI. ſed feliciter ibi explicuit Cl. Graevius, *eo* pro ideo poni. & ita Vellej. II. 127. *nihil ſui vindicantem, eoque adſequentem omnia*, & ita alii. vid. Heinſ. ad Vell. II. 6. ſed ſi ita capiamus, unde tunc *cladis* regetur? quare *eo cladis* capiendum cum Omnibono pro, in tantam cladem. ſed deficior ſimilis locutionis exemplo. niſi forte apud Livium lib. XXII. 32. legere liceret, *eoque inopiae eſt coactus Hannibal:* ubi vide quae viri docti tentaverunt: ſed non plane id noſtri loco convenit. *in tempore*, *in corpore* ſex ſcripti, & a m. ſec. tres. & de hac lectione multis egit Heinſius ad Virgil. lib. XII. 835. vid. & infr. X. 416. *jam poſſit* etiam plurimi. *cauſſa mali eſt* Thuan. quart. & Langerm.

409. *Allia*] *Gallia* Thuan. tert. & Rott. pr. *Alia* nonnulli, ut viri docti jam obſervarunt pro *Allia* ſcribi ſaepe. *Allia fatis* quatuor.

411. *Pro triſtia fata*] *Quo* ſex. *quod* MS. Cortii. *triſtia fati* vir doctus apud Cortium. vid. lib. VI. 305.

412. *Tractu*] *Tactu* Rottend. ſec. quae verba commutari ſolita videbis ad Gratii Cyneg. 362. *tractu* de hominibus, qui trahunt aëra peſtiferum, poteſt capi, & ipſe *aër trahit contagia*, ut lib. VI. 89. *tactu* vero de contagione ex vicino malo. vid. lib. VI. 539. Oudendorpius malebat, *aëre peſtiferum tractum*, quod ex Virgilii loco explicat III. Aen. 137. de quo ibi videbimus. vide ſi poſſet per *tractum* intelligere terrae partem, quae peſtiferum aëra ſenſit, ut VIII. 365. vid. ſupr. h. l. vſ. 241. ubi & de tempore dicitur. ſed quum non loca ipſa, ſed mala enumeret plurima, ut aëra peſtiferum, id eſt, peſtilentiam, morbos, famem, incendia, terrae motum, dicit, horum omnium damna potuiſſe expleri hominibus, ſi ſuperfuiſſent huic cladi; ideo vulgatum ſervandum puto, & explicarem, de aëre corrupto, quem trahunt homines, & unde peſtilentia orta. quam ineptus vero ſit declamator Noſter patebit, ſi haec conferas cum h. l. 640. ubi non ſollicitus eſt, ne ſuperſit proles, ſed ne ſoboles & nepotes in aeternum ſervire cogantur, & vſ. 656. ut pars maxima ſupereſſet, ait voviſſe Pompejum: qui & ſupr. 90. magnae parti lucem noviſſimam foredicit. ita ſolent ſui immemores, & impetu ingenii ablati Poëtae.

Inſanamque famem, permiſſasque ignibus urbes,
Moeniaque in praeceps laturos plena tremores
Hi poſſent explere viri, quos undique traxit
In miſeram Fortuna necem, dum munera longi
Explicat eripiens aevi, populosque, ducesque,
Conſtituit campis: per quos tibi, Roma, ruenti
Oſtendat quam magna cadas. quo latius orbem
Poſſedit, citius per proſpera fata cucurrit.
Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis:
Te geminum Titan procedere vidit in axem.

Haud

413. *Inſanamque famem*] *Invisamque* Hamb. pr. *permiſtasque* Thuan. pr. a m. ſec. mox, *laturo p. tremore* Langer. *laturos p. timores* Hamb. pr. & Oiſel. *hi poſſunt* ſex libri.

416. *Dum munera longi*] Intricatior paullum ſenſus: ego ita conſtruerem: dum eripiens munera longi aevi explicat viros, quos undique traxit in miſeram fortuna necem. munera longi aevi eripit, dum praecipitat fata eorum, qui diutius vixiſſent, niſi in hoc proelium fuiſſent tracti, & prolem dediſſent reipublicae. Hos *explicat*, quod recte Oudendorpius exponit, & conſtituit campis. qui antea in urbibus denſati habitabant, nunc in acie illos explicat, & in ordines conſtituit. Simili fere ſenſu ſupr. vſ. 201. dicitur *natura explicare dies*, quos ordine diſponit ſe ſubſequentes: ut lib. VI. 9. & alibi hoc verbo utitur. *munia* erat in Thuan. ſec.

418. *Ruenti*] *Cadenti* Thuan. pr. & Hamb. pr. *oſtendis* Langerm. *quod magna* Langer. idem.

419. *Quo latius orbem Poſſedit*] Ita multi codices & editiones, quod adreptum fuit, quia *late poſſidere* regna & ſimilia paſſim, & praecipue de Romano imperio occurrunt. vid. Gron. ad Liv. XXIV. 49. Cort. ad Salluſt. Jug. cap. V. & quae dixi ad Petron. cap. LXXXII. Sed quum *quo tardius* ſit in aliis, & e noſtris in Langerm. explicant alii, quo longiore tempore opus fuit ad totum orbem ſubjugandum, eo citius fortuna ſummam felicitatem evertit, nec manſit in proſperis, ſed cucurrit per proſpera ad exitium. nam *per proſpera currere*, notat perpetuum victoriarum curſum. ſed tamen aliquid inconcinni hic videtur eſſe, nec *tardius* reſpondere accurate, τῷ *citius cucurrit per proſpera*. nam an citius cucurrit fortuna, ut tardius poſſideret orbem? deinde an fortuna poſſedit orbem, & non potius dedit Romanis poſſidendum? vitium in hac voce latere puto, quid ſi legatur, *quo latius orbem poſſideas*? nam ſermo debet ad Romam continuari, & inconcinne *poſſedit* interjicitur inter *cadas*, & deinde *Tibi*, & *Te* ſequentibus verſibus. & hinc inducor fere, ut *latius* retineam, hoc ſenſu. quo, id eſt, ut latius poſſideres & adjiceres gentes imperio tuo, citius fortuna cucurrit, non in exitium, ſed in potentiam & felicitatem excrevit: ut idem dicat, quod Juſtinus lib. I. I. ut, *quum proxima quaeque victoria eſſet inſtrumentum ſequentis, totum fere orbem ſubegerit*. & hoc indicat vſ. 421.

Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis.

quotannis novas adjeciſti imperio gentes, deinde vero converſionem fortunae vſ. 426. memorat, quae in exitium traxit rem publicam. *cucurrit* vero per proſpera, ad hanc usque Emathiae funeſtam diem, quae retrotulit fata: ſic Florus lib. II. 16. *quaſi ſeculum*

Haud multum terrae ſpatium reſtabat Eoae,
Ut tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret aether,
Omniaque errantes ſtellae Romana viderent.
Sed retro tua fata tulit par omnibus annis
Emathiae funeſta dies. hac luce cruenta
Effectum, ut Latios non horreat India faſces,
Nec vetitos errare Daas in moenia ducat:
Sarmaticumque premat ſuccinctus Conſul aratrum:
Quod ſemper ſaevas debet tibi Parthia poenas,
Quod fugiens civile nefas, redituraque numquam

Li-

lum everſionibus urbium curreret. In diverſis libris eſt, *quam, quae, qua, quod latius: per proſpera bella* Hamb. pr. ſed nondum mihi plane ſatisfacio, ut & haeſit Oudendorpius in hoc loco.

421. *Omnibus annis*] Ut modo expoſui eſt quotannis, ſingulis annis, alias poſt alias gentes tibi ſubjeciſti, Roma, ut recte Hortenſius. odioſa vero haec vocum repetitio, quae & vſ. 388. & 426. occurrit, ſi in alio Poëta deprehenderetur, amplecterer *omnibus armis*, quae lectio eſt in undecim libris. Sed Lucano ignoſcendum eſt ſolito eadem iterare.

423. *Spatium*] Heinſius malebat, *ſpatio*, vel *ſpatii*; ut apud Ovid. 11. Met. 187.

Multum coeli poſt terga relictum.

ubi etiam *relicti* Heinſius. *diſtabat* Rottend. pr.

424. *Nox*] Eſt luna, *dies* ſol, *aether* omnia ſidera fixa, & deinde Planetae. ut dicat omnem orbem, ſub ſole, luna & ſideribus fuiſſe Romae ſubjectum, & idem, quod Petronius initio belli civilis:

Orbem jam totum populus Romanus habebat
Qua mare, qua tellus, qua ſidus currit utrumque.

ubi vide. *curreret axis* Thuan. quart. & Rottend. ſec. & MS. Cortii. *omneſque errantes* Thuan. pr.

426. *Omnibus annis*] Non arridebat Heinſio haec vocum iteratio, & legebat, *omnibus actis.* Sed hic retinendum puto, quia *dies* hic Emathiae opponitur omnibus prioribus annis.

428. *Effectum*] *Effectum eſt* Turrian. mox, *Dabas*, *Dachas*, & *Dachos* varie in ſcriptis. mox, *Sarmatiumque* Cortius contra omnes libros, ut & fecit lib. VIII. 369. & ubique fere. ut mox iterum vſ. 435. *Scythium* & paſſim. *aratrum premat* capi poteſt de everſionibus urbium, aratro inducto, ut ſolum poſſit coli, & ut ſeges eſſet, ubi olim urbs fuerit, ut ſaepe Poëtae loquuntur. Male vero de coloniis in hoſtico poſitis explicat Scholiaſtes, quaſi conſul provincia victa coloniam conderet. quum aliter duumviri, triumviri &c. ad eam curationem mittebantur, qui aratro deſignabant urbis ſpatium, & quidem ſuccincti habitu Gabino, ut notum eſt. debet vero repeti *nec*, vel legi *Sarmaticumve.* vid. infr. vſ. 549. Omnibonus capit de limitibus inter imperium Romanum & Sarmatiam, ſulco ducto deſignandis. quem morem vellem illuſtratum exemplis. Si de colonia capias, Lucanus Conſuli hoc munus adſignavit, quod extra ordinem aliis ſolebat mandari. haereo & in hoc loco.

431. *Quod ſemper &c.*] Pendet hic ſenſus, nec ſequitur quod reſpondeat, τῷ *quod*, nec etiam referri poteſt ad praecedens *effectum eſt*: ibi enim ſequitur, *ut non horreat*, *ducat* &c. hic vero eſt, *quod debet*: & videtur

Libertas, ultra Tigrim, Rhenumque receſſit,
Ac, toties nobis jugulo quaeſita, negatur,
Germanum, Scythicumque bonum: nec reſpicit ultra
Auſoniam: vellem, populis incognita noſtris:
Vulturis ut primum laevo fundata volatu
Romulus infami complevit moenia luco,
Uſque ad Theſſalicas ſerviſſes Roma ruinas.
De Brutis, Fortuna, queror. quid tempora legum
Egimus, aut annos a Conſule nomen habentes?

Fi-

nova ſententia incipere. an autem ita variare, & has particulis *ut* & *quod*, pendentes ab uno & eodem verbo, diverſis modis jungere liceat, vehementer dubito: certe me exemplum ſimilis conſtructionis ignorare fateor. v. Drak. ad Liv. VI. 15. ubi quaedam exempla adducuntur, in quibus *quod* in ſecundo membro pro *quia* ſumitur. Sed hoc non procedit hic, ubi poſt *effectum* debet ſequi *ut*, jam ſi *quod* pro *quia* ſumatur debet cauſſa praecedere effectum, & ſenſus eſſet, quia libertas receſſit, effectum ut India non ſubigeretur; quod hic abſonum eſſet. quare cogitabam, an ἀπόδοσις poſſet reperiri in vſ. 434. *Ac toties* &c. & conſtrui, quod Parthi toties victores tibi debent poenas, quod libertas receſſit, hodie factum eſt, & tunc legebam.

Hac, toties nobis jugulo quaeſita, negatur Germ.

hac ſc. *luce*, ex verſu 427. nam in Thuan. ſec. & in Hamb. tert. erat *Ha:* in duobus aliis, *at*. Sed nec hoc ſatisfacit. quare potius hanc ſtribliginem Lucano adſcribamus, qui oblitus ſe in prioribus *ut* poſt *effectum* adhibuiſſe, hic *quod* ſubjungit cum indicativo. *efficere* vero ſequente *ut*, obvium eſt. vid. ad Quinctil. Decl. XI. 7. & Cort. ad Sall. Catil. XXVI. 3. forte & *quod debet*, &c. poſſet continuari ad *vellem populis*, & ſubintelligi *potius*, vel legi *mallem*. *mallem* Roma incognita fuiſſes potius, quam, quod debet Parthia poenas, & libertas receſſit ad Germanos; & ſerviſſes ad hoc uſque tempus &c. forte etiam *quod*, hic in initio periodi poſitum, poſſet eo modo capi, & ita referri ad *vellem*, ut ſaepe poni obſervarunt viri docti & in primis Gronov. ad Liv. XXVII. 7. Munck. ad Hygin. fab. XVI. ſed tamen exempla ab illis adducta an huc quadrent, dubito: excutiant ergo alii haec diligentius. praeterea Markl. ad Stat. II. Silv. VI. vſ. 97. *ſeras poenas* corrigebat. ſed *ſaevas*, quia tot cladibus Romanos adfecit, nec potuit ſubigi, ut aliae gentes. Ideoque adhuc debet poenas Parthia, nec vindicarunt tot clades Romani: & hinc Ovidius Auguſto adulans de Cajo Caeſare I. Art. 179. *Parthe, dabis poenas* &c. *Ultor adeſt* &c. quod bellum quum ſignis redditis ſit compoſitum, ideo ad hoc uſque tempus poenas debebat Romanis Parthia. *perituraque numquam* Thuan. quart. *jugulo repetita* Thuan. ſec. *negatur* in multis erat.

436. *Vellem populis incognita noſtris*] Et hic aliquid ſcabri & obſcuri ſubeſſe recte viderunt viri docti, & quidam Romam, alii libertatem ſubintelligunt. Si libertas, deberet ſubintelligi *fuiſſes*, & ibi ſenſus finiri, poſita majore diſtinctione, & nova inchoari ſententia a, *vulturis ut*. Ut a libertat ſe converteret ad Romam: quod quum durius videatur, forte mollius procederent omnia, ſi diſtinctione majore poſita poſt *Auſoniam*, deinde legeretur,

mallem (vel *vellem*) *populis incognita vaſtis &c.*

Uſ-

Felices Arabes, Medique, Eoaque tellus,
Quam ſub perpetuis tenuerunt fata Tyrannis.
Ex populis, quae regna ferunt, ſors ultima noſtra eſt,
Quos ſervire pudet. Sunt nobis nulla profecto
Numina: quum caeco rapiantur ſecula caſu,
Mentimur regnare Jovem. ſpectabit ab alto
Aethere Theſſalicas, teneat quum fulmina, caedes?
Scilicet ipſe petet Pholoën? petet ignibus Oeten,
Immeritaeque nemus Rhodopes, pinusque Mimantis?
Caſ-

Uſque ad Theſſalicas ſerviſſes Roma ruinas. utinam ab origine tua ad hunc diem, Roma, fuiſſes ſub regibus, nec late poſſediſſes orbem, ſed ignota, tu & arma tua, fuiſſent populis barbaris, & a te ſubactis. nam *noſtris* faceret ſenſum abſurdum. idem enim eſt, ac ſi dixiſſet, vellem, Roma, incognita fuiſſes Romanis. niſi *noſtris* pro a nobis ſubactis gentibus, capias. acumine ſuo Lucanus ſaepe obſcurat ſenſum, nec ſatis conſiderate etiam dicit, *ad Theſſalicas ruinas ſerviſſes:* ſi enim Roma manſiſſet ſub regibus, certe non tam late poſſediſſet orbem, ſed intra Italiam ſe continuiſſet, nec potuiſſet hoc proelium Theſſalicum committi, nec civile inter proceres bellum moveri: ſed excuſari poſſet, ſi per *Theſſalicas ruinas*, intelligeret tempus hoc, quo acciderunt ruinae, quae tunc non potuiſſent accidere. quod vero mutaverim *noſtris* in *vaſtis* non novo more feci, nam ita *veſtris* & *noſtris* centies, & illud confundi cum *vaſtis* docui in notis ad Ovid. XVIII. Ep. 6. & III. Amor. I. 40. poſſet alius conjicere, *victis*, vel *cunctis*. pro *ſerviſſes*, *caruiſſes* erat in Thuan. ſec. ſcilicet libertate. *ſerviſſet* quatuor. verſus vero 438. *Romulus* &c. non erat in Richeliano.

440. *De Brutis*] *De Bruto* Langerm. ſed ſaepe de uno loquentes plurali utuntur, ut *Catones*, *Cicerones* dicere ſolemus. vid. VIII. 327. *quo tempora* Sixii: non male: quid profuit illa tempora egiſſe, & libertatem habuiſſe, non habere. ſed & *quid* eo ſenſu poteſt capi, pro cur. *quod* tres. mox, *Arabas* Thuan. ſec. male: ſequitur enim, *Medi* &c. dicitur vero utroque caſu, ut Noſter, *o felix* IX. 208. vid. ad Ovid. I. Faſt. 297. & ſaepe alibi. deinde populis ſubjungit *tellurem Eoam*, pro populis Eois, de quo vid. ſupr. ad III. 77. & hinc ſubjungit, ut proximae voci, *quam*, non *quos*. vid. Cort. ad Plin. IX. Ep. 25.

444. *Ferunt*] *Tenent* Hamb. pr. ſed *ferunt* hic eſt patiuntur. *Quod ſervire* Oiſel. & S. German.

446. *Caſu*] *Fato* Barber. ſed nullus, *curſu*. ut lib. VI. 423. & 591. quod, praeterquam quod non inventum in libris, mox vſ. 487. iterum dicit, *rapit omnia caſus*. Et *caſus* ſaepe opponitur divino decreto & fatis, a Jove aut Diis datis. vid. ad Sueton. Claud. XIII. Virg. IX. Aen. 211.

Si quis in adverſum rapiat caſusve Deusve. & ita centies. *curſus* quidam ipſis fatis adſcribitur, ubi de ſerie & ordine fatorum agitur. ut *euntibus ordine fatis* &c. quod loca ab Oudendorpio adlata docent. quare *caſu* ſervandum, & *curſu* huc intruſum ex lib. II. 567. putem. mox, *ſpectabat* tres. *ab illo* Langerm. ſimilia habet Statius X. Theb. 795. ubi vid. Barth. mox, *clades* Rottend. ſec.

449. *Ipſe petet*] *Ille* nuſquam inveni, & non utique *ille* eſt obtrudendum nobis; quum *ipſe* hic vim ſuam habeat. ipſe Jupiter, quum poſſit Caeſarem percutere fulmine ſuo, hoc relinquet Caſſio: ſic Virgil. XII. 725. *Ju-*

piter

Caſſius hoc potius feriet caput? aſtra Thyeſtae
Intulit, & ſubitis damnavit noctibus Argos:
Tot ſimiles fratrum gladios, patrumque gerenti
Theſſaliae dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata Deo. cladis tamen hujus habemus
Vindictam, quantam terris dare numina fas eſt.
Bella pares Superis facient civilia divos:

Ful-

piter ipſe &c. de verbo *petere* in hac re vid. ad Ovid. III. Amor. III. 37. *petit Pholoën*, *petit* quatuor. *petet Pholoen*, *petit* Hamb. ſec. *igneus* Langerm. *Oethem* tres. *immeritique* Turr. & Cortii MS. vid. ad lib. III. 178. & de voce *immeritus* ad Nemeſ. Cyneg. 195. & alibi. *Rhodopae* Langerm. mox, *Caſus* omnes fere ſcripti, ſed *Caſius hoc potius* Hamb. ſec. quaſi de Jove Caſio ageretur. ſed prima ſyllaba brevis eſt. recte vero haec explicuit Oudendorpius, & *Mimantis* veram puto cum viris doctis lectionem. quod vero Heinſius ad Sil. Ital. III. 494. Salmaſium ad Solinum pag. 605. laudet, error eſt; ibi enim agit de Mimante Joniae monte, non Thraciae, & de eo explicat Parrhaſius locum Claudiani, confundens duos hos montes; ut plures feciſſe docet Spanhemius ad Callim. Hymn. in Delum vſ. 69. qui nullum in Thracia agnoſcere videtur, ſed errori Suidae & Grammaticorum adſcribere. qui omnino videndus. nec quia Rhodopae jungitur hinc ſequitur in Thracia fuiſſe, nam & hic Pholoë & Oetes memorantur, diverſis in locis ſiti montes. ut apud Senec. Hercl. Fur. 981. *Pindus*, *Oete* & *Mimas*, & alibi.

451. *Aſtra*] *Atra* Thuan. quart. a m. ſec. *attulit* Rottend. tert. a m. pr. & a ſec. *abſtulit*. *intulit* & *impulit* varie in multis. Cortii etiam, *tranſtulit*, dant. *noctibus Agros* Barber. *Argos* pro Mycenis poſitum dicit Markl. ad Stat. II. Silv. I. 181. vid. ad Ovid. I. Amor. X. 5. totus vero verſus deerat Hamb. tert. a m. pr. ego *intulit* ex pluribus praetuli.

453. *Fratrum*] *Patrum gl. fratrumque* Thuan. ſec. *gerentes* Thuan. quart. *regenti* Rott. pr. Cuningamus codici adſcripſerat Waddelium conjeciſſe, *ferenti*. *Theſſalicae* Turr. *nulla* Hamb. pr. vid. ſupr. vſ. 137. Heinſius legebat, *mortalia nulli ſunt ſua cura Deo*. ut dictum ſit quemadmodum apud Ovidium VIII. Met. 724. *Cura pii Dis ſunt*. ſed ſua Lucano locutio ſervetur; mox, *quantum* tres. *quantam* plurimi. *terris quantum* Hamb. pr. vid. ad lib. VIII. II.

457. *Facient*] *Faciunt* Hamb. pr. *fluminibus* Rottend. ſec. *ornabat* Voſſian. & Hamb. pr. & *haſtis* Querneus Egregior. cap. VIII. quosdam teſtatur legere, ut notavit Heinſius. & ita Freinsh. ad Flor. IV. II. II. 91. quod licet aliquo colore defendi poſſit, melius tamen vulgata de ſtella, quae poſt Caeſaris necem apparuit, capitur, unde *Dionaeum Caeſaris aſtrum* Virgilio IX. Ecl. 47. dicitur, & de quo nemo non commemoravit plura. vide Stat. I. Theb. 28. & ibi Barth. & Suet. Caeſ. LXXXIX. & de jurejurando cap. LXXXV. de fulminibus, quibus ornati fuere manes, nihil reperire potui, nec commentatores, nec hujus temporis ſcriptores ullam eorum mentionem faciunt. Omnibonus de Auguſti ſtatua, in qua fulmen conſpicitur, nullo auctore laudato, capit. Sulpitius de imagine Caeſaris cum fulmine & radiis. Hortenſius nihil de fulmine, ſed tantum de ſtella adfert. Farnabius fulmina illa reſpici, quae Horatius I. Od. 2. memorat. Rupertus ad Flori lib. IV. 2. p. 628. in nummis Caeſaris & Auguſti fulmen & coronam radiatam conſpici tradit. Sed haec omnia praeter mentem Lucani, qui ſine dubito ſcripſit, *Fluminibus manes*, *radiisque ornabit*. nam inter am-

Fulminibus manes, radiiſque ornabit, & aſtris,
Inque Deûm templis jurabit Roma per umbras.
Ut rapido curſu fati ſuprema morantem
Conſumſere locum: parva tellure diremti,
Inde manus ſpectant, vultuſque agnoſcere quaerunt,
Quo ſua pila cadant, aut quo ſibi fata minentur.
Facturi quae monſtra forent, vidêre parentes
Fron-

ampliora faſtigio humano ſibi etiam *flaminem* decerni paſſum fuiſſe Caeſarem dicit Suetonius cap. LXXVI. & alii ſcriptores, & firmat hunc conjecturam Rottendorf. codex, in quo *fluminibus*, ſolita cum *fulminibus* & *flaminibus* permutatione, quae ſexcentis in locis animadvertitur. Jam quam facilis lapſus in *flaminibus*, ut *fluminibus* ſuppoſuerint librarii, nemo negabit. ſic apud Ovid. x. Epiſt. 114. *Flaminaque in lacrimas officioſa meas*, vidi poſt editum Poëtam in Lovanienſi codice eſſe *flumina*. eadem varietas lib. I. Met. 59. in Voſſiano codice. & alibi. praeterea *manibus* melius *Flamines*, quam *fulmina* adſcribuntur. nam *Juliani* inde hi flamines dicti fuere. Vindictam vero in eo conſiſtere acerbo ſarcasmo dicit Lucanus, quod, licet Romani eum poſt mortem ut Deum coluerint, hoc minoris ſit momenti, quam ſi vitam ipſi diuturniorem dediſſent. Divinos illos honores, ab adulante Senatu & populo decretos, nihil nocuiſſe Romanis, quia non diu poſt e vivis ſit ſublatus, eadem ſententia, qua illud jactatum, *ſit divus, dummodo non vivus*. Cl. Dorvilius credebat, cum jam adductis viris doctis, ad Auguſtum poſſe referri, cujus nummi apud Goltzium pag. 4. & 21. referunt tria haec, fulmen, coronam radiatam & aſtrum. & in vſ. ſequenti agi de divinis honoribus, per jusjurandum ad aras. ſed mihi omnia Caeſarem ſpectare videntur. in quem ſemper iniquior eſt Lucanus, & Auguſtus non tam per bella civilia meruit divinos honores, quam poſt illa, compoſita quiete & tranquillitate, ob inſignem Senatus & Populi amorem & reverentiam. Sed etiam illi Flamines & Sacerdotes fuere inſtituti: vid. ad Suet. Aug. cap. c.

460. *Rapido*] *Rabido* Thuan. quart. & Barber. *rapido greſſu* Thuan. ſec. *manantem* S. Germ. *conſumere* recte explicuit Oudendorpius. & adde quae dixi ad Nemeſ. Cyneg. 289.

462. *Inde manus ſpectant* &c.] Locus hic turpiter inquinatus & interpolatus, ut ex notis licet videre. ego, ut brevis ſim, cum illis facerem, qui eo ordine, quo Grotius, legunt;

parva tellure diremti,
Inde manus ſpectant, vultusque agnoſcere quaerunt,
Quo ſua pila cadant, aut quo ſibi fata minentur.
Facturi quae monſtra forent, videre parentes &c.

Inde, id eſt, intervallo illo parvae telluris, ſpectant *manus*, id eſt, adverſarios paratos, & quaerunt agnoſcere vultus, quos Caeſar juſſerat ferire, & in quos ſua pila poſſint cadere. cogitabam etiam, an non poſſet legi,

parva tellure dirempti,
Unde manus certae, vultusque agnoſcere poſſint,
Quo ſua tela cadant, aut quae ſibi fata minentur.

hic pleno jam ſenſu diſtinguerem, ſenſum vero eſſe, unde manus certae poſſent eſſe, id eſt, unde ipſi certos ictus & vulnera inferre, & agnoſcere poſſent vultus, in quos pila ſua poſſint cadere, aut adverſariorum, quae ipſis etiam minabantur mortem, vitare. *unde* & *inde* centies commutata, ut mox etiam 479. Deinde novo ſenſu legerem,

Ea-

Frontibus adverſis, fraternaque comminus arma;
Nec libuit mutare locum: tamen omnia torpor
Pectora conſtrinxit: gelidusque in viſcera ſanguis
Percuſſa pietate coit: totaeque cohortes
Pila parata diu tenſis tenuere lacertis.
Dii tibi non mortem, quae cunctis poena paratur,
Sed ſenſum poſt fata tuae dent, Craſtine, morti,
Cujus torta manu commiſit lancea bellum,

Pri-

Facturi quae monſtra forent, videre parentes &c.

Quum jam in eo eſſent ut facturi eſſent ea, quae revera monſtra eſſent, videre parentes, ſibi oppoſitos frontibus adverſis, & fratres ſuos agnovere, non tamen in eos miſerunt pila, aut procurrerunt, ſed ſtetere ſuo loco, nec etiam regreſſi, quia omnes torpor conſtrinxit. Qui *tempus* retinent, ad inſolentem loquendi modum *facere tempus*, quam tamen nullo exemplo probant, recurrere debent, & hiulcam orationem agnoſcere. vid. infr. ad VIII. 114. Cortius etiam ſupplet, *tempus fuit* ad Plin. VII. Ep. XXVII. §. 13. ſed tunc potius *manus* in nominativo caperem, manus, id eſt, milites parati proelio ſpectant tempus quo poſſint mittere tela &c. ſed non placet prae alia lectione. *qua ſua* in Hamb. tert. *ſua tela cadant* in Hamb. pr. *quem ſibi fata* in tribus. *quam* in quinque. *minuntur* duobus. *manus* in multis. *ſpectent* Hamb. tert. *vultus quo noſcere* in uno, *poſſint* in tribus, & in quinque deerat verſus *Inde manum* &c. *quae monſtra ferent*, pro patientur Gujetus; ut ſupr. *regna ferre* 444. ſed male. hinc poſſet quis defendere apud Virgil. VI. Aen. 279. *monſtriferum bellum*, ut Hamb. Codex habet. ubi vide. hinc quisque pro arbitrio formet lectionem.

465. *Adverſis*] *Averſis* Hamb. tert. mox, *nec licuit* tres. *tunc omnia* Hamb. tert.

467. *Gelidusque in viſcera*] *Gelidus per viſcera* Hamb. pr. & S. Germ. *percuſſa* omnes fere, & probavit Heinſius in notis ad Virg. I. Aen. 513. & hic Cortius. *Pietate perit* Thuan. quart. *victaeque cohortes* Turrian. a m. ſec. ſcil. quae jam tam propinquae ſe agnoſcebant. ſed praefero, *totae*. quod melius convenit *omnibus pectoribus*. mox *tonſis* Hamb. pr. ſed *tenſis*, eſt extenſis ad imittenda pila, ſed quia torpebant, eo ſtatu manebant. contra *excuſſus lacertus* dicitur, ubi emittunt, lib. I. 424. & alibi.

471. *Sed ſenſum poſt fata*] *Senſus* tres codices. male. vid. ad III. 39. & Ovid. I. ex Pont. II. 113. *craſtina* totidem. *mortis* Rottend. pr.

472. *Commiſit*] Eleganter dictum de eo, qui primus ante omnes emiſit pilum, & ita incepit pugnam. Florus IV. 2. *Adnotatum quoque committentis aciem Craſtini pilum.* in fragmento Livii a Scholiaſte adducto legerem, *primus hoſtem percuſſit*, *nuper primo pilo ſumto*, *Cajus Craſtinus*, priore enim anno primum pilum duxerat. ineptum vero acumen in declamatione contra hanc rabiem Craſtini, quod addat Lucanus, *quum Caeſar tela teneret*, quod etiam duplicem poſſet habere ſenſum. vel Craſtinum emiſiſſe telum, dum Caeſar inhibet milites tela emittere, vel dum ipſe non emittit, ſed retinet manu ſua telum. vid. infr. 587. ſed quis umquam legit, ſummum ducem commiſiſſe proelium, aut primum emiſiſſe in hoſtem tela? quum illius ſit munus ſignum pugnae dare, nec manu pugnare, niſi ubi acies laborat, & neceſſitas ſumma id poſtulat. ſin vero explices, quum Caeſar Craſtini tela teneret, erit, prohiberet ne ante imperium ſuum quisquam tela emitteret; & emiſit Craſtinus non modo contra diſciplinam, quam exactiſſimam Caeſar ſervabat, ne emitterent

te-

Primaque Theſſaliam Romano ſanguine tinxit.
O praeceps rabies, quum Caeſar tela teneret,
Inventa eſt prior ulla manus! tunc ſtridulus aër
Eliſus lituis, conceptaque claſſica cornu:
Tunc auſae dare ſigna tubae: tunc aethera tendit,
Extremique fragor convexa irrumpit Olympi:
Unde procul nubes, quo nulla tonitrua durant.
Excepit reſonis clamorem vallibus Haemus,

Pe-

telum, non jubente duce, & niſi ſigno dato, quod jam diu datum erat, immo jam procurrerant acies vſ. 385. ergo jam inhibere Craſtinum non poterat. ſed & eſſet contra veritatem hiſtoriae; quum Pompejus retinuerit ſuos, & praedixerit, ne ſe loco moverent; ſed Caeſar ſuos juſſerit incurrere in Pompejanos, ut ipſe Caeſar Pompejum id nulla ratione feciſſe ſcribit lib. III. Bel. Civ. 92. & ipſe Noſter infr. 496. id narrat.

475. *Ulla*] *Illa* Hamb. pr. & Barber.

476. *Conceptaque claſſica*] Non intelligere me fateor haec *concepta claſſica*, neque etiam ſcire, quae ſint *ſimul capta*, ut Scholiaſtes explicat, niſi legas *ſimul coepta*, & explices ut apud Horat. I. Od. I. *Lituo tubae permixtus ſonitus*, & ut ſemper haec inſtrumenta, quibus ſignum pugnae dabatur, conjungere ſolent Poëtae & alii. *concepta* vero *claſſica* dici, ut *concepta verba* & *vota*, id eſt, ut illa certis formulis. ita hic certo cornuum ſono, quo ab aliis ſignis diſtinguebantur, dubitabo, donec exemplo ſimili veteris ſcriptoris confirmari videam: inter varias lectiones profertur, *concentaque claſſica*, cui voci favet Gujetus, & ſi eſſet auctoritas, explicari poſſet, quae lituis & tubis concinerent, ut eſſet *concenta* pro concinentibus, & illuſtrari ex lib. I. 236.

Stridor lituum, clangorque tubarum
Non pia concinuit cum rauco claſſica cornu.

qui locus plane geminus eſt huic: & ita *ſigna concinentia* dixit Lamprid. in Alex. Sever. cap. VI. ubi vide Salmaſium. & *concipere* & *concinere* variare in ſcriptis docebunt notae Markl. ad Stat. V. Silv. III. 20. ſed relinquamus Lucano ſuas locutiones, qui forte *concepta claſſica* dixit de cornicine, qui ſonum illum, & quaſi canticum, quod claſſicum diſtinguebat ab aliis ſonis, quibus ſigna diverſa dabantur, conceperat ante mente ſua, & nunc edebat cornu: ut ita prius *mente concipere* dicimur quae deinde prodimus. ut ita *conceptos mente timores* lib. VI. 659. quos vultu produnt. *ſpem concipere* III. 134. & ita paſſim de aliis. Sed vellem haec clarius illuſtrare poſſem, aut ab aliis expoſita videre. mox, *aëra tendit* Hamb. pr *aethere* Oiſel. a m. pr. *tundit* Hamb. tert. quod non diſplicebat Gujeto & Heinſio. vid. ad lib. IX. 288. qui etiam adſcripſerat forte, *ſuper aethera tendit*. quod ſenſum ſatis aptum facit, ſed a ſcriptis longius abit. *tendunt* Langerm. an, *aethera findit*; quod verbum cum *tendit* commutarunt ſcribae apud Ovid. I. Triſt x. 36. ſic *ſcindere*, *ſecare aëra*, vel *aethera* ſaepe occurrit. Sequentem verſum abeſſe vellet Oudendorpius, ſed tunc non video nomen, quod *τῷ tendit* conveniret, cui *fragor* debet jungi. certe qua ratione fragor *aethera tendere* poſſit, non capio, niſi ſubintelligatur praepoſitio *ad* vel *in*, ut ſaepe Noſter & alii ſolent loqui. niſi nimis audax viderer, tentarem, *tunc aethera terret*. ſic apud Ovid. I. Faſt. 567. *Fragor aethera terruit ipſum*. Virgil. XII. Aen. 724. dixit *fragor aethera complet*. ubi in MS. Pierii *pulſat*. & Sulpitius hic *tendit* explicat implet, ut, *tendunt vela noti*. *irrumpit* quatuor libri.

479 *Unde*] *Inde* Oiſel. *quae nulla* Hamb. pr. *qua* Voſſ. & Turr. & dedit Cortius, *ſed*

Pelſiacisque dedit rurſus geminare cavernis:
Pindus agit fremitus, Pangaeaque ſaxa reſultant,
Oetaeaeque gemunt rupes. vocesque furoris
Expavêre ſui tota tellure relatas.
Spargitur innumerum diverſis miſſile votis.
Vulnera pars optat, pars terrae figere tela,
Ac puras ſervare manus. rapit omnia caſus;
Atque incerta facit, quos vult, Fortuna nocentes.
Sed quota pars cladis jaculis, ferroque volanti
Exacta eſt? odiis ſolus civilibus enſis
Sufficit, & dextras Romana in viſcera ducit.

Pom-

quo, id eſt, in quo monte, qui, uti lib. III. 271. *nubes excedit*, nec procellis, nec pluviis, nec ergo tonitrubus agitatur. vid. Claud. Conſ. Mall. 206. *durant* hic eſt manent, ut IV. 53. *duraturae pruinae*. videndus de Olympo Barth. ad Stat. II. Theb. 35. mox, *excipiens* Langerm. *vocibus Haemus*, & dein, *rurſus reſonare* Rottend. tert. quod non diſplicebat Cortio. omnia vero haec hyperbolica & ultra fidem: nam longius Haemus & Pangaeus aberant a Pharſalia. Sed forte hic, ut alii, confundit Philippos Macedoniae, vel ut quidam Thraciae, cum Theſſalicis. de quo ad Virgil. I. Georg. 490. ubi & Haemus memoratur, egimus; & ſupr. VI. 576.

481. *Rurſus*] Male Hortenſius, quaſi ante ad Dyrrhachium id accidiſſet, nunc iterum: ſed *rurſus*, quod bis audiatur tanquam Echo. ſi *reſonare* legas, ut eſt in Rottend. tert. & Cortii MS. eſſet, *ut rurſus repetere*, *reverti*, & ſimilia paſſim. vide Ovid. III. Met. 355. & ſeq. ubi & *reſonabitis Echo* dicitur.

482. *Gemitus*] *Fremitus* magno numero libri. mox, *Actaeaeque gemunt* Hamb. ſec. vid. VI. 688. *Oſſaeaeque* Turr. & a m. ſec. Rott. ſec. de verbo *reſultare* vid. ad Calpurn. I. Ecl. 29. & Barth. ad Stat. II. Theb. 714.

484. *Expavere ſui*] An montes expavere ſui furoris voces? atqui montes non furebant. An *ſui* notat ipſos pugnantes, ut Sulpitius; Romanos, ut Omnibonus? neutrum placet, certe non ultimum, quod hic abruptum foret, quum nihil praecedat ad quod *ſui*, ſi pro Romanis capiatur, referatur. puto latere vel nomen loci, vel populi vicini, vel aliud epitheton *furoris*, quod ſaepe in *ſuus*, *tuus*, *meus* &c. tranſiit per librarios. quia vero montes praecedunt, rectius illi dicuntur expaviſſe geminatas per ſaxa & rupes, militum voces & clamorem. quare forte ſcripſerit,

Vocesque furoris
Expavere feri.

vel *novi*, apud Ovidium ſaepe *ferus*, & *ſuus* commutata videbis ad lib. II. Amor. VI. 27. & I. Met. 159. & alibi. *novus* etiam paſſim. vid. ad Nucem vſ. 31. & ad Sabini Epiſt. III. 7. & apud ipſum Lucan. IX. 545. praeterea quia immani hyperbole augere omnia conatur Lucanus, dubitabam aliquando, an non ſcripſerit,

Vocesque furoris
Expavere Dii, tota tellure relatas.

ut in coelo cum pavore audierint voces ex tellure ſublatas. unde dixit antea, *fragorem aethera tetendiſſe*. vide de confuſione vocum *Deus*, *ſuus* &c. ſupr. 334. *relaxas* Hamb. pr.

485.

Pompeji denſis acies ſtipata catervis,
Junxerat in ſeriem nexis umbonibus arma.
Vixque habitura locum dextras, ac tela movendi,
Conſtiterat, gladioſque ſuos compreſſa timebat.
Praecipiti curſu veſanum Caeſaris agmen
In denſos agitur cuneos: perque arma, per hoſtem
Quaerit iter, qua torta graves lorica catenas
Opponit, tutoque latet ſub tegmine pectus.
Hac quoque perventum eſt ad viſcera: totque per arma
Extremum eſt, quod quiſque ferit. civilia bella
Una acies patitur, gerit altera: frigidus inde

Stat

485. *Innumerum*] Ita noſtri omnes. vid. ad lib. II. III. & recte: nam ſi caſus omnia agit, & fortuna, non *in numerum*, aut certo ordine miſſa fuere tela.

486. *Optat*] Iterum Cortius *optans* mallet. *terra* S. Germani. vid. lib. I. 607. & IV. 647. & alibi. *& paras* Hamb. pr.

489. *Sed quota*] In tribus codicibus hi verſus uſque ad 510. inſerebantur poſt vſ. 520. *& quota* plurimi. *pars hominum* quatuor. *baculis* Hamb. pr. *ferroque nocenti* Thuan. ſec. ex praecedenti verſu. *Exhauſta eſt* Thuan. tert. ſed VIII. 703. *clades exegit* occurrit. *eſt ſtudiis* Rott. pr. & Langerm. a m. ſec. *civilibus armis* Rott. ſec. mox, *in viſcera duxit* tres.

493. *Junxerat*] *Vinxerat* quatuor. *unxerat* Richel. Heinſius adſcripſerat locum Juvenalis Sat. II. 46. *Junctaeque umbone phalanges*, *in ſerie* Hamb. tert. *denſis umbonibus* Oiſel. unde Heinſius faciebat, *tenſis*. ſed & hoc ex praecedenti verſu repetiit librarius. & mox iterum *denſos* occurrit. mox, *vix habitura* tres. *comprenſa* Rott. ſec. vid. lib. IV. 787. *timebat* & *tenebat* varie in ſcriptis. ſed bene Oudeudorpius *timebat* praetulit & explicuit. ſic variant infr. 525. codices, & VIII. 463. & alibi. vid. ad Nemeſ I. Ecl. 48. non tamen ſine libris ubique haec verba commutanda. ſic Markland. apud Stat. IV. VI. 74.

Aeraque ſupremis tenuit ſudantia menſis. pro *timuit* nobis obtrudit, ea ſpecie, quia de Alexandro imperterrito & contemtore mortis, *timuit* abſurdum videtur dici. Sed vult Statius, illum imperterritum Regem, tunc tamen timuiſſe, quum videret ſignum illud Herculis ſudare, & alio vultu, quam ſoleret, eſſe. hinc augurabatur ſibi malum, & mortem inſtantem timuit. *timebant* hic praetulit Cortius, ſed cur non etiam *conſtiterant*? Ceterum confer huic loco alium lib. II. 203. & adde illum Livii ex lib. XXIII. 27. *undique pulſi coire in orbem, & dum corpora corporibus adplicantur, armaque armis jungunt, in artum compulſi, quum vix movendis armis ſatis ſpatii eſſet* &c.

497. *Per hoſtem*] *Per hoſtes* Hamb. pr. *per hoſtem &* Thuan. ſec. mox, *qua torta gravis* duo Thuan. & Cortius. dubie, an *gravis lorica*, an *graves catenas* velit. *Leves* Oiſel. a m. pr. Cortius poſt *iter* ponit majorem diſtinctionem, & minorem poſt *pectus*. *catenis* Thuan. tert. & mox Heinſius pro *tuto* reponebat *ſuto*. de quo egit ad Virgil. X. 313. *totoque* Thuan. tert. & Oiſel. *tegmen* hic eſt lorica, aliter atque apud Stat. XII. Theb. 773. ubi vide Barth. qui recte ibi *ſubtemine* legit.

501. *Extremum eſt*] *Eſt* non erat in tribus. *quiſque petit* Rott. tert. non ſatis intel-

 ligo

Stat gladius; calet inde nocens a ſanguine ferrum.
Nec Fortuna diu rerum tot pondera vergens,
Abſtulit ingentes fato torrente ruinas.
Ut primum toto diduxit cornua campo
Pompejanus eques, bellique per ultima fudit:
Sparſa per extremos levis armatura maniplos
Inſequitur, ſaevasque manus immittit in hoſtem.
Illic quaeque ſuo miſcet gens proelia telo:
Romanus cunctis petitur cruor. inde ſagittae,

In-

ſigo illud *extremum*. an ſummâ tantum cutis per tot arma perſtricta intelligitur: an vero ita vulnerata, ut enſis exierit per viſcera in tergum quod extremum eſt hominis? ita infr. 619. *per cujus viſcera vulnus exierit*. an *extremum* pro morte? Omnibonus letale vulnus, quod non opus fuit repetere, explicat: non male, ut & primum & extremum vulnus inflixerit. quomodo Joabi enſe perit Amaſa II. Sam. XX. 10 qui uno ictu vitalia fodiens alterum non repetiit. eſt tamen duriter & obſcure dictum: ideoque haereo. *nocens a ſanguine* Thuan. tert. a m. pr. jure receptum ab Oudendorpio *inde* etiam recte. in Langerman. eraſa erat vetus lectio, & *Caeſare* repoſitum.

504 *Vertens*] *Vergens* Thuan. quart. & Rott. ſec. vid. ad lib. IV. 525 infr. VIII. 280. neutra ſignificatione poſuit, *mentiſque meae quo pondera vergant*. *Abſtulit* exponit Omnibonus, diſtulit: Sulpitius evertit pugnantes. ego mallem, *attulit*. Fortuna non diu vergens pondera, id eſt, librans utriusque partis momenta, attulit Pompejanis ſubito & vehementi fato, ſive eventu, ruinas. *non Fortuna* etiam Hamb. tert. *ingentis* S. Germ. Si *abſtulit* retinendum, capiendum, ita ut torrens, fluvius; mare, evertens omnia, ruinas ſecum rapit, ita fortuna, torrente fato, aciem Pompeji in ruinam traxit. ita *aeſtus abſtulit* IX 333 vid. Heinſ. ad Ovid. XV Ep 140. & I Met 306 & inf. X. 44. ex hoc loco forte Cortius lib. V. 746. *torrentem ruinam* illuſtravit.

506. *Toto*] *Tota* S Germ. *direxit*, vel *deſtruxit* Turrian. *direxit* Hamb. tert. *deduxit* multi. *ſeduxit* Hamb. pr. & Voſſian.

509. *Immittit*] *Immiſit* Hamb. tert. mox, *miſcent gens* Richel. quod miror Cortii manum evaſiſſe, quum *quiſque* centies pluralem adjunctum habeat, ut notum. mox, *Romanus petitur cunctis* tres. *patitur* Thuan. quart.

512. *Inde faces*] Nihil quidem variant codices, & ex conſueta formula hic Lucanum *faces & ſaxa* conjunxiſſe credibile eſt. aut librarii menti obverſata illa Virgilii I. Aen 150. *Jamque faces & ſaxa volant*: ſed tamen major eorum, ſi non unicus, uſus fuit in urbibus obſeſſis, aut ſeditionibus & ſubito tumultu, ubi furor arma miniſtrat. Sed in proeliis, ubi aperto campo committitur acies, ab armato, & legitimis armis inſtructo milite, neſcio quis uſus facium & ſaxorum. Alia res eſt apud Valer. Fl. III. 96. ubi nocturnum & ſubitum ad moenia Cyzici erat proelium, & ubi obvia arma rapiuntur ab attonitis, &, ut rebantur, oppreſſis ſubita incurſione hoſtis. Heinſio ſuſpectas fuiſſe *faces*, oſtendit linea, qua ſubduxit hanc vocem. Gujetus notandum dicit, facibus in proelio uſos veteres. utinam probaſſet. pro *ſaxa* etiam *tela* ex uno codice profert Oudendorpius. unde aliquis tentare poſſet, *jamque trabes & tela, volant*, & per trabes intelligere graviora tela, tormentis

ex-

Inde faces, & ſaxa volant, ſpatioque ſolutae
Aëris, & calido liquefactae pondere glandes.
Tunc & Ituraei, Medique, Arabesque ſoluti,
Arcu turba minax, nusquam rexere ſagittas:
Sed petitur ſolus, qui campis imminet, aër:
Inde cadunt mortes: ſceleris ſed crimine nullo
Externum maculant chalybem; ſtetit omne coactum
Circa pila nefas: ferro ſubtexitur aether,
Noxque ſuper campos telis conſerta pependit.

Quum

BIBLIOTHECA BODLEIANA

excuſſa, vel ſudes. Sic *trabs* & *fax* permutata in MSS. apud Ovid. IX. Met. 835. & poſſet fingi ab aliquo gloſſatore *trabes* expoſitas eſſe *faces*, ut ita *trabs* dicitur flagrans in rogo lignum, apud Senec. Herc. Fur. 103 ubi vide Delrium. & hinc addidiſſe ex formula *&* *ſaxa*. Sed nolo incertis conjecturis nimium fidere, & malo haec potius Lucani inconſiderantiae adſcribere. *ſpatioque ſolutis* Hamb pr.

513. *Pondere*] *Tempore* Voſſ. & Langerm. & Cortii MSS. qui *volnere* tentabat, ſed retrahebat manum. nam certe monſtroſum foret, ſi glans, in ipſo vulnere, calore ſanguinis ſolveretur. forte, *verbere*, nam & lib. III. 469 pro *ponderis* codices *verberis* habent. vox autem haec de funda paſſim occurrit. vid. Ovid. VII. Met. 777. ſed *pondere* non mutem, quia plumbeae erant glandes; & facilius liquefit plumbum. vid. Barth. ad Stat. VIII. 417. adde Ovid. XIV. Met. 825. & ſupr. ad lib. III. 711.

514 *Soluto arcu*] Ineptam eſſe lectionem recte oſtendit Oudendorpius, qui *Arabesque. ſolutos* pro mollibus capit ut etiam Heinſius explicabat pro *diſſolutis*, ut *diſcincti Afri.* ſed vix hoc concoquo. *reſoluti* ita ſaepe homines vocantur, & *ſoluti* mores, leges &c. paſſim occurrunt, ſed *ſolutus homo* ſimpliciter an dicatur dubito. in exemplo ex lib. II. 559 *ſolutum defectumque* geminatur, altero alterum explicante, & lib. I. 311. *longa dux pace ſolutus*. Denique hoc non reſpondet *turbae minaci*, quod mollibus vix congruit. Cortius aliud quid latere dicit, quod in notis eſſet proditurus ſuſpicor illud *ſoluti* ex praecedentibus *ſpatioque ſolutae* irrepſiſſe. an *ſecuti* ut apud Nemeſ. Cyneg. 266. pro *ſecutus* conjeci olim *ſolutus* eſſe legendum. an *arcuque ſonanti*, ut ſaepe alii Poëtae. vel an *ſoluti* ſervari poſſet & explicari non ſervatis ordinibus, ut contra *denſae* catervae ſupr. 492 haereo, nec me expedio. multo minus placet Gujeti explicatio, *ſoluti* pro in hoſtem emiſſi. ut ſolutus Arabs ſit q. ſolutus carcer. quis enim ita umquam locutus eſt? an ergo antea clauſus fuit Arabs? forte latet nomen gentis alicujus. *numquam* Hamb. pr. & ſec. *nusquam* hic debet notare, vel in nullum certum locum, vel hominem: ſed an alius ſic ſit locutus neſcio. *repſere* Hamb. pr. *ſolis* idem. *aether* plurimi.

517. *Sceleris ſed crimine nullo*] Si vulgata ſana eſt, dictum debet accipi *crimen ſceleris*, ut *mens animi*, *virus veneni*, *mare ponti* & ſimilia Sed Heinſius legebat, *ſceleris diſcrimine nullo.* quod non recte intelligo. vult enim Arabas &c. nullum crimen, ſive ſcelus, quod crimen vocari poſſit, admiſiſſe contra hoſtes, quia non pugnabant contra cives, ſed maculabant arma ſua, quae externa erant, non civilia. Sed omne ſcelus fuiſſe apud Romanos, quos per arma ipſis propria *pila* indicat, ut mox 551. *hic ſunt tua crimina Caeſar.* & 558. *ſcelus* etiam vocat. in Langer. erat, *ſceleris pro crimine* lectio

Quum Caeſar metuens, ne frons ſibi prima labaret
Incurſu, tenet obliquas poſt ſigna cohortes:
Inque latus belli, qua ſe vagus hoſtis agebat,
Immittit ſubitum, non motis cornibus, agmen.
Immemores pugnæ, nulloque pudore tenendi,
Praecipites fecere palam, civilia bella
Non bene barbaricis umquam commiſſa catervis.
Ut primum ſonipes transfixus pectora ferro,
In caput effuſi calcavit membra regentis:
Omnis eques ceſſit campis, glomerataque pubes
In ſua converſis praeceps ruit agmina frenis.

Per-

in Hamb. ſec. eraſa erat vetus lectio. & vulgata ſuperſcripta. tentabam

Inde cadunt mortes celeres, ſed crimine nullo
Externum maculant chalybem.

Sic *velox letum* lib. IX. 819. & VIII. 30. *celeri praevertit triſtia leto.* Claud. I. in Rufin. 234. *nec celeri mittit leto.* Ovid. IV. ex Pont. XVI. 16.

Deſeruit celeri morte Sabinus opus.

Horat. I. Sat. I. *cita mors venit aut victoria laeta.* Jam vero ex ſagittis horum populorum certa mors ſtatim ſequebatur. lib. VIII. 296. *ſceleris* vero & *celer* alibi ſaepe confuderunt librarii. ſic in Claudiani lib. I. in Stil. 245. in Vicetina Edit.

Et ingenio celerique cupidine fratres.

legitur, pro *ſceleriſque*. in vulgatis, *ſcelerumque*, prima vero litera *s* in *ſceleris* repetita eſt ex ultima praecedentis *mortes*. durum quidem eſt, fateor, *cadunt mortes* dictum, ſed & hoc in vulgata admittendum. *inde* interpretandum ex *aëre*, unde tela emiſſa cadebant in milites. ut lib. VIII. 384.

Et quo ferre velint, permittere vulnera ventis.

Confer his locum lib. III. 582. Arabes vero maculant nullo ſe ſcelere, quia non erant cives, & ſponte ad haec bella venerant, ut credebant, licita contra Romanos, qui inde perirent. *Extremum* quatuor. *jaculant* Langerm. a m. pr.

518. *Stetit omne coactum*] *Cadaver* Thuan. ſec. ſed male. Arabes ſponte veniebant ad Romanos perdendos. ſed *circa pila*, id eſt, Romani milites, quorum propria erant pila, ut recte Scholiaſtes, coacti fuerunt a ducibus ſuis ad omne nefas. an eo ſenſu ſupr. 395. *nox coacta*? mox, *ſubtexitur aër* ſeptem. Barth. ad Stat. III. Theb. 670. citat ex Lucano lib. VII. dici, *coelum ſubtexi nimbo telorum*, confundens hunc locum, credo, cum alio lib. IV. 776. ubi telorum nimbus, ſed hic legitur, *ferro ſubtexitur aether*, vel *aër*, ut in ſex libris erat.

521. *Tum Caeſar*] *Cum* multi, & pro *frons*, *fors* Hamb. tert. *laboret* Thuan. quart.

523. *Latus belli*] *Latus valli* malebat Heinſius. ſed jam prorutum erat vallum ſupr. vſ. 326. & in campo aperto res agebatur: quare *bellum* hic pro proelio ponitur, ſive acie pugnante, ut ſupr. 507. & 547. & paſſim alibi.

524. *Immittit*] *Emittit* tres. *emiſit*, vel *immiſit* plures, ut fere ſemper variant codices. vid. Oudendorpium: quia eaedem cohortes *emitti* a Caeſare, & *immitti* in Pompejanos poſſunt dici. vid. ad Virgil. V. Aen. 125. *montanis cornubus* Thuan. ſec. a m. pr. *nulloque timore* Thuan. ſec. & Hamb. tert. *nulloque pudore tenendi* tres. quod praetuli. vid. ſup. 495. & VIII. 463. Florus IV. 2.

de

Perdidit inde modum caedes, ac nulla ſecuta eſt
Pugna: ſed hinc jugulis, hinc ferro, bella geruntur.
Nec valet haec acies tantum proſternere, quantum
Inde perire poteſt. Utinam, Pharſalia, campis
Sufficiat cruor iſte tuis, quem barbara fundunt
Pectora, non alio mutentur ſanguine fontes.
Hic numerus totos tibi veſtiat oſſibus agros:
Aut ſi Romano compleri ſanguine mavis,
Iſtis parce, precor: vivant Galataeque, Syrique,
Cappadoces, Gallique, extremique orbis Hiberi,
Armenii, Cilices: nam poſt civilia bella

Hic

de proelio ad Mundam. *Quod etſi nondum fugerat, apparebat tamen pudore magis, quam virtute reſiſtere.* in vulgata ſenſum non video, & quem dant ipſi interpretes, durus & coactus eſt.

529. *Regentis*] *Sedentis* Hamb. tert. ut ita eques ſaepe dicitur, & cujus gloſſa forte eſt *regentis*. vid. Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. 22. & Barth. ad Stat. IX. Theb. 284. Si quis objiciat non ſediſſe jam, ſed excuſſum jacuiſſe & calcatum: idem objici poſſit τῷ *regentis*: jacens enim non regit, quare capiendum eſt, pro qui ſedit, rexit, antequam caderet ex equo. mox, *glomerataque nubes* quatuor ex noſtris, & Cortianis, & unus hujus, *nubis*. quod memoratu dignum putat, quia ſcil. *nubis* & *nubes* primo caſu dicatur. vid. ad lib. III. 154. & alibi.

531. *Converſis*] MS. Cortii, *commiſſis*, quod ille pro *admiſſis*, vel *immiſſis*, forte explicari poſſe putavit. ſed ita omnia poſſunt commutari: & ſenſus poſtulat, *converſis*. Satius eſt ordinarium librariorum in his verbis commutandis morem adgnoſcere. vid. IV. 743. & V. 574.

531. *Nulla ſecuta eſt pugna*] Imitatus Curtius lib. IV. XV. 32. *jamque non pugna, ſed caedes erat*, Livius XXII. 48. *ſeſſis caede magis, quam pugna*. vid. infr. vſ. 571. & ita alii plures.

532. *Perdidit*] Ovid. V. Faſt. 304. *juſtum praeterit ira modum*. inf. VIII. 492.

534. *Nec valet*] *Non valet* Thuan. quart. & mox, *inde perire valet* Thuan. pr. quaerat aliquis elegantiam in repetitione verbi: ego librariorum lapſus vel luſus eſſe puto. vid. lib. VI. 496. mox, *fundent* Rott. pr. & a m. pr. Hamb. pr.

538. *Veſtiat*] MS. Cortii, *compleat*. repetitum ex ſeq. verſu. mox, *At ſi* Langerm. & S. Germ. *ſanguine majus* Thuan. quart.

541. *Extremique orbis Iberi*] Bentlejus ad Horat. I. Od. 35. non concoquens Britannos vocari *ultimos orbis*, & hunc locum ſibi obſtare, hic *extremi orbis* conjungens in genitivo caſu capit, ut jam Sulpitium & Aſcenſium feciſſe notat Cuninganus: ſed ſi liceat dicere, *Morinos extremos hominum* Virgilio, an non *extremos orbis* etiam? quum homines pro orbe, & orbis pro hominibus centies ponantur, & explicari debeant. ſi enim non intelligeret *orbem* per *homines*, *extremi hominum* eſſent vel viliſſimi, ut ſupr. lib. I. 314. vel, qui exſtinctis omnibus ſuperſtites viverent. ut Caſſius & Brutus *ultimi Romanorum* dicti apud Sueton. lib. LXI. vid. inf. 580. & 589. Calpur. IV. Ecl. 38. *ultima nuper Litora terrarum viſuri*, pro quo eodem jure, *ultimarum terrarum litora*, poterat dici: quare quoquo modo capias, eodem

redit,

Hic populus Romanus erit. Semel ortus in omnes
It timor, & fatis datus eſt pro Caeſare curſus.
Ventum erat ad robur Magni, mediasque catervas;
Quod totos errore vago perfuderat agros,
Conſtitit hic bellum, fortunaque Caeſaris haeſit.
Non illic regum auxiliis collecta juventus
Bella gerit, ferrumque manus movêre rogatae:
Ille locus fratres habuit; locus ille parentes.
Hic furor, hic rabies, hic ſunt tua crimina, Caeſar.

Hanc

redit. & illae variationes epithetorum, quae duobus nominibus adplicari poſſunt, ſunt obviae. vide ad lib. I. 18. & 247. & ad Phaedr. I. 21 ſic apud Virgil. II. Georg. 123. ubi pro *Extremi ſinus orbis*, in aliis legitur MS. *Extremique ſinus orbis*, quae omnia licet eodem redeant, MSS. ſequi oportet, & ubi uterque caſus poteſt exponi, arbitrium lectoris eſſe debet.

541. *Galli*] Vid ſupr. ad vſ. 231.

542. *Armenii, Cilicesque*] MSS. Cortii *Armeniique duces*. & certe poſt enumeratos aliquot populos, videntur ultimi debere adnecti per copulam *&*, vel *que*. quare forte ſcripſerit, *Armeniique truces* ut ita alios populos bellicoſos vocat, & ſupr. vſ. 515. Arabas, *turbam minacem*. v. Claud. IV Conſ. Hon. 540. ſed tamen Cilices hic omitti nolim, quos Pompejus ſubegit, & hinc ſuos fecit: *Cinices* Sixil.

543. *Hic populus Romanus erit*] Heinſius corrigebat, *Hi p. R. erunt*. & ſi MSS. adjuvarent, non repudiarem: nam ita locutos aliquando veteres certum eſt. Claud. III. Stil. 159.

Quod cuncti gens una ſumus.

ibid. vſ. 70.

haec fabula certe cuncta forent.

Ovid. v. Met. 298. *Ales erant* & ita paſſim. vid. infr. 664. ſed contra ſcriptos nihil novandum eſt.

544. *Fatis datus eſt*] Heinſius *ratus*, ut fere ſolebat in aliis Ovidii locis, & multis de eo egit lib. III. Adv. 17. ſed etiam *datum fatis* ſaepe vindicavimus: vid. ad XVI. Ep 279.

Parce datum fatis, Helene, contemnere amorem.

Virgil. I. Aen. 383. *data fata ſecutus*, ubi Maronem ita ſaepius loqui vidimus. vid. infr. IX. 558. Dat enim fata Jupiter, ut apud Valer. Fl. I. 534. & centies, *fato datum eſt*, & *fatum datum*. in Thuan. quart. erat, *it timor, atque datus fatis pro C. curſus*.

546. *Quod*] Conſtruendum cum Sulpitio, *bellum*, quod errore perfuderat campos, hic conſtitit. *vagos* Rottend. ſec.

549 *Ferrumque m. m. rogatae*] *Bellumque* Hamb. tert. male. ſic *ferrum movere* lib. V. 367. *enſem* IV. 173. & ita paſſim Multi codices, *togatae*, alii, ut Cortii, *coactae*, *fugatae*, *togatae* placuit quibusdam; ſed *rogatae* aliis ſunt in auxilium vocatae ſic apud Claudian. IV. Conſ. Honor. 48. *ſolus meruit regnare rogatus*. ubi etiam in MS. erat *togatus*. & VI Conſ. Honor. 109. in margine Iſingrinae Editionis,

Auxiliisque ad proxima bella rogatis.

ubi vulgo *negatis*. *ferrumque* eſt pro *ferrumve*, vel pro *&* *non*, ex praecedentibus intellecto. vid ſupr. II. 235. & multis hoc vindicavimus ad Ovid. III Met. 592. & Grat. Cyneg. 308 & alibi.

550. *Fratres habuit*] *Habuit fratres* S. Germ. *locus iſte* Hamb. tert. *ipſe* Langerm.

552. *Partem belli*] *Belli partem* Hamb. tert. *relinquit* Voſſ. a m. ſec.

553.

Hanc fuge, mens, partem belli, tenebriſque relinque,
Nullaque tantorum diſcat me vate malorum,
Quam multum bellis liceat civilibus, aetas.
Ah potius pereant lacrimae, pereantque querelae.
Quidquid in hac acie geſſiſti, Roma, tacebo.
Hic Caeſar, rabies populi, ſtimuluſque furorum,
Ne qua parte ſui pereat ſcelus, agmina circum
It vagus, atque animis ignes flagrantibus addit.
Conſpicit & gladios, qui toti ſanguine manent,
Qui

553. *Tantorum*] Waddel. Animad. Critic. p. 147.

Nullaque ventura addiſcat me vate, malorum
Quam multum &c.

in quo refutando non morabimur, quum & *addiſcat* hic improprie ponatur. vid. ad Ovid. II. Met. 439. *docent* vero vates, *diſcunt* eorum auditores vel lectores. unde Ovidius in Faſtis ſaepe, *diſcite* ſolet uti, tanquam magiſter diſcipulos doceat. nec elegans eſt, *nullaque ventura aetas.* nec *tanta mala* hic magis diſplicere debent, quam *tantum malum* lib. VIII. 354. *tanti labores, tantae irae* &c. apud Noſtrum. Virg. II. Aen. 143. *miſerere laborum tantorum.* ubi Cod. Venetus, *malorum*, vid. infr. lib. VIII. 18. *vate malorum* debet junctim capi. ita *vates operis tui* Ovid. III. Amor. IX. 5. ubi vide. notum illud Homeri Iliad. A. 106. *μάντι κακῶν*: mox *liceat bellis* quatuor. deinde, *lacrimae pereant, pereantque* Thuan. quart. & Langerm.

556. *Quidquid*] Hic verſus deerat Richel. *ſenſiſti* Rott. pr. *geſſiſtis Roma* Thuan. tert. a m pr. ſic infr. VIII. 836. *Roma, petiſtis*, ex MS. ubi vide. Livius lib. XXV. 22. *haec quum Romam eſſent nuntiata* &c. *minus bis cladibus commovebantur, & legatos ad conſules mittunt.* ita contra Florus II. VI. 47. quum praeceſſiſſet, *Romani*, ſubdit, *illis diebus quibus obſidebatur.* ſcil. Roma. pluribus non opus eſt exemplis in re nota.

557. *Furorum*] *Furoris* duo Thuanei & Oiſel. *furorque* ut ex MS. notat Oudend. repetitum ex vſ 551. & junguntur etiam IV. 240. *rabieſque furorque.* ſed hic non ſequor. *populi* plurimi. ne concurrant tot voces in *s* exeuntes.

559. *Animis ignes*] *Ignes animis* Rott. ſec. *ignes* hic ſtimuli. ut apud Stat. X. Theb. 680. *atque ignibus implet honeſtis.*

560. *Inſpicit & gladios*] Ita plurimi. alii, & etiam editi, *conſpicit.* neſcio quid praeferam. Sed credo praeſtare, *conſpicit*: nam *inſpicit* moram & plus temporis, quam hic in medio proelio Caeſari dabatur, notat: eſt enim examinare, ut ſolet ante proelium fieri, an ſatis acuti ſint: hic vero in tranſitu conſpicit gladios, an cruore madeant, an omnes occiderint aliquem: at in loco Statii ab Oudendorpio adducto recte *inſpicit*: ut & apud Petron. LXX. *Attuli illi Roma munus, cultros Norico ferro, quos ſtatim juſſit adferri, inſpectoſque miratus eſt, etiam nobis poteſtatem fecit, ut mucronem ad buccam probaremus.* ubi vide notas. & hinc omnia, quae diligenter excutiuntur & examinantur, *inſpici* dicuntur. vid. ad eumdem Petron cap XV. & CXXXV non vacabat ad haec Caeſar, ſed vagus & circumequitans, ubique vidit & conſpicit enſes madentes caede. ſi quis vero, turbam codicum ſequens, malit *inſpicit*, quia variis modis proeliantes, ut mox dicit, vidit: per me licet, & ignoſcat Poëtae, ultra fidem loquaci. nam Poëta noſter hic tot alia cumulat, quae Caeſarem in ardore proelii obiiſſe & feciſſe minime eſt credibile. Praecipue quae vſ. 565. & 574. narrat de vulne-

Qui niteant primo tantum mucrone cruenti,
Quae preſſo tremat enſe manus, quis languida tela;
Quis contenta ferat, quis praeſtet bella jubenti,
Quem pugnare juvet, quis vultum cive peremto
Mutet: obit latis projecta cadavera campis.
Vulnera multorum, totum fuſura cruorem,
Oppoſita premit ipſe manu. quacumque vagatur,
Sanguineum quatiens veluti Bellona flagellum,
Biſtonas aut Mavors agitans, ſi verbere ſaevo

Pal-

ribus & armis, quae ipſe ſubminiſtraſſet proeliantibus, ac ſi armamentarium ſecum circumtuliſſet, & tot vulneratis medicam ſtatim opem attuliſſet. haene ſummi ducis partes? quaſi nihil aliud agendum haberet. addit *multorum* vulnera, quibus vix viginti Chirurgi ſufficerent. o ineptias! an ſimul ergo *vulnera* opprimebat, & promovet acies & impellit ſuos &c.? *qui toto* Hamb. tert. *madent* plurimi contra metrum: *manant* Rott. pr. vid. ad lib. II. 104. MSS. Cortii, *natent*, & *madeant qui ſanguine toti*. in Richel. verſus ſequens legebatur ante hunc.

562. *Preſſo*] *Prenſo* duo Thuan. quod non diſplicere Cl. Drakenborchio ad Sil. v. 281. videtur. quae variatio obvia. nam paſſim *premere enſem*, *haſtam* &c. ut Oudendorpius docuit ad lib. IV. 706. ne *premere venabula* Stat. IV. Theb. 327. Claud. Conſ. Mal. 295. Ovid. VIII. Met. 37.

Quodque manu premeret, felicia frena vocabat.

Scio quidem *premere enſem* poſſe capi aliquando pro imprimere, quum ictu intus adacto vulnus inferimus, ut apud Stat. XI. 542.

Alteque enſem Germani in corpore preſſit.

ubi vide Barthium, & ſupra IV. 706. quare licet poſſet hic *prenſo* defendi, dum tamen tremebant manus a vulnere magna vi impacto, artius premebant enſem, ut omnia *premere* dicimur, quae manu arte tenemus. ut *preſſum aratrum* & ſimilia. ſic dubia eſt ſcriptura apud Ovid. I. ex Pont. VIII. 97.

Ipſe manu capulum prenſi moderatus aratri.

ubi vide notas. denique licet parum referre putem, quam lectionem quis eligat, tamen praeferrem *preſſo*, propter illa quae dicta ſunt IV. 562. & quia praecedit, *primo mucrone*, quo levius vulnus imponitur, ſed *preſſo enſe* altum. *mucrone* enim debebant *perfodere*, ut VIII. 618. & hinc illud Quinctiliani VI. de Inſt. Orat. 3. *aſperrima in hac parte dimicatu eſt, nec alibi dixeris magis mucrone pugnavi.* Denique manus tremebat, non a prenſo enſe, ſed a preſſo, & vulnere altius magna vi adacto; praeſertim ſi caeſim hoſtem percuſſerit, reſiliente ab oſſibus vulnerati gladio, & tremente manu ab ictu. Heinſius conjecerat, *merſo enſe*. ſed eo nihil opus. *qui languida* Thuan. ſec.

563. *Quis contenta*] *Concepta* S. Germ. *conſtricta* Thuan. ſec. ſed nihil mutandum. vid. Heinſ. ad Ovid. XII. Met. 369. *ferant* Richel. *qui praeſtat* Langerm. *praeſtet qui* Cort. *gerenti* Turr. *praeſtare bella* eſt ideo tantum pugnare, quia jubetur, & ut a Caeſare gratiam inire poſſet. *Praeſtare* eſt enim voluntatis & benevolentiae erga aliquem verbum. vid. ad Ovid. XV. Ep. 213. illi opponitur, quem *juvet pugnare*, id eſt, qui ſanguine & caede ſua ſponte gaudet. ut Horat. I. Od. 1. *ſunt quos bella juvent. juvat* Rott. tert. *vultum quis* Cort.

567. *Oppoſita*] Cortius malebat *appoſita*, quod vel ex Ovidii locis plurimis, ubi ita

va-

Palladia ſtimulet turbatos aegide currus,
Nox ingens ſcelerum, & caedes oriuntur, & inſtar
Immenſae vocis gemitus, & pondere lapſi
Pectoris arma ſonant, confractique enſibus enſes,
Ipſe manu ſubicit gladios, ac tela miniſtrat,
Adverſosque jubet ferro confundere vultus.
Promovet ipſe acies: impellit terga ſuorum:
Verbere converſae ceſſantes excitat haſtae.
In plebem vetat ire manus, monſtratque Senatum.
Scit

variant codices, aut ubi Heinſius ita reſcribi juſſit, petiit. Sed huic loco non appoſitum. *opponit* enim manum cruori erumpenti. vid ad Ovid. II. Art. 584. & alibi. *premit ille* Rott. ſec. ſed *ipſe*, non Chirurgo committit. deinde *vagantur* Rott. tert. *vagaret* ſec. & ita ſaepe hac forma verbum hoc in ſcriptis occurrit. vid. ad Ovid. VIII. Met. 13. & XI. 566. & ita *evagare* Servius ad Virgil. III Aen. 76. ubi vide quae dixi. quare ſemper dubium manet, an librarii antiquam vocem mutaverint in magis uſitatam, an antiquarius aliquis obſoletam revocaverit. Commentatores vero pro ingenio ſuo nunc recipiunt, nunc repudiant. Videtur vero ſenſus non perfectus. nam quid agitur, quaeſo, quacumque vagatur Caeſar veluti Bellona, aut Mars? poſſent hi tres verſus quaſi in parentheſi poni, & ita ſenſus connecti, *quacumque vagatur, nox ingens ſcelerum* &c. *oriuntur*.

569. *Si verbere ſaevo*] *Sic* S. Germ. *verbere toto* Sixii. unde Heinſius *torto*. vid. ad Ovid. Ibin. 16'. Virgil. III Georg. 106. & VII. Aen. 378. & ita ſaepe apud Noſtrum variant ſcripti; vid. ad lib. V 600.

571. *Nox ingens ſcelerum eſt*] Ita plurimi. *ſcelerum, caedes oriuntur* Thuan. quart. alii ſeparant, alii, ut modo dixi, conjungunt praecedentibus, *quacumque vagatur* &c. *nox ingens ſcelerum eſt*. eſt vero audacior loquendi modus. Sulpitius *noctem* explicat confuſionem. Hortenſius quod nullum diſcrimen ſit in interficiendis propinquis & extraneis. quam expoſitionem praeferrem, ſi alium quem ita locutum eſſe ſcirem. forte ſcripſerit, *Fax ingens ſcelerum*, id eſt, Caeſar quacumque vagatur fax ingens eſt ſcelerum, & caedes oriuntur, nam idem eſt ſtimulus ad ſcelera, & fax, adhortator & impulſor. ſed in alio ſcriptore audacior eſſem, in Lucano tot ſingularia captante, ſaepe cohibenda manus critica. dubium etiam in vulgata eſt, an legendum, *ſcelerum eſt*, an nox *ſcelerum*, *& caedes oriuntur*, ut editi multi. & parum intereſſe arbitror. imitatum vero credo Virgilium lib. II. Aen 411. *oriturque miſerrima caedes*, ubi obſcura nocte per umbram res geritur. & ubi Servius, *non proelium*, ſed tantum caedes, & *miſerrima*, quia inter cives, ut & hic.

573. *Confractique*] *Confractiſque* S. Germ. *enſis* Sixii. mox, *ſubigit* fere omnes. niſi quod Langerm. a m. pr. *ſubiit* habeat.

575. *Adverſoſque*] Suſpectus Cortio verſus. *gladio confundere* Thuan. ſec. *contundere* Hamb. pr. a m. pr. *confundere* Langerm. quod recte receptum. Acerbat vero & auget omnia in invidiam Caeſaris Poëta, & vocem illam, *miles faciem feri*, invidioſe explicat, & praeter mentem Caeſaris extendit, quum nihil aliud imperaret, niſi ut reſiſtentes ferirent, fugientibus parcerent.

577. *Excitat*] *Explicat* Thuan. quart. *verberat* ſec.

Scit cruor imperii qui ſit, quae viſcera rerum;
Unde petat Romam, libertas ultima mundi
Quo ſteterit ferienda loco. permixta ſecundo
Ordine nobilitas, venerandaque corpora ferro
Urguentur: caedunt Lepidos, caeduntque Metellos,
Corvinosque ſimul, Torquataque nomina, regum
Saepe duces, ſummosque hominum te, Magne, remoto.
Illic plebeia conteſtus caſſide vultus,

Igno-

579. *Scit cruor imperii qui ſit, quae viſcera rerum*] Duriſſima iterum tranſlatio, ut cruor imperii dicatur pro viribus. ſcio *ſanguinem* ſaepe pro viribus hominis poni. ſed *cruorem* numquam ita poſitum legi. quum cruor proprie effluens e vulnere, & denſior ſanguis, & ipſa ſaepe ſanies dicatur: Interpretes explicant, quorum caede ipſe ad imperium pervenire poſſit. quod exſculpere ex his verbis nequeo. nec etiam *cruor* & *viſcera* recte junguntur, quum potius dixiſſet, *quae vulnera rerum*. cogitabam aliquando,

Scit cor ubi imperii, ſcit quae ſint viſcera rerum.

vel, ſi quis audeat, ut ſunt aliqui, *cor* producere (vid. ad Ovid. xv. Ep. 79.)

Scit cor imperii qui ſint, quae viſcera rerum.

Sed nolo audacior eſſe, & malo ferreas Lucano locutiones ipſi relinquere. an *viſcera rerum*, an *legum* legatur, vix intereſſe puto, licet *rerum*, quod codicum auctoritate magis nititur, praeferrem. vid. ad lib. vi. 301. & ſaepe apud Ovidum, Claudianum & alios *res*, *reges* & *leges* permutari notavimus: *quis ſit* ſeptem libri. quod Cortius probat in notis ad Plin. ix. Ep. xiii. §. 7. quum hic *qui ſit* ediderit. millies haec pronomina variare vidimus in aliis. adi notas Heinſii & noſtras ad Virg. ii. Ecl. 19. ubi Heinſius hoc ex loco, *qui ſit* praefert, & ſaepe alibi notatum. Arntzen. ad Plinii Paneg. lxxiv. *qui* ante conſonantem, *quis* ante vocalem praefert.

580. *Unde petat Romam*] Haec quoque obſcura & moleſta. Hortenſius, a quibus poſſit petere dominationem. ſed a vivis, non a caeſis extorquetur imperium. Omnibonus *unde* explicat, a quo cruore; ſed propius poſitum eſt *viſcera*. Si *unde* poſſet ſumi pro, per quae viſcera vulnerata ipſam Romam ſauciet & vulneret, ut dicimus *per latus alterius aliquem petere*, & mox 652. *tot telis ſua fata peti*, res eſſet expeditior. nunc ita conſtruerem, ſcit quo loco ſteterit ferienda libertas, unde petat Romam, id eſt, qua ſublata & vindicibus ejus caeſis in hoc proelio, inde ipſam Romam & ſummum imperium petat. non aliter me expedio. videant acutiores. *Ultima libertas* dicta eo ſenſu, quo Brutus & Caſſius *ultimi Romanorum* appellati, & mox Brutus, *ſpes ſuprema ſenatus*. & *extremum nomen*.

582. *Venerandaque*] *Verendaque* Thuan. ſec. pro *reverenda* puto, ut *verandaque*, pro *veneranda* Hamb. tert. qui & *corpora patrum* habebat. *vergentur*, *caedit Lepidos*, *caeditque* Langerm.

584. *Torquataque nomina regum*] Diſtinguunt viri docti, *Torquataque nomina*, *regum ſaepe duces*, & recte, ut credo. ſed perpetua iterum contentio, an *rerum*, *regum*, an *legum* praeſtet, & quamcumque quis lectionem adripiat, non deerunt aliorum ſcriptorum loca, ad eam firmandam. Heinſius praeferebat, *rerum ſaepe duces*, ut Romani paſſim, *rerum domini* dicuntur. ego potius cum illis facerem, qui *regum duces* tuentur, id eſt, ſub quorum ductu reges militaverunt. ſic apud Rutil. i. Itin. 555. ubi etiam de antiquis

Ignotusque hoſti, quid ferrum, Brute, tenebas?
O decus imperii, ſpes o ſuprema Senatus,
Extremum tanti generis per ſecula nomen!
Ne rue per medios nimium temerarius hoſtes,
Nec tibi fatales admoveris ante Philippos,
Theſſalia periture tua. nil proficis iſtic
Caeſaris intentus jugulo: nondum attigit arcem,
Juris & humani culmen, quo cuncta premuntur,
Egreſ-

tiquis Romanorum ducibus agitur, & forte ad hunc Lucani locum reſpicitur,

Exiguus rerum rectores ceſpes habebat.

ubi alii *regum* praeferunt, ego *rerum* potius legendum credebam cum aliis. apud Ovid. II. Met. 256.

Cuique fuit rerum promiſſa potentia Tybrin.

MS. Leid. *regum.* Claudian. IV. Conſ. Hon. 5.

Cernis ut armorum proceres, legumque potentes
Patricios ſumunt habitus.

ubi, *rerumque potentes* Editio Vicetina. eligat ergo lector. mihi *regum* hic placet, quia ſequitur, *ſummosque hominum*, qui ſunt reliqui proceres, praeter reges. in MS. Cortii erat, *Torquatos nomina.* quod ex gloſſa profectum notat: & certe non convenit homines illuſtres *nomina* vocare, ubi laudantur, niſi quid addatur, unde nobilitas intelligitur. vid. ad v. 468. infr. 694. *Pompeji nomen* MSS. exhibent, ſed additur, *populare.* ſed *Torquata nomina* ſunt nobiles ex Torquatis.

586. *Plebeja*] *Phoebeia* Thuan. ſec. *contextus* Thuan. pr. *contentus* Turrian.

587. *Quod ferrum Brute tenebas?*] Senſus iterum durus & obſcurus. Heinſius legebat, per interrogationem, *quo ferrum tenebas*? id eſt, cui bono. ſed ego cum Hamb. ſec. malo, *Quid ferrum tenebas*? manet tamen ambiguum, an *tenebas* ſtrictum gladium, & jugulo Caeſaris intentum, an *tenebas*, pro retinebas, reprimebas. prius videtur verius, quia mox exhortatur, ut parceret ferro, deinceps in caedem Caeſaris adhibendo, vid. ſupr. vſ. 474. ſed iterum inepta haec omnia. nam Caeſar pugionibus fuit in ſenatu confoſſus, hic gladiis militaribus res geritur.

588. *Spes o ſuprema*] Heinſius volebat, *ſpes o nunc prima ſenatus.* ſed *ſuprema* hic eſt, ultima, & extremum nomen tanti generis, vel tuae gentis, vel gentis Romanae, & libertatis vindicatae, ut *ultimi Romanorum* Caſſius & Brutus, ut modo diximus: nam ſuperfuiſſe alios Brutos certum eſt. ut Brutus, ad quem Epiſtolae Ovidii ex Ponto. vid. I. Ep. I. pr. de locutione *per ſecula* vid. lib. VIII. 236.

591. *Admoveris ante Philippos*] Heinſius, *admoveris enſe.* Sed *ante* hic eſt ante tempus fatis deſtinatum: ne rue in hoſtes, ut ibi mortem invenias, quam in campis Philippicis invenies. *Admovere* eſt quaſi propinquiores facere, ut ſint quaſi hujus & ejusdem temporis. Calp. IV. Ecl. 18.

Quem vicina meis natalibus admovet aetas.

vide Oudendorp. ſupr. h. l. ad vſ. 50. & ut hic de tempore, ita de loco vidimus lib. II. 674. *Seſtonque admovit Abydo.* male ergo, *commoveris* Rott. ſec. mox, *periture ſua* Hamb. ſec. *jugulos* Turr. Confundit hic iterum duo proelia, nam non in Theſſalia, ſed in Philippicis Thraciae vel Macedoniae campis periturus erat Brutus.

593. *Nondum attigit arcem juris &*] Recte puto Cortium diſtinguere, *attigit arcem, juris & humani &c. egreſſus.* *Arx* enim ſola tyrannidem notat. *culmen juris humani* reſpicit divinos honores, quos ſibi decerni paſ-

Egreſſus, meruit fatis tam nobile letum:
Vivat, &, ut Bruti procumbat victima, regnet.
Hic patriae perit omne decus: jacet aggere magno
Patricium campis, commixta plebe, cadaver.
Mors tamen eminuit clarorum in ſtrage virorum
Pugnacis Domitî; quem clades fata per omnes
Ducebant. nuſquam Magni fortuna ſine illo
Succubuit: victus toties a Caeſare, ſalva
Libertate perit: tunc mille in vulnera laetus
Labitur, ac venia gaudet caruiſſe ſecunda.
Viderat in craſſo verſantem ſanguine membra
Caeſar, & increpitans; *Jam Magni deſeris arma,*
Succeſſor Domiti: ſine te jam bella geruntur.
Dixerat: aſt illi ſuffecit pectora pulſans

Spi-

ſus eſt, & ita ſuper mortales elatus fuit. *humani* eſt in Voſſiano uno. ſic *faſtigia ſummi juris* ſaepe Claudianus. vid. Heinſ ad Conſ. Olybr. 6. *Columen* erat in multis, ſollemni varietate, quia idem ſaepe notat quod *culmen.* vide quae dixi ad Ovid. I. Met. 689. *reguntur* ſeptem libri. *ingreſſus* Hamb. tert: Turr. & a m. ſec. Voſſ & Thuan. tert. ſed vide Oudendorpium. Stat. XI. Theb. 34. *Conatibus annos egreditur.* mox ſub *meruit*, intelligendum *nondum.* nimirum ut cadat in proelio: & ita videtur Sulpitius cepiſſe. male alii de caede in Senatu capiunt, quae certe *nobile letum* dici nequit, ut Horatius I. Od. XII. *Catonis* vocat.

598. *Commixta plebe*] Multi, *non mixta*, quod probatum Cortio, & convenit vſ 578. *In plebem vetat ire manus.* ſed tamen vix credibile ſolos patricios cecidiſſe, ut recte Oudendorpius notat; ſed credo illud *non mixta* ortum ex gloſſatore indocto, qui invenerat, *immixta plebe*, ut eſt in Oiſeliano, & interpretatus eſt, *non mixta*; quum *immixtus* idem notet quod *commixtus*: *cum mixta* erat in Voſſiano

599. *Eminuit*] *Emicuit* tres ex noſtris, quod placuit Cortio, non mihi. nam *emicare in ſtrage*, quam eleganter dicatur neſcio. & inter ſe diverſae eſſe ſignificationis, & ſaepe confuſa haec verba docui ad lib. V. 76. & alibi. *clarorum ſtrage* Thuan ſec.

602. *Victus toties*] *Victus quoties* Rottend. ſec.

604. *Ac venia*] *Hac* Langerm. & multi.

605. *Volventem*] *Verſantem* plurimi. parum refert.

607. *Succeſſor*] *Succenſor* ſeptem libri. vid lib. VI. 166 ubi, *ſuccendunt claſſica cornu.* ſed Heinſius *ſuccentor*, quod alii a *ſuccinere* derivant: quod Cortius ſe hic pluribus illuſtraturum promiſit ad Plin. IV. Ep. IX. §. 3. ſed *ſucceſſor* recte probatum Oudendorpio. *Accenſor* Oiſel. & Rottend. pr. & quinque Cortii. *ſuccenſos gladios* Voſſian. *ſuccenſor gladios* MS. Cortii.

607. *Jam bella geruntur*] *Jam nulla* Hamb. tert. Heinſius, *jam bella gerentur?* mox, *aſt ille ſuffecit* Richel. vid ſupr. 368.

611. *Dubium fati Caeſar*] *Caeſar dubium fati* Hamb. tert *dubium Caeſar fati* Sixii.

612. *Stygias*] *Patrias* Thuan. ſec. & tert.

&

Spiritus in vocem, morientiaque ora reſolvit.
Non te funeſta ſcelerum mercede potitum,
Sed dubium fati, Caeſar, generoque minorem
Adſpiciens, Stygias, Magno duce, liber ad umbras
Et ſecurus eo: te ſaevo Marte ſubactum,
Pompejoque graves poenas, nobisque daturum,
Quum moriar, ſperare licet. non plura locutum
Vita fugit, denſaeque oculos preſſere tenebrae.
Impendiſſe pudet lacrimas in funere mundi
Mortibus innumeris, ac ſingula fata ſequentem
Quaerere, letiferum per cujus viſcera vulnus
Exierit? quis fuſa ſolo vitalia calcet;
Ore quis adverſo, demiſſo faucibus enſe,
Exſpuerit moriens animam; quis corruat ictu,

Quis

& Oiſel. vid. lib. IX. 818. & alibi. ita *patriam ſepulcbrum* II. 732. & paſſim. *tutus ad umbras* S. Germ.

614. *Graves*] *Gravis* tres, quod Cortius recepit. ambigua ſententia, an *graves poenas*, an *gravis Pompejo*. prius profero. nam vaticinatur Domitius victoriam Pompejo, ut *generoque minorem*, id eſt, victum a genero, vid. infr. vſ. 686. dixerat. ſi vero *gravis Pompejo* foret Caeſar, eo occiſo ſuperſtitem innuiſſet, quia occiſis *graves* dicuntur, quamdiu manes vindicta ſumta non eſſent placati. ita Floro IV. 6. *Caeſaris manibus graves Caſſius & Brutus*, ejus percuſſores dicuntur. Senec. Herc. Fur. 1232. *ac tuis ſtipes gravis ardebit umbris.* Octav. 599 *memoria manibus noſtris gravis adhuc inultis.* Sed *graves poenae* paſſim occurrunt. vid. Ovid. V. Triſt. IX. 49. & II. Met. 467. alibi, ut contra *leves poenae* 698. *Pompejoque duci* quinque. repetitum ex praecedentibus: mox, *dum morior* Thuan. ſec. & a m. ſec. Rottend. ſec. *dum moriar* Oiſel. *moriar* plurimi. *Quum ſperare licet morior* Ed. Steph. *ſpectare licet* Rott. ſec. *exſpectare* Thuan. ſec. *nec plura* Rottend. ſec. ut II. 490. IV. 544. & V. 593. & VIII. 453. ubi itidem variatur.

616. *Preſſere*] *Vertere* multi, quod recepit Cortius, qui & conjiciebat *verſere*, ut & Heinſius adſcripſerat. ſed unde, quaeſo, hoc derivant? *verto* enim *verti* facit. *verro* vero *verſi*, ut docet Servius ad Virgil. I. Aen. 59. & hinc *everſum* Hottoman. apud Cicer. II. Verr. 21. ab *everro* deducit; ſed refragante Graevio. ſed quis umquam audivit, tenebras *verrere* oculos? ſed *premere* oculos eſt claudere, ut ſolebant morientibus proximi ſanguine. *comprimere* dixit Ovid. I. Ep. 102. & Albin. ad Liv. 160. & *premere* III. Amor. IX. 49. hoc faciunt nunc tenebrae, ut loco ab Oudendorpio citato Ovidii III. Art. 647. de alto ſomno, imagine mortis,

Victaque Lethaea lumina nocte premunt.

& ita tenebris etiam alia *premi* dicuntur. v. Ovid. VII. Met. 528. & XI. 521. & paſſim. de Pompejo vidente mortem inſtantem, & claudente oculos, Noſter lib. VIII. 615. *tunc lumina preſſit.*

619. *Per viſcera*] *Cujus per pectora* Thuan. ſec. *ferrum exierit* Rottend. ſec. quod ortum, quia *vulnus* pro telo poni ſoleat, & hinc gloſſator *vulnus*, expoſuerat per *ferrum*. vid.

ad

Quis ſteterit, dum membra cadunt: qui pectore tela
Transmittant, aut quos campis adfixerit haſta:
Quîs cruor emiſſus perruperit aëra venis,
Inque hoſtis cadat arma ſui: quis pectora fratris
Caedat, &, ut notum poſſit ſpoliare cadaver,
Abſciſum longe mittat caput: ora parentis
Quis laceret, nimiaque probet ſpectantibus ira
Quem jugulat, non eſſe patrem. mors nulla querela
Digna tua eſt, nullosque hominum lugere vacamus.
Non iſtas habuit pugnae Pharſalia partes,
Quas aliae clades: illic per fata virorum,
Per populos hic Roma perit: quod militis illic,

Mors

ad Virgil. II. Aen. 529. deinde *fuſa loco* Hamb. pr.

621. *Ore quis adverſo*] Variae lectiones, ab Oudendorpio relatae, & in noſtris omnes conſpiciuntur. ille variis etiam conjecturis locum ſanare tentavit; *exſpuerit* placuit & Heinſio & Gronovio ad Senec. Phoen. 44. ſimilis diverſitas infr. vſ. 755. in Thuan. pr. pro *moriens* reperi, *mordens*, unde poſſet legi,

Ore quis adverſo, demiſſum in faucibus enſem
Expulerit (vel *exſpuerit*) *mordens*, *animam.*

ut ſit ore mordens enſem in faucibus haerentem, exſpuerit animam. talia ſaepe in pugnarum deſcriptionibus, ut apud Ovid. v. Met. 143.

Jaculum Clanis ore momordit.

& de ſerpente a Cadmo vulnerato III. Met. 69.

Vulneraque adſpexit, fixumque haſtile momordit.

deinde, *moriens*, *uno quis c. ictu* Sixii & MS. Cortii. *corruat ictus* multi. *animae* Oiſel.

623. *Membra cadunt*] *Cadant* tres. per *membra* hic brachia, manus & alia abſciſſa gladio intelligi debent. ut lib. III. 667.

Brachia linquentes Graja pendentia puppi,
A manibus cecidere ſuis.

qui ſteterit, & *qui pectore*, multi. cetera variant fere ut in Oudendorpianis. & *transmittunt* habent plurimi: *pectora* etiam nonnulli, unde poſſet fingi, *cui pectora tela transmittant. cui* pro *cujus*, ut ſaepe: cujus pectus tela transmittant. vulneratus non, niſi duriter, poteſt dici transmittere pectore tela, ſed vulnerans, vel ejus telum, poteſt transmittere & tranſire pectora, ut recte Oudendorpius oſtendit. qui, ut & vir doctus apud Cortium, malebat *quîs*, pro quibus, me non refragrante. ſic Ovid. III. Ep. 126.

Transeat Hectoreum Pelias haſta latus.

ita hic haſtae tribuit etiam actionem adfigendi. mox, *adflixerit* Thuan. tert. *adfixerat* Oiſel.

625. *Emiſſus*] *Emiſſi* quatuor noſtri, & praetulit hoc Cortius. Sed iterum *quîs* capiendum pro quibus; quibus cruor emiſſus venis; eodem modo, ut aqua emittitur fontibus. ſic Ovid. xv. Met. 270.

Hic fontes natura novos emiſit.

confer Ovid. IV. Met. 122. *cadat* capio non de ipſo vulnerato, ſed de cruore emiſſo in aëra, & recidente in hoſtis arma. *aëra ventis* Rottend. pr.

627. *Et ut notum*] *Ut ignotum* Hamb. tert.

Mors hic gentis erat: ſanguis ibi fluxit Achaeus,
Ponticus, Aſſyrius: cunctos haerere cruores
Romanus, campiſque vetat conſiſtere, torrens.
Majus in hac acie, quam quod ſua ſecula ferrent,
Vulnus habent populi: plus eſt, quam vita, ſaluſque
Quod perit: in totum mundi proſternimur aevum.
Vincimur his gladiis omnis, quae ſerviat, aetas.
Proxima quid ſoboles, aut quid meruere nepotes
In regnum naſci? pavidi num geſſimus arma?
Teximus aut jugulos? alieni poena timoris
In noſtra cervice ſedet. poſt proelia natis
Si dominum Fortuna dabas, & bella dediſſes.

Jam

tert. *abſciſum* omnes fere. *abſceſum* Hamb. tert. *mittat longe* Turr.

630. *Patrem*] *Parem* Thuan. tert. a m. pr. *querela ſua*, eſt illi propria, peculiari. obſcure Scholiaſtes.

631. *Vacamus*] Pro vacat nobis. Stat. VIII. Theb. 186. *adverſaque ſigna vacaſti ſternere.* ubi male *vocaſti* Lutatius & alii.

633. *Aliae*] Pro *Alliae* cepit etiam Merula ad Ovid. I. Art. 413. quia *Alia* pro *Allia* ſaepe occurrit in MSS. vid. ſupr. 409. inepte, an ibi fluxit ſanguis Achaeus, Ponticus &c? *aliae*, id eſt, diverſae ab his clades intelligendae.

634. *Quod*] *Quae* Voſſ. a m. ſec. & Cortius. male. vid. ad lib. II. 232. mox, *ubi fluxit*, ex plurimis libris praeferebat Heinſ. & capiebat pro poſtquam, vel legebat, *ut* eodem ſenſu. *Achivus* tres Cortii libri. mox Heinſius, *junctos haerere*, ut ſolebat, & jam vidimus ſupra II. 194. & alibi.

638. *Ab hac acie*] *In hac* Hamb. tert. quod praeferrem: elegans enim ille uſus praepoſitionis. & ſenſus eſt, hoc proelium fuiſſe tam decretorium, ut totus populus in eo victus ſit, immo ipſa poſteritas per hanc cladem perierit. ſic Ovid. II. Met. 362. *noſtrum laceratur in arbore corpus.* id eſt, hac arbore lacerata. Flor. II. 8. *in Antiocho vicimus Xerxem, in Aemilio Themiſtoclem aequavimus.* Juſtin. XII. 9. *ſi poſſint in uno capite orbis bella finire.* infr. VIII. 581. & ita centies. *quam quae* Langerm. *vulnus habet* S. Germ. mox, *in toto aevo* Turrian.

641. *Vincimur*] *Vincitur* multae editiones & etiam Cortii. ſed cur tunc etiam, *non proſternitur*, ut quidam codices. ſed recte Heinſius & Oudendorpius, *vincimur*, ut eſt in Thuan. quart. & Hamb. pr. vid. ſupr. 363. & 543. *hic gladiis* Thuan. tert. & a m. ſec. Langerm. *his jugulis* Thuan. ſec. *quae ſerviat* plurimi, & tres a m. ſec.

642. *Proxima*] Heinſius malebat, *poſtuma*, vel *poſtera.* ſed *proxima ſoboles* ſunt filii. Ovid. II. ex Pont. VIII. 37.

a Caeſare proxime Caeſar.

ſic apud Ovid. Remed. 509. pro vulgato, *poſtera lux aderat*, in Bodlej. cod. erat, *proxima*, & ſaepe, *proximus annus*, pro ſequente. ſic & IV. Faſt. 359. *Proximus Anchiſen creat.* *proximos* pro cognatis, ſanguine junctis ſumi docuit Perizonius ad Valer. Max. VI. IX. I. *in regno* Barberin. hic de ſobole eſt ſollicitus Lucanus, quam antea non ſuperfuturam doluerat. vid. ad vſ. 412.

643. *Pavidi*] *Pavide* tres. Heinſius volebat,

Ttt

Jam Magnus tranſiſſe Deos, Romanaque fata
Senſerat infelix: tota vix clade coactus
Fortunam damnare ſuam. ſtetit aggere campi
Eminus, unde omnes, ſparſas per Theſſalia rura,
Adſpiceret clades, quae, bello obſtante, latebant.
Tot telis ſua fata peti, tot corpora fuſa,
Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine vidit.
Nec, ſicut mos eſt miſeris, trahere omnia ſecum
Merſa juvat, gentesque ſuae miſcere ruinae:
Ut Latiae poſt ſe vivat pars maxima turbae,
Suſtinuit dignos etiam nunc credere votis
Coelicolas, vovitque ſui ſolatia caſus:
Parcite, ait, *Superi cunctas proſternere gentes:*

Stan-

bat, *pavidine excepimus*. forte; *pavidi num jecimus arma*? an abjectis armis fugimus?

647. *Tranſiſſe*] *Tranſire* Hamb. tert. *tranſiſſe*, ſcilicet ad partes Caeſaris, ut explicat Cortius ad Plin. IX. Ep. VI §. 2. mox, *tanta vix* Turrian. *nota* Heinſius prius, ſed induxerat poſtea. *peractus* Thuan. quart. & a m. pr. Langerm. ut ſupr. 299.

650. *Unde omnes*] Heinſius, *unde procul*. ſed Virgil. II. Aen. 461.

turris unde omnis Troja videri &c.

offenderat, credo, *omnes ſparſas*. ſed & mox, *omnia merſa*. *proſpiceret* malebat Cortius. *bello abſtante* Hamb. pr. *bello quae obſtante* Cortius. dura eliſione *quae bello ſtante* Markland. ad Stat. III. Silv. II. 87. ſed ambiguum hoc eſſet. nam bellum & *ſtare* dicitur, quum intermittitur & quieſcit, & finitur aliqua quiete & pace: ut lib. III 566. vid. ad Quinctil. Declam. III. 13. & etiam *ſtare* dicuntur quae fiunt, ſunt in uſu & praeſentia. vid. ad Petron. cap. II. & ita poſſet explicari, dum proelium etiam anceps erat, & nondum inclinata acies Pompejana. ſed retineo vulgatam. certe *bellum* hic, ut centies, proelium notat, quo obſtante per pulverem, equitum & militum concurſum, latebant cadavera. vid. ſup. vſ. 507. 547. & alibi.

652. *Tot corpora*] *Tot pectora* Thuan. quart.

655. *Merſa*] *Verſa* Thuan. ſec. vid. Oudendorp. ſic *res merſae* Juven. XI. 40. Ovid. I. Met. 380. Videtur hic reſpicere ad illud Tragicum, ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, apud Sueton. Neron. 38. ubi vide comment. & potuit Neronem tangere, ſi etiam vivo Lucano Nero ad hoc dictum reſponderit, ἐμοῦ ζῶντος· potuit & ad Catilinam reſpicere & alios. vide Freinshem. ad Flor. IV. I. imitatus haec Claudian. II. in Rufin. 717. quem locum Oudendorpius opportune adducit. ita *ruina involvere* dixit Flor. II. II. hac occaſione monendum, apud Tacit. de Morib. Germ. cap. XXXVI. mihi videri male legi, *Tacti ruina Cheruſcorum & Foſi*. leve verbum *tacti* in re tam gravi. legerem, *tracti*, ut hic *trahere* & alibi occurrit. *juvat* Hamb. pr. mox, *vivat poſt ſe* Hamb. tert. & Oiſel.

657. *Dignos*] *Dignas* Hamb. pr. *credite* Sixii.

658. *Volvitque*] *Vovitque* tres codices & multi

Stante poteſt mundo, Romaque ſuperſtite, Magnus
Eſſe miſer. ſi plura juvant mea vulnera, conjux
Eſt mihi, ſunt nati; dedimus tot pignora fatis.
Civiline parum eſt bello, ſi meque, meosque
Obruat? exiguae clades ſumus, orbe remoto?
Omnia quid laceras? quid perdere cuncta laboras?
Jam nihil eſt, Fortuna, meum. ſic fatur: & arma,
Signaque, & adflictas omni jam parte catervas
Circuit, & revocat matura in fata ruentes,
Seque negat tanti. nec deerat robur in enſes
Ire duci, juguloque pati, vel pectore letum:
Sed timuit ſtrato miles ne corpore Magni
Non fugeret, ſupraque ducem procumberet orbis:
Cae-

ti Cortii. *fovitque* Heinſius. qui huc trahebat illa Auſon. in Parent.

Dicebas ſed te ſolatia longa fovere.

& Noſtri lib. x. 500. *cladem fovere Noti.* ſed ſive *volvit*, ſive *vovit* legas, duriter, & peculiari Lucano, ut multae, locutione dictum erit. inclino tamen in *volvit* magis eo ſenſu, quo Oudendorpius exponebat. nam *vovere ſolatia* non intelligo. an, *movitque*, id eſt, incepit ſe his verbis ſolari. ſic *movere* omnia dicimur quae incipimus. vid. ad Ovid. VII. Ep 4 ubi eadem varietas. vid. & ſupr III. 127. qui *volvit* malet, explicet, ut *volvere verba*, & *volubilitas linguae.* ſed non ſequor. *parcite jam* Thuan. pr. & Hamb. ſec. *parcite ait, o ſuperi* Hamb. tert.

662 *Eſt mihi*] *Et mihi* Rott. pr. *ſtant nati* Thuan. ſec. id eſſet, ſuperſtites ſunt proelio. *demus tot* Heinſius. ſed *dedimus* efficacius, & eſt quaſi devovimus.

664. *Obruat*] *Obruit* quatuor. *obruet* multi & Cortius *exiguae an clades* Hamb. ſec. Heinſius, *exigua an clades?* dictum ut illa, quae ſupr. 543. adduximus. mox obſcure dictum, *orbe remoto.* nam ita vulgo vocatur ultimus, extremus orbis. ut lib. II. 734. ſed hoc locum habere nequit, niſi legamus *orbe*, vel potius, *urbe remoti*, id eſt exſules, dejecti bonis & honoribus, & patria, vid. ad lib. V. 725. poteſt & explicari, *orbe remoti*, exſtincti, e medio ſublati, vel ſi *remoto* placet, excepto orbe, ſi ego ſolus cadam, ſervatis reliquis, ut ſupr. 585.

Summos hominum te, Magne, remoto.

te excepto, qui ſummus omnium es. & IX. 594. quidquid ſit, non placet hic loquendi modus, ut eſt in vulgatis, & aliud quid latere putem.

667. *Adflictas omni jam parte*] *Ex omni parte* Thuan. quart. *omni jam morte* Hamb. tert. & Langerm. & ſeptem Cortii. ſed Heinſius, *omni jam Marte* ſed obviae locutiones, *omni parte*, *ex* vel, *ab omni*, & *ex magna parte.* ut lib. III. 720. & ita apud Ovidium & alios ſaepe occurrit.

669. *In enſes*] *In enſem* Langerm. ſed hoc ſignificaret quaſi de ſibi inferenda morte cogitare auſus fuiſſet, quod non puto intendiſſe Lucanum, ut inducit lib IX. 166 Corneliam conjugem. ſed *in enſes* eſt idem quod *in hoſtes*, ut ibi mortem inveniret. ut apud Virgil. IX. 401.

an ſeſe medios moriturus in enſes

In-

Caeſaris aut oculis voluit ſubducere mortem.
Ne quidquam: infelix, ſocero ſpectare volenti
Praeſtandum eſt ubicumque caput. ſed tu quoque cojuxn
Cauſſa fugae, vultusque tui: fatisque probatum
Te praeſente mori. Tunc Magnum concitus aufert
A bello ſonipes, non tergo tela paventem,
Ingentesque animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus, non fletus erat, ſalvaque verendus
Majeſtate dolor, qualem te, Magne, decebat
Romanis praeſtare malis. non impare vultu
Adſpicis Emathiam: nec te videre ſuperbum

Pro-

Inferat. ubi alii codices, *in hoſtes.* & ubi plura dicemus. & hoc volunt ſequentia, ut vulnere, vel in jugulo, vel pectore, accepto periret. *vel pectore mortem* Thuan. ſec. *at timuit* Turrian.

672. *Non fugeret*] *Confugeret* Thuan. tert. & *ſuccumberet* Rottend. ſec. Waddel. Animad. Crit. p. 147. *procumberet orbus*, ſcilicet parente ſuo Pompejo, ut Roma VIII. 732. vocat. ſed centies *orbis* de imperio Romano, cujus omnes vires in hoc proelium conveniſſe, & periiſſe dicit. vid. vſ. 590. 664. & alibi.

675. *Praeſtandum*] *Spectandum* Hamb. tert. *praebendum* Thuan. ſec. ſolita variatione. vid. lib. VIII. 617. & ibi Oudendorpium, & alibi. parum referre arbitror, *praeſtandum*, an *praebendum* legas. *jugulum praebere* de gladiatoribus dici notum eſt. ſed hic alio ſenſu capitur. ut praeberet, non volens, nec id credens ſibi evenire poſſe, percuſſori caput, & abſciſum ſpectaret Caeſar.

676. *Vultusque tui*] *Tuis* Voſſianus. Cortius inſolenti hiatu, *fatisque negatum Te abſente mori.* ſed idem ſenſus eſt in vulgato, *probatum te praeſente*, quia tamen codices omnes *negatum* habent, malim, *notatum*, vel, *paratum te praeſente mori.* vel *negatum* explicare cum Oudendorpio, negatum tibi, Cornelia, ut praeſens eſſes in pugna Pharſalica. vel ſaltem propinqua, & ibi caderet Pompejus te praeſente; quod Aegypto futurum deſtinaverant fata. ut lib. I. 70. *ſummisque negatum ſtare diu.* *fatis*, eſt per fata. ſenſus tamen eſt intricatus, & *probatum*, ſi codices addicerent, non improbarem.

679. *Ferentem*] *Gerentem* Thuan. ſec. vid. Oudend. ad v. 170. ubi de corporis membris dici probavit. ſed & de animo dixit Septimius de Bell. Troj. I. 9. *bonum animum uti gereret hortatur.* vid. ad Calpur. Declam. XIII. ſed quia *ad caſtra* additur, *ferentem* praefero. nam gerimus bonum animum ubique, etiam quieti & ſedentes. vid. ad lib. VI. 419.

680. *Salvaque*] Miror hic haeſiſſe Gujetum, quum ſenſus ſit apertus, ita doluiſſe, ut ſervaret tamen majeſtatem. ſi *ſed ſalva* legas, metro vis fieret.

684. *Videbunt*] *Videbant* Turr. *timebunt* Hamb. tert.

685. *Laeto*] Heinſius corrigebat, *lato.* neſcio quo ſenſu, niſi a *feror* ſit participium. vid. ad Ovid. Triſt. VII. 2. ſed *laetus* eſt propria vox triumphis. vid. III. 20. VI. 261. & paſſim. & deinde oppoſitio perit inter *laetum* & *miſerum*, ſi *lato* legatur. ſenſus vero eſt, neque in proſperis, neque in miſeris rebus habuiſſe fortunam ullam in Pompejum poteſtatem. hoc enim *minor*, id eſt, quaſi victa, notat. vid. ad Val. Flacc. VII. 349. ſic infr. vſ. 713. *victum fatis caput.* ſed non capio, ut

Proſpera bellorum, nec fractum adverſa videbunt.
Quamque fuit laeto per tres infida triumphos,
Tam miſero Fortuna minor. jam pondere fati
Depoſito ſecurus abis: nunc tempora laeta
Reſpexiſſe vacat: ſpes numquam implenda receſſit:
Quid fueris nunc ſcire licet. fuge proelia dira,
Ac teſtare Deos, nullum qui perſtet in armis,
Jam tibi, Magne, mori: ceu flebilis Africa damnis,
Et ceu Munda nocens, Pharioque a gurgite clades,
Sic & Theſſalicae poſt te pars maxima pugnae.
Non jam Pompeji nomen populare per orbem,

Nec

ut nec cepit Gujetus, fortunam infidam per tres triumphos fuiſſe, quum tunc fuit ipſi fidiſſima, & favens. quare vel legerem, *poſt tres:* nunc enim demum mutavit fidem. ſic *poſt* & *per* variant. lib. II. 635. v. 217. vel *per* debet ſumi pro *poſt*. vid. ad Sueton. Tib. v. & hoc firmat *longus fatorum favor* vſ. 705. & VIII. 21.

687. *Abis*] *Abit* Langerm. *non tempora* idem. *deſpexiſſe* a m. ſec. Thuan. ſec. & Oiſel. a m. pr. *juvat* Thuan. ſec. & a m. ſec. Rott. ſec. eadem varietas lib. III. 360. *proelia dura* Rott. pr. & tert. vid. ad Val. Fl. VI. 545. *Deum* tres. *qui perſtat* multi. *praeſtat* Thuan. ſec. & Hamb. ſec. *perſtet* unice verum. vid. Cl. Drak. ad Livii XXII. XXVII. §. 4.

689. *Quid fueris*] Vid. Cort. ad Plin. VIII. Ep. XIV. §. 10. *Nunc eſſe licet* Thuan. ſec.

692. *Pharioque a gurgite*] Ingenioſa eſt Waddelii conjectura, *Varique a gurgite*, quam tamen ne amplectar facit, quod illam cladem a legato Varo denominatam fuiſſe, non fiat veroſimile, quia illa non admodum magna fuerit, nec ejus ipſe Caeſar, nec alii multi meminerint, & quam Florus magniloquentia ſua vehementer auxit. Dion enim lib. XLIII. dicit Varum, a Didio navali proelio ſuperatum, ſe in portum recepiſſe, & ita periculum totius claſſis amittendae declinaſſe, ad quam poſt proelium ad Mundam Pompejus fugere inſtituerat: ſed quum Varum ſe Caeſari vel Didio tradidiſſe intellexiſſet, mutato conſilio contendiſſe ad mediterranea, ubi interfectus eſt; ut etiam Didius, quaerens Pompejum. ita ut leve hoc, quidquid fuerit, proelium non memorari mereatur ſimul cum Africano & Hiſpanienſi bello, cujus exigua pars fuit. Quare bellum Alexandrinum intelligendum eſt, quod ſine dubio fuit appendix civilis belli. Ptolemaeus enim Pompeji caedem non Caeſari, ſed partium fatis dederat. & in exercitu Aegyptiaco multi Romani erant milites, ut Gabiniani & fugitivi, ut ipſe Caeſar nos docet lib. III. B. C. cap. 110. qui ad Pharum maxima cum difficultate bellum geſtum narrat. Has ergo clades in Phario gurgite, id eſt, mari ad Pharum, adſcribi Pompejo non debere, ait, quaſi poſt fugam ejus partem Pharſalicae pugnae facerent; malim vero, *in gurgite*, quamvis parum referat.

693. *Theſſalicae*] *Theſſaliae* iterum Cortius. Waddelius, notante Cunigamo, volebat, *ſic ut Teſſaliae. maxima turbae* Thuan. pr. a m. pr. *Pompejum nomen* in Berſm. Cod. quod eſſet ut, *Torquata nomina* ſupr. vſ. 584. ſed, quia *poſtulare* ſequitur, nil muto. praeterea Waddelius, & *ſtudium*.

Nec ſtudium belli: ſed par, quod ſemper habemus,
Libertas, & Caeſar erunt: teque inde fugato
Oſtendit moriens, ſibi ſe pugnaſſe, Senatus.
Nonne juvat pulſum bellis ceſſiſſe, nec iſtud
Perſpectare nefas, ſpumantes caede catervas?
Reſpice turbatos incurſu ſanguinis amnes,
Et ſoceri miſerere tui. quo pectore Romam
Intrabit campis factus felicior iſtis?
Quidquid in ignotis ſolus regionibus exſul,
Quidquid ſub Phario poſitus patiere tyranno?
Crede Deis, longo fatorum crede favori,
Vincere pejus erat. prohibe lamenta ſonare,

Fle-

696. *Erunt*] *Erit* quatuor. mox, *oſtendit* plurimi, & dedit Cortius.

699. *Proſpectare*] *Perſpectaſſe* multi. *perſpectare* etiam non pauci. *proſpectaſſe* Rott. ſec *perſpexiſſe* Barber. *perſpectaſſe* probo propter vſ. 693. & majorem Codicum numerum. *pugnantes caede* S. Germ. mox, *impulſu ſanguinis* S. Germ. utrumque poteſt defendi. infr. 789. *propulſa cruore flumina.* ſed Plinius x. Ep. 71. dixit etiam, *incurſum fluminis.* Gryph. edit. *in curſu*, & alii.

702. *Intrabit*] *Intravit* duo Thuan. & Langerm. & a m. pr Oiſel. *fluctus campis* Rottend. ſec. quod neſcio quid velit. *campis factus* multi.

704. *Poſitus*] In var. lect. eſt *potius.* Heinſ. malebat, *poſthac.* & certe ſuſpectum illud *poſitus*, quod notat moram in ſede vel loco aliquo, ut ſaepe Ovidius & alii. an *expoſitus*, ex nave in litus transgrediens. Atqui vix attigit Aegyptum, in ipſa navi, antequam egrederetur, occiſus. ſed declamatorem hic agit, ut ſaepe, Lucanus ſic quaenam, quaeſo, *ignotae* illae *regiones*, quas poſt proelium Pharſalicum ſolus adiit Pompejus? an non ante ab eo viſae, & quae non eſſent ſub imperio Romano? quaenam vero regiones ignorabant Pompejum? cujus clara facies non patiebatur latere: lib. VIII. 12. cogitabam olim, *ingratis* poſſe reponi, quod veritati magis conveniret. ingratiſſimus enim Ptolemaeus, qui debebat Pompejo regnum. v. lib. VIII. 448 *potius*, quod hic habent Edd. quaedam, etiam apud Tacit. Agric. cap. XIX. Gronovius mutat in *imponere*, legens, *adminiſtrationibus imponere* (pro *potius*) *non peccaturas, quam damnare quum peccaſſent.* alii τῷ *potius* adjungunt verba *praeponere*, vel *praeſuere. patiare* Rottend. ſec. a m. ſec. Sequentem verſum 705. *crede Deis* &c. ponere in parentheſi malim. crede diis, qui jam rem dijudicarunt, & Caeſari victoriam dedere, ſed non ut ſignum favoris. quia vincere pejus eſt.

707 *Flere veta populos*] Heinſius volebat, *Flere veta: Populo lacrimas l. r* mox, *ſecuros* Thuan pr. a m. pr. *aſpice conceſſas urbes*, id eſt, aliis datas a te, legebat Heinſius. ſed *poſſeſſas* ab illis, quibus donaviſti libertatem, ut ſuo jure poſſiderent, & non in provinciae formam redigerentur. *Aegyptum*, *Libyenque* Cortius.

714. *Civibus effudit*] *Effundit* S. Germ. Heinſius pro *vires* malebat, *turres*, neſcio quo ſenſu aliud enim eſt apud Ovidium IV. Triſt. 1. 71. ubi pro *vires* etiam *turres* emenda-

Flere veta populos: lacrimas, luctusque remitte.
Tam mala Pompeji, quam proſpera mundus adoret.
Adſpice ſecurus vultu non ſupplice reges:
Adſpice poſſeſſas urbes, donataque regna,
Aegyptum, Libyamque, & terras elige morti.
    Vidit prima tuae teſtis Lariſſa ruinae
Nobile, nec victum fatis caput: omnibus illa
Civibus effudit totas per moenia vires;
Omnia, ceu laeto, promittunt munera flentes:
Pandunt templa, domos: ſocios ſe cladibus optant.
Scilicet immenſo ſupereſt ex nomine multum,
Teque minor ſolo: cunctas impellere gentes

Rur-

dabat. ſed *totae vires* hic ſunt incolae omnes, quibus vires urbis conſtabant. eſt etiam locutio inſolentior, *effundit totas vires omnibus civibus*. ſi *turres* pro portis poſſent capi, malim,

omnibus illa
Turribus effudit totas per moenia vires.

ſed nec hoc placet, portis enim effundi ſolent, non turribus. in ſeq. verſu ultra fidem hiſtoriae declamatorem agit Lucanus: nam Caeſar ipſe lib. III. B. C. 96. narrat Pompejum nocte Lariſſam contendiſſe, nec ibi conſtitiſſe, aut nocturnum iter intermiſiſſe. Quî ergo Lariſſaei potuere ipſi obviam ire, munera praemittere &c. quum de ejus adventu ſubito, & clade nihil etiam ſcirent. Quare nec *praemittunt* poteſt habere locum, quum nimis operoſum hoc in re tam ſubita apparatum requirat, nec tempus, in primis nocturnum, pompae, cui praeferrentur munera, inſtruendae congruum eſſet. nec etiam obvios iviſſe veroſimile, quum nox eſſet, nec de ejus adventu certiores facti eſſent. idcirco multo magis veroſimile videtur, ingreſſo nocte Pompejo oppidum inter moras, dum mutat equos, qui eum aveherent longius, ut vſ. 723. excitatos ad rumorem illum, quosdam Lariſſaeorum primores eum adiiſſe, & audita clade omnia, ceu laeto & victori, promiſiſſe, ipſi obtuliſſe auxilia & neceſſaria quaevis. quare quum in Voſſiano uno & Langerm. ſit *omnia*, & ſupr. lib. VI. 3. eas voces etiam mutatas viderimus, legerem,

Omnia ceu laeto promittunt munera, flentes
Pandunt templa, domos.

promittunt omnes fere noſtri. *permittunt* erat in Hamb. tert. ineptum etiam, ſi jam Lariſſaei promiſiſſent omnia, inde colligere illum potuiſſe impellere cunctas gentes, quum leve momentum eſſet, una illa urbs Theſſaliae. *pandunt tecta* Thuan. ſec. ut infr. 828. *tecta domosque deſeruere canes*. nec hoc facile rejicerem, quia nocte potius aedes ipſi pandere, quum templa voluerunt. vid. ſupr. v. 19. & 529. *ſocios ſed* Hamb. pr. *cladibus optant* Heinſius.

717. *Ex nomine*] *De* var. lect. Steph. quod certe uſitatius & paſſim apud Ovidium occurrit. ſic & Virg. IV. Aen. 325.

Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat.

Ovidius tamen lib. III Amor. IX. 53.

Si tamen e nobis aliquid, niſi nomen & umbra
Reſtat.

quare

Rurſus in arma potes, rurſusque in fata redire.
Sed quid opus victo populis, aut urbibus, inquit?
Victori praeſtate fidem. Tu Caeſar, in alto
Caedis adhuc cumulo patriae per viſcera vadis:
At tibi jam populos donat gener. avehit inde
Pompejum ſonipes: gemitus, lacrimaeque ſequuntur:
Plurimaque in ſaevos populi convicia divos.
Nunc tibi vera fides quaeſiti, Magne, favoris
Contigit, ac fructus. felix ſe neſcit amari.
Caeſar ut Heſperio vidit ſatis arva natare
Sanguine, parcendum ferro, manibusque ſuorum
Jam ratus, ut viles animas, perituraque fruſtra
Agmina permiſit vitae. ſed caſtra fugatos
Ne revocent, pellatque quies nocturna pavorem;

Pro-

quare nihil mutare tutius. eadem variatio mox vſ. 741. ſequens verſus, *Teque*, poſtponitur ſequenti, *Rurſus*, in Thuan. ſec. hic vero deerat Sixiano. *poteſt* Hamb. *rurſus in fata* Rottend. ſec.

720. *Victo*] *Victor* Hamb. pr. *inquam* Turr. *inquis* Gujetus. *praeſtare* Thuan. ſec. & Turr. mox, *tumulo* tres.

723. *At tibi*] *Ad* tres. & Oiſel. *donet* Thuan. quart. *advebit* tres.

725. *Populi*] *Dicunt* MS. Cortii. *nec tibi* Thuan. quart. & a.m. pr. Langerm. *tunc* Oiſel. *nunc tibi, Magne, fides quaeſiti vera* quatuor, & novem Cortii. *timoris* Putean.

728. *Heſperio*] *Aemathio* Thuan. ſec. a m. ſec. *arma natare* plures.

730. *Perituraque fruſtra*] *Caſtra* MS. Cortii, quod ex ſequenti verſu in egregium illum, ut jactat, codicem irrepſit, ipſe conjicit, *perituraque gratis.* Sed *fruſtra* eſt ſine fructu victoris, quia viles animae erant; quae ſe tradebant illi, nec a quibus poſtea aliquid belli timere poterat: vid. Caeſ. de B. C. III. 98. ita Virg. II. Aen. 348. *juvenes, fortiſſima fruſtra pectora.* ubi vide plura. *ratus heu! viles* Gryph.

732. *Ne revocent*] *Ne revocans* Turr. *non* Thuan. quart. *pavore* Voſſ. & Cortii, qui *pavores* vo'ebat, ut & lib. X. 14.

733. *Statuit*] *Studuit* Hamb. pr. *ſuccedere muro* Thuan. ſec. quia ſcilicet alibi *murum* pro vallo legerat librarius poni. vid. ad lib. VI. 288. *fortuna valet* tres. *dum contegit* Thuan. ſec.

735. *Ac Marte ſubactis*] *Aut Marte* fere omnes. torquent haec verba interpretes, victores enim fuere Caeſariani, non ſubacti Marte, ſed eorum adverſarii. Oudendorpius volebat, *ut Marte ſubactis*, id eſt, lege rei publicae militare coactis, quia *ſubigere* pro cogere ſaepe occurrit. ſed quis ita umquam locutus fuerit, neſcio. *Mars* de proelio dici ſolet, etiam paſſim apud Noſtrum. Cortius, *at Marte peracto*, quod repetiit ex vſ. 299. ubi etiam *Marte ſubacto*, alii codices & aliis locis, ubi *bellum peractum* dicitur. ſic lib VI. 149. pro *Marte relicto* in MS. erat *peracto*: ſed & *Marte ſubactum* dixit h. l. 613. v. 240 & VIII. 144. poſſet & legi, *feſſis, nec Marte ſubactis*, id eſt, victoribus, quos numquam

laſ-

Protinus hoſtili ſtatuit ſuccedere vallo,
Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror,
Non veritus grave ne feſſis, aut Marte ſubactis
Hoc foret imperium. non magno hortamine miles
In praedam ducendus erat: *Victoria nobis*
Plena, viri, dixit, *ſupereſt pro ſanguine merces,*
Quam monſtrare meum eſt: nec enim donare vocabo,
Quod ſibi quiſque dabit; cunctis en plena metallis
Caſtra patent: raptum Heſperiis e gentibus aurum
Hic jacet: Eoasque premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna ſimul Magnique coacta
Exſpectat dominos: propera praecedere miles
Quos ſequeris: quaſcumque tuas Pharſalia fecit,
A victis rapiuntur opes. nec plura locutus

Im-

laſſos eſſe etiam hodie, ut proverbium, jactatur Vel,

Non veritus grave nec feſſis, nec Marte ſubactis,

Hoc foret. *nec feſſis* & *hoc* codicibus nititur. non feſſi erant, quia non diu pugnaverant Pompejani, ſed fugiente Pompejo ſe dediderant. ſi non placet, accedam libens conjecturae amici Oudendorpiani, *ne feſſis a Marte peracto*, vel *ſubacto*. in vulgato *aut* etiam poteſt, pro *aut non* poni, ut ſaepe poſt *nec*. Waddelius in Anim. Crit. p. 149. Pompejanos intelligit, quibus gratum erat hoc imperium, quia Caeſar non inſtabat fugientibus, nec ulteriori victoriae. ſed ſeq. *non magno hortamine*, &c. de Caeſarianis agi, oſtendunt.

738. *Dixit*] *Dicit* S. Germ. *ſupereſt* &c. citat Lutatius ad Stat. x Theb. 34. ubi Cortius dicit, *monſtrare tuum* legi: certe in Lindenbrogii Edit. eſt *meum*. niſi & alibi haec laudet Lutatius. Debuiſſet locum indicare, quod ſuperbe ſaepe negligit.

739. *Vocabo*] *Vacabo* Barber. & a m. pr. Thuan. pr.

740. *Quod*] Caret hoc verſu codex unus Cortii. pro *cunctis* Heinſ. conjiciebat, *fulvis*. ſed non ſolum aurum erat in caſtris, ſed plus, credo, argenti & aeris.

741. *E gentibus*] *Ex* Rottend. pr. *de* tres Cortii.

743. *Tot regum*] *Rerum* Thuan. ſec. vid. ſupr. vſ. 584. & alibi. *magnum* S. Germ. *magnaque* Langerm. *propera procedere* Richel. male. vid. ad Valer. Fl. iv. 198. & de oppoſitis illis, *praecedere* & *ſequi* ad eundem i. 343.

746. *Rapiantur*] *Rapiuntur* fere omnes.

746. *Nec plura locutus*] Quum hac formula Noſter & alii ſaepe utantur, (vid. ſupr. 615.) mirum eſt potuiſſe librarios ita aberrare, ut dederint nobis magno numero, *ſic milite juſſo impulit*. quod recepit Cortius. ſed non placet Gujeto, nec ad aures meas admodum gratum accidit. ſcio quidem ſupr. vſ. 79. legi.

Si duce te juſſo, ſi nobis bella geruntur.

ſed ibi *juſſu dux* eſt a populo creatus. vid. Gronov. Diatr. Stat. cap. xxxi. praeterea lib. v. 663.

Impulit amentes, aurique cupidine caecos
Ire ſuper gladios, ſupraque cadavera patrum,
Et caeſos calcare duces. quae foſſa, quis agger
Suſtineat pretium belli, ſcelerumque petentes?
Scire ruunt quanta fuerint mercede nocentes.
Invenere quidem ſpoliato plurima mundo

Bel-

Juſſa plebe tali faſces per bella negatos. ubi per ὀξύμωρον *plebem juſſam*, vocat coactam, quae aliter in comitiis jubere per ſe ſolebat. quod hic de milite dici nequit, quare etſi hic, ut Oudendorpius vult, ejecto ſequenti verſu, infinitivus *ire* ſequatur, ut lib. I. 236.

Conſtitit ut capto juſſus deponere miles
Signa foro.

vix Latinum puto, *milite juſſo* ita abſolute poſitum, neque etiam ſenſum perfectum video, ejecto illo verſu, & diſtinctione majore poſita poſt *duces*. nam etiam tunc deficit verbum, quod *impulit* eſt, & plenam ſententiam facit: & poſt ablativum abſolutum *juſſo*, debet ſequi quid fecerint hi juſſi deinde. forte movit viros doctos, quod *impellere* cum infinitivo conſtrui non debere crederent, ut Corradus ad Virg. I. Aen. II. cenſebat, ubi nos vindicavimus verbi regimen.

748. *Ire ſuper gladios ſupraque cadavera*] An hic *ſuper* & *ſupra* diverſam vim habeant, an eamdem dubium eſt: quid Grammatici de eo ſentiant dixi ad Nemeſ. III. Ecl. 5. illud vero, *ire ſuper gladios*, quid hic faciat, quum proelio peracto, & jacentibus aut fugientibus Pompejanis nihil amplius negotii cum gladiis eſſet, vix video. Heinſium hoc quoque advertiſſe indicio ſunt ejus conjecturae. nam corrigebat vel *ſuper capulos*, quod potuiſſet ſpeciem accipere ex Stat. XII. Theb. 29. ubi Thebanis campum, in quo pugnatum erat, luſtrantibus, & ſtragem digerentibus,

patuere reciſae
Cum capulis haſtiſque manus.

ut correxerunt viri docti, pro *ſcapulis*. vel tentabat, *ſuper clades*, vel *ſtrages*. ut vſ. 795. *ſub clade latentes*, & 722. *cumulos caedis* dixit. *ire per gladios* apud Ovidium & alios legi, ſed *ſuper gladios* numquam. intelliget forte quis gladios abjectos a fugientibus. ſed & hoc rarum: quum de clypeis ſaepe occurrat, qui impedimentum fugae erant, non vero gladii. *ſuper capulos*, & *clades* vel *ſtrages*, non ſatis oſtendit ſuperbum Caeſaris & ferocem animum, quem ipſi dat Lucanus. Cogitabam, *ire ſuper galeas*, quas in proeliis aut abjectas, aut cadaveribus adhuc impoſitas, aut abſciſſo capite plenas ſaepe in proeliis legimus. ſuper has jubet eos ad caſtra diripienda ire. ſi ſuper gladios, qui forte cadaveribus adjacebant, irent, pedes ne laederent periculum erat. Sic Oedipus campum pererrans plenum armis, viris, curribus in alta ſtrage jacentibus, apud Stat. XI. Theb. 603.

tractat galeas, atque ora latentia quaerit.

& *galeae* & *gladii* ſaepe a librariis confunduntur. ut h. l. 178. *galeiſque incumbere*, ubi *gladiis* alii codices. ubi vide Oudendorpii notas, & meas ad Ovid. XII. Met. 466. apud Claudian. Bell. Gild. 435. *galeiſque micantes* ubi ex codice Vaticano Heinſius profert, *gladiis*. & ita alibi. jam victoris ſuperbi eſt ire ſuper galeas, & quaſi capitibus caeſorum inſultare, ut vivis hoſtibus colla & cervices pede impoſito calcare ſolebant. quod egregie illuſtravit Broukh. ad Propert. I. I. ubi profert etiam inſignem gemmam ex Gorlaei Dactyl. n. 143. ubi conſpicitur miles victor cum oleae vel lauri ramo in dextra, & pedem imponens galeae in terram projectae. Galea enim decus & praecipuum ornamentum militare, quod calcare erat inſignis in victum hoſtem contumelia. & hinc ſequitur, *caeſos calcare duces*, quod galeam

&

Bellorum in ſumtus congeſtae pondera maſſae:
Sed non implevit cupientes omnia mentes
Quidquid fodit Hiber, quidquid Tagus expulit auri,
Quodque legit dives ſummis Arimaſpus arenis.
Ut rapiant parvo ſcelus hoc vaeniſſe putabunt,
Quum ſibi Tarpejas victor deſponderit arces:
Quum

& collum calcando fieri jubebat, quia caeſi jacebant. poſſet & quis per *galeas* intelligere ipſos milites caeſos, qui galeati erant, ut ita explicat hanc vocem Barth. ad Statii v. Silv. II. 47. ſed prius malo.

750. *Petentes*] *Patentis* edidit Cortius, quod non capio. & puto aberraſſe operas. *ſcire ruunt* plurimi ex noſtris. vid. Oudendorpium.

753. *Congeſtae*] *Conjectae* Thuan. ſec. ut & alibi variatum. de *maſſa* vid. lib. VI. 403.

754. *Non implevit*] *Implerunt* multi editi contra codices MSS. ſaepe vidi variare hoc modo lectionem, ubi dubia apparet conſtructio, & haererent librarii, quo verbum referrent. ita hic alius ad *pondera* referens, *implerunt* ſcripſit. alius ad *maſſam*, dedit *implevit*, vel *implebit*, ut eſt in Voſſiano. tertius credens ſenſum poſt *maſſae* plenum, dedit nobis in Rottend. pr. *implevit cupientes omnia Caeſar*. quem forte etiam offendit ſonus ille *cupientes mentes*, & a gloſſatore adſcriptum ad τὸ *implevit* invenerat, *Caeſar*. hinc tot ſaepe diſcrepantiae, quas debemus indoctis illis ſcribis. in uno etiam Oudendorpii eſt, *capientes*, ut conjecerat etiam Heinſius; & haec verba commutata ſaepe norunt Critici. ut vero ſono illi ingrato, *cupientes mentes*, occurratur, poſſet quidem legi, ſi mei arbitrii res eſſet,

Sed non implevit cupientibus omnia mentes.
pro cupientium, ut ſimiles dativos aliquoties Lucano reſtituit Oudendorpius. Heinſius *cupientis* volebat. ſed quia novi Poëtae noſtri negligentiam, nihil muto.

755. *Expulit*] *Extulit* debemus editoribus, plerique ſcripti, *expulit*, aut, ut in Thuan. tert. & Oiſel. ex noſtris, *exſpuit*, quod placuit Cortio. ſed *exſpuere* mare & fluvii poſſent, credo, dici, piſces, conchas, & leviores alias res. ſed aurum, metallum graviſſimum, ut ſpumam exſpui, rerum natura non patitur. hoc latet in fundo & arenis fluviorum, & inde extrahitur & legitur. & ideo Tagus effert, id eſt, ſcrutantes efferunt ex eo aurum latens. ut contra Arimaſpus legit aurum in ſummis arenis, ut ita diverſos auri inveniendi modos indicet Poëta. Hiber in fodinis ſcrutatur, Tagi accola in fundo quaerit, Arimaſpus legit in ſuperficie terrae; Tagum, ut alios fluvios, pro accolis poni obvium eſt. vid. ad Rutil. I. 561. & alibi. pro *Ariſmaſpus* librarius Thuanei tertii a m. ſec. dedit *Pactolus*. ſciebat naſutus homo, & in Poëtarum lectione multus, hos duos fluvios auriferos ſaepe jungi. *quod legit* etiam multi ſcripti & editi, ut ſcilicet tempora verborum inter ſe congruerent, ſed hoc centies & Lucanum & omnes Poëtas negligere notum eſt. *ſummis dives* Thuan. pr. a m. pr. ineptit vero iterum in augenda copia auri undique congeſta, & coacta ut ſupr. vſ. 743. & immemor laudis Pompeji, eum haec *ſpoliato mundo* congeſſiſſe jam fatetur. ſed auri non multum extuliſſe inde patet, quod Lentulum, fugiens ex urbe, remiſerit ad expilandum ſanctius aerarium.

757. *Putabunt*] *Putabant* quatuor. *deſponderet* Turr. *diſponderit* tres. *diſponeret* Rottend. ſec. a m. pr. *diſponderat* Langermann.

759. *Promiſerit*] *Promiſerat* Hamb. ſec. *permiſerat* alii. *ſpe promittere* an eleganter dicatur dubito. quare *cum* hic praepoſitio quidem

 dem

Quum ſpe Romanae promiſerit omnia praedae:
Decipitur, quod caſtra rapit. capit impia plebes
Ceſpite patricio ſomnos: ſtratumque cubile
Regibus infandus miles premit: inque parentum,
Inque toris fratrum poſuerunt membra nocentes:
Quos agitat veſana quies, ſomnique furentes
Theſſalicam miſeris verſant in pectore pugnam.
Invigilat cunctis ſaevum ſcelus, armaque tota
Mente agitant, capuloque manus abſente moventur.
Ingemuiſſe putem campos, terramque nocentes
Inſpiraſſe animas, infectumque aëra totum

Ma-

dem videri poſſet, & deeſſe copula, &, cum ſpe praedae promiſerit ſibi miles, vel Caeſar omnia. Sed aſyndeton hic vix placet, & *quum* legendum. mallem tamen, ut clarius de milite, non Caeſare, agi appareret, *ſpe praeſumſerat*, vel *praeſumſerit*, ut Virgil. XI. Aen. 18.

Arma parate; animis & ſpe praeſumite bellum.

Tacit. XI. Ann. 7. *Quem illum tanta ſuperbia eſſe, ut aeternitatem famae ſpe praeſumeret.* Sic voto, opinione praeſumere paſſim occurrit. vid. ad lib. VI. 418. & huic jam reſpondet, *decipitur quod caſtra* (ſcil. ſola) *rapit*. nam fecerat illis *ſpem mundi* ſupr. vſ. 270. vid. & v. 355. & alibi. minus ergo praedae in caſtris credens, decipitur miles, qui Roman diripiendam praeſumſerat.

760. *Rapit*] *Petit* Rott. tert. *impia plebes* multi. *proles* Rott. ſec.

761. *Somnos*] *Somnum* Langerm. *caeſumque cubile* Putean. unde Heinſius *caſſum* fecit, quod probavit Oudendorpius. ſed inſolenter dictum credo. *caeſiſque* Langerm. mihi *ſtratum*, quod eſt in quinque noſtris, arridet, & Cortius recepit. & alius adſcripſerat ſcilicet, nunc *vacuum*. ſic in caſtris Romanis ab Iſtris captis Liv. XLI. pr. dicit, *ſtratos lectos in quaeſtorio inventos*, quibus accubuere milites. *infandis* Rott. ſec. Cortius, ut interjectionem, legit, *infandum!*

764. *Somnique furentes*] *Somnoque fruentes* Canterus & Cortius, & *miſeris*, & alii. vid. ad Ovid. VI. Epiſt. 96. ſed recte Oudendorpius vulgatam defendit, quae *veſanae* quieti melius convenit. unicum obſtat, quod duo verſus in *entes* exeunt. & tertius in *entum*. quales & ſupra occurrunt, uti h. l. 750. & 751. VI. 438. & paſſim. quare, Lucani indiligentiam niſi noſſem, legerem *ſomnique furores*, ut lib. VI. 282.

movitque furorem
Pompejana quies, & victo Caeſare, ſomnus.

miſeris rectum puto, ſi tollatur diſtinctio poſt *furentes*, & conſtruatur, ſomni furentes verſant miſeris in pectore pugnam. *miſero* eſt in Thuan. quart.

766. *Invigilat*] *Invigilant* Oiſel. *ſerum ſcelus* corrigebat Heinſius. vid. ad Valer. Flac. II. 294.

767. *Capuloque*] Id eſt, enſe. vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 88. & arma, id eſt, clypeos. jungit idem IV. Theb. 557.

Manus omnis in armis,
Omnis & in capulo.

manus movetur Gujetus hic malebat.

768. *Ingemuiſſe putes*] *Ingemuiſſe* Barber. & tres Cortii. *putem* fere omnes. *jam gemuiſſe* unus Cortii *terras camposque nocentes* Hamb. pr. ſed. diſtinguendum cum optimis

ſcri-

Manibus, & Stygia ſuperam formidine noctem.
Exigit a meritis triſtes victoria poenas,
Sibilaque & flammas infert ſopor: umbra peremti
Civis adeſt: ſua quemque premit terroris imago.
Ille ſenum vultus, juvenum videt ille figuram:
Hunc agitant totis fraterna cadavera ſomnis:
Pectore in hoc pater eſt; omnes in Caeſare manes.
Haud alios nondum Scythica purgatus in ara
Eumenidum vidit vultus Pelopeus Oreſtes:
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus,
Quum fureret, Pentheus; aut quum deſiſſet, Agave.

Hunc

ſcriptis & editis, & legendum,

Ingemuiſſe putem campos, terramque nocentes
Inſpiraſſe animas.

nocentes animae dicuntur, ut paſſim, *herbae nocentes*, *nocens coelum* mox 798. *animas* ſine hoc epitheto nihil mali ſignificare poteſt. Ovid. IV. Met. 497.

Inſpiratque graves animas.

ubi vide. *confectumque aëra* Voſſian. & Langer. *notum* Rott. tert. *ſuperam* fere omnes. *ſuperant* MS. Cortii, qui *Stygia ſuperam* dedit, ut erat in Rottend. tert. & Hamb. tert.

771. *A meritis*] *A miſeris* quatuor, quod recepit etiam Cortius. ita apud Stat. IX. Theb. 780.

O multum miſeros puer orbature parentes.

ubi alii *meritos*, nec male quia hoc meriti ſunt, quod te imparem bellis dimiſerunt. ſed Noſter *miſeros* jam vſ. 763 dixit, ideoque *meritis* retineo.

772. *Infert ſopor*] Ita Statius VIII. Theb. 627.

Sponſum unde mihi ſopor intulit amens
Vix notum viſu?

ubi *adtulit* in MSS. vidi. male. mox utitur verbo *ingerere* vſ. 785.

773 *Terroris*] Non moverem hanc vocem, niſi in Rott. ſec. multo efficaciorem & elegantiorem, & quae librario vix in mentem venire potuit, *tortoris* inveniſſem. nec cumulabo loca veterum, qui conſcientiae tormenta vivis coloribus depinxerunt. unico Juvenalis loco ex Sat. XIII. 193. defungar.

Quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere caedit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

in Hortenſii Ed. *ſua quaeque*. ſollemnis haec varietas. vid. ad Suet. Aug. XL & XLVI. & ſaepe alibi. Cort. ad Plin. VII. Ep. IX. fin. & alios. mox, *ille ſenis vultus* Hamb. pr. *figuram* S. Germ. & Corti MS. recte. vid. ſupr. h. l. vſ. 100. *hoc agitant* Langerm. *in Caeſare*, id eſt, in Caeſaris pectore omnium occiſorum manes ſunt, & eum exagitant.

777. *Scythica*] *Scythia* Rott. tert. & Barber. quod miror praeteriiſſe Cortium, qui *Scythica nondum* dedit. mox, *vultus vidit* tres. *Pelopejus* vitioſe editi aliquot. vid. ad Virg. II. Aen. 193.

779. *Animi*] *Animae* Voſſ. *animis* Rottend. ſec. a m. ſec. ſed *animi* retinendum, ut *mentis tumultus* Horat. II. Od. 16. & Noſter h. l. vſ. 183. mox, *deciſſet*, *deſciſſet*, *dedidiſſet*, *ſaeviſſet*, *deſiſſet* varie dant codices. quod ultimum defendit etiam Grono-

Hunc omnes gladii, quos aut Pharſalia vidit,
Aut ultrix viſura dies, ſtringente Senatu,
Illa nocte premunt: hunc infera monſtra flagellant.
Et quantum poenae miſero mens conſcia donat,
Quod Styga, quod manes, ingeſtaque Tartara ſomnis
Pompejo vivente, videt! Tamen omnia paſſo,
Poſtquam clara dies Pharſalica damna retexit,
Nulla loci facies revocat feralibus arvis
Haerentes oculos. cernit propulſa cruore
Flumina, & excelſos cumulis aequantia colles
Corpora, ſidentes in tabem ſpectat acervos,
Et Magni numerat populos: epuliſque paratur
Ille locus, vultus ex quo, facieſque jacentum

Ad-

vius ad Senec. Oedip. 1007. ſed a Grotio diſcedit, & *fureret Pentheus*, non Agave conjungit. puto ſenſum eſſe, ſi ita legendum eſt, quum deſiiſſet Agave furere, agnovit errorem, & caput filii, quod apri vel tauri antea eſſe crediderat, compoſita mente tumulavit. vid. ad lib. VI. 358. tunc ſentit tumultus animi, quos in furore non ſenſerat. forte tamen ſcribendum,

Quum fureret Pentheus, aut non deſiſſet Agave.

nam agit etiam adhuc de furentibus, qui nondum ad ſanam mentem redierant, ut ita, *nondum purgatus Oreſtes*. poſſet & legi, *aut quum ſaeviret Agave*; nam *ſaeviſſet* eſt in Langerm. *quum deſipuiſſet* a m. ſec. Turr. *cum fugeret Pentheus* etiam Hamb. tert. quod etiam defendi poſſet: ſed praeſtat, *fureret*, ut Gronovius oſtendit. *deſaeviſſet* vir doctus apud Cortium.

782. *Ultrix*] *Victrix* S. Germ. male. intelligit Idus Martias, quibus occiſus eſt Caeſar.

784. *Et quantum*] Heinſius, *En quantum*, ut in Oxon. erat. *miſero poenae* plurimi. *miſero mens poenae* Voſſian. mox, *Qua ſtyga* Langerm. a m. ſec. Pro *infeſtaque*, vera & unica omnium fere codicum lectio eſt, *ingeſtaque*, & vindicata ab Oudendorpio. Noſter lib. VIII. 432.

Umbra ſenis maeſti, Scythicis confixa ſagittis,
Ingerit has voces.

ſupr. *inferre* dixit vſ. 772. vide Cl. Drakenb. ad Liv. XXII. XLIX. §. 14. *corpora ſomnis* Rott. tert. Langerm. & Turrian. *Tartara ſomnos* a m. pr. Oiſel.

787. *Clara*] *Caſtra* vel *clara* Thuan. ſec. *Pharſalia* quinque, & Cortius, ut etiam mox 823. & alibi. *Illa loci* Thuan. ſec. *furialibus* Hamb. tert. a m. pr. *armis* quinque. mox, *cernunt* Rott. ſec. & *excelſas* Hamb. tert.

791. *In tabem*] *In tabo* Hamb. pr. Heinſius malebat, *in tabum*. vid. ſupr. IV. 321. & VI. 548. Suetonius in ſimili fere Vitellii ferocitate cap. X. *ut campos, in quibus pugnatum eſt, adiit, abhorrentes quosdam cadaverum tabem, deteſtabili voce confirmare auſus eſt, optime olere occiſum hoſtem:* ubi vide notas. *exſpectat* tres libri.

794. *Agnoſcat*] Suſpectum fuiſſe Heinſio, qui obelo notaverat verſum, puto. conjecerat etiam, *non cernere tectam* vel *opertam.*

Sed

Adgnoſcat. juvat Emathiam non cernere terram,
Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes.
Fortunam, Superosque ſuos in ſanguine cernit.
Ac ne laeta furens ſcelerum ſpectacula perdat,
Invidet igne rogi miſeris, coeloque nocenti
Ingerit Emathiam. non illum Poenus humator
Conſulis, & Libyca ſuccenſae lampade Cannae
Compellunt, hominnm ritus ut ſervet in hoſte:
Sed meminit nondum ſatiata caedibus ira,
Cives eſſe ſuos. Petimus non ſingula buſta,
Diſcretosque rogos: unum da gentibus ignem:
Non interpoſitis urantur corpora flammis.
Aut generi ſi poena juvat, nemus exſtrue Pindi:

Eri-

Sed tunc pro *non* praeſtaret, *nunc*, ſed non cernere terram, eſt, non nudam cernere, ſed ita cadaveribus tectam, ut cerni non poſſet. *ſed luſtrare* quatuor. *luſtrale* Rottend. tert. ſequentem verſum 796. *Fortunam* &c. non agnoſcunt duo codices, nec unus Cortii. adſcripſerat & Heinſius hos verſus ita poſſe conſtitui,

Ille locus: vultus ex quo faciesque jacentum,
Et luſtrans (vel *luſtrando*) *oculis campos ſub clade latentes,*
Fortunam ſuperosque ſuos in ſanguine cernat.

in ſanguine, id eſt, in clade adverſariorum, agnoſcit Fortunam & ſuperos ſibi propitios.

798. *Invidet igne rogi miſeris*] *Miſeros* Thuan. ſec. Rott. tert. & S. Germ. vide quae adnotavimus ad Quinctil. lib. IX. 3. pr. *induit Emathiam* Cod. Cortii. ſed *ingerit*, eſt odorem cadaverum tabidorum in Emathia jacentium ingerit coelo, & illud quoque inficit, mixta coeli & terrae corruptione. ut ſupr. 769. Male explicuit Scholiaſtes. de verbo *ingerere* modo actum vſ. 785. vid. & ad Ovid. II. Amor. I. 13. *coeloque nocentem* Gujetus, nec male.

800. *Libyca*] *Libya* Rott. ſec. a m. pr. & ita Cortius.

801. *In hoſtes*] *In hoſte* Oiſel. & Cortius ita edidit. *hoſtes* eſt a grammatico profectum. vide quae diximus ad Quinctil. Decl. XV. 6. *in hoſtem* ſex, *in hoſtis* Richel.

803. *Satiata*] *Curata* Rottend. ſec. quod ortum ex ultimis ſyllabis *ſaturata*, ut quidam codices habent.

806. *Extrue*] *Extrahe* Langerm. tunc *Pindo* praeſtaret. ſed *exſtrue nemus*, eſt ex omnibus Pindi arboribus rogum exſtrue. ſic lib. VIII. 695. *exſtructus mons.* eſt tamen durior locutio. an, *nemore exſue Pindum*, ut ita *nudare*, *ſpoliare* montes occurrit. vid. lib. III. 395. & 426. & contra *veſtiri*, ut notum. mox *conjectas*, *commeſtas*, *convictas* varie codices. Heinſius, *convectas*. ſed, *devecto robore* Thuan. ſec. an, *dejecto*. vid. ad Val. Fl. VIII. 289. Cortius hic iterum hiatum captans, vel *Oetaeo* quadryſyllabum diviſa diphthongo credens, laudat & probat codicem, in quo eſt, *Erige Oetaeo congeſtas.* mox, *Theſſalicas flammas* Langerm. *Theſſalicam ut videat* Turr. *Theſſaliam* Cortius.

810.

Erige congeſtas Oetaeo robore ſylvas,
Theſſalicam videat Pompejus ab aequore flammam.
Nil agis hac ira: tabesne cadavera ſolvat,
An rogus, haud refert: placido Natura receptat
Cuncta ſinu, finemque ſui ſibi corpora debent.
Hos, Caeſar, populos ſi nunc non uſſerit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
Communis mundo ſupereſt rogus, oſſibus aſtra
Mixturus. quocumque tuam Fortuna vocabit,
Hae quoque eunt animae. non altius ibis in auras,
Non meliore loco Stygia ſub nocte jacebis.
Libera Fortunae mors eſt: capit omnia tellus
Quae genuit: coelo tegitur, qui non habet urnam.
Tu, cui dant poenas inhumato funere gentes,
Quid fugis hanc cladem? quid olentes deſeris agros?
Has trahe, Caeſar, aquas: hoc, ſi potes, utere coelo.
Sed tibi tabentes populi Pharſalica rura
Eripiunt, camposque tenent victore fugato.
Non ſolum Haemonii funeſta ad pabula belli

Bi-

810. *Receptat*] *Recepit* Thuan. quart. Stat. VIII. Theb. 370. *ſed magna ſinu natura ſoluto* &c. *ſic amplexa.*

815. *Vocabit*] *Dolebit* Hamb. ſec. *locabit* ſec. *locabat* Thuan pr vid ad Phaedr. I. fab. 16. *haec quoque* Richel. *ſunt animae* Oiſel. & Putean. & quatuor alii. *erunt* Hamb. ſec. mox, *ſub voce* Hamb. pr. *ſub nocte latebis* Thuan. pr. & Oiſel. non male.

818. *Libera Fortuna*] *Fortunae* ſex codices, de quo Heinſius remittit ad notas in Virg. X. 154. qui & legit, *ſors haec.* ut lib. VIII 703. ex duobus libris, *ſorte petit.* in Langermanni codice verſus hi transpoſiti erant hoc modo. 820. 821. 818. 819. in quatuor libris, deerant 820. 821. 822.

819. *Qui non*] *Quod* Cortius. neſcio an ex codice. vid. tamen lib. V. 719. *urnas* Hamb. ſec. mox, *funere reges* S Germ.

821. *Deſeris*] *Effugis* Hamb. ſec.

822. *Has trahe*] *Abſtrahe* multi. *trahe* eſt *bibe*, ut pro gloſſa eſt in uno codice Berſm. & *ſi* Thuan. quart. *ac ſi* Hamb ſec *ſed ſi* Hamb. pr. mox, *Pharſalia rura* quinque. *nec ſolum* quatuor.

827. *Odorati*] *Odorantes* Turrian. a m. ſec. Lucanum hic in errore verſatum putat Brodaeus ad Oppian. Cyneg. III. 22. quia Leones in Europa non ſunt, niſi intra Neſſum & Acheloum. ſed defendit eum Bodinus, quia univerſa Peloponneſus etiam inter hos fluvios cenſeri poteſt, & Pholoen de monte Arcadiae capit quae omnia fruſtra & partim falſa. Pholoe enim hic Theſſa-

Biſtonii venere lupi, tabemque cruentae
Caedis odorati Pholoën liquere leones.
Tunc urſae latebras, obſcoenae tecta, domosque
Deſeruere canes, & quidquid nare ſagaci
Aëra non ſanum, motumque cadavere ſentit.
Jamque diu volucres civilia caſtra ſecutae
Conveniunt. vos, quae Nilo mutare ſoletis
Threïcias hiemes, ad mollem ſerius Auſtrum
Iſtis aves. numquam ſe tanto vulture coelum
Induit, aut plures preſſerunt aëra pennae.
Omne nemus miſit volucres, omnisque cruenta
Alite ſanguineis ſtillavit roribus arbor.
Saepe ſuper vultus victoris, & impia ſigna
Aut cruor, aut alto defluxit ab aethere tabes,
Membraque dejecit jam laſſis unguibus ales.
Sic quoque non omnis populus pervenit ad oſſa,
Inque feras diſcerptus abit: non intima curant
Viſcera; nec totas avide ſorbere medullas:
Deguſtant artus. Latiae pars maxima turbae

Fa-

ſalica intelligitur. vid. ad Valer. Fl. I. 141. & Oudendorpium ſupra ad lib III. 191. *Pholoem* Hamb. ſec. *urſae* octo, & *obſcoenae* ſex codices. vid. lib. I. 548. *domusque* quatuor.

830. *Cadavere*] *Cadavera* MS. Cortii. *ſentit* quinque & Grotius. mox, *conveniant* Langer. *Threiciasque hiemes* Langerm.

834. *Tanto ſe*] *Se tanto* multi. *tantum ſe* Hamb. pr. & a m. ſec. Langerm. *itis aves* etiam Rott. ſec. & a m. ſec. Hamb. tert. ſed an grues carnivorae, quae ſemina & ſegetes depopulare ſolent? viderit Lucanus, an naturam harum avium cognitam habuerit.

835. *Preſſerunt*] *Texerunt* Sixii. & Ed. Lovan. apud Cortium. Heinſius malebat, *ſecuerunt*. male. *preſſerunt* copiam avium indicat. *pinnae* Richel. & Cortius. *volucres miſit* Thuan. quart. mox, *impia arma* ſecundus.

839. *Ab aethere*] *Ab arbore* Thuan. quart. *aëre* Barber. mox, *lapſis* Rott. tert. & S. Germ.

841. *Sic quoque*] Deeſt hic verſus Richeliano. & ſenſus obſcurior eſt. licet tot aves & ferae concurrerent, nondum tamen omnem carnem ita devoratam fuiſſe ait, ut ſola & nuda oſſa reſtarent. de formula *ſic quoque* vid. ad Valer. Fl. IV. 598. ſuſpectus etiam verſus Heinſio & obelo notatus. tolerabilior videretur, ſi legeretur,

Sic quoque non omnis populus decrevit ad oſſa.

Faſtidita jacet; quam ſol, nimbique, diesque
Longior, Emathiis reſolutam miſcuit arvis.
Theſſalia infelix, quo tanto crimine, tellus
Laeſiſti Superos, ut te tot mortibus unam,
Tot ſcelerum fatis premerent? quod ſufficit aevum,
Immemor ut donet belli tibi damna vetuſtas?
Quae ſeges infecta ſurget non decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere manes?
Ante novae venient acies, ſcelerique ſecundo
Praeſtabis nondum ſiccos hoc ſanguine campos.
Omnia majorum vertamus buſta licebit,
Et ſtantes tumulos, & qui radice vetuſta
Effudere ſuas, victis compagibus, urnas:
Plus cinerum Haemoniae ſulcis telluris aratur,

Plu-

vel *devenit*. mox, *decerptus* Rottend. ſec. & Hamb pr. *non ultima* Richel. mox, *avidae* quinque &, Cortius, ex edit. antiq. qui ex ſuo, *nec tectas*, & pro var. lect. *notas* dat, ſed non repudiat priorem lectionem *totas*. *deguſtantque* quinque.

845. *Jacet*] *Jacent* Richel. & hoc effugit Cortium. *ſol nimbusque* Rottend ſec *miſcuit armis* Hamb. ſec. ſed *arvis* eo ſenſu, quo apud Ovid. I. Epiſt. 54. *Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus*. & ita paſſim Poëtae. & ita mox vſ 851

847. *Theſſalia*] *Theſſalica* multi. *quo tantum* Langerm. a m. ſec. *quae tanto* Sixii. vid. ad lib. I. 660. ubi adductis exemplis adde Ciceron. pro Dejotaro cap. V. *cujus tantae importunitatis*, *cujus tantae ferocitatis*, & *cujus tanti furoris*.

849. *Fatis*] Heinſius malebat, *facie*.

850. *Ut donet*] *Ut tollat* Thuan. ſec a m. pr. duo ſequentes verſus deſunt Hamb. pr. *infecta* & *infracta* MSS. Cortii. *non ſurget* Rott. ſec.

852 *Venient*] *Veniunt* Rottend. ſec. iterum confundit Philippos Thraciae, & Theſſaliae.

856. *Et ſtantes*] *In ſtantes* Thuan. ſec.

859. *Feriuntur*] *Feriantur* Thuan. tert. *ferientur* a m. ſec. Rottend. ſec in Richel. totus verſus deſideratur: incaute vero Virgilium in lib. I. Georg. in fine imitatur. nam qui ante *negatos rogos* vſ. 804. dixerat, hic *cineres* memorat; qui certe ex relictis & putrefactis vel devoratis cadaveribus poſtea ab aratore non deprehendentur. de *oſſibus* veroſimilius dicit.

861. *Terram moviſſet*] *Noviſſet* Hamb. tert. *aratro* multi. *terra* Thuan. tert. *quisquam terram* duo.

864. *Nullusque*] *Nullus & auderet* vir doctus a Cortio laudatus.

866. *Ac velut*] *Ac vellem* Langer. *ſolis iniquo* Rott. ſec. & Richel. male. Virg. VII. 227. *dirimit plaga ſolis iniqui*. eſt Zona torrida. *nefas belli* dixit & ſupr. II. 507 & ita *ſcelus belli* Stat. X. Theb. 542. ubi vide Barth.

868. *Sed ſola*] *Si ſola* Thuan quart.

870 *Quid totum*] *Tantum* Rott. pr. deſinit hic iterum in acumen Scholiaſticum; dum

to-

Pluraque ruricolis feriuntur dentibus oſſa.
Nullus ab Emathio religaſſet littore funem
Navita, nec terram quiſquam moviſſet arator,
Romani buſtum populi: fugerentque coloni
Umbrarum campos, gregibus dumeta carerent:
Nullusque auderet pecori permittere paſtor
Vellere ſurgentem de noſtris oſſibus herbam;
Ac, velut impatiens hominum, vel ſolis iniqui
Limite, vel glacie, nuda atque ignota jaceres;
Si non prima nefas belli, ſed ſola tuliſſes.
O Superi, liceat terras odiſſe nocentes.
Quid totum premitis, quid totum abſolvitis orbem?
Heſperiae clades, & flebilis unda Pachyni,
Et Mutina, & Leucas puros fecere Philippos.

totum orbem reum facitis, totum ſimul abſolvitis. *premere* enim, oppoſitum τῷ *abſolvere*, eſt reum facere & affligere etiam in judicio. Suet. Ner. 7. *a qua rea premebatur*, ut Ovid. 1. Triſt. 11. 4.
Saepe premente Deo, fert Deus alter opem.
opprimere dixit 1. Triſt v. 75;
Me deus oppreſſit, nullo mala noſtra levante.
de *abſolvere* egimus ad lib. 11. 250. *ſolvitis* quatuor libri.

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Jam ſuper Herculeas, quo fugit, denotat, atque
Quid dixit Magnus. quid, quando quaerere Parthos
Conſuluit. Sed caſſa fuit ſententia Magni.
Parsque ſecunda notat, Pompejum morte peremtum
Indigna Phariis: pars ultima datque ſepulcrum.

IAM ſuper Herculeas fauces, nemoroſaque Tempe,
Haemoniae deſerta petens diſpendia ſilvae,
Cornipedem exhauſtum curſu, ſtimulisque negantem
Magnus agens, incerta fugae veſtigia turbat,
Implicitasque errore vias. pavet ille fragorem
Motorum ventis nemorum, comitumque ſuorum,

Qui

1. *Tempe*] MS. Cortii *teſqua*, ex lib. VI. 41. ſed Statius VI. 88. qui *umbroſa Tempe* dixit, vulgatam tuetur. & quis non Tempe ſilvis conſpicua vocavit? & ipſa *Tempe* vocat *nemus* Ovid. I. Met. 568.

2. *Diſpendia*] Ita via longior, & per ambages circumducens eleganter vocatur. vid. Barth. ad Rutil. Iter I. 321. ut contra *compendia montis* dixit Ovid. II. Met. 231. infr. 248.

ſinus Telmeſſidos undae
Compenſat medio pelagi.

ubi vid. Grotium.

3. *Negantem*] *Negatum* Turr.

5. *Implicitasque errore vias*] Hortenſius alios *horrore* legere ait, ut ſolent codices variare. vid. v. 154. ſine copula *implicitas errore* Rottend. pr. ſenſum puto, non ipſum Pompejum turbatum fuiſſe, ſed, ne perſequi hoſtes poſſent fugientem, dubiam feciſſe viam, non recta euntem, &, ut in Labyrintho, in ſua veſtigia rediiſſe: aut ut Maeander

Qui poſt terga redit, trepidum, laterique timentem
Exanimat. quamvis ſummo de culmine lapſus,
Nondum vile ſui pretium ſcit ſanguinis eſſe,
Seque, memor fati, tantae mercedis habere
Credit adhuc jugulum, quantam pro Caeſaris ipſe
Avulſa cervice daret. deſerta ſequentem
Non patitur tutis fatum celare latebris
Clara viri facies. multi Pharſalica caſtra

Quum

ter non rectas agit undas, dextra, laevaque flexiſſe, & quaſi in circulum ſaepe egiſſe equum. Sic Ovidius de Labyrintho lib. VIII. Met. 161.

Turbatque notas, & lumina flexum
Ducit in errorem variarum ambage viarum.

Et mox

Daedalus implet
Innumeras errore vias.

ne poſſent veſtigia ejus ſequi, ita errore implicuit vias, ut ſaepe ipſa natura in locis deſertis & ſilvis vias dubias dat: ut lib. IV. 91.

Tectarum errore viarum
Fallitur occultis ſparſus populator in agris.

6. *Comitumque ſuorum*] *Sequentum* Hamb. pr. *qui poſt terga venit* Rottend. tert. Hamb. ſec. ſed reliqui omnes, *redit*. Cortius conjeciſſe virum doctum refert, *qui poſt terga ruit*. *ruit* etiam Oudendorpius conjiciebat, & ita in indicem retulit, *qui comitum*; & intelligit de quocumque Pompejano comite, qui poſt ejus terga ruebat. Sed omnia fruſtra, & ſequendi codices, & conſtruendum: *fragor*, nemorum & comitum, *qui poſt terga redit*, id eſt, a montibus, quos praeterierat, & poſt terga reliquerat, quaſi per Echo repercuſſus, duplicabatur, ut apud Albinov. de Druſo vſ. 220.

Et vox adverſis collibus icta redit.

Statius III. Sylv. I. 29. *terris ingens redit aequoris Echo*. Sic *reddere*, *referre*, *remittere* Echo ſonos & voces paſſim dicitur. vid. ad Ovid. III. Met. 387. Stat. IV. Sylv. III. 63. fragor vero *ruere* admodum duriter & improprie diceretur: & quum praecedat, *comitum ſuorum*, ſequens *qui*, pro quicumque, quiſvis Pompejanus, explicare durius etiam, & ſine exemplo.

9. *Nondum*] *Necdum* Thuan. quart. puto ſenſum eſſe, illum credidiſſe, magnum fuiſſe propoſitum praemium illi, qui caput Pompeji ad Caeſarem ferret, ſed quia hoc nondum ſciebat Poëta factum eſſe, ideo *vile pretium* vocat, quia, ſi quis Pompeji caput tuliſſet, nullum pretium ſceleris tuliſſet. Caeſar enim nullis praemiis invitaverat percuſſores, quod tamen timebat Pompejus, quia idem facturus fuiſſet, ſi Caeſarem viciſſet.

11. *Quantam*] *Quantum* fere omnes. & probat Cortius, ut etiam *tantum* quidam priore verſu, ut paſſim Noſter, *tantum animi* X. 347. *agri* VI. 73. & alibi. male autem *tantum mali* ex lib. VIII. 354. profertur in indice: ibi enim a *tantum malum* genitivus *tanti mali* deducendus. vid. ſupr. VII. 553. probo tamen *tantae* & *quantam* cum Oudendorpio. nam *jugulum habere tantum mercedis* incongruum & parum Latine dictum eſſet, ſed *habere jugulum tantae mercedis* rectum. *quantum* tamen hic, & lib. VII. 456. defendi poſſe, videbimus infra ad vſ. 766. *Caeſaris ipſi* Richel.

12. *Sequentem*] *Petentem* Thuan. ſec. Hamb. tert. qui &, *fatum tutis* habebat. *fata* S. Germ. mox, *Pharſalia* tres Hamb. primus etiam, *rura prodenteruinam* Thuan. ſec.

16. *Occurſu*] *Occurſum* Rottend. tert. & Hamb. ſec. & Cortius & Oudendorpius. nec

Poë-

Quum peterent, non dum ſama prodente ruinas,
Occurſum ſtupuere ducis, vertigine rerum
Attoniti: cladisque ſuae vix ipſe fidelis
Auctor erat. gravis eſt Magno, quicumque malorum
Teſtis adeſt. cunctis ignotus gentibus eſſe
Mallet, & obſcuro, tutus tranſire per urbes,
Nomine: ſed poenas longi Fortuna favoris
Exigit a miſero, quae tanto pondere famae
Res premit adverſas, fatisque prioribus urguet

Nunc

Poëtas ſolos ita conſtruxiſſe patet ex Petron. cap. XXIX. *dum omnia ſtupeo*, ubi vide. & Munckerus voluit, *orationem ſtupere*, dare Lactantio in argum. Fab. XIII. Met. I. ſed ibi *oratione perculſi ſtuperent*, ego praetuli. apud Horat. I. Sat. IV. 28. malim etiam, *ſtupet Albius aera*, id eſt, ſigna aerea; ut IV. Od. VII. 2. & credo librarios ſaepe mutaſſe caſum, obſequentes Grammaticis, quos audiverant.

18. *Auctor*] *Actor* Hamb. ſec. & Oiſel. ſollemni variatione. ſed *auctor* hic eſt nuntius, ut centies. vid. ad Ovid. II. Amor. VI. 34.

20. *Tutus*] *Totas* Rottend. ſec. & tert. & S. Germ. qui a m. ſec. *tutas*. neſcio annon, *tectus*, praeſtet, vel *tacitus*. *per urbes* plerique. mox, *ſed poenas longi*, omnes fere. mox, *factisque prioribus*, quatuor.

24. *Feſtinatos honores*] Sic Plinius Paneg. LXIX. *Feſtinatis honoribus amplificat & auget*. v. Bauldr. ad Lactant. de Mortib. Perſec. cap. XLV. *ſentit* omnes fere codices.

25. *Actaque &c.*] Sine dubio intelligit Triumphum Pompejo juveni, & adhuc equiti, conceſſum. damnat immaturos honores & triumphum ſibi a Sulla datum. vid. Vellej. Paterc. II. 30. & ſupr. lib. VII. 14. & ſeqq. Invitum quidem Sullam conceſſiſſe narrat Plutarch. in Pompejo. ſed de eo hic non agitur, ſed an triumphaverit permittente Sulla. hunc quaſi primum actum vitae damnat, & quod nomen tunc *Magni* acceperit. deinde ſubjungit Piraticum, & tandem Mithridaticum bellum, quae duos relliquos triumphos peperere unde toties tres jactantur, ut infr. h. l. 553. 814. IX. 178. 559. & alibi. durius vero more ſuo dicit, *acta Sullana* pro Pompeji ſub Sulla, vel eo jubente. *auctaque* Hamb. tert. in Thuan. ſec. erat, *Sullana coronae*, quod debetur interpreti, de laurea triumphali explicanti. Viri docti, ab Oudendorpio memorati, emendationes ſunt Waddelii Anim. Critic. pag. 149. cogitabam aliquando, quia apud Ovidium & alios *acta* & *arma* vidi confundi a librariis, annon clarior exiret ſenſus, ſi legeretur, *Armaque lauriferae* &c. ut damnet nunc ſe ſub Sulla militaſſe, licet inde triumphum retulerit. Cogitent acutiores. verſus ſequens praeponebatur huic in Thuan. tert. & Richel. *Tunc* & Thuan. tert. & Oiſel. *Pontica regna* Oiſel. *pudet* plurimi, recte. & hoc ſeques *dedecori* firmat. haec dum dejectus a tanto faſtigio recordatur, pudore ſuffunditur.

28. *Deſtruit ingentes animos*] *Deſerit* Rottend. ſec. & Richel. *deſtituit* unus Cortii, qui malebat, *deſtruit ingentes actus*. Elegans certe uſus verbi *deſtruere*, & adpoſite ad hunc locum, apud Juſtin. XXIII. 4. *Sicut antea ſecunda fortuna, rebus ſupra vota fluentibus, Italiae Siciliaeque imperio tot de Romanis victorias adſtruxerat, ita nunc adverſa, velut in oſtentationem fragilitatis humanae, deſtruens quae cumulaverat, naufragium* &c. *adjecit*. Ita enim legendum oſtendi ad Ovid. II. Art. 119.

Nunc feſtinatos nimium ſibi ſentit honores,
Actaque lauriferae damnat Sullana juventae.
Nunc & Corycias claſſes, & Pontica ſigna
Dejectum meminiſſe pudet. ſic longius aevum
Deſtruit ingentes animos, & vita ſuperſtes
Imperio, niſi ſumma dies cum fine bonorum
Adfuit, & celeri praevertit triſtia leto,
Dedecori eſt fortuna prior. quiſquamne ſecundis
Tradere ſe fatis audet, niſi morte parata?

Li-

119. Idem lib. XXXV. 2. *Alexander non minori impetu fortunae deſtructus, quam elatus, primo proelio victus interficitur.* & XXXIX. 2. *Ptolemaeus deſtruere Alexandri regnum inſtituit.* Noſter lib. IX. 1041. *meritumque immane tyranni Deſtruit.* deinde *ingentes animos* minime mutandum cum Cortio in *actus*. *actus* enim *manent*, ſed *animi* mutantur rebus adverſis. notant enim ſuperbiam, elatumque tot rebus geſtis animum. ut apud Florum III. 2. de Mithridate. *elatus ingentibus animis.* Virgil. IV. Georg. 84.

Ingentes animos anguſto in corpore verſant.

Qui etiam de intrepido animo, ponit, ut & Noſter VII. 679 & h l. 266. & ita alii. ſed tamen *animos* ſaepe etiam, in malam partem ponere amant, & irae jungunt. vid. ad Ovid. I. Met. 166. & Barth. ad Grat. Cyneg. 195. Juven. VI. 285.

Iram atque animos a crimine ſumunt.

29. *Niſi*] *Nam* Thuan. ſec.

30. *Adfuit*] *Adſit* Thuan. pr. a m. ſec. ego cum Heinſio & aliis *Adfluit* praeferrem, id eſt, nobis vix ſentientibus accedit, ut longum aevum & tempora centies *fluere* dicuntur. Ovid. Remed. 148

Adfluit incautis inſidioſus amor.

ubi vide notas. ſic forte etiam apud Statium V. Theb. 665.

Adfluit Hippomedon. pro *adfuit* poſſet legi. nec hic opus *adfluat*, quum centies *niſi* indicativo gaudeat, quod probari non opus; *adfuit* ſumendum eſſet pro *adſit*. *praevenit* a m. ſec. Thuan. ſec. a gloſſatore. vid. lib. IX. 620. *dedecori fortuna.* S. Germ.

32. *Tradere*] *Tredere* in Hamb. pr. unde *credere* faciebat Heinſius. vid. ad lib. I. 227. ita *cauſſam Diis credere* lib. VII. 77. & *credere famae cuncta* lib. IX. 411. & paſſim. hic tamen a ſcriptis non recedo; ſic lib. IV. 738. *tradiderat fatis juvenem*, & alibi, & frequens illa verborum fere idem ſignificantium permutatio. vid. Heinſ. ad Claudian. II. Rufin. 150. II. Rapt. 251. Epith. Hon. 44 & ſaepe apud Ovid. & Quinctilian. Declam. XIII. 17. *Peracta* ex MSS. Oudendorpius refert. ita apud Virgil. lib. III. Aen. 493.

Vivite felices, quibus eſt eſt fortuna peracta;

ubi alii codices *parata*. quod probat Achill. Stat. ad Tibull. I. I. 14. & explicat *conſtituta, parta.* Ovid. V. Epiſt. 41. *claſſe peracta*, vel *parata* in MS. ubi vide. & ſupr. lib. I. 45. ſed hic *paratam* mortem capio pro inſtante & quaſi praeſenti. ut lib. V. 773.

morte parata

Te ſequar ad manes.

Ovid. X. Met. 385.

mortiſque paratae

Inſtrumenta videns.

Noſter VII. 303.

Aut merces hodie bellorum, aut poena paratur

ni morte Thuan ſec. ſententia vero vulgaris. vid. Ovid. III. Met 136. &, licet non plane

eadem

Litora contigerat, per quae Peneius amnis
Emathia jam clade rubens exibat in aequor.
Inde ratis trepidum, ventis, & fluctibus impar,
Flumineis vix tuta vadis, evexit in altum:
Cujus adhuc remis quatitur Corcyra, ſinusque
Leucadii: Cilicum dominus, terraeque Liburnae,
Exiguam vector pavidus correpſit in alnum.
Conſcia curarum ſecretae in litora Lesbi
Flectere vela jubet, qua tum tellure latebas,

Mae-

eadem lib. XI. 539.

34. *Jam clade*] *De clade* Richel. a m. ſec. ſed nulla opus praepoſitione. ſic lib. II. 103. *multa rubentia caede ſaxa.* & Ovid. II. Amor. XVI. 40.

Quaeque Prometheo ſanguine ſaxa rubent.

& ita *unda rubet ſanguine* XI. Met. 375. & paſſim. vid. ad lib. II. 103.

35. *Trepidum*] *magnum in altum*, olim probavi ad Val. Flacc. I. 50. ex Petaviano codice, qui poſtea Voſſii fuit, quia in omnibus verſibus praecedentibus de Pompejo egit, & hic ſatis intelligitur Pompejus, ut non opus ſit *Magnum* nomine ſuo vocare; & *magnum mare* Noſter dixerit etiam lib. V. 655. ubi etiam, *parva puppe ſedentem magno petiere mari.* ut hic quoque illa oppoſitio locum habere poſſet, quod exiguae & impari fluctibus rati ſe committat magno mari, & in loco Catulli, quem olim protuli,

Velut minuta magno deprenſa navis in mari.

vid. & ad v. 619. malo tamen nunc, verbis bene perpenſis, *trepidum* propter conſenſum reliquorum codicum retinere, & non tam timidum, hoc enim repugnat rati ſe exiguae credere, ſed feſtinantem, praecipitantem fugam, quia metuebat, ne reprehenderetur e fuga, explicare. vid. ad lib. VII. 297. & huic voci gloſſatorem adſcripſiſſe puto *Magnum*, nim. trepidum illum eſſe Pompejum. Omnibonus *trepidum ventis* conjungit, & *tumentem vento* exponit. *vix tanta* Thuan. quart.

37. *Cujus*] *Puppis* Oiſel.

38. *Cilicum dominus*] Nihil mutant libri. Cortius tamen aliquem correxiſſe, *Cilicumque domus*, narrat, quod neſcio, quid ſignificet, niſi pro Cilicia capiatur, quae adhuc quatitur remis, ut ſinus Leucadii. nec *domum quati remo* alibi occurrere puto; ſi *Cilicumque ſolum*, ut infr. 456. dixiſſet, tolerandum eſſet, ut *Corcyram quatere*, praecedit. Sed diſtinctione poſita poſt *Leucadii*, ut jam veteres editiones Gryph. &c. habent, legerem nova ſententia,

Cilicum domitor, terraeque Liburnae
Exiguam &c.

nam dominus vix poſſet dici, niſi admodum invidioſe, quia ex Cilicia deductos colonos in exercitu habuit lib. VII. 222. aut quia coloniam Pompejopolim deduxerat. ſed *domitor* vere dici poteſt, ut lib. II. 594.

Cilicasque feros, Tauroſque ſubegi.

Cl. Dorvillius ſuſpicabatur eum Cilicas in Illyricum tranſtuliſſe, ex lib. IV. 449. ſed hoc verum, ſi eos inter auxilia Pompeji capiamus, non ſi ſedes ibi fixas accepiſſe a Pompejo ſtatuamus. vid. & lib. III. 228. & alibi. forte latet nomen alterius regionis vel gentis. ſi liceret, *Epiri dominus terraeque Liburnae*, quia Caeſare in Theſſaliam quaſi fugiente, has regiones ut dominus videbatur obtinere, tunc ſenſus planior eſſet: nam, ſi jam Cilicum dominus poſſet dici, an etiam terrae Liburnae recte jungitur? niſi quis cum Hamb. pr. & Rich. e noſtris, & tribus Cortii, *Victor*, vel cum ſex aliis, *rector*

Maeſtior, in mediis quam ſi, Cornelia, campis
Emathiae ſtares. triſtes praeſagia curas
Exagitant: trepida quatitur formidine ſomnus:
Theſſaliam nox omnis habet: tenebriſque remotis
Rupis in abruptae ſcopulos extremaque currens
Litora, proſpiciens fluctus, nutantia longe
Semper prima vides venientis vela carinae,
Quaerere nec quidquam de fato conjugis audes.
En ratis, ad veſtros quae tendit carbaſa portus,

Quid

ctor legat, & *terrat Liburnae victor* vel *rector* jungat cum quibusdam interpretibus. Liburnia hic latius pro toto Illyrico debet capi, quia inde repulerit quaſi Caeſarem, & coegerit in Theſſaliam abire, & claſſe teneret omnem Illyridis oram: aliter numquam, quod ſciam, Liburniam tenuit, quae diu jam a Romanis ſubacta fuerat: ſed *vector* hic retineri debet, ut privatus enim, & quivis viator & vector in navem correpſit. *alnum* vero non mutandum in *alvum:* vid. Clar. Drakenborch. ad Sil. XII. 522.

40. *Conſcia curarum*] Non video, quomodo hoc ad *Corneliam* referri poſſit tam longo intervallo, & relativo *qua* &c. disjunctam: nec etiam eleganter, *conſcia litora ſecreta* dicuntur. Nec ſi *ſecretae* legas cum Oudendorpio, video haec inter ſe congruere: ſi enim ſecreta Lesbos fuerit, ergo non poterat conſcia eſſe curarum Pompeji quia nuntius cladis, unde illae curae, nondum eo pervenerat, nec ipſa Cornelia audiverat, ſed praeſagientem animo mox ea mala inducit, quare *curarum Corneliae* eſſet intelligendum. Certe moleſta illa cumulatio adjectivorum; quae neſcias ſaepe, quo referas. vide an non, *vela conſcia curarum* dici poſſint, id eſt, navem, quae teſtis erat ſollicitudinis Pompeji, & vehebat virum & ſimul nuntium cladis ad uxorem; unde & patet, *jubet*, ut in omnibus fere libris, eſſe legendum: & duplicem hic apoſtrophen, ad Pompejum, & deinde ad Corneliam facere, inconcinnius videtur. jubet ergo Pompejus flecti vela, conſcia curarum, in litora ſecreta Lesbi, quae erat *avia.* ut inf. 640. & *latebra* Corneliae lib. V. 744. & infr. 587. ſive ergo *ſecreta*, ſive *ſecretae* legas, idem erit ſenſus, ſed ad ambiguitatem tollendam, praeſtat *ſecretae. ſecreto in litore* Thuan. ſec. *qua nunc* Thuan. quart. vid. ad lib. I. 217. & alibi ſaepe.

43. *Emathiae*] *Emathiis* Rottènd. pr. mox, *Theſſalicam* Turrian.

46. *In abruptae*] *Abrupto* Voſſian. hic locus addi poteſt illis, quae dixi ad illa Ovidii Remed. 179.

Ecce petunt rupes, praeruptaque ſaxa capellae.

nam ſcopuli ſunt partes exſtantes in rupibus & montibus, ut lib. II. 619.

Hinc illinc montes, ſcopuloſae rupis.

ubi vide. *curris* undecim & Cortius. *curris* quatuor codices. *extrema cucurrit* MS. Cortii. ut mox variant in *videns*, *vides*, & *vident* libri, & *audet*, & *audes*.

47. *Proſpiciens*] *Perſpiciens* Hamb. tert. ſed *proſpicere* mare, fretum, ſaepius Ovidius. *proſpectare* Claud. Praef. in II. in Eutrop. 65.

Proſpectant Paphiae celſa de rupe puellae
Sollicitae, ſalvam dum ferat unda ratem.

fluctu Langerm *luctantia* Sixii. ut adverſo vento curſum in Lesbum dirigentia intelligamus. ut infra 464.

Infimaque Aegypti pugnaci litora velo
Vix tetigit.

Quid ferat ignoras: ſed nunc tibi ſumma pavoris
Nuntius armorum triſtis, rumorque ſiniſter,
Victus adeſt conjux. quid perdis tempora luctus?
Quum poſſis jam flere, times. tunc puppe propinqua
Proſiluit, crimenque Deum crudele notavit,
Deformen pallore ducem, vultusque prementem
Canitie, atque atro ſqualentes pulvere veſtes.
Obvia nox miſerae coelum, lucemque tenebris
Abſtulit, atque animam clauſit dolor: omnia nervis
Membra relicta labant: riguerunt corda, diuque
Spe mortis decepta jacet. jam fune ligato
Litoribus, luſtrat vacuas Pompejus arenas.
Quem poſtquam propius famulae videre fideles,

Non

certe *nutantia* vix placet. malim tamen, *fluitantia*, ſi quis codex faveret. ut apud Ovid. XI. Met. 470.

Tela tamen ſpecto ſummo fluitantia malo.

ubi MS. etiam *volitantia*, & potuit *nutantia* eſſe gloſſatoris. ut eſt apud Claudian. praefat. lib. II. in Eutr. 13.

Sic juvenis fluitante fide.

ita ſcripti. ſed librarii dedere, *nutante. fluitantem ratem* dixit Virgil V. Aen. 867. quae eſt ſine rectore in mari errans. quum *nutans* ſit Noſtro lib. III. 665. quae in periculo erat, ne mergatur, una parte depreſſa; ſic *nutant* omnia; quae caſum & ruinam minantur, quod de velis, an dici poſſit dubito. Sed *fluitantibus* opponuntur plena & contenta vela. ſi hoc non placet, propter praecedens *fluctus*, praeferrem *luctantia*. ita *reluctantes remi* Claud. I. Stilic. 177. licet paullum alio ſenſu. mox *nequicquam* Rottend pr.

51. *Sed nunc*] *Et nunc*, octo e noſtris, & ita Cortius edidit, & diſtinguit. & Oudendorpius poſt *ſemper*: ſed minorem mallem, ut ſit adpoſitio, ille nuncius, ut ſupr. vſ. 18. *auctor*, & rumor ſiniſter, & ipſe conjux victus: ut mox *crimen Deorum* deformem ducem capiebat Oudendorpius. & ita ſaepe Ovidius. Epiſt. IX. 53.

Una recens crimen praefertur adultera nobis.

& XV. 18.

Ne ſim Leucadiae mortua crimen aquae.

& alibi ſaepe. & ita licet paullum alio ſenſu Ptolemaeus *crimen deorum* dicitur lib. V. 59. Cl. Dorvillius etiam credebat, poſſe legi, *ſed non*. non nuntius, aut rumor, ſed victus conjux adeſt.

53. *Quid perdis*] *Perdas* Turr. *tempora fletus* quatuor. hoc explicari non apte ſatis poſſe ex mente Grotii & Oudendorpii credo. & licet ſenſum ceperint, verba tamen eum exhibere non poſſunt. nam *perdere tempora luctus* eſt inutiliter lugere, lacrimas nihil proficientes fundere; nondum vero flebat, ſed tantum timebat. Poëta vero jam poſſe flere addit, quia jam victus conjux, incerto metu ſublato, lacrimis erat deplorandus, nec differendae illae in tempus, quo certior calamitatis fieri poſſet. quare in illum ſenſum elegantius ſcriberetur, *Quid prodis tempora luctus*, vel *fletus*. id eſt, quid dubia adhuc mente inter ſpem & metum differs lacrimas, jam potes flere; *prodere, tempus, diem* obvium eſt, nec minus *perdere* & *prodere* confundi. Sententia vero contraria eſt illis, quae habet ſu-

Non ultra gemitus tacitos inceſſere fatum
Permiſere ſibi, fruſtraque attollere terra
Semianimem conantur heram: quam pectore Magnus
Ambit, & adſtrictos refovet complexibus artus.
Coeperat in ſummum revocato ſanguine corpus
Pompeji ſentire manus, maeſtamque mariti
Poſſe pati faciem: prohibet ſuccumbere fatis
Magnus, & immodicos caſtigat voce dolores.
Nobile cur robur Fortunae vulnere primo,
Femina, tantorum titulis inſignis avorum,
Frangis? Habes aditum manſurae in ſecula famae.
Laudis in hoc ſexu, non legum jura, nec arma,
Unica materia eſt conjux miſer. erige mentem,

Et

pra ad lib. II. 27. *Nec dum eſt ille dolor, ſed jam metus.* mox, *canitie* plurimi.

58. *Obvia nox*] *Vox* Hamb. tert. a m. pr. quod probabat Heinſius, quaſi vox Pompeji intelligeretur; ſed *nox obvia* ſunt tenebrae ſubitae, vertigo ipſi oborta. ita *obvius pavor* Val. Flacc. VII. 400. *obvia majeſtas*, ſponte ſe offerens, Claud Epith. Pallad. 80 *obvia voluntas*, parata, promta, Quinct. VIII. 4. *obvia vix* Rott pr. a m. pr.

59. *Animam*] *Animum* plurimi. ſed perperam. *eluſit* tres & Cortii MS. *corda* mox de uno homine, ut vſ. 107. *pectora*, quod obvium apud Poëtas, notat in tranſitu Barth. ad Stat. II. Theb. 508.

61. *Decepta*] Ita omnes fere; & unice vera lectio, recte ab Oudendorpio accepta; & quam explicui ad Valer. Flacc. VII. 161. & ad Virgil. IV. 17. vid. lib. IV. 712. V. 748. & 809. h. l. 340. IX. 99. *deceptaque vixi*, adcommodate ad hunc locum. *decepta tacet* Turr. & Rottend. tert a m. ſec.

64. *Fata*] *Fato* Oiſel. *fatum* multi.

67. *Adſtrictos*] *Adflictos* Thuan quart. ſed male. poſſe adſtrictos frigore intelligi, non nego, ſed malo tamen, ne toties hoc repetat, *adſtrictos*, pro preſſos arte ad pectus capere. *adſtrinxit* enim amplexibus corpori ſuo artus uxoris & refovit. ſic Petron. cap. XCI. *toto pectore adſtrinxi.* vid. ad Val. Flacc. I. 182, riguiſſe Corneliam ſatis ex praecedentibus & ſequentibus conſtat. ſic Ovid. II. Amor. XV. 20. de Annulo.

Adſtringens digitos orbe minore tuos,

ubi etiam in Palat. codice *adfligens* legi poſtea notatum vidi.

68. *In ſummum*] *Inſanum* Langerm. *in ſummo*, Oiſel. alia conſtructio eſt infra 305.

Vulnera parva nocent, fatumque in ſanguine ſummo eſt.

74. *Aditum manſurae*] *Habitum* Langerm. & Cortii MS male, vid. ad Petron. cap. CII. & ſupr. lib. VI. 346. *aditus* eſt principium ad aliquam rem. Cicer. pro Ligar. cap. VI. *primus aditus.* Stat. II. Silv. I. 36. *dignos aditus, laudumque tuarum primordia.* ubi male Heinſius etiam *habitus* corrigebat. II. Achill. 576. *virtutisque aditus.* & ille *venturae famae* conjicit. ſed & Vellej. I. 8. *quae conſuetudo in annos LXX. manſit.* ubi vide; quae notavi, & quae Barth. ad Stat VI. Theb 59. & Claudian. Feſcenn. 115. *manſura* vero eſt perpetua, ut *manſuram urbem* apud Virgil. III. Aen. 86. interpretatur Servius.

Et tua cum fatis pietas decertet, & ipſum,
Quod ſum victus, ama: nunc ſum tibi gloria major,
A me quod faſces, & quod pia turba Senatus,
Tantaque diſceſſit regum manus: incipe Magnum
Sola ſequi. deformis adhuc vivente marito,
Summus, & augeri vetitus dolor: ultima debet
Eſſe fides, lugere virum. tu nulla tuliſti
Bello damna meo. vivit poſt proelia Magnus,
Sed Fortuna perit: quod defles, illud amaſti.
Vocibus his correpta viri, vix aegra levavit
Membra ſolo, tales gemitu rumpente querelas:
O utinam in thalamos inviſi Caeſaris iſſem
Infelix conjux, & nulli laeta marito!
Bis nocui mundo: me pronuba duxit Erinnys,

Craſ-

75. *Legum jura*] Rarius dictum. ſic & lib. IX. 560. aliter *jus* & *lex* diſtinguuntur. vid. ad Petron. cap. CVIII.

76. *Materia eſt*] *Eſt* non legitur in Hamb. ſec. & Oiſel. ſcilicet ſcriptum erat *materies*, ut ita ſaepe peccaſſe librarios adparet ex notis ad Ovid. II. Epiſt. 137. XVII. 19. I. Amor. I. 19. & alibi. *materiem* infr. 137. habent quidam. *conjux miſera* Langerm. a m. ſec. *conjux miſerere gementis* Oiſel. a m. pr. & tres Cortii. vid. Lutat. ad Stat. lib. III. Theb. 705.

77. *Et tua*] Heinſius legebat,

Ut tua cum fatis pietas decertet. id ipſum
Quod &c.

Sed *ipſum* vindicabimus ad Virgil. I. Eclog. 9. mox, *nunc ſim* Thuan. tert. & quart. in Cortiano omiſſum erat *ſum*, qui ſuſpicatur *nunc*, *nunc* fuiſſe geminatum, nec tamen probat.

81. *Deformis*] Barth. ad Stat. X. 327. dicit, interpretari antiqua commentaria, *inhoneſtum*. recte: nam *deformis* eſt turpis. vid. ad Ovid. III Amor. XIV. 6.

85. *Sed fortuna*] *Si f.* MS. Cortii. Heinſius:

Sed fortuna perit; hoc defles, illud amatur.

mox, *correcta* tres libri; *levabit* Langerm.

88. *In thalamos*] *In* deeſt Richel. Scio, ita aliquando *ire*, *venire locum* poni, ſed ſi omittenda ſit in hac re praepoſitio, praeſtaret *inire* dicere, ſi metrum admitteret. ut apud Ovid. III. Met. 282.

Nomine divorum thalamos iniere pudicos.

& IV. 328.

Thalamumque ineamus eundem.

in thalamos ire vero etiam obviam. ut apud Ovid. III. Epiſt. 72. I. Am. V. 11. quare vulgata maneat. *crudelis Caeſaris* Rottend pr. & MS. Cortii.

89. *Nulli laeta marito*] *Nullo* MS. Cortii, quod ut Archaismum probat. Sed quid opus dubia ſententia: nam tunc poſſet capi, nullo marito delectata, ut mox vſ. 127. quum debeat exponi, nulli accepta, grata marito. Sil. XI. 201.

non ulli laeta profatur.

vid. ad Grat. Cyneg. pr. & ad Val. Flacc. I. 30. mox, *ducit* omnes fere. ſed male: loquitur de nuptiis olim celebratis. confer Ovid. II. Epiſt. 117. & Senec. in Oedip. 644. 95.

Craſſorumque umbrae, devotaque manibus illis
Aſſyrios in caſtra tuli civilia caſus:
Praecipitesque dedi populos, cunctosque fugavi
A cauſſa meliore Deos. o maxime conjux,
O thalamis indigne meis, hoc juris habebit
In tantum Fortuna caput! cur impia nupſi,
Si miſerum factura fui? nunc accipe poenas,
Sed quas ſponte luam. quo ſit tibi mollius aequor,
Certa fides regum, totusque paratior orbis,
Sparge mari comitem. mallem felicibus armis
Dependiſſe caput: nunc clades denique luſtra,
Magne, tuas. ubicumque jaces, civilibus armis
Noſtros ulta toros, ades huc, atque exige poenas,
Julia, crudeles, placataque pellice caeſa,

Ma-

95. *Habebat*] *Habebit* eleganter Thuan. ſec. quod majoris eſt indignationis. *hoc juris* vidimus lib. VI. 496.

97. *Factura fui*] Illud *fui* languidum & fulciendo eſt verſui. forte, *factura virum.* mox, *quo, ſi tibi* Thuan. tert. *t* abſorptum a ſequenti.

100. *Armis*] *Arvis* Thuan. quart. duo ſequentes verſus deerant Thuan. ſec. *diſpendiſſe* Hamb. tert. & Langerm. *dependere* hic pro *impendere*, ut lib. X. 80. *amore tempora dependere*, ubi *dependet* MS. & hic Cortii codex, *deprehendiſſe.* eadem varietas apud Ovid. II. Met. 94. ubi Berſmannus *dependere* capit pro *expendere*, ut dicimus *expendere poenas.* Sed hic *dependere* retineo, pro ſimplici pendere, ut *dependere poenas* occurrit.

102. *Jaces*] Heinſius malebat, *lates, civilibus armis noſtros* &c. alii, *jaces civilibus armis.* Sed haec non poſſe ad Juliam referri vidit bene Oudendorpius. durum etiam de Pompejo intelligere, pro iu quibus victus es & jaces. ego puto ad *clades* referendum, & legendum *jacent.* expia clades ubicumque jacent. *Clades* de cadaveribus & caeſis viris centies in Lucano occurrit. luſtra ergo illas clades meo capite, ubicumque jacent, in Italia, Epiro, Theſſalia. ſic lib. V. 264.

Partem tibi Gallia noſtri,
Eripuit, partem duris Hiſpania bellis.

Sic infra 528 *Roma ſub ruina Pompeji jacere* dicitur, & ita paſſim.

103. *Noſtros ulta*] *Veſtros* Hamb. tert. *ulte* Rott. tert. a m. ſec. dein pro *ad huc atque exige*, Cortii, *huc, nunc exige poenas*, duro ſono. *Crudeles* Thuan. tert. ut *ſaevae poenae* VII. 431. *triſtes* 771. Ovid. II. Met. 612.

Poenitet, heu ſero! poenae crudelis amantem.

104. *Pellice*] Ita & lib. III. 23. vocat. Sed inepte & injurioſe. Julia enim, inter quam & Pompejum mutuus & ardentiſſimus amor fuit, aliquantum temporis mortua fuit antequam de Corneliae nuptiis cogitaret Pompejus. nam Julia obiit Domitio Aenobarbo, & Claudio Pulchro Conſ. A. U. C. 699. & Pompejus demum conſul ſolus, biennio poſt Corneliam duxit, teſte Plutarch. pag. 648. Non ergo tepido buſto innupſit Cornelia,

Magno parce tuo. ſic fata, iterumque refuſa
Conjugis in gremium, cunctorum lumina ſolvit
In lacrimas. duri flectuntur pectora Magni,
Siccaque Theſſaliae confudit lumina Lesbos.
Tunc Mitylenaeum pleno jam litore vulgus
Adfatur Magnum: *Si maxima gloria nobis*
Semper erit tanti pignus ſervaſſe mariti,
Tu quoque devotos ſacro tibi foedere muros,
Oramus, ſociosque lares dignare vel una
Nocte: tuum fac, Magne, locum, quem cuncta reviſant
Secula; quem veniens hoſpes Romanus adoret.
Nulla tibi ſubeunda magis ſunt moenia victo.
Omnia victoris poſſunt ſperare favorem:

Haec

lia, nec pellicis nomen meretur. quomodo ergo mortua Julia pellex dici potuit Corneliae? Sed de eo non cogitabat declamator, omnia arripiens, ſive quadrarent, ſive non. quaenam autem vindicta priori conjugi juſte adſcribi poteſt, cujus maritus poſt ejus mortem alteram ducit, ſine ſuſpicione probri, & conſuetudinis ſub priore conjuge? atque caſtitate inſignem cum ſola conjuge Julia ſemper cubaſſe teſtatur Plutarchus? de vario uſu vocis *pellex* quaedam notavit Barth. ad Stat. VII. Theb. 166. ſed mortuae pellex minime dici poteſt, niſi jam vivente priore conjuge, illam amaſſet, & cum illa conſuetudinem adulterii habuiſſet. vid. Juven. VI. 627.

106. *In gremium*] *In gremio* S. Germ. &, *in lacrymis* Thuan. quart. mox, *Theſſalicae* Rottend. ſec. *Theſſalia* duo Cortii. non male, pro *in Theſſalia*, in proelio Pharſalico. vid. infr. 428. *confudit* multi.

109. *Pleno jam litore*] *Jam pleno* plerique. *limine* Thuan. ſec. quaſi ſalutatum confluxerint Lesbii ad aedes Pompeji. Sed domum, nec urbem intravit, licet rogatus, & omne hoc colloquium peractum *in litore* fuit, ut patet ex vſ. 148. & *ſeqq.*

111. *Tanti*] *Tanto marito* Rottend. tert. & Langerm.

114. *Nocte tua*] Ut nox & dies noſtra dicatur (de qua locutione omnia nota ſunt) debet aliquid inſigne fieri, quo nobis quaſi propria ſit, ut, *hic tuus eſt dies*, natalis, nuptiarum & ſimilium. Si jam feſtum, vel epulas, vel ſimile quid Pompejus ea nocte voluiſſet inſtituere, certe nox ejus recte tunc dici poſſet. Sed Lesbiorum nox etiam tunc dicenda foret, ſi eam, ut feſtam, & memorabilem potuiſſent in faſtos referre. nec etiam *facere locum & tempus* ita ſimpliciter recte dici credimus, ut diximus jam lib. VII. 464 neque hic *facere locum* occurrit, ſed fac ut hic locus ſit ille, quem reviſant, quod breviter dixit, *fac locum ut reviſant.* ut *urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt.* pro *haec urbs, quam ſtatuo*, apud Virgil. & millies apud alios. non faceret ergo locum, ſed morando & devertendo faceret celebrem, & poſteris dignum viſu. in MSS. Cortii & Voſſiano eſt, *tuos*, & *tuum*, quod verum credo. fac locum tuum, id eſt, adjunge tibi artius hoc beneficio. nam non timemus, ne pro Pompejanis habeamur, nec iram Caeſaris vereamur: fac Lesbum & ejus incolas tuos. ut Ovid. II. Art. 259.

Fac

Haec jam crimen habent. quid, quod jacet inſula ponto,
Caeſar eget ratibus: Procerum pars magna coibit
Certa loci. noto reparandum eſt litore fatum.
Accipe templorum cultus, aurumque Deorum
Accipe: ſi terris, ſi puppibus, iſta juventus
Aptior eſt, tota, quantum valet, utere Leſbo.
[Accipe: ne Caeſar rapiat, tu victus habeto.]
Hoc ſolum crimen meritae bene detrahe terrae,
Ne noſtram videare fidem felixque ſecutus,
Et damnaſſe miſer. tali pietate virorum
Laetus, in adverſis, & mundi nomine gaudens
Eſſe fidem, *Nullum toto mihi*, dixit, *in orbe*
Gratius eſſe ſolum, non parvo pignore vobis

O-

Fac plebem, mihi crede, tuam.
diſtinguerem vero,
Sociosque lares dignare (vel *dignere*) *vel una*
Nocte: tuum fac, Magne, locum.
quia etiam centies, *meum*, *tuum*, *ſuum* in MSS. permutatur cum *pium*, cogitabam aliquando, an legi poſſet, *pium fac, magne, locum;* quia ſequitur vſ. 127. *tali pietate virorum laetus*, & etiam congrueret τῷ *adoret*. Sed priorem lectionem & explicationem praefero. poſſet etiam, *dignare vel una nocte tuos, fac.* &c. Sed alterum praeplacet. deinde *recenſent* MS. Cortii, & *reviſant* multi. mox, *ſubeunda magis ſunt moenia noſtris* idem Heinſius. *nulla magis ſubeunda tibi* Thuan. ſec.

118 *Haec jam*] *Nec jam* male editi pauci. *habet* Thuan. pr. & Langerm. haec moenia jam ſunt noxia, & a Caeſare, quaſi crimen admiſiſſent, quod uxori tuae hoſpitium praebuerunt, poenam merita ſunt, ut recte Scholiaſtes. nam *crimen habere* Latiniſſime dici hic & infr. 517. dixi ad Ovid. III. Art. 454. *quidquid jacet* Langerm. *jacet inſula ponto* dictum ad exemplum Virgilii III. Aen. 104.
Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto.
neſcio autem, quare illa, *Caeſar eget ratibus?* cum interrogationis nota ediderint Grotius, Oudendorpius & Cortius, & alii. quum hoc adfirment, & inde argumentum ducant, Leſbum tutum eſſe refugium Pompejo, quia eſt inſula, & claſſe caret Caeſar, & ideo addunt ex proelio Pharſalico profugos huc omnes coituros, ubi ſciverint Pompejum ibi morari, & reparare vires. *quid* hic non eſt interrogandi modo capiendum, ſed argumentandi.

120. *Eſt litore fatum*] *Eſt* non habet Rottend. pr. *in litore* Thuan. ſec. *bellum* ſeptem libri. forte, *noto reparandum hoc litore fatum*, vel quia in variis lect. Stephani & aliorum *notum* legitur, poſſet, *totum reparandum hoc litore bellum.*

122. *Si terris*] Heinſius corrigebat, *ſeu terris, ſeu puppibus.* Sed *ſi* geminatum idem valere, quod *ſeu*, oſtendimus ad Val. Flacc. III. 392 Cortius poſita diſtinctione poſt *Deorum. Accipe, ſi terris* &c. legebat. *quantum potes* Hamb. tert. & MS. Cortii. *Leſbos* S Germ. ſequentem verſum omnes fere ignorant libri, & antiquiores editiones.

129. *Nullum*] *Nullo* Oiſel. *nullum mihi toto* Thuan. quart.

Oſtendi. tenuit noſtros hac obſide Lesbos
Adfectus: hic ſacra domus, carique penates,
Hic mihi Roma fuit. non ulla in litora puppim
Ante dedi fugiens, ſaevi quum Caeſaris iram
Jam ſcirem meritam, ſervata conjuge, Lesbon,
Non veritus tantam veniae committere vobis
Materiem. ſed jam ſatis eſt feciſſe nocentes:
Fata mihi totum mea ſunt agitanda per orbem.
Heu nimium felix aeterno nomine Lesbos!
Sive doces populos, Regesque admittere Magnum,
Seu praeſtas mihi ſola fidem. nam quaerere certum eſt
Fas quibus in terris, ubi ſit ſcelus. accipe, numen,

Si

131. *Tenuit noſtros*] *Tenui* Rottend. pr. *veſtros* Hamb. tert. *ac obſide* Barber. mox, *ſacrique penates* Rottend. tert. *ſanctique* MS. Cortii, qui conjiciebat, *patriique*. ſed nihil tamen mutabat. *clarique* unus Cortii. quod & in edit. Ald. & Junt. *nepotes* Thuan. quart. vid. lib. VII. 394. deinde, *non ullo in litore* multi. *non nullo* Oiſel. Inſolens vero locutio, ſed tamen non facile mutanda, *dare puppem in litora*, pro vela dare ad litora. melius mox 194. *in laevum puppim dedit*. vid. Barth. ad Stat. V. Theb. 43.

132. *Hic ſacra domus*] Vir doctus, *domûs* in caſu genitivo capiens, explicabat *ſacra domus*, ſacra domeſtica, privata, quae laxiori ſenſu a penatibus diſtinguebantur: & ita certe ſacra, ſed publica, a penatibus ſeparat Virg. II. Aen. 293.

Sacra ſuoſque tibi commendat Troja penates.

& ita alibi. ſed ne accedam huic ſententiae, praeterquam quod *ſacra domus* ita dici ab aliis ignorem, obſtat, quod centies Poëtas, ubi de locis extra patriam agunt, ibi ſe domum, penates, patriam, pignora ſua, uxores, liberos &c. habere aut ponere adfirment, aut ea reliquiſſe in antiqua patria doleant. Qui Ovidii Triſtia, & ex Ponto Elegias legit, videbit eum toties deſiderare & lugere ut amiſſa, domum, penates, uxorem, patriam, ſodales &c. vid. III. Triſt. IV. 57. & quae ibi notata ſunt: domum etiam & penates, ut diverſa memorat IV. Triſt. VIII. 9.

Et parvam celebrare domum vetereſque penates.

immo & Noſter lib. IX. 230.

Patrios permitte penates,
Deſertamque domum, dulceſque reviſere natos.

vid. & II. 331. & X. 479. Et ideo ſimpliciter haec tria, domum, penates, patriam, ſc. Romam ſibi fuiſſe Lesbum teſtatur Pompejus, quia eo amandavit Corneliam, ut in locum ſecurum. & ideo *ſacram domum* vocat, quia ut Romae domus cuique erat tutiſſimum refugium, ita Cornelia in Lesbo habuit domum ſacram, tamquam templum & aſylum, ubi poſſet ſecura vivere. *ſacra* ergo domus eſt veneranda, inviolabilis, ut ita Ovidius domum Auguſti *ſacram* vocat VI. Faſt. 810. & IV ex Ponto VI. 20. & *ſanctam* Albinov ad Liviam 404. in hanc domum, in quam hoſpitabatur Cornelia, tranſtulerat quaſi penates ſimul Pompejus, & locus ipſe, Roma, ſive altera patria, illi erat. hoc ſimpliciſſimum mihi videtur.

134. *Iram*] *Ira* Hamb. tert. a m. ſec. *iras* volebat Heinſius. *arma* Thuan. ſec. Hamb. pr. & Langerm. mox, *Lesbos* Thuan. ſec.

137. *Materiam*] *Materiem* Cortii & aliorum

Si quod adhuc mecum eſt, votorum extrema meorum:
Da ſimiles Lesbo populos, qui Marte ſubactum
Non intrare ſuos, infeſto Caeſare, portus,
Non exire vetent. dixit, maeſtamque carinae
Impoſuit comitem. cunctos mutare putares
Tellurem, patriaeque ſolum: ſic litore toto
Plangitur, infeſtae tenduntur in aethera dextrae:
Pompejumque minus, cujus Fortuna dolorem
Moverat, aſt illam, quam toto tempore belli
Ut civem videre ſuam, diſcedere cernens,
Ingemuit populus: quamvis, ſi caſtra mariti
Victoris peteret, ſiccis dimittere matres

Non

rum MSS. mox, *ſunt agitata* S. Germ.

139. *Heu nimium*] Ex Marklandi ſententia debuiſſet dicere, *O nimium felix.* vid. eum ad Statii II. Sylv. VII. 24. non audet tamen mutare.

140. *Reges*] Saepe jam populos & reges, Pompejo faventes, aut militantes, conjunxit. in Berſmanni Cod. tamen eſt, *regem.* credo librarium Parthorum Regem, ita κατ᾽ ἐξοχὴν dictum, ſomniaſſe, quia ſciebat, Pompejum deliberaſſe, an ſe ei crederet, & eo inclinaſſe, infr. vſ. 289. praeterea *Regem* & *Magnum* faceret ambiguam ſententiam: nam Rex Magnus dicebatur proprie Parthorum.

141. *Nam*] *Nunc* quatuor. mox, *accipe nomen* Turrian. a m. ſec. *ſi quid* Rottend. tert. & Oiſel. *mecum eſt* fere omnes, quod non abſurdum, nam ita perſonae illae ſolent variari. vid. Broukhuſ. ad Propert. II. XXIV. 35. Curtius IV. XIII. 24. *ite ad copias, quibus quisque praeeſt*, ubi corrigunt viri docti *praeeſtis*; contra libros. aliam variationem in prima & tertia perſona vidimus ſupra lib VI. 232. ego ſequor codices. mox, *diſſimiles Lesbo* Hamb. ſec. *Lesbos* Thuan. ſec. *Lesbi* MS. Cortii. *populos Lesbo* Rottend. tert. *Marte ſubacto* Hamb. ſec. vid. VII. 613. & 735. poſtea, *vetant* Thuan. ſec.

148. *Patriaeque ſolum*] *Patriumque* Rottend. tert. quod recepit Cortius. mox, *in aethere* Rottend. pr. & S. Germ.

150. *Pompejumque*] *Pompejusque* Thuan. quart. *Pompejum quo minus* Richel. unde vero pendet ille accuſativus? non a *cernens diſcedere*; nam non minus diſcedebat, ac conjux Cornelia. Sed ita conſtruerem; populus ingemuit Pompejum minus, cujus &c. aſt ingemuit, ſc. magis illam, cernens diſcedere. & *ingemere* caſum quartum regere vidimus ad Virg. Ecl. V. 27. ſi vero alicui durius hoc videatur, quum potius *ingemere interitum*, & ſimilia, quam *ingemere hominem* dicatur, ille quaſi bis *diſcedere* dictum eſſet conſtruat: populus cernens diſcedere Pompejum & Corneliam, minus ingemuit Pompejum diſcedere. mox, *aſt aliam* Rottend. tert. *quam totum* Hamb. pr.

152. *Videre*] Mox ſequitur, *cernens ingemuit.* ne hoc offendat ignaros vid. ad lib. III. 94. & alibi.

153. *Populus*] *Vulgus* Turrian. *quamvis* ſeptem. & mox, *non poterant*, fere omnes. forte poſſit legi

Quamvis, ſi caſtra mariti
Victoris peteret, ſiccis dimittere matres
Non poterant oculis.

ut *poterant* pro *potuiſſent* ſit poſitum, ut ita temporum horum permutationem eſſe fre-

quen-

Non poterant oculis: tanto devinxit amore
Hos pudor, hos probitas, caſtique modeſtia vultus;
Quod ſubmiſſa nimis, nulli gravis hoſpita turbae,
Stantis adhuc fati vixit quaſi conjuge victo.
Jam pelago medios Titan demiſſus ad ignes,
Nec quibus abſcondit, nec ſi quibus exſerit orbem,
To-

quentem vidimus ad lib. III. 597. & inf. IX. 685. & II. 617. & *quamvis* indicativum habere, centies a viris doctis fuit obſervatum. *demittere* male Cortii codex. *jam* hic turbaret ſenſum.

156. *Vultus*] Forte, *cultus.*

157. *Quod ſubmiſſa nimis*] *Et ſubmiſſa* S. Germ. a m. ſec. *quod ſubdita* Thuan. ſec. *minus* Rottend. tert. a m. pr. & Hamb. pr. Heinſius, *ſubmiſſa animis.* quod an poſſit laudi dari Corneliae dubito. certe in loco Statii ex Achilleide I. 259.

Cedamus, paulumque animos ſubmitte viriles.

ut & alibi, ubi *ſubmittere animos* occurrit. ut lib. III. Theb. 539. IV. 755. XI. 369. fere notat *remittere* a ſuperbia, ira aut ſimilibus, vel ſe ſubjicere, ut ſupplices ſolent. ſic apud Virg. IV. Aen. 414.

ſupplex animos ſubmittere amori.

ubi vid. Serv. ſi jam *ſubmiſſa animis* fuiſſet Cornelia, notaret antea vitiis illis laboraſſe, & tempori ſervientem a ſuperbia remiſiſſe multum: quare retineo vulgatam, & ita capio, illam, quae eſſet matrona ex illuſtri genere, & uxor Pompeji, principis fere Romanorum, tantum abfuiſſe, ut inde altos ſpiritus gereret, ſed ut etiam nimis ſubmiſſa eſſet, & nulli ſe praeferens, aequalem ſe, blandam & obſequentem Lesbiis matronis gereret. non *aſpera*, cui *ſubmiſſam* opponit Quinctil. VI. de Inſt. Orat. IV. *illa ſemper aſperam abdicantis habet actionem, hac ex parte blandam & ſuadenti ſimilem, at pro filiis in utroque genere ſubmiſſam, & ad ſatisfaciendum compoſitam.* Sic in calamitate *ſubmiſſi* eſſe ſolent homines, at Cornelia etiam, ſtante adhuc fortuna, ſubmiſſa etiam nimis fuit, quam ejus conditio ferret. & opponuntur hic *ſubmiſſa*, id eſt, blanda, & *gravis*, id eſt, aſpera, imperioſa. eodem modo *humilis*, quod etiam in vitio poni ſolet, apud Terent. Hecyr. III. III. 20. *omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus*, id eſt, ſubmiſſi. pro miſericordi poſuit Stat. I. Theb. 663.

triſtemque viro ſubmiſſus honorem
Largitur vitae.

ubi *miſericordia inclinatum & flexum* exponit Lutatius. qui hodie in Epiſtolis & Dedicationibus ſe *ſubmiſſos* ſcribunt, & *ſubmiſſe dedicare*, digni ſunt, ut in veram ſervitutem, quam profitentur, redigantur.

157. *Nulli gravis hoſpita turbae*] *Terra* Oiſel. *nulla gr. h. turba* MS. Cortii, quod faceret ambiguam ſententiam, quaſi magno comitatu hoſpitibus ſuis moleſta fuiſſet. Cortius iterum Archaiſmos, quos non habet fere Lucanus, niſi a Cortio ipſi obtruſos, captans, *nullae turbae* malebat: ſed illa vox *turbae* vix placet, quae plebem potius Lesbiam notaret, quam primarios in inſula cives, & eorum uxores, quibus potius hoſpitibus utebatur Cornelia, quam turba populari, cui graves eſſe ſaepe ſolebant magiſtratus provinciales: & hinc lib. I. 673. pro *plebem* in MS. Pulmanni legitur *turbam*. ego cogitabam, annon rectius laudaretur Cornelia, ſi legeretur,

nulli gravis hoſpita; curſu
Stantis adhuc fati vixit, quaſi conjuge victo.

nam aliter vix video, unde ille genitivus pendeat. nam ſubintelligere, *Cornelia ſtantis fati*, inconcinnum puto; certe *hoſpita* propior eſſet: nec *aeterni Martis Alanos* debet conſtrui, ſed *duros Martis* infr. 223. nec *ex-*
tremi

Totus erat: vigiles Pompeji pectore curae.
Nunc ſocias adeunt Romani foederis urbes,
Et varias regum mentes, nunc invia mundi
Arva ſuper nimios ſoles, Auſtrumque jacentis.
Saepe labor maeſtus curarum, odiumque futuri
Projecit feſſos incerti pectoris aeſtus,

Re-

tremi orbis Hiberi VII. 541. convenit, & quia dubius eſt caſus, ut vidimus, & quia recte, *populi extremi orbis* dicuntur. non vero poſſet dici, credo, *Cornelia extremi orbis*, ut nec hic, *Cornelia ſtantis fati*, neque de Corneliae fatis, ſed mariti ejus agitur, quae ſteterant ante proelium Pharſalicum, quum dubium eſſet in quam partem inclinarent. ſic lib. IV. 771. *accipites ſteterunt caſus. curſus* vero *fati*, fortunae &c. centies apud Noſtrum occurrit. vid. lib. V. 41. VI. 423. & alibi: *junxit quaſi* Turrian.

159. *Demiſſus*] *Dimiſſus* tres. Heinſius correxerat, *demerſus*, ut in Voſſiano: ſed nihil novare melius. lib. IX. 624.

ubi fervida tellus
Accipit oceanum demiſſo ſole calentem.

ubi etiam *dimiſſo* alii.

160. *Nec ſi quibus*] Conjecturam Oudendorpii firmat aliquantulum Hamb. pr. a m. ſec. *nec ſe, quibus exſerit orbem*: ille tamen, *orbis*, tunc mallet. Heinſius volebat,

nec ſe quibus exſerit orbe.

mihi vulgata ſatis placet, & *quibus* pro *aliquibus* capiendum, & *ſi quibus abſcondis*, & *ſi quibus exſeris*, ut ſupr. vſ. 122. *Pompeji in pectore* habebat Thuan. pr. reliqui ignorant *in*. Optimus, & nobis immiti fato nuper raptus, Petrus Dorvillius conſtruebat, vigiles pectore, vel in pectore, Pompeji adeunt urbes. nam duriſſimum eſſet, curae adeunt pectore urbes; quum dicendum foret, pectus adit curis urbes. mox *ſocios a. R. f. urbis* Rottend. tert. & *varias rerum mentes* Thuan. ſec.

164. *Super nimios ſoles*] Nihil temere mutem, quum codices conſtanter *nimios* habeant, & hanc vocem Lucanus amet. ſic in ſimili loco *nimius Titan* lib. IX. 382.

Exuſtaque mundi
Qua nimius Titan, & rarae in fontibus undae.

antea etiam verſu 374. *nimios ignes* dixerat. ut & h. l. 848. Horat. I. Od. 22. dixit, *ſub curru nimium propinqui ſolis*. *iniquum ſolem* dixit lib. VII. 866. *ſuper* recte pro *ultra* expoſuit Oudendorpius, licet & cum ablativo conſtruxerit Virgil. IX. Aen. 61. *Nocte ſuper media*, ubi Servius. id eſt, *ultra mediam noctem*. in Hamb. ſec. erat, *non invia mundi. devia* repetitum ex vſ. 209. mox, *jacentem* a m. pr. Thuan. tert. Langerm. a m. ſec. & Turrian. ſed *jacentis* plurimi.

166. *Projecit*] Heinſius *prolicuit* conjiciebat. Sed *projecit* pro abjecit capiendum, unde & *dejecit* unus Berſmanni. & ut de omni re, quam in terram abjicimus, ut lib. IV. 614. ſic pro *deponere*, & *animo exigere* hic ſumitur, ut lib. IX. 951.

Caetera curarum projecit pondera.

ita apud Horatium Art. Poet. 97.

Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba.

id eſt, abjicit. negligit interpretari quidam amant. eleganti metaphora Petron. de bell. civ. cap. LXXII.

Gallica projecit, civilia ſuſtulit arma.

alio tamen ſenſu *projicere* pro proferre habet Senec. Epiſt. X. *Repeto memoria, quam magno animo quaedam verba projeceris, quaſi roboris plena:* Heinſ. nimium memoriae ſaepe confidens, ad Claud. IV. Conſ. Honor. 226. citat, *incertos pectoris aeſtus*, immemor *feſſos* praecedere. quod ſi liceret in *feſſi* mutare non rejicerem. ſic propria ſignificatione dixit lib. V. 483.

Incerto Libye nos dividit aeſtu.

 paul-

Rectoremque ratis de cunctis conſulit aſtris;
Unde notet terras; quae ſit menſura ſecandi
Aequoris in coelo; Syriam quo ſidere ſervet:
Aut quotus in plauſtro Libyam bene dirigat ignis.
Doctus ad haec fatur taciti ſervator Olympi:
Signifero quaecumque fluunt labentia coelo,
Numquam ſtante polo, miſeros fallentia nautas
Sidera non ſequimur: ſed qui non mergitur undis
Axis inoccidaus, gemina clariſſimus Arcto,
Ille regit puppes. hic quum mihi ſemper in altum
Surget, & inſtabit ſummis minor Urſa ceruchis;
Boſporon, & Scythiae curvantem litora pontum
Spectamus. quidquid deſcendet ab arbore ſumma
Arctophylax, propiorque mari Cynoſura feretur,
In Syriae portus tendet ratis. inde Canopos
Excipit Auſtrali coelo contenta vagari,

Stella

paullo ante, idem doctiſſimus Dorvilius majorem diſtinctionem ponebat poſt *aeſtus*. ne labor diceretur conſulere rectorem. ſed ſi curae adeunt urbem, cur non labor, id eſt, laborans Pompejus & feſſus tot aeſtibus, conſulere quoque rectorem poſſit a Lucano, in his ſibi placente, dici? ceterum *maeſtus curarum* ſollemni Graeciſmo, ut *feſſus ſenectae*, de quo ad Lib. III. 729. vel *odium curarum & futuri* poſſent conjungi, ſed non probo.

167. *Rectoremque*] *Vectoremque* Thuan. ſec. *navis* Oiſel *contulit* Thuan. tert. hic iterum putidus oſtentator eruditionis garrulum nautam inducit, quaſi Pompejo vacaret, ea diſcere, aut audire.

170. *Libyam*] *Libyen* Cort. *libram* Richel. *derigat* Richel. *dirigit* Hamb. tert.

171. *Ad haec*] *Ad hoc* Turrian. mox, *quaecumque ruunt* S. Germ. a m. pr. *quaecumque polo labentia currunt* Thuan. quart. *lambentia*, Hamb. tert. vid. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 177.

171. *Servator*] Scholiaſtes Barthii, quem diverſum ſaepe ab Oudendorpiano vidimus, ad Stat. II. Achill. 28. explicat *obſervator, cuſtos & inſpector jugis*. legit vero ille, *inſpector jugis*.

173. *Miſeros*] *Tacitos* S. Germ. Vir doctus apud Cortium, *cautos*. ſed *miſeri* perpetuum eſt nautarum epitheton. infr. IX. 345. vid. ſupr. III. 287. *miſeros* etiam ſervavit nobis commentator antiquus Horatii ad lib. II. Od. 16. qui etiam habet, *ſed qui non mergitur undis, Arcton*. miſeros autem dici ob labores, pericula & naufragia certum eſt. Sed Scholiaſt. Stat. apud Barth. ad lib. VI. 798. miſeriam nautarum explicat a continuo labore remorum: ſed hoc ſolos remiges, non omnes nautas & vectores ſpectat. *undas inoccidaas* Thuan. ſec. *inoccidais* Thuan. quart.

177. *Surget*] *Surgit* ſex libri. *ſurget in altum ſemper* Thuan. quart. *magna urſa* aliquis apud Cortium. mox, *Scythicae* duo Thuan.

Specta-

Stella timens Borean: illa quoque perge ſiniſtra,
Trans Pharon: in medio tanget ratis aequore Syrtim.
Sed quo vela dari, quo nunc pede carbaſa tendi
Noſtra jubes? dubio contra cui pectore Magnus,
Hoc ſolum toto, reſpondit, *in aequore ſerva,*
Ut ſit ab Emathiis ſemper tua longius oris
Puppis, & Heſperiam pelago, coeloque relinquas:
Cetera da ventis. comitem, pignusque recepi
Depoſitum: tunc certus eram, quae litora vellem;
Nunc portum Fortuna dabit. Sic fatur: at ille
Juſto vela modo pendentia cornibus aequis
Torſit, & in laevum puppim dedit, utque ſecaret,
Quas Aſiae cautes, & quas Chios aſperat, undas,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.
Aequora ſenſerunt motus, aliterque ſecante
Jam pelagus roſtro, nec idem ſpectante carina,

Mu-

ſpectemus Barber. *deſcendet* Thuan. ſec. & a m. ſec. primus. mox, *tendet* quinque. Sed pro *feretur*, *refertur* eſt in Hamb. tert. ſed *feretur* Lutat. ad Stat. II. Theb. 295. quem minorem urſam dicit, quare forte vir doctus apud Cortium *magna urſa* ſupra legi voluit. *quidquid vero deſcendet & feretur* eleganter dictum. ita & infr. 365. vid. Clar. Drakenb. ad Liv. lib. XXI. 2. IV. 8. & ſupr. III. 294.

183. *Perge*] Cortius, *perge*, & in MS. ſuis *parce* & *parte* eſſe notat. nihil novandum, nam ſecunda perſona hic idem exprimit, quod ſi pergitur, ſi pergere velles, ut centies. mox, *e medio* Thuan. ſec. *tangit* ſex. *aequora Syrtis* Turrian. *Syrtim* fere omnes. ſed *Syrtam* Thuan. ſec. *Syrtin* Cort.

185. *Quo nunc*] *Quo non* Rottend. tert.

187. *In aequore*] *In aequora*, vel *ab aequore* Hamb. pr. *ab aequore* etiam Langerm. mox, *ſemper tibi* Rottend. ſec. & Cortius. *arvis* Thuan. ſec. *armis* Rottend. tert. qui &, *tua ſemper*.

189. *Pelago coeloque*] *Coelo pelagoque* Thuan. ſec. & Rottend. ſec. vid. IX. 647. & dubium, an dativi an ablativi ſint. eſt vero locutio iterum durior. quomodo enim coelo poterat relinquere Italiam? an obſervans ſidera ab Italia diverſum iter oſtendentia. ut modo 169. *Syriam quo ſidere ſervet.* an, ut Barth. ad Stat. X. 14. tempeſtatibus, nihil juvante arte gubernandi, permittat naves. vellem ſcripſiſſet, *remo veloque relinquas*, nota & proverbii ſpecie locutione. *Heſperien* Cortius.

192. *Portum*] *Portus* tres. *ſic fatus*, Thuan. quart. *fatus & ille* Hamb. tert. & S. Germ. non male. vid. infr. 752. & IX. 584.

194. *Secaret*] *Secarent* Turrian. variant vero ſcripti in *Aſinae*, *Aſyae*, *Saſinae*, *Aſiae*. Cortius, *Samiae* edidit; *quaſſa ſine* Turr. locus corruptus, cui mederi nequeo. de *aſperare* vid. Cerdam ad III. Aen. 285.

196. *In proram*] *In prora* Thuan. quart. & S. Germ. *in pube* Rottend. ſec. mox,

al.

Mutavere ſonum. non ſic moderator equorum,
Dexteriore rota laevum quum circuit orbem,
Cogit inoffenſae currus accedere metae.
Oſtendit terras Titan, & ſidera texit.
Sparſus ab Emathia fugit quicumque procella,
Adſequitur Magnum: primusque a litore Lesbi
Occurrit natus, procerum mox turba fidelis.
Nam neque dejecto fatis, acieque fugato
Abſtulerat Magno reges Fortuna miniſtros:
Terrarum dominos, & ſceptra Eoa tenentes
Exſul habet comites. jubet ire in devia mundi
Dejotarum, qui ſparſa ducis veſtigia lêgit.
Quando, ait, *Emathiis amiſſus cladibus orbis*

Qua

alteque ſecante Thuan. tert. & a m. pr. primus.

199. *Mutavere ſonum*] Neſcio quem ſonum hic velit. ſed puto recte Heinſium correxiſſe *ſinum*, veli ſcilicet, quum navis & ſimul velum latus mutat, quod noſtrates *Laveeren* vocant. quae de oculo in prora dicuntur, huc minus facere puto. nec probare ſe Cl. Dorvillio potuerunt, quia non de prora, ubi ille oculus erat, ſed de roſtro extra proram prominente agitur. nam quum ita mutant ſinum nautae, roſtrum navis alio ſpectat, & alio carina, quae inclinata in latus nave ſaepe nuda adparet. & ita non pelagus ſpectare, ſed alio ſpectare videtur. navis ſaepe adpropinquare videtur terrae, ſaepe longe ab ea recedere: & praecipue, quum ſuperandum promontorium, vel exſtans in mari locus, & tandem mutato ſinu radit & ſuperat illum: & hoc comparatio exigit ab auriga, qui non tam dextre & per artem dexteriore rota circumacta, laevus radit metam, quam hic nauta mutato ſinu navem flectit & ſuperat cautes & exſtantiora loca. *non ſic* enim poſitum, pro non peritius, non melius auriga flectit currum, quam hic nauta navem. *circuit orbem* quatuor. ſed illud *circuit axem* vix placet. non enim currum circuit, ſed flectit in gyrum, dexteriore rota & in laevum circumagens currum circuit metam, non axem. non capio haec ſatis; nec puto *circuit* pro *circumagit* poſſe ſumi. an liceret conjicere, *circinat axem*, vel *orbem*, quo verbo utitur Ovidius II. Met. 721. ubi etiam duo Leidenſes, *circuit*. dexteriore enim rota fiebat flexus in laevum orbem ad metam: nam ideo dexterior equus erat fortior reliquis, qui circumagebat currum. vid. ad Ovid. III. Am. II. 69. videant acutiores.

204. *Primusque*] *Primus* Thuan. tert. *ab litore* tres. *a litore Lesbo* MS. Cortii, quod miror ipſi non placuiſſe, ut talium erat cupidus, pro *Lesbio*. *accurrit* Langerm. quod forte melius: nam videtur filius curſum direxiſſe verſus Lesbum, ubi audito patris abitu eum inſecutus, primus a Lesbo accuriſſe dicitur. *occurrit magnus* Oiſel.

206. *Fugato*] *Fugata* S. Germ.

210. *Legit*] *Legat* Oiſel.

214. *Securum a Caeſare*] Praepoſitio deeſt Rottend. ſec. & Barber. *Tigris* tres. *ſecuram* Voſſian.

215.

Qua Romanus erat; ſupereſt, fidiſſime regum,
Eoam tentare fidem, populosque bibentes
Euphraten, & adhuc ſecurum a Caeſare Tigrim:
Ne pigeat Magno quaerentem fata, remotas
Medorum penetrare domos, Scythicosque receſſus,
Et totum mutare diem, vocesque ſuperbo
Arſacidae perferre meas: Si foedera nobis
Priſca manent, mihi per Latium jurata Tonantem,
Per veſtros adſtricta Magos, implete pharetras,
Armeniosque arcus Geticis intendite nervis:
Si vos, o Parthi, peterem quum Caſpia clauſtra,
Et ſequerer duros aeterni Martis Alanos,
Paſſus Achaemeniis late decurrere campis,

In

215. *Magno*] *Magnum* Langerm. & S. Germ. & a m. ſec. Hamb. pr. & Turrian. durior etiam phraſis, *quaerentem fata.* an pro deos faventes magis, ut *quaerere ſuperos* in alia re dixit lib. IX. 579. an ſubintelligendum *nova fata*, ut *reparare fata* ſupra dixit 120. certe varie hac voce *fata* utitur Noſter, de caſibus, & quidquid evenit vel evenire poteſt. mox, *domus Scythiosque* Cortius.

217. *Et totum mutare diem*] Ego *diem* hic pro ſole capio. ut paſſim. vid. Lib. V. 456. VII. 189. ſic Rutil. I. Itin. 400. *Quum tegit aſtra dies.* quod Noſter modo vſ. 202. *Titan ſidera texit* dixit. ſed *totum* non placebat Heinſio, qui *notum* malebat. id eſt, ſolem, quem quotidie in occidente videre ſolebant. ſic Ovid. IV. Triſt. III. 43.

Supremoque die notum ſpectantia coelum,
Texiſſent digiti lumina noſtra tui.

& lib. I. Eleg. V. 61.

Nos freta ſideribus notis diſtantia menſos.

ubi antea legebatur, *totis.* vid. infr. 336. *mutare* vero recte expoſuit Oudendorpius. alio ſenſu *mutare ſolem* dixit Ovidius de Nuce vſ. 117. ubi vide notas. & Heinſ. ad I. ex Pont. II. 66. & IV. XIV. 7.

219. *Per Latium*] *Per latum* Barber.

221. *Intendite*] *Contendite* MS. Cortii. *intendere* Hamb. pr. a m. ſec. *Armenios arcus* pro Parthicis poſuit, ut lib. IV. 237. *Armenium jugum*, ut notavit Barth. ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 307. eodem modo ut infr. 299. de *Bactris* videbimus.

222. *Clauſtra*] *Regna* quinque. *caſtra* duo e noſtris. *luſtra* Hamb. ſec. & Turrian. & MS. Cortii. ſed *clauſtra* optime tuetur Oudendorpius. adcommodatus huic locus Claudiani lib. II. in Rufin. 28.

alii per Caſpia clauſtra,
Armeniasque nives inopino tramite ducti.

ubi etiam *luſtra* eſt in MS. ut & hae voces permutantur in Bell. Get. 175.

223. *Aeterni Martis*] Non conſtruerem cum *Alanos*, ſed per Graecismum frequentiſſimum poëtis & Noſtro etiam, *duros Martis.* vide ſupr. h. l. 158.

224. *Decurrere*] Fateor hic *diſcurrere* locum ſuum tueri poſſe, & quatuor e noſtris etiam codices exhibere. Sed, quia *montoſa* haec regio, *decurrere* retineo, quia ex montibus & eorum anguſtiis has gentes in campos (quos *Media rura* infra 368. vocat, & opponit, *conſcendere montis juga*) *decurrere* &

deſcen-

In tutam trepidos numquam Babylona coëgi:
Arva ſuper Cyri, Chaldaeique ultima regni,
Qua rapidus Ganges, & qua Nyſaeus Hydaſpes
Accedunt pelago, Phoebi ſurgentis ab igne
Jam propior, quam Perſis, eram: tamen omnia vincens
Suſtinui noſtris vos tantum deeſſe triumphis,
Solusque e numero regum telluris Eoae,
Ex aequo me Parthus adit. nec munere Magni
Stant ſemel Arſacidae. quis enim poſt vulnera cladis

Aſſy-

deſcendere paſſum ſe eſſe gloriatur Pompejus. ſic lib. IV. 733. licet ibi etiam *late* addatur, defendit Oudendorpius *decurrere*, ubi alii *diſcurrere*.

Ignotisque equitem late decurrere campis.

ſimilis diverſitas lib. X. 238. & alibi. *deſcendere* Virgilius dixit II. Georg. 497.

Et conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro.

quem imitatus Statius I. Theb. 20.

Et conjurato dejectos vertice Dacos.

225. *Nunquam*] Heinſius corrigebat, *unquam*. male. merita enim ſua computat, non vim, qua illos coegit campo cedere, & in tuta ſe recipere.

226. *Super Cyri*] *Tyrii* MS. Cortii. *ultima regna* Thuan. pr. qui &, *qua trepidus Ganges.* ut ſignificet, Indos jam timuiſſe Pompejum adpropinquantem finibus ſuis; nam eo ſenſu, quo fluvii & rivi *trepidare* dicuntur, capere abſonum foret; ſed maneat vulgata. *Neſaeus Hydaſpes* Thuan. quart. *accedant*, & *ab axe* Thuan. ſec.

229. *Propior quam Perſis eram*] *Perſes* Rottend. ſec. *Perſis erant* Rottend. ſec. credo tamen locum corruptum, licet ſenſum non ineptum ipſi dent interpretes. nam numquam Pompejus potuit dici propior fuiſſe orienti ſoli, quam Perſis, ſeu Perſae erant. quum ille victo Mithridate in laevum flexerit, verſus ſeptemtrionem, & intenderit in Colchida & Albaniam iter ſuum. quare inepta haec eſt gloriatio Pompeji, quam ineptior Poëta ipſi adſcribit. Similis alteri lib. III. 230. neque etiam ſuperato Caucaſo ad alterum Caſpii Maris latus verſus orientem eo uſque venit, ut propior orienti, quam Perſes dici potuerit, cujus regnum uſque ad fines Indiae pertinebat. Quia vero *Perſes* refragatur legi metricae, nec *Perſis* recte cum Pompejo componitur, mallem legere. *Jam propior, quam Parthus, eram.* in eo ergo meritum, quod illas gentes reliquerit Parthis ſubigendas, quas ipſe, ut propior, potuiſſet domare. *Parthos* & *Perſas* eosdem ſaepe a Poëtis dici, & Parthos hoc tempore exſtincto regno Perſico dominatos in Oriente, nemo neſcit.

230. *Noſtris*] *Veſtris* Voſſ. a m. pr. *tantum vos* Thuan. ſec. *ſuſtinui* notat, licet maxime cuperem, tamen nolui foederis reverentia. Sic ſaepe Suetonius. vid. Caeſar. LXIV. LXX. Ovidius etiam, ſed aliquantum alio ſenſu, I. Am XIV. 53. ubi vide.

231. *E numero*] Codex Cortii, *in numero*; & ita veteres etiam ſaepe loqui certum eſt. vid. ad Ovid. III. Art. 344. & IV. Triſt. X. 34. & Phaed. IV. 24. ſed unius codicis auctoritatem hic ſequi lubricum eſt, quum alterum aeque uſitatum ſit. mollius etiam flueret verſus, ſi legeretur, *ſolus & e numero*, cum quibusdam.

232. *Ex aequo*] Vim hujus locutionis explicuimus ad Petron. cap. LXXIV. & ita Noſter lib. V. 495.

Non ex aequo diviſimus orbem.

ſaepe utitur Quinctilian. in Declamationibus.

vid.

Aſſyriae, juſtas Latii compeſcuit iras?
Tot meritis obſtricta meis, nunc Parthia ruptis
Excedat clauſtris vetitam per ſecula ripam,
Zeugmaque Pellaeum. Pompejo vincite, Parthi;
Vinci Roma volet. regem parere jubenti
Ardua non piguit, poſitisque inſignibus aulae
Egreditur famulo raptos indutus amictus.
In dubiis tutum eſt inopem ſimulare tyranno.
Quanto igitur mundi dominis ſecurius aevum

Ve-

vid. CCLI. CCLXVII. CCCI. & *ex pari* dicit Decl. CCCLXXIX. Reſpicere vero hic puto ad foedera aequis legibus cum Parthis inita. *adit* vero quem locum hic habeat, vix video. nam adiiſſe Pompejum, ut ſolent inferiores a regibus admitti, ut aliquid poſcerent, fruſtra fingeretur; & nimis ſuperbum foret, ſi Pompejus ſe regibus aequaret *habet* eſt in variis lect. Steph. quod ſi pluribus confirmaretur, facile amplecterer. agit mecum, tractat me, ut *habere aliquem* centies occurrit: & *adire* & *habere* confundi docent loca Ovid. IV. Triſt. IV. 58. & Cicer. VII. ad Fam. 2. & alibi. poſſet & fingi, *amat*, vel potius *amet.*

233. *Quis enim*] *Quisnam* Hamb ſec. *poſt funera* tert. *Aſſyria clades* eſt a Parthis in Aſſyria illata. ut ſupr. lib. I. 106. & infr. vſ. 350. & alibi.

235. *Obſtricta*] *Adſtricta* Thuan. quart. vid. ſupr. 220. Oudendorpium. *exſtructa* Thuan. ſec

236. *Per ſecula*] *Per ſingula* Langerm. ſic variant codices apud Claudian. I. in Rufin. 307. & in Gigantom. 58 an, *per foedera*, per quae Parthi intra Euphraten ſe cohibere juraverant, ut ex Plutarcho Sulpitius notat. haec vero recentiora, quam ut *per ſecula* poſſent dici vetiti. *per ſecula* enim eſſe aliquando idem quod *poſt*, patet ex notis ad Sueton. Tiber. cap. V. & ita de praeterito tempore, *per ſecula longa* Ovid. IV. Met. 67. & Noſter X. 190. de Nilo, *per ſecula tanta latente* niſi quis vellet *per ſecula* de futuro tempore interpretari, ut ſe obſtrinxerint, non tranſituros umquam poſthac Euphratem quod quum commode poſſit ita explicari, codicibus antiquis obſequi tutius erit. nam ita de futuro tempore idem Ovidius XV. Met. fin. *per omnia ſecula vivam*, & V. Triſt. XIV. 33. Dubium eſt, an de praeterito, an de futuro Brutum vocet, *extremum generis per ſecula nomen* lib. VIII. 589. ut *generis per ſecula*, ſit antiqui ab initio libertatis Romani, an vero memorandum per longa ſecula. ut antiqui generis ultimum. Virg. VI. Aen. 235. de Miſeno monte,

Aeternumque tenet per ſecula nomen.

excedit Sixii Cod.

238. *Volet*] *Valet* Thuan. pr. a m. ſec. Heinſius malebat, *vovet.* mox, *poſitis inſignibus* Thuan. ſec.

240. *Famuli*] *Famulo* etiam Thuan quart. & a m ſec. pr. quod & profert Cortius ad Plin. II. Ep I. *famulus raptos* duo Thuan. pr. & tert. *famulus raptus* Oiſel. reliqui, *famuli raptos.* ſed praefero *famulo raptos* cum S. Germ. & aliis laudatis ab Oudendorpio. vid ad III. 451 deinde, *inductus* quatuor, quae eſt ſollemnis aberratio vid. ad Claudian. II. in Eutrop. 302. & ad Sueton. Aug. cap. XCII. hic tamen *indutus* praefero.

241. *In dubiis*] Hos tres verſus ſuſpectos

Aa aa ha-

Verus pauper agit! dimiſſo in litore rege,
Ipſe per Icariae ſcopulos, Epheſonque relinquens,
Et placidi Colophona maris, ſpumantia parvae
Radit ſaxa Sami: ſpirat de litore Coo
Aura fluens: Gnidon inde fugit, claramque reliquit
Sole Rhodon, magnosque ſinus Telmeſſidos undae
Compenſat medio pelagi. Pamphylia puppi
Occurrit tellus: nec ſe committere muris
Auſus adhuc ullis, te primum, parva Phaſelis,
Magnus adit. nam te metui vetat incola rarus,

Ex-

habebat Heinſius, & aliquid monachale ſpirare etiam mihi videntur. *dimiſſo in litore*, vel *demiſſo*, ut alii legunt, plebejum ſapit. nam egreſſum jam antea a Pompejo dixit Dejotarum, quem ſi a litore dimittit, debet fingi eum proſecutus honoris cauſſa in litus, quod nemo credet factum. Si ſervandi ſunt verſus, rectius, *dimiſſo in litora*, Heinſius malebat, & ita Cortius. Contra omnem vero hiſtoriae fidem haec de Dejotaro fingit, qui poſt proelium Pharſalicum a Pompejo diſceſſit, ac domum ſe contulit, teſte Cicerone pro Dejotaro cap. v. Sed fingere hoc liceat Poëtae noſtro. Famuli vero veſtem non induit Dejotarus, ut tutus eſſet a Parthorum Rege; ſi enim legationis ſanctitas non tueretur, veſtis illa nihil efficeret. Sed ut occultum & tutum iter ad Regem faceret, apud quem legati partes acturus, & admiſſus, dignam munere ſuo veſtem adſumeret: nam ineptum eſt fingere, eum vili veſte indutum mandata ſibi expoſuiſſe Regi. Sine dubio manipularem a milite raptam veſtem induit, ut ſolebant, ubi fallere & latere vellent. ita Codrus, depoſita veſte regia, paſtoralem cultum ſumſit, teſte Vellej. Pater. I. 2. quem alii *famularem*, vel *familiarem* fuiſſe volunt. vid. ad Val. Max. v. vi. Ext. 1. & quia ille etiam *pannoſus* a Juſtino inducitur, hinc quidam ejus fati peritus, *ruptos* hic amictus, pro *raptos* ſuppoſuit. *Tyrannus* autem hic ipſe Dejotarus dicitur, qui inepte etiam aequatur *mundi dominis*, quum regulus potius fuerit, quam Rex, nec tamen pauper dici ideo poteſt, aut inopi comparari, quum vili veſte ſimularet, ſe e vulgo aliquem eſſe: & hoc ſentiens monachus addidit *verus*, quia Dejotarus ſimulatus erat inops. *ſe inopem* Hamb. ſec. mox, *quantum* Barber. vid. infr. 633. & alibi.

244. *Icariae*] *Icarii* S. Germ. Barber. & Oiſel. forte melius, ut *Icarium mare* intelligatur, ut paſſim *Aegaeum*, *Ionium* dici ſolet. vid. lib. VI. 27. hinc jam *ſcopuloſo mari* opponit mox, *placidum Colophonis mare*. *Epheſonque* quatuor. *Colophona* Thuan. pr. non enim per ſcopulos inſulae, ſed juxta poterat navigare. *parvam Samon* forte dicit, ut diſtinguat a Samo Thracica, quae an multo major fuerit, neſcio.

247. *Fluens*] *Favens* Heinſius conjiciebat. Sed *aura*, *fluens de litore Coo*, *ſpirat*, conſtruendum. ſic de ventis Lucret. lib. I. 281.

Nec ratione fluunt alia.

vid. Giſan. Indice. *reliquit* multi. mox, *Temeſidos* & *Temeſſidos* noſtri nonnulli. *pelagi* fere omnes. De *compenſare* vid. ſupr. h. l. vſ. 2.

250. *Committere*] *Convertere* Rottend. pr. vid. v. 574. mox, *Phaſoles*, *Phaſele*, *Phaſole*, *Phaſeli*, *Phaſelae* varie codices.

254. *Quam tua*] *Quantum* Turrian. a m. ſec.

Exhauſtaeque domus populis; majorque carinae
Quam tua turba fuit. tendens hinc carbaſa rurſus,
Jam Taurum, Tauroque videt Dipſanta cadentem.
Crederet hoc Magnus, pacem quum praeſtitit undis
Et ſibi conſultum? Cilicum per litora tutus
Parva puppe fugit: ſequitur pars magna Senatus,
Ad profugum collecta ducem: parviſque Syedris,
Quo portu mittitque rates recipitque Selinus,
In Procerum coetu tandem maeſta ora reſolvit
Vocibus his Magnus: *Comites bellique, fugaeque,*

At-

ſec. ſcilicet Gloſſator adſcripſerat, *quam tum*, notans tempus olim divitis & frequentis, tunc vero pauperis & deſertae urbis. *tendens hic* multi.

255. *Tauroque*] *Muroque* Thuan. tert. *Dipſunta*, *Dipſanta*, *Diſſanta*, *Diſſopta*, *Diſſompta*, *Diſpanta*, *Piſanta* in noſtris libris. Quum vero nullus interpretum, qui aliter in Geographicis, & in primis Hortenſius, deſcribendis multi ſunt, de hoc flumine aliquid adferre potuerit, & nomen ſine dubio ſit corruptum, ſuſpicor *Cataracten* fluvium indicari, qui magno ſonitu ex monte ſe praecipitat in mare, & latere aliquod nomen, quod olim habuit, aut epitheton, quod ejus naturam exprimat. deſcribit hoc flumen Strabo lib. XIV. pag. 459. ut ex excelſo ſcopulo torrentis in modum cadens, & cujus ſonitus longe audiri poteſt. *Cadentem* male Omnibonus naſcentem explicat. ſed *cadere* proprie fluvios dici, notatum ad Florum lib. II. 7. & alibi. forte latet aliquid in *Piſanta*, quod eſt in Hamb. tertio, formatum, aut depravatum, ex πεσόντα, id eſt, cadentem. certe aliquid ulceris hic ſubeſt, quod forte me felicior aliquando ſanabit.

257. *Et ſibi conſultum*] *Ut ſibi* Oiſel. *conſumptum* Turrian. Heinſius malebat, *his ſibi conſultum.* Sed quo referas, *his*? an ad *undis*? Sed illis non ſibi conſultum erat, ſed pace praeſtita mari. quare legendum eſſet, *hac* ſcilicet pace, & *undis* generatim pro mari capiendum. Sed ego *&* non mutem, quod eſt pro *etiam*: non ſolum aliis navigantibus, ſed ſibi etiam conſuluit pacando aequora, quod numquam credere potuerat, niſi nunc fugiens in Ciliciam vidiſſet utilem ſibi etiam fuiſſe pacem. nam *crederet* eſt pro, *an credidiſſet hoc*? ita *reciperent* pro *recepiſſent* apud Val. Max. VII. III. Ext. 6. ubi vid. Vorſt. *crederet hic* erat in Hamb. tert. non male. an crederet, hic etiam ſibi conſultum fuiſſe, quum mare a Cilicibus purgaſſet? pro *per litora* Heinſius malebat, *Cilicum fera litora.* non probo. nam nunc fera non erant, ſed tuta, niſi ſubintelligas *olim fera.* deinde ſi *litora fugit* eſt poſitum pro *praeterit*, ab iis longe recedit, falſum eſt: nam eo tendebat curſum & portum intrat, conſulturus, cui regioni ſe crederet. aut, ſi voluit capi pro *ad litora fugit*, quid opus ambigua locutione? Legit ergo tutus, & quidem parva puppe litora Ciliciae, & venit *Syedras*, pro quo *Synaedris*, & *Silidris*, & *Sinedris* in ſcriptis. deinde pro *Selinus* ingens diverſitas ſcriptorum, *Selenis*, *Selinys*, *Silinis*, *Sylynis*, *Salinis*, *Selinis. qua portu* Cortius, male. nam Syedrae erant portus & navale Selinuntis. Heinſius in notis ad Virgil. III. Aen. 705. *Selinus* tuetur, ſed capit de fluvio urbi cognomine. *recipitque rates, mittitque* Thuan. ſec. *carpitque* Oiſel. Ovidius de tabellis a-

ma-

Atque inſtar patriae, quamvis in litore nudo,
In Cilicum terra, nullis circumdatus armis,
Conſultem, rebusque meis exordia quaeram,
Ingentes praeſtate animos: non omnis in arvis
Emathiis cecidi, nec ſic mea fata premuntur,
Ut nequeam relevare caput, cladesque receptas
Excutere. an Libycae Marium potuere ruinae
Erigere in faſces, plenis & reddere faſtis,
Me pulſum leviore manu Fortuna tenebit?

Mille

matoriis III. Amor. XIV. 31.
Cur toties video mitti recipique tabellas.

262. *Nudo*] *Nullo* S. Germ. eadem varietas infra 761. & apud Ovid. I. Amor. VIII. 113. ubi vide. ſed hic repetitum ex ſequenti verſu. *Et Cilicum terra* Heinſius. dein, *conſultum* S. Germ.

265. *Rebusque novis*] *Res novae* Latinis dicuntur, quum quis in tranquilla & compoſita civitate ſeditiones, & motus excitat. melius dixiſſet, *fatisque novis*, de quibus vid. ſupr. ad vſ. 215. & infr. IX. 545. *nova fata petere* dixit. ita mox 278. *ſuccurrere fatis* pro *rebus* erat in Oiſel. ſed ſequor potius turbam codicum, quae habet *rebusque meis.* ſic *ſuae res* lib. IV. 717. & paſſim, & ita *meus* & *novus* ſaepe in ſcriptis commutantur, ut apud Ovid. VII. Ep. 11. & I. Art. 202. vid. Markland. ad Stat. IV. Sylv. I. 19. & *ſuus* & *novus* ſupra lib. IV 342. in codice Amſtelaedamenſi. forte quis mallet Hypallagen ſtatuere, pro rebus nova exordia, aut *primordia*, (ut eſt in Rott. pr.) quaeram. ut d. l. ſupra 215. *quaerere fata* dixit. offendit forte mox repetita vox, *mea fata*, ubi *mea* deeſt in Langerm. qui & mox *levare caput*, Cortius ad Plin. I Epiſt. ult. bonos codices hic *revelare* exhibere ſcribit, & in uno Oudendorpii legitur. ſed in nullo meorum. neque metri ratio hoc verbum admittit

266. *Ingentes praeſtate animos*] *Ingentis* Thuan. tert & Langerm. *perſtate* Barber. ſed tunc *animae* legendum, vel *animi. praeſtare* Thuan. duo & Richel. vid. ſupr. ad vſ. 28. h. l. *in armis* itidem tres.

269. *Ruinae*] *Carinae* Hamb. pr. *reddere caſtris* MS. Cortii: *fatis* multi. *velis* Rottend. ſec. & MS. Cortii, quod eſſet felicem & proſperum reditum Romam dare. Virgil. v. Aen. 281. *plenis ſubit oſtia velis*; nec, ſi plures codices addicerent, alienus ab hac lectione eſſem. nam & tunc apta oppoſitio ſequenti, *me tenebit Fortuna?* *plenos faſtos* explicuiſſet in notis Cortius, quae utinam prodiiſſent! an pleni titulis & conſulatibus Marii? ut infra vſ. 816. *buſtum Non ullis plenum titulis, non ordine tanto Fatorum.* Sed nimis exaggeratum videtur. ſex enim Conſulatus non implent faſtos, ut tituli poſſunt ſepulchri lapidem implere. quare tunc mallem, *Caſtris*, ut mox gloriatur Pompejus, de mille ducibus & navibus, quae reparando exercitui ſufficiant. Cogitabam & an ſcripſerit, *ſenis reddere faſtis*, qui ſexies conſul fuerat, quum fugaretur, & ſeptimum redux ab exilio ſumſit. Sed nec hoc ſatis placet. cogitent eruditi.

271. *Me pulſum*] *Preſſum* editi quidam, ſed ſcripti, *pulſum*; ut & infr. vſ. 503. Apud Frontin. II. XIII. 3. aeſtuant interpretes, qua ratione Sertorius pulſus acie a Metello dici poſſit, & varie tentant corrigere aut explicare ſed forte, *preſſus acie*, tolleret omnes ſcrupulos: nam pleraque exempla habent *urguere*, *inſtare* &c in ſimili caſu; & ita *premi* utitur idem lib. I. v. 18. II. VII. 8. &

quis

Mille meae Grajo volvuntur in aequore puppes,
Mille duces: ſparſit potius Pharſalia noſtras,
Quam ſubvertit, opes, ſed me vel ſola tueri
Fama poteſt rerum, toto quas geſſimus orbe,
Et nomen, quod mundus amat. vos pendite regna
Viribus, atque fide, Libyen, Parthosque, Pharonque,
Quaenam Romanis deceat ſuccurrere rebus.
Aſt ego curarum vobis arcana mearum
Expromam, mentisque meae quo pondera vergant.

Aetas

quis non? *levior manus* hic eſt, minus potens & gravis Caeſar, quam olim fuit Sulla, qui eject Marium, qui tamen rediit victor. Sic *levis manus* pro imbecilliori Ovid. III. ex Pont. I. 96.

Aut exciſa levi pelta gerenda manu.

& in Nuce 86.

In quo miſſa levi nux cadat una manu.

pro puerili, vel etiam artifici, agili, ut explicuimus ad Quinctil. II. de Inſt. Orat. 4. vid. Serv. & notas noſtras ad Virgil. IV. Georg. 45. *tenebit* omnes: id eſt, morabitur, ne redeam Romam victor. *negabit* in editis quibusdam olim.

273. *Mille duces*] Hic verſus excidit Richeliano, ſine dubio, propter idem initium praecedentis.

274. *Tueri*] *Juvare* maxima pars codicum, parum quidem refert, ſed reſpicit auxilia, quae ſibi undique adfore gloriatur, ſola fama rerum haec ipſi ſuppeditante. *juvare* autem proprie eſt auxiliarium copiarum. *Levare* nec tam proprie, nec a Lucano, ſed ſcriba aut gloſſatore ortum, qui ſoliti has voces confundere. vid. ad Ovid. IX. Met. 780. Sed mihi *tueri* mutandum non videtur, quod famae & nomini magis convenit.

276. *Et nomen*] Recte explicant viri docti ad illa Plinii VIII. Ep. 10. *audita latius nomina*. quibus adde illa Flori lib. IV. II. 65. *ſatis ample ſonabant in Pompejani nominis locum Cato & Scipio*. vid. ad Ovid. II. Ep. 50. & alibi.

276. *Pendite*] Eſt pro *expendite*. ut III. 439. ubi vid. & IV. 707. male variant hic quidam. reſpondet ſequentibus, *pondera mentis*. ita *penſare* apud Liv. XXII. LI. §. 3. ubi vide Cl. Drakenb.

277. *Parthosque*] *Parthumque* Turr. *Pharosque* Thuan. ſec. *Quae jam* Rottend. tert. *quodnam* Thuan. quart. *quem non*, quinque. *quemnam* Richel. quod probat Cortius ad Plin. VII. Ep. IX. §. 3. quia, licet *regna* praeceſſerit, id debet capi, ac ſi *reges* dixiſſet, & alia ſe collegiſſe dicit. hic vero nihil notavit. *ſuccurrere fatis* Oiſel.

279. *Proceres arcana*] Ita editi olim & Thuan. pr. a m. pr. & alii; quod non rejicerem, ideo, quaſi minus deceret ita adpellari Senatores a Pompejo; nam Pompejus ita obſeſſus a principibus ſenatus & magiſtratibus, ut vix inter eos emineret ejus dignitas, & quotidie cum illis rixandum haberet, quod ambitione & imperii cupiditate traheret bellum. quare ita eos voluit vocare, ut ſaepe alibi noſter Poëta. ſic modo vſ. 261 *In Procerum coetu*. lib. V. 10. *Romanos proceres*. Imo ipſe Cicero ad Pompejum ſcribens, ita inducitur loquens, lib. VII. 69. *Proceresque tuorum caſtrorum*; & lib. X. 450.

Heſperiae proceres, aciemque Senatus,
Pompejumque Ducem.

Quia tamen turba codicum ſtat pro *vobis*, uni codici tantum non tribuo, licet alios hanc editoribus priſcis exhibuiſſe lectionem veriſimile ſit.

Aetas Niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt:
Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.
Hinc anceps dubii terret ſollertia Mauri:
Namque memor generis, Carthaginis impia proles,
Imminet Heſperiae, multusque in pectore vano eſt
Hannibal, obliquo maculat qui ſanguine regnum,
Et Numidas contingit avos: jam ſupplice Varo
Intumuit, viditque loco Romana ſecundo.

Qua-

280. *Expromam*] Plurimi, *exponam*, uſitata permutatione. *quo pondere vergant* Hamb. pr. & Langerm. *pondere vergam* idem a m. ſec. *pondera verſant* Oiſel. & Thuan. pr. a m. ſec. *vergunt* Hamb. tert. vid. lib. VII. 504. *De pondere* egi ad Nemeſ. I. Ecl. 51. ubi pro examine & ponderatione ſumi docui. *quo* etiam unus Voſſii.

281. *Tyranni eſt*] *Eſt* ignorat Hamb. tert. *Tyranno* Thuan. ſec. mox, *hic anceps* Richel.

285. *Multusque &c.*] *Multisque* Richel. dubium autem an, *qui maculat*, referendum ad Hannibalem, an ad Jubam. & multus Hannibal in pectore eſt, ſcilicet Jubae, poteſt ſignificare, illum nihil cogitare niſi Hannibalem, cujus res geſtas & animum erga Romanos aemulari vult, vel ſimilis eſt Hannibali. ut de alia re dixit Claudian. II. Rapt. 27.

At Triviae lenis ſpecies & multus in ore
Frater erat.

id eſt, ſimillima illi erat, & ita dictum eſſet, ut illud Sullae apud Sueton. de Caeſare cap. I. *Caeſari multos Marios ineſſe.* malim tamen priorem interpretationem ſequi. *obliquum* vero *ſanguinem* caperem de Juba & materno ejus genere, quo inferior fuit, & regium genus maculavit. Etſi vero ignoremus omnem Jubae originem, forte inter majores ejus aliquis uxorem Carthaginenſem potuit duxiſſe, ut Syphax, qui Sophonisbam Asdrubalis filiam habuit, quo victo illa ceſſiſſet in matrimonium Maſaniſſae, niſi increpitus a Scipione eam venenum juſſit bibere. Fingere hinc potuit Lucanus cognationem quamdam Jubae cum familia Barcarum: nam Juba ex Maſaniſſa deſcendebat. Quia vero Plutarchus Jubae II. genus ad Syphacem Herculis filium refert, unde etiam Syphax a Romanis victus deſcendebat, forte Poëta ſibi licere exiſtimavit hanc cognationem fingere, licet vera non eſſet. Appianus etiam Bell. Punic. p. 10. ex tribus, unam filiam Syphacis oblatam Maſaniſſae memorat, & etiam Maſaniſſam ab Asdrubale generum deſtinatum fuiſſe, & deinde quum illa ſpe excidiſſet, ex Hiſpania, ubi ſub Carthaginienſibus militabat, clam in Numidiam rediiſſe, ubi per varios caſus jactatus tandem Romanis adceſſit. Quidquid ſit, in his tenebris, Noſtrum innuiſſe Jubam ex aliqua Barcarum gente deſcendiſſe, & ita maculaſſe regium ſanguinem puto. addit etiam, quod *Numidas contingit avos*, quod nunc clarius nobis, quam antiquis interpretibus, adparebit, poſt editam a Sponio in Erud. Antiq. monum. pag. 149. inſcriptionem, unde patet Jubam fuiſſe filium Hiempſalis, illum Gaudae, hunc Maſtabalis, & iſtum Maſſaniſſae. Reineccius vero in hiſtoriae Juliae part. III. pag. 345. Gaudae filium Hiertam, & in ejus filiis fluctuans, ibi interruptam ſeriem, & Hiempſalem patrem Jubae, ex aliquo Maſſaniſſae filiorum, ſed incertum quo, ſuſceptum credit. Doctiſſimus vero Sevinus in Commentariis Academiae Inſcriptionum Tom. VI. pag. 144. ex Guluſſa deſcendere probavit, & inſcriptionis Sponianae auctoritatem ſequitur, niſi quod Reineſii probet emendationem, qui Claſſ. III. inſcr. 70. pro GAU

nod

Quare agite, Eoum comites properemus in orbem.
Dividit Euphrates ingenti gurgite mundum,
Caſpiaque immenſos ſeducunt clauſtra receſſus,
Et polus Aſſyrias alter noctesque, diesque
Vertit, & abruptum eſt noſtro mare diſcolor unda,
Oceanusque ſuus. regnandi ſola voluptas.
Celſior in campis ſonipes, & fortior arcus;
Nec puer, aut ſenior letales tendere nervos

Se-

quod Gaudam notat, legit GUL. id eſt, Gulußam, cujus filium Hiempſalem facit. Quidquid ſit, ſi obliquus ſanguis debeat ſumi pro notho, & ſpurio, Noſter eum, eodem modo ut Jugurtham, non ex legitima uxore, ſed ex aliena natum ad Maſſaniſſam pertinere indicat. inepte ergo Lucanus illum, ut ex poſteris Carthaginienſium, imminere inſtar Hannibalis Italiae fingit, quum ex ſocio & amico Populi Romani originem trahens, Pompeji cauſſam, ut meliorem, tuendam ſuſceperit, & libertatem reſtituere conatus ſit. Hannibalem ex Numidiae quodam Rege deſcendere, nullo monumento probari poteſt, neque de eo poteſt dici, *regnum maculaſſe*, ut de Juba Rege recte dicitur, ſi ſpurius fuerit. forte etiam non proprie poſſet ſumi *Carthaginis impia proles*, ſed quod Afer fuerit, & ſimilis Punica fraude Carthaginienſibus. nam *proles*, *progenies* &c. ſaepe Poëtis dici poſteros ex eadem gente, licet non proprie deſcendant ex hoc vel illo, docuit Barth. ad Claudian. Bel. Gild. 332. ubi Gildonem vocat *progeniem Jubae*, non quod ex Juba deſcendat, ſed quod fuerit Numida, ut Juba fuit, & ita Romuli, Remi nepotes dici Romanos omnes notum eſt. *obliqua* erat in Rottend. pr. *obliquum* vir doctus apud Cortium; *At Numidas* Voſſian. in *contingit* ſubintelligendum & repetendum *ſanguine*. vid. Cort. ad Plin. VII. Ep. 24.

288. *Romana*] Id eſt Imperium Romanum, res Romanas. ut infr. 341. *Romana regentem*, ut ita *mortalia* pro rebus humanis VII. 454. vid. lib. IX. 124. & alibi. vel *Romana*, id eſt, Romanos, ut *coeleſtia* pro diis Rutil. I. 523. *fortiſſima quaeque* Ovid. III. ex Pont. VI. 31. vid. ad Quinctil. decl. I. 6. & alibi. mox, *properemus in axem* Hamb. tert. ut alibi etiam variatur. vid. lib. III. 359.

290. *Ingenti gurgite*] *Ingentem* multi, quod recepit Cortius, qui ſimilibus ſaepe notas ſuas inſtruxit. vid. ad Plin. I. II. I. *gurgite Pontum* vel *Parthum* Sixii. Sed *mundum dividit* hic eſt, duo maxima imperia orbis, Romanum & Parthicum, quae dividebat Euphrates. vid. ſup. 235. *ingenti gurgite* poteſt defendi, quia proprie Euphrates *magnus* fluvius vocatur. vid. III. 257. Cortius, quid hic in notis praeſtiterit, divinandum reliquit, ad Plin. II. Ep. 13. niſi quod de epithetorum diverſa flexione inter duo ſubſtantiva egiſſe videatur, de qua nos ſaepius hic egimus. Oudendorpius malebat, *ingenti in gurgite*.

291. *Seducunt*] *Educunt* Thuan. ſec. & Turr. *deducunt* Rottend. ſec. & MS. Cortii.

293. *Abruptum eſt*] *Eſt* deſideratur in quatuor noſtris. *noſtrum* S. Germ. mox, *voluntas* quatuor.

295. *Celſior in campis*] *In campo* quinque. *Celſior it campis* Heinſius. Petrus Dorvillius, olim amor, nunc deſiderium noſtrum, non bene jungi *equum* & *arcum* credens, tentabat, *& fortior armos*, vel *artus*, nam de ſagittis mox ſequitur, & non ſufficit celſum eſſe equum, niſi ſit viribus, corporis amplitudini congruis, fortis. *non puer* Thuan. pr. *ne puer* Oiſel. *letalis* Langerm. S. Germ.

297.

Segnis, & a nulla mors eſt incerta ſagitta.
Primi Pellaeas arcu fregere ſariſſas,
Bactraque Medorum ſedem, murisque ſuperbam
Aſſyrias, Babylona, domos. nec pila timentur
Noſtra nimis Parthis, audentque in bella venire,
Experti Scythicas, Craſſo pereunte, pharetras.
Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro;
Stridula ſed multo ſaturantur tela veneno.
Vulnera parva nocent, fatumque in ſanguine ſummo eſt.

O

297. *Eſt incerta*] *Eſt victa ſagitta* MS. Cortii. ille vero, *eſt non certa*, ut ſolet.

298. *Pellaeas*] De Alexandro, qui Pellaeus ſaepe dicitur, capiunt. Atqui ille nunquam victus a Parthis, ſed ipſe Parthos, ut ignobilem tunc gentem, cum reliquis vicinis facile ſubegit. vid. Juſtin. XLI. I. & poſt ejus mortem Parthia inter provincias adſignata eſt Nicanori, ut idem lib. XIII. 4. qui tamen, immemor ſui, poſtea datam Staſanori narrat, niſi alterutro loco corruptum ſit nomen. Poſtea Parthi defecerunt a Seleuco, eodem teſte, & hunc indicari credo, & *Pelleas ſariſſas* dici pro Macedonicis, epitheto longe petito, quia Seleucidae origine Macedones aerant. unde & Ptolemaeis hoc epitheton ab illis datum fuit. vid. h. l. 475. & X. 55. 511. & paſſim. *Sariſas* tres. *Sarinas* Thuan. tert. a m. pr. *cariſſas* Richel.

299. *Bactra*] Improprie admodum ſedes Medorum dicuntur *Bactra*. Nam quum defeciſſent Parthi a Seleucidis, duce Arſace, eodem tempore Bactriani jugo abjecto proprios ſibi reges crearunt, quorum primus fuit Theodotus. Juſtin. XLI. 4. cujus filius fecit foedus cum Parthorum Rege. neque reperio Parthos Bactriana potitos, quod tamen factum eſſe potuit; & inde gentes hae confuſae, ut infr. vſ. 423.

Incurrere cuncti
Debuerant in Bactra duces.

id eſt, in Parthos, ſub quibus tunc Bactrianos fuiſſe veriſimile eſt, regnante Eucratide nimirum oppreſſos Juſtin. XLI. 6. qui tamen ejus filium in regno ſucceſſiſſe, ait, nec accurate ſatis notat, quo tempore Bactriani a Parthis ſubacti fuerint. & ita deficimur hac hiſtoriae parte. vide Doctiſſimi Bayeri Hiſtoriam Regni Graecorum Bactriani, in Eucratide pag. 86. & ſeqq. Jam ut Medi pro Perſis ſaepe, ſic & pro Parthis, qui eos quoque ſubegerunt ſub Mithridate, eodem Juſtino teſte. quum Mardos, Medorum partem, jam ſubegiſſet Phraätes. unde *Medos* Noſter infra vſ. 308. 327. & alibi pro Parthis ponit. ut Horatius etiam & alii, pro Parthis & Perſis, quos confundunt, poſuerunt. cogitabam etiam, an non potius ſcripſiſſet, *Suſaque, Medorum ſedem*, ut infr. vſ. 425. Suſa & Babylonem conjungit, quas urbes, veterum Medorum & Babyloniorum regum ſedes, etiam Parthi tenuerunt. Sed quid fluctuamus, & non potius Lucano adſcribimus, ſi quid perperam & non ſatis ex hiſtoriae fide tradiderit ſcriptis ſuis? & ſi quis excuſare velit, is dicat Poëtas ſaepe de vicinis urbibus aut populis epitheta petere, ut in Virgilio ipſo ſaepe obſervat Servius. vid. ad I. 136. 235. II. 197 & ſaepius alibi. & IV. Georg. 211. *Medus Hydaſpes* dicitur, qui eſt Indiae, ubi vide notas. Bactra & Babylonem etiam conjungit Statius IV. Sylv. I. 40. ſic *Hircanos* poni pro Parthis a Claudianp III. Conſ Honor. 35. docet Barthius. & *Armenios* ſupr. 221. ubi vide.

300.

O utinam non tanta mihi fiducia ſaevis
Eſſet in Arſacidis! fatis nimis aemula noſtris
Fata movent Medos, multumque in gente Deorum eſt.
Effundam populos alia tellure revulſos,
Excitoſque ſuis immittam ſedibus ortus.
Quod ſi nos Eoa fides, & Barbara fallunt
Foedera; vulgati ſupra commercia mundi
Naufragium Fortuna ferat. non regna precabor,
Quae feci; ſat magna feram ſolatia mortis

Or-

300. *Aſſyrias*] *Aſſyriis* MS. Cortii. *domus* Rottend. tert. & Cortius.

302. *Experti*] Id eſt, inde docti, quid valeant ſagittae ſuae contra Romanos. ut *Scythicae ſagittae* ſint Parthorum, qui a Scythis originem trahunt, quarum vim ſenſerunt Romani in clade Craſſiana. vid. Oudendorp. mox ad vſ. 354. Dubia certe locutio, quum & *experti ſagittas Scythicas* poſſet exponi de Parthis, quaſi a Scythis cladem acceperint, quum Romani contra experti fuerint clade Craſſiana ſagittas Scythicas, id eſt, Parthicas. ſic apud Flor. IV. 10. *expertis invicem Parthis atque Romanis, quum Craſſus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta feciſſent. experti* ergo capi debet hic de Parthis, qui, exercentes ſagittas, didicerunt, quid poſſint in Romanos eorum arma, & ideo non timent nimis pila. illud *nimis* languere videbatur P. Dorvillio. ſed uti ita ſolet Noſter. vid. IV. 696 & VIII. 157. certe rectius, mea ſententia, dixiſſet, *& pila timentur noſtra minus.* poſtquam nimirum in Craſſo experti ſunt, ea contra ſagittas ſuas minus valere. jam vero *&* cum *ſed*, & *nimis* cum *minus* commutari, multis locis, ſi luberet chartam perdere, probare in promptu eſſet. in Hamb. ſec. erat, *moriente.* ſolita variatione. *Pharetras* omnes, praeter quatuor, quae *ſagittas.* eadem varietas lib. VI. 354. & apud alios frequens.

303. *Fidentia*] *Sidentia* Thuan. ſec. *ſcidentia* pr. latet aliquid, & videtur diſtinctio ponenda poſt *ſtridula*, quia illud melius convenit τῷ *ſpargit*, quam *ſaturantur*, quia tunc nullum certe ſtridorem edunt, ſed quum ſparguntur.

305. *Vulnera parva*] *Prima* in nullo codice e noſtris, nec in Oudendorpii, nec Cortii conſpicitur. hic tamen cum Waſſio facit ſed Oudendorpius egregie oſtendit, *prima* non poſſe dici, niſi quae in initio proelii infliguntur, non quae prima parte ferri dantur. aliud eſt, ſi dixiſſet, *in primo pectore, fronte* &c. *ſummus* vero *ſanguis* eſt, qui ſub ipſa cute eſt. vid. vſ. 68. quando non deſcendit ferrum altius, ut lib. I. 31. & alibi. *fatum eſt in ſanguine* dictum, ut lib. II. 611. *fatum eſt in dente.* mors inde certa ſequitur.

306. *Non tanta mihi*] *Mihi non tanti* Oiſel.

308. *Deorum eſt*] *Decorem* MS. Cortii.

311. *Si nos*] *Si vos* Turrian. Heinſius volebat, *fallent.*

314. *Sed magna*] *Sat* ſex e noſtris. nec dubium id praeſtare. licet Cortius noluerit recipere; neſcio autem an *ſed* praetulerit ille & alii, quia *ſat ſolatii* debuiſſet ex conſuetudine loquendi Lucanus dixiſſe. neminem enim dubitaturum puto, quin *ſatis* cum adjectivis, ut *ſat magna*, *ſat multa* &c. conſtrui recte poſſit, ſed ſi ſine τῷ *magna*, dixiſſet *ſat ſolatia feram*, impelli potuiſſent librarii, ut *ſed* ſupponerent, & ita apud Ovid III. Met. 149. *fortunamque dies habuit ſatis*, pro *for-*

 tu-

Orbe jacens alio, nil haec in membra cruente,
Nil ſocerum feciſſe pie. ſed cuncta revolvens
Vitae fata meae, ſemper venerabilis illa
Orbis parte fui: quantus Maeotida ſupra,
Quantus apud Tanain toto conſpectus in ortu?
Quas magis in terras noſtrum felicibus actis
Nomen abît, aut unde redît majore triumpho?
Roma, fave coeptis: quid enim tibi laetius unquam
Praeſtiterint Superi, quam, ſi civilia Partho
Milite bella geras, tantam conſumere gentem,
Et noſtris miſcere malis? quum Caeſaris arma
Concurrent Medis, aut me Fortuna neceſſe eſt
Vindicet, aut Craſſos. ſic fatus, murmure ſentit
Conſilium damnaſſe viros: quos Lentulus omnes
Virtutis ſtimulis, & nobilitate dolendi

Prae-

tunae, ubi ſi addidiſſet adjectivum, *ſatis magnam fortunam habuit dies*, nulla mutandae lectionis cauſſa fuiſſet. ſic & Noſter lib. v. 660. *ſat magna peregi* & alia, quae adducit Oudendorpius, ubi adjectiva adjunguntur, quae omnia nihil ad Ovidii locum faciunt. *ſat* vero pro *ſed* reſtituit Heinſius apud Claudian. III. Rapt. 137.

Sat nulla ruenti Mobilitas.

ubi in MSS. eſt *ſed. ſolamina* Hamb. tert.

318. *Maeotida*] *Moeotica* Rottend ſec. *Tanain* quatuor, ut & lib. IX. 751. *in orbe* Turrian. mox, *abitque* Rottend. tert. metuebat ſcilicet librarius metro. *redii* Thuan. quart.

324 *Geras*] *Geris* S. Germ. *tantas c. gentes* Thuan. quart. mox, *& n. miſerere malis* Thuan ſec. dubium vero Heinſio viſum fuit, unde infinitivus ille *conſumere* pendeat. an a *bella geras conſumere*, id eſt, conſumendi gratia, ad conſumendum, ut ſimiles graecismi plures illuſtrantur ab Heinſio ad Claudiani I. in Ruf 98. Bell. Gildon. 51. & III. Rapt. 386. & aliis: ſed quia hoc durius aliquantulum, malo conſtruere, quid *laetius* praeſtiterint ſuperi, quam *conſumere* &c. ſi bella geras milite Partho. Heinſius, qui hic haerebat, tentabat, *geras*, *ſtat tantam abſumere gentem*. Sed nihil opus.

326. *Concurrant*] *Concurrunt* Rottend. tert. & Hamb. pr. *concurrent*, reliqui. *aut Craſſos* plurimi. ita mox vſ. 358. *cum Craſſis*, ubi unus codex, *Craſſo*. Ovid. I. Art. 179. *Craſſi gaudete ſepulti*. Sed fuere duo, pater & filius, occiſi, & quamvis de uno ageretur, tamen liceret plurali uti. ut VII. 440.

De Brutis Fortuna queror.

aut curſum Thuan. quart.

328. *Damnaſſe viros*] *Damnaſſe ſuum* Thuan. ſec. *ſentit* Rottend. tert. & Cortius.

329. *Dolendi*] Cuninghamus in ora codicis ſui, forte, *docendi*. Waddelius *loquendi*.

332. *Secundum Aemathiam*] Id eſt, pro Aemathia, ut adducto Priſciano explicuit Rivius ad Saluſt. I. Jugurth. cap. XIV. & refutat eos, qui *ſuper* explicant, vid. & Cortium

ad

Praeceſſit, dignasque tulit modo Conſule voces:
Siccine Theſſalicae mentem fregere ruinae?
Una dies mundi damnavit fata? ſecundum
Emathiam lis tanta datur? jacet omne cruenti
Vulneris auxilium? ſolos tibi, Magne, reliquit
Parthorum Fortuna pedes? quid transfuga mundi
Terrarum totos tractus, coelumque peroſus,
Averſosque polos, alienaque ſidera quaeris,
Chaldaeos culture focos & barbara ſacra,
Parthorum famulus? quid cauſſa obtenditur armis
Libertatis amor? miſerum quid decipis orbem,
Si ſervire potes? te, quem Romana regentem
Horruit auditu, quem captos ducere Reges
Vidit ab Hyrcanis, Indoque a litore, ſilvis,
Dejectum fatis, humilem fractumque videbit,

Ex-

ad Plin. VII. Ep. I. §. 9.

334. *Reliquit*] *Relinquit* tres libri. *pedes*: licet non alienus eſſet ab interpretatione Scholiaſtae, Cl. Dorvillius, credebat etiam de celeritate & fuga Parthorum poſſe capi, ut ſaepe apud Homer. Il. O. 570. 642. &c. πόδες pro fuga occurrunt. Eone ergo deſperationis, ait Lentulus, ventum eſt, ut in fugaci populo unicam ſpem ponas. acutum hoc puto. ſed quum illa fuga Parthorum ſaepe damnoſior ſit ipſa directa acie, nec *pedes* ita apud Latinos poni noverim, ſequi malim reliquos interpretes: mox, *qui transfuga* Edit. Hortenſ. durius dictum *transfuga mundi*, pro vagas extra fere mundum, id eſt, Imperium Romanum, fugiens ad ejus hoſtes. Sic tamen *exſul mundi* apud Ovid. VI. Met. 163. ubi vid. ſic apud Statium XII. Theb. 262.

Illum oro extorrem regni, belloque fugatum. ubi MS. vulgo *regno.* mox Heinſius & amicus Oudendorpii, *notos tractus*, ut ſupr. 217. *averſosque polos* fere omnes. vid. ad lib. I. 54. ubi male hic *adverſos* ediderunt operae, quum *aliena ſidera* requirant *averſos polos.*

338. *Culture*] *Fulture* Thuan. quart. & a m. ſec. Turrian. *focos* omnes. *Barbara ſaxa* Heinſianus Cod.

339. *Quid cauſſa*] Ita plurimi. *quo cauſſa* Thuan. tert. *totum quid decipis* Turrian.

342. *Auditu*] Ita omnes noſtri. *quem captum* Hamb. pr.

343. *Indoque a litore*] *Ab* Rottend. pr. & Oiſel. non vero admodum mihi placet haec Synchyſis, & pleraque exempla adducta magis ſunt adpoſitiones, quam ut ſimilia ſint. malim vero,

Vidit ab Hyrcanis, Indorum limite, ſilvis. *litus* & *limes* centies confuſa; ut apud Noſtrum lib. VI. 15. & Virgil. VI. 901. & alibi. & ita reſpondere: hoc magniloquentiae Pompeji ſupra 226. & ſeqq.

344. *Humilem fractumque*] Heinſius malebat, *fractumque humilemque.* mox, *attolletque* Rottend. pr. & MS. Cortii. *Latios* Rottend. ſec. *te ſimul* Thuan. ſec. *menſos* etiam Hamb. pr. male. *menſus* eſt expendens

 ani-

Extolletque animos Latium veſanus in orbem,
Se ſimul, & Romam Pompejo ſupplice menſus?
Nil animis, fatisque tuis effabere dignum:
Exigit ignorans Latiae commercia linguae,
Ut lacrimis ſe, Magne, roges. patimurne pudoris
Hoc vulnus, clades ut Parthia vindicet ante
Heſperias, quam Roma ſuas? civilibus armis
Elegit te nempe ducem. quid vulnera noſtra
In Scythicos ſpargis populos, cladesque latentes?
Quid Parthos tranſire doces? ſolatia tanti
Perdit Roma mali, nullos admittere Reges,
Sed civi ſervire ſuo. juvat ire per orbem
Ducentem ſaevas Romana in moenia gentes,
Signaque ab Euphrate cum Craſſis capta ſequentem?
Qui ſolus regum, fato celante favorem,
Defuit Emathiae, nunc tantas ille laceſſet
Auditi victoris opes, aut jungere fata

Te-

animo, ponderans. ut Scholiaſtes Barthii illa Statii IV. Theb. 44. *caeca metitur murmura cura*, explicat. vid. Claud. II. Rapt. 12. & Cort. ad Plin. VIII. Ep. XI. § 2.

349. *Pudoris vulnus*] Vid. lib. IV. 231.

352. *Te nempe*] *Te Roma*, tres Cortii. ſed *nempe* inſervit ironicae orationi, ut ſaepe alibi. *in Scythios* iterum Cortius ſine codicibus. *Sparges* Turrian. *ſpargas* Voſſ. *populos, cladesque recentes? Q. P. t. d.* MS Cortii. & unus ejuſdem, *latentem. latentis* Rottend. ſec. obſcura haec mihi. nec *tranſire* non addito *quid*, vel *quo* tranſirent, placet: quare quum *ad Parthos* ſit in codice Hulſ. mihi videretur rectius legi, *cladesque latentes* (vel *recentes*) *ad Parthos tranſire doces*, quod convenit praecedentibus, *in Scythicos ſpargis populos*.

355. *Perdit*] *Perdet* Hamb. ſec.

358. *Ab Euphrate*] *Ad Euphratem* MS. Cortii. *cum Craſſo* Thuan. ſec. vid. ſupr. v. 327. *ſequentes* Thuan. tert. dubito, an recte *ſequi* ſigna Craſſi dicantur Parthi, & non hoc verbum centies obvium librarii nobis obtruſerint pro *ſigna ferentem*, id eſt, oſtentantes ſuperbe nobis, & in exercitu ſuo ferentes. lib. I. 191. *Quo fertis mea ſigna viri? ſolus regnum* Rottend. ſec.

362. *Genti eſt*] *Gentis* Thuan. ſec. *genti*, ſine *eſt*, Rottend. tert.

364. *Mortis*] *Martis* Hamb. pr. a m. ſec. alii, *mortis*, quod praetulit Cortius. ſed damnat Oudendorpius: & praeceſſit jam *indomitus bellis*, quod fere idem eſt. Sed *mortem* ſpernere populos ſeptemtrionales, Scythas, & reliquos, multis monumentis teſtatum eſt. ſic *mortis capaces* lib. I. 461. eadem variatio lib. IV. 147. & *mortis amorem* dat Scaevae Noſter lib. VI. 246. eligat Lector.

366. *Labitur*] *Ibitur* multi. & ita multi codices Leidenſes apud Servium ad Virgil. I. Georg. 57. ſed editiones ſecutae videntur

Lu-

Tecum, Magne, volet? non haec fiducia genti eſt.
Omnis in Arctois populus quicumque pruinis
Naſcitur, indomitus bellis, & mortis amator.
Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia coeli.
Illic & laxas veſtes, & fluxa virorum
Velamenta vides. Parthus per Medica rura,
Sarmaticos inter campos, effuſaque plano
Tigridis arva ſolo, nulli ſuperabilis hoſti eſt
Libertate fugae: ſed non, ubi terra tumebit,
Aſpera conſcendet montis juga; nec per opacas
Bella geret tenebras incerto debilis arcu,
Nec franget nando violenti verticis amnem,
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine membra
Exiget aeſtivum calido ſub pulvere ſolem.
Non aries illis, non ulla eſt machina belli:
Haud foſſas implere valent: Parthoque ſequenti

Mu-

Lucani vulgatas. ſuſpectus locus, nec *labi* de coelo hoc ſenſu poni puto. in primis libris erratum forte, & . . . *bitur*, praepoſitas alias puto fuiſſe literas a librariis. forte *editur*, id eſt, naſcitur, ut praeceſſit. Heinſius volebat, *vergitur*. Sed Sarisberienſis lib. VI. 14. firmat vulgatam. *emoilet* Richel.

368. *Velamenta*] *Veſtimenta* Rottend. pr. *per Media* Thuan. tert. & a m. pr. pr. & Rottend ſec. & hoc, ut ſemper talia, recepit Cortius, ut & *Sarmatios* vellet, ubi tamen libri, *Sarmaticos*.

369. *Effuſaque*] *Effraenaque* Thuan. ſec. *plane* Turrian. *arma ſolo* Thuan. quart. *nullo ſ. hoſti* Cortii. Sed tunc mallem, *hoſte*. vid. ad Ovid. IX. Met. 253. *hoſti*, ſine *eſt*, Thuan. ſec. & Rottend. tert.

371. *Ubi terra*] *Si terra* Thuan. *timebit* Hamb. tert. ſed vid. lib. IV. 11. *tumebat* Rottend. tert. *conſcendit* Thuan. quart. & Cortius. *Bella gerit* idem & Rottend. tert. *gerat* Richel. & Barberin. per *opacas tenebras* intelligo ſilvas & impeditos arboribus ſaltus. nam nec Romani, credo, nocte, quae dirimit proelia, pugnare ſolebant, ſi excipias nocturnum cum Mithridate proelium. ita *tenebrae* de ſilva lib. VI. 646. & alii paſſim. *ſilvarum latebras* dixit Ovid. I. Met. 475. ubi in Florentino codice eſt, *tenebris*. ut hae voces ſaepe commutari ſolent. vid. infr. vſ. 587.

374. *Franget nando*] *Nando franget* Rottend. ſec. *frangit* Cortius. *violentis* MS. Cortii. vid. lib. VII. 125. *verticis* novem. *gurgitis* quinque. vid. lib. IV. 102. Comment. vetus Horatii I. Od. 8.

Nec frangit nando violenti verticis amnem. de τῷ *frangere* vid. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 461. *nec pugna in tota* Turrian. *totum* quatuor. *Exigit* tres, & Cortius, cujus etiam MS. *ad aeſtum*, ut & erat in Rottend. ſec.

377. *Machina belli*] *Valli* tentaverat Hein-

 ſius,

Murus erit, quodcumque poteſt obſtare ſagittae.
Pugna levis, bellumque fugax, turmaeque vagantes,
Et melior ceſſiſſe loco, quam pellere, miles.
Illita tela dolis, nec Martem comminus umquam
Auſa pati virtus, ſed longe tendere nervos,
Et, quo ferre velint, permittere vulnera ventis.
Enſis habet vires, & gens quaecumque virorum eſt,
Bella gerit gladiis. nam Medos proelia prima
Exarmant, vacuaeque jubent remeare pharetrae.
Nulla manus illis, fiducia tota veneni eſt.
Credis, Magne, viros, quos in diſcrimina belli
Cum ferro miſiſſe parum eſt? tentare pudendum
Auxilium tanti eſt, toto diviſus ut orbe
A terra moriare tua? tibi barbara tellus
Incumbat? te parva tegant, ac vilia buſta,

In-

ſius, ſed induxerat. vid. lib. VI. 37. vel diſtinguebat, *machina: valli haud foſſas. non foſſas* Rottend. pr. *aut* plurimi. deinde, *volent* quinque. *ſequente* Cortius. ſed *ſequenti* plurimi. vid. lib. I. 155. & III. 104.

380. *Vagantes*] *Vagantur* Thuan. ſec. & *memores ceſſiſſe* Cortii MS. in Lutatio ad Stat. IX. Theb. 772. legitur: *ceſſiſſe l. q. p. virtus*, non *cepiſſe*, ut Cortius adducit. certe in Lindenbrogii & Crucaei edd. mox, *uſquam* omnes fere. &, *ferre volent* ſeptem. vid. VII. 516.

385. *Virorum eſt*] Deficit *eſt* in quatuor.

387. *Vacuaeque*] *Vacuaque pharetra* omnes fere noſtri. vid. ad Valer. Flacc. I. 708. parum refert. & hinc forte *ſpicula nulla* apud Nemeſian. Cyneg. 71. poſſent explicari de exhauſta pharetra: ſed iterum Poëta ultra veritatem Parthos deprimit, quaſi gladiis carerent, quum acinace ſuccincti eſſent, quo etiam utebantur in bello: nam in pugna cum Craſſo praeter ſagittis confectos, deinde pluſimos jugulatos, certe gladiis, narrat Plutarch. in vita Craſſi. qui & contis armatos cataphractos equites dicit, & in pugna cum Antonio pag. 937. refert Parthos depoſito arcu contis uſos. Ergo primis proeliis non exarmati fuere, nec nulla fiducia manus, id eſt, cominus pugnandi. nam auſos cominus progredi docuerunt clades Romanorum. hinc mox vſ. 432. *truncatos cervice duces*, quod de ſagittis capi nequit.

388. *Nulla manus illis*] Heinſius tentaverat, *nuda manus telis*, vel *tuta*, ſed damnavit poſtea, & *nulla manus bellis* adſcripſerat.

389. *Viros, quos*] *Viris* Turrian. *quis* Hamb. ſec. *in diſcrimine* Hamb. pr. & S. Germ. *bello* Oiſel. Heinſ. *quos ſe in diſcrimina belli, c. f. miſiſſe*; nam *miſiſſe* in plurimis erat, & placuit Cortio, & Oudendorpio. *pudendum eſt* Richel. mox, *tanto diviſus* Thuan. ſec. Rottend. pr. & Turrian. *moriere* Thuan. quart. & *tibi* Richel. *ſuccumbat* Thuan. ſec.

394. *Craſſo quaerente ſepulcrum*] Vid. ad

Ovid.

Invidioſa tamen, Craſſo quaerente ſepulcrum.
Sed tua ſors levior, quoniam mors ultima poena eſt,
Nec metuenda viris. at non Cornelia letum
Infando ſub rege timet. num barbara nobis
Eſt ignota Venus, quae ritu caeca ferarum
Polluit innumeris leges, & foedera taedae
Conjugibus? thalamique patent ſecreta nefandi
Inter mille nurus. epulis veſana, meroque
Regia, non ullos exceptos legibus horret
Concubitus: tot femineis complexibus unum
Non laſſat nox tota marem. jacuere ſorores
In regum thalamis, ſacrataque pignora matres.
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas:
Parthorum dominus quoties ſic ſanguine mixto

Na-

Ovid. I. Art. 179.

395. *Tua ſors*] *Fors* Turrian. *mors* Putean. & S. Germ. *levior* ſex. recte. Ovid. IV. Triſt. I. 61. *levior fortuna malorum*, ubi vid. notas. & infra IX. 938. *poena* fine *eſt*, Cort. *non metuenda* Edit. Gryph.

397. *Timet*] *Times* Heinſius. *non barbara* quinque. *nec barbara* Thuan. quart. fine interrogatione etiam Rottend. pr. *vobis* multi.

401. *Inter mille nurus*] *Viros* Rottend. pr. a m. pr. *virens* Turrian. a m. ſec. poſt *nefandi*, diſtinguit Cortius, & alii. male. vid. Oudend. mox, *non ullos* Hamb. ſec. & Oiſel. *non nullis* Thuan quart. *horret* plurimi. *audet* tres. ego praeferrem, *non ullos e. l. horret*. Si enim *auget* legas, non video ſenſum aptum. ſi *non auget*, contrarius Poëtae exiſteret. ſi, *auget nullis exceptos legibus concubitus*, nihil facere contra vetitum videtur, ſed legibus exceptos, id eſt, vetitos concubitus deberet dici augere. & probandum ſatis Latine dici, *augere concubitus*, pro pellices vel uxores plures adſumere, etiam intra gradus legibus prohibitos.

403. *Complexibus*] *Amplexibus* Thuan. ſec. *non laſſat* omnes fere, quod unice verum & merito probatum Oudendorpio. Ovid. I. Amor. V. *laſſi requievimus ambo*: & paſſim ille Poëta, qui fortem ſe praeſtitiſſe, nec nocte laſciva laſſatum etiam glorietur, lib. II. Amor X. 27. Cogitabam etiam,

tot femineis complexibus uſum
Non laſſat nox una (vel *tota*) *marem.*

ut ſingulis noctibus mutet pellices, nec tota nocte una ſit contentus, aut laſſatus. *nox tanta* Turrian. *tota virum* Rottend. pr. *in Regum thalamis* plurimi, quod forte verum. nam haec praerogativa Regum fuit, non omnium promiſcue, & hinc naſci ex tali concubitu Parthorum dominum mox vſ 408. dicit, & exemplo Oedipi Regis firmatur. *regum* & Rottend. ſec. a m. ſec. *ſecretaque* Rottend. tert. *matris* Langerm. *matres* plurimi. dein, *non ſponte coacti* Thuan. ſec. & Rottend. pr. *Oedipodio-*

Naſcitur Arſacides? cui fas implere parentem,
Quid rear eſſe nefas? proles tam clara Metelli
Stabit barbarico conjux milleſima lecto.
Quamquam non ulli plus regia, Magne, vacabit
Saevitia ſtimulata Venus, titulisque virorum.
Nam quo plura juvent Parthum portenta, fuiſſe
Hanc ſciet & Craſſi: ceu pridem debita fatis
Aſſyriis, trahitur cladis captiva vetuſtae.
Haereat Eoae vulnus miſerabile ſortis;
Non ſolum auxilium funeſto ab rege petiſſe,
Sed geſſiſſe prius bellum civile pudebit.
Nam quod apud populos crimen ſocerique, tuumque

Ma-

podionidas Turr. etiam *taedas* placeret, ſi ſcripti juvarent.

409. *Parentem*] *Parentem eſt* Thuan. ſec. debet vero ſententia ſuppleri. *Quid illi nefas eſſe rear, cui fas eſt implere parentem?*

411. *Stabit*] Hic verſus obelo ab Heinſio notatus, & ideo ſuſpectus illi. an haeſerit in *ſtabit* neſcio. certe *ſtare lecto* an dici poſſit neſcio, niſi pro *erit conjux lecto* capiatur. ut ſaepe *ſtare* pro eſſe ponitur. vid. Jov. Fulgerat. cap. XIV. pag. 323. nam ut *ſtare* meretrices dicuntur, huc nihil facit. an leg. *ibit conjux lecto*, ut *it clamor coelo*, pro in coelum: & ita *ire in thalamos* Ovid. I. Amor. V. & III. Ep. 70. non audeo mutare & haereo: an *vadit* vel *vadet*?

412. *Quamquam*] *Quamvis* Thuan. ſec. *vacabat* Thuan. pr. *ſaevitia ſtimulante* quatuor libri. ſed vix capio, quaenam haec ſaevitia ſit in praeferenda Cornelia reliquis pellicibus. an quia interfecto Craſſo crudele eſt nunc ejus conjugem inter pellices regias habere? neſcio an hoc admodum proprie *ſaevitia* dici poſſit? & hoc mox ſequitur. cogitabam vel, *ſervitio*, in quo tantorum virorum conjugem inter captivos videt, & ideo hanc contumeliam illi referre volet. vel, *nequitia*. certe latet aliud quid, me judice.

414. *Nam*] *Jam* Barberin.

416. *Cladis*] *Cladi* MS. Cortii, qui & tentabat, *cladi devota*, quod tolerabile ait. fortaſſe ex Scholiaſte hauſit, & quia in Virgilio I. Aen. 716. legerat, *peſti devota futurae.* Sed, an aliquis cladi vetuſtae potuit devoveri? ſi, ut Schol. jam olim ei ignominiae devota erat, ſenſus eſſet aliquis. Sed hoc *debita* jam notat. de quo verbo vid. Barth. ad Stat. IV. Theb 84. & notas noſtras ad Val. Flacc. V. 21. fateor tamen inſolentius dictum, *captiva cladis vetuſtae*, quaſi jam olim in clade mariti Craſſi fuiſſet capta, vel debuiſſet capi, & ideo nunc ut appendix cladi accedit. Sed inter tot ſingularia Lucani hoc potius retinendum, quam temere aliquid mutandum. tentabam olim, *cladis pars priva vetuſtae*. Sed abſtineo manum. Hortenſii Editio habet, *trahitur fatis*, ſed in margine *cladis*.

417. *Haereat*] Supplere debet per *ſi*. vid. ad lib. IX. 95. ſi menti tuae & Romanorum haereat. ut recte quidam interpretes. ita Plin. X. Ep. XXXI. *ſed & illud haereat nobis*, ubi Cortius hunc locum adducit. *memorabile* Hamb. pr. a m. ſec *ab Rege* omnes fere. mox *prius* non cum *bellum* jungendum, ſed

ante

Majus erit, quam quod vobis miſcentibus arma,
Craſſorum vindicta perit? incurrere cuncti
Debuerant in Bactra duces, & ne qua vacarent
Arma, vel Arctoum Dacis, Rhenique catervis
Imperii nudare latus, dum perfida Suſa
In tumulos prolapſa ducum, Babylonque jaceret.
Aſſyriae paci finem, Fortuna, precamur:
Et, ſi Theſſalia bellum civile peractum eſt,
Ad Parthos, qui vicit, eat. gens unica mundi eſt,
De qua Caeſareis poſſim gaudere triumphis.
Non tibi, quamprimum gelidum tranſibis Araxen,
Umbra ſenis maeſti Scythicis confixa ſagittis

In-

ante bellum civile geſſiſſe, quam vindicta ſit ſumta de Craſſiana clade, pudebit.

420. *Populos*] *Superos* Rottend. tert *tuique* Thuan. quart. mox, *quam ſi nobis* Turrian. dein, *concurrere* Hamb. tert. metuebat metro, ut ſupra 321. vid. ad lib. I. 255. miror hic Heinſium non *juncti* emendaſſe, quod huic loco ſatis adcommodatum foret debuerant omnes Romani duces junctis armis incurrere in Parthos. *ne qua carerent* Thuan. ſec. vid. lib. II. 583. v. 675. & infr. 601. Stat. X. Theb. 652. *non avida arma vacant.* etiam *arva* Rottend. pr.

425. *Nudare*] *Nutare* Hamb. pr. male. vid. Oudend. *perfida Suſa.* Thuan. tert. a m. ſec. *Suſas* Barber. *ſigna* Rottend. ſec. a m. pr. *prolapſa virûm* Cortius. neſcio, unde. & certe abſurdum. nam Duces Romani, & ipſe Craſſus, caeſi intelliguntur. *jaceret* ſere omnes, niſi quod *vacaret* Thuan pr. a m. pr. *jacerent* Cortius, & editiones quaedam. vid. lib. VI 487 dum jaceret, id eſt, donec illae urbes everſae, & imperium Parthorum jaceret

428. *Theſſaliae*] *Theſſalia* octo. quod jure praetulit Oudendorpius. Cortius hic *Theſſaliae*, ſed ad Plin. IV. Ep. XI. *Theſſalia* pro *in Theſſalia*, praefert. vid. V. 266. *in Theſſalia* Hamb. ſec. & Richel. mox, *qui vincit* multi *vincat* Rottend. tert. a m. ſec. *ad Parthos eat*, ut bellum inferat. vid. ad Phaedr. IV. 7. *mundi* ſine *eſt* Rottend. tert. & Oiſel. reſpicit vero conſilium Caeſaris de inferendo Parthis bello, quod ejus nece diſcuſſum.

430. *Caeſareis poſſim*] *Caeſarei poſſunt gaudere triumphi* tres noſtri. niſi quod *poſſint* Rottend. ſec. & MS. Cortii. unus ejusdem, *poterunt*. *Caeſareis poſſum* duo Cortius ad Plin. II. Epiſt. X. dici poſſe, *laetari*, *gaudere aliquid*, pro aliquo, ſe hic nos docturum ait. an ergo hic voluiſſet, *Caeſareos poſſim gaudere triumphos* de illa gente. vide quae diximus ad Ovid. XII. Met. 607.

431. *Non tibi*] *Num tibi* Rottend. tert. a m. pr. *tranſibis ad axem* Sixii *Araxem* multi. *umbra ducis* Thuan. ſec. a m. ſec. *moeſta* Hamb tert. *infixa* Turrian. quod notaret infixum caput telis circumlatum, ut ſolebat pilis & haſtis apud alios populos. neſcio vero, an Craſſus ſagittis ſit confixus. nam in colloquio illo interfectus eſt a Pomaxaethe. ubi Plutarch. pag. 563. utitur voce ἀπέκτεινε, *occidit*. & Flor. III. II. *fugam ducis barbari ferro* (id eſt gladio) *occupavere*. vid. ſupr. ad vſ. 387. *ingeret* plurimi *ingerat* Rottend. tert. & Richel. vid. lib. VII. 785.

Ingeret has voces? Tu, quem poſt funera noſtra
Ultorem cinerum nudae ſperavimus umbrae,
Ad foedus, pacemque venis? tum plurima cladis
Occurrent monumenta tibi: quae moenia trunci
Luſtrarunt cervice duces, ubi nomina tanta
Obruit Euphrates, & noſtra cadavera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit. ire per iſta
Si potes, in media ſocerum quoque, Magne, ſedentem
Theſſalia placare potes. quin reſpicis orbem
Romanum? ſi regna times projecta ſub Auſtro,
Infidumque Jubam, petimus Pharon, arvaque Lagi.
Syrtibus hinc Libycis tuta eſt Aegyptus: at inde
Gurgite ſepteno rapidus mare ſummovet amnis:
Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis,

Aut

434. *Ultorem*] *Victorem* Richel. *nudae umbrae* capiunt in genitivo, vel dativo, quod facit impeditam conſtructionem. Ego, in nominativo. *nos, nudae umbrae, ſperavimus ultorem*, id eſt, nos inſepulti. vid. ſupr. 394. ſic IX. 64. *nudi Craſſorum cineres.* mox, *ad pacem foedusque*, Richel.

436. *Quae moenia*] *Qui* Voſſian. *qua* MS. Cortii & Rottend. ſec. *luſtrarent* Voſſian. Heinſius malebat, *luſtrarint* & *obruat*, ſed poſtea mutavit. *obruet* Rottend. ſec. a m. ſec. *luſtrarunt* hic eſt circumiere, tranſlati per urbes. ſupr. vſ. 62. & alibi ſaepe.

439. *Ac reddidit*] An hoc non idem, quod *detulit in terras*? ſed poteſt hoc capi de cadaveribus natantibus in alveo fluvii, illud de inundante fluvio abreptis in illum, &, poſtea decreſcentibus aquis redditis. ut lib. II. 217.

Nec retinent ripae, redditque cadavera campo. *amnem*

vid. Sil. Ital. X. 321. quod autem Euphrati tantum tribuat obruta cadavera, non reddita terrae, forte ideo, quia hic magnus quidem fluvius, ſed placidior, & multis inde deductis rivis tenuior, merſa cadavera in fundum detulit; Tigris rapidior in terras ejecit. mox, *ire per iſtas* Hamb. pr. & Rottend. ſec. a m. ſec. tertius a m. pr.

441. *Quin reſpicis orbem Romanum*] *Quid* Omnibonus in notis. alii capiunt de ſociis P. R. quia ſecum de ſociis agitaverat, credo, vſ. 162. ſed in oratione ad Proceres vſ. 270. tantum egerat de Regibus, a quibus auxilia petere volebat. vix intelligo haec. forte, ſublata diſtinctione,

Placare potes, ſi reſpicis orbem
Romanum, id eſt, ſi auxilium exſpectes a Parthis, & ire per clades iſtas, a Parthorum regibus illatas, potes, potes etiam per Theſſalicas clades ire ad placandum ſocerum, minus timendum, quam Parthi ſunt, ſi non ad exteros, ſed ad Romanos vis te conferre. ſed, ut verum fatear, haereo etiam in his verbis.

442. *Projecta*] Volebat olim Heinſius *porrecta*. ſed *projecta* vindicavit ad Virgil. X. Aen. 586. & ad Val. Flacc. VIII. 90. vid. & infr. IX. 309. & 432. *ſub antro* Thuan. tert. mox idem Heinſius, *petito Pharon.* *armaque* Hamb.

Aut Jovis: in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.
Sceptra puer Ptolemaeus habet tibi debita, Magne,
Tutelae commiſſa tuae. quis nominis umbram
Horreat? innocua eſt aetas: ne jura, fidemque,
Reſpectumque Deum veteris ſperaveris aulae.
Nil pudet aſſuetos ſceptris: mitiſſima ſors eſt
Regnorum ſub rege novo. Non plura locutus
Impulit huc animos. quantum ſpes ultima rerum
Libertatis habes? victa eſt ſententia Magni.
  Tunc Cilicum liquere ſolum, Cyproque citatas
Immiſere rates, nullas cui praetulit aras
Undae Diva memor Paphiae, ſi numina naſci
Credimus, aut quemquam fas eſt coepiſſe Deorum.
Haec ubi deſeruit Pompejus litora, totos

Emen-

Hamb. pr. & S. Germ.

444. *Hinc*] *In Libycis* Thuan. quart. & Rottend. tert. *Aegyptos* Hamb. pr. quod probat Cortius ad Plin. VIII. Epiſt. 20. mox, *rapidum* S. Germ. & Barberin. *commovet* Hamb. pr.

447. *Tanta eſt*] *Tota eſt* MS. Cortii. & ita prius correxerat Heinſius, ſed poſtea induxerat. vid. Claudian. IV. Conſ. Hon. 442. & alibi.

448. *Debita*] *Dedita* S. Germ. Oiſel. & a m. ſec. Thuan. pr. male. *qui nominis* quatuor. mox, *ne jura fidemque* multi, quae duo jungit etiam Virgil. II. Aen. 541. *ſed jura fidemque Supplicis erubuit.* &, qui tria haec, ut Lucanus, conjungit Statius I. Achill. 403.

Jura, fidem, ſuperos, una calcata rapina. mox tres noſtri & totidem Cortii, *veteri aulae*, quod poteſt capi pro *in veteri aula*, ut ſaepe, & modo 428. *Theſſalia.* nam aliter illi genitivi *Deûm* & *aulae* turbant ſenſum. *veteri aulae* Rottend. ſec. & Oiſel. *ſperavimus* Thuan. quart. *ſpectaveris* Rottend. tert. quod non pejus vulgata. ne talem fidem & reſpectum Deorum ſpectes, & ſequaris, qualis fuit in veteri aula, quae erat perfida, & praeſtare illa non ſolebat, at nunc tibi, novus Rex, tui muneris, fidem ſervabit. *ſpectare* vero & *ſperare* paſſim confunduntur, ut lib. IV. 637. VII. 248. de uſu verbi *ſpectare* vide ad Ovid. III. Amor. II. 28. & Miſcell. Obſ. Crit. vol. I. pag. 158. *ſi ſperaveris* retineas, capiendum pro credideris, timueris. *vetus aula* vero poteſt etiam in genere ſumi de omnibus regibus, qui diu regnarunt, & confirmato regno audent jura & fidem temerare: novi vero fidelius agere ſolent.

452. *Mitiſſima*] *Tutiſſima* Thuan. ſec. de qua varietate vid. ad Ovid. II. Faſt. 98. *nec plura* Rottend. tert. & Turr. *impulit hic* Hamb. pr. *ſors ultima* quatuor. *ultima terrae* Barber. *libertatis habes* tres. quam libere nunc & Lentulus ſententiam dixit, & ceteri ipſi adſenſerunt, deficiente Pompeji auctoritate, rebus his adverſis, cui antea obloqui non auſi fuerant?

456. *Citatas*] *Citatis* Richel.

460. *Totos*] Heinſius malebat, *tortos*. ſed quinam ſunt torti ſcopuli? quos nunquam

 le-

Emenſus Cypri ſcopulos, quibus exit in Auſtrum,
Inde maris vaſti transfuſo vertitur aeſtu:
Nec tenuit gratum nocturno lumine montem,
Infimaque Aegypti pugnaci litora velo
Vix tetigit, qua dividui pars maxima Nili
In vada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.
Tempus erat, quo Libra pares examinat horas
Non uno plus aequa die, noctique rependit
Lux minor hibernae verni ſolatia damni.
Comperit ut regem Caſio ſe monte tenere,

Fle-

legi, ſed *vertices tortos* dici paterer. Sed dixi jam, *totos* ſaepe placere Noſtro. aliter praeſtaret cum Sixiano, *notos*, ſcilicet nautis, qui ideo facile tranſeunt. ut ſupr. vſ. 217. & alibi. *Emenſos* Rottend. pr. *demenſus* Thuan. ſec. *ſcopulos Cypri* Oiſel. forte,

notos
Emenſus ſcopulos, Cyprus quibus exit in Auſtrum.

an Cyprum acceſſerit, dubitationem injicere poſſet Cicero II. Philip. XV. *Sciunt, qui eum de Pharſalica pugna Paphum conſecuti ſunt.* ubi memoria lapſum Ciceronem *Paphum* pro *Lesbo* volunt dixiſſe, ſed Abramus defendit Ciceronem, qui videndus.

462. *Transverſo*] *Traverſo* Thuan. tert. *veſtitur* S. Germ. *funditur* tres Cortii, qui *nititur* edidit. Heinſius, *verritur*, vel *avertitur*. hoc magis adridet; a recta via in Aegyptum & Alexandriam avertitur, & defertur ad infima litora aeſtu transverſo *transfiſſo aeſtu* eſſet, per eum navigans; ſed tunc rectam viam tenere potuiſſet Pompejus, quam non tenuit; & quis ita unquam locutus eſt?

463. *Nec tenuit*] *Nec timuit* Rottend pr. quae ſollemnis aberratio vid. ad Nemeſ. I. Eclog. 48 ſupra VII. 295. & 525. *nec tenuit gratum* plurimi. *Caſion* Barber. & a m. ſec Oiſel. recte vero puto explicuiſſe Oudendorpium, & nunc *transverſo aeſtu* etiam probare. Sed offendere poſſet Pharon vocari *montem*, quum fuerit turris in inſula inde dicta. & hinc forte vir doctus apud Cortium. *gratam n. l. turrim*, vel *molem*. ipſe vero vim faciens legi metricae *gratam n. l. Pharon*, cum prima in *Pharos* ſit brevis. ita tamen erat etiam in Rottend. pr. a m. ſec. ſed gloſſatoris eſt, ita exponentis: Heinſius conjiciebat, *nocturno flamine portum*. quod deberet capi ante noctem, nam nondum nox erat, ut vſ. 471. ſed nocturnum lumen eſſe ignes noctu accenſos in Pharo, nautis monſtrantes iter, adparet ex imitatione Rutilii I. Itin. 405.

Lumine nocturno conſpicienda Pharos.

& ita infr. IX. 1005. vocat *Pharias flammas*. Amm. Marcell. XXII. 15. *Turris praelucendi navibus nocturna ſuggerens miniſteria.* retinerem ergo, *gratum n. l. montem* & potuit montem vocare, quia forte in edito inſulae promontorii loco erat, & ipſa turris inſtar montis altiſſima, ut ita infr. 695. *Pyramida* vocat *montem*, & aſperas inſulae ripas, ut rupes ſunt, fuiſſe dicit Hirtius de B. Alexand. 17. non tamen alienus ſum ab Heinſii conjectura, *portum* legentis. nam *pontem* habet unus Oudendorpii. *Caſius mons* huc migravit ex vſ. 470. *gratus* vero ſatis locum ſuum tueri poteſt, alioquin ſi codices juvarent, mallem *clarum*, quod forte in *Caſium* mutarint Librarii Sic Val. Flacc. VII. 84. *clarumque ſerena Arce Pharon* de Oſtienſi, ubi *arx* dicitur, quia in loco alto, ut & de Aegyptiaca lib. IV. 417. ex quorumdam ſententia.

Flectit iter: nec Phoebus adhuc, nec carbaſa languent.
Jam rapido ſpeculator eques per litora curſu
Hoſpitis adventu pavidam compleverat aulam.
Conſilii vix tempus erat: tamen omnia monſtra
Pellaeae coiere domus: quos inter Achoreus
Jam placidus ſenio, fractiſque modeſtior annis,
(Hunc genuit cuſtos Nili creſcentis in arva
Memphis vana ſacris; illo cultore Deorum
Luſtra ſuae Phoebes non unus vixerat Apis;)
Conſilii vox prima fuit, meritumque, fidemque,

Sa-

tia. Sed deſino.

465. *Vix tetigit*] *Tenuit* tres. *pugnaci vento* unus Oudend. ſed male. *pugnax velum* eſt, ubi ſaepe mutatur ſinus, vento adverſo. de quo vid. ſupr. 199.

467. *Tempus erat quo*] Vid. ad Virgil. II. Aen. 268.

468. *Non una*] *Uno* fere omnes. *ullo* Thuan. tert. *rependat* Turrian.

470. *Regem Caſio*] *Caſio Regem* S. Germ. *teneri* quinque.

474. *Conſilii*] *Conſiliis* Heinſius, quod & Cortius recepit.

476. *Fractiſque modeſtior annis*] An *fracti* hi *anni* opponuntur *robuſtis annis* ſupr. 282? tamen vix placent mihi, nec quis ita unquam locutus fuerit, novi. *fractum annis* dici poſſe ſenem facile paterer. Cortius malebat, *Et placidus*. Sed *jam* oſtendit illum, dum calidus juventa erat, fuiſſe ferociorem & violentiorem, jam vero ſenio placidiorem ideoque legerem,

Jam placidus ſenio, factuſque modeſtior annis.

anni de ſenectute & longa aetate centies occurrunt. Ovid. VIII. Ep. 31. *vita gravis auctor & annis.* & IX. Met. 459. *feſſos Rhadamanthon & Aeacon annis.* & Noſter. IX. 1087. *ſed parcimus annis.* & ita paſſim: *factus* vero eodem modo, ut VII. 702. *campis factus felicior iſtis.* Ovid. I. ex Pont. V. 8.

eſt minor factus inerte ſitu.

& I. II. 151.

Notior eſt factus Capaneus de fulminis ictu.

Quinctil. V. de Inſt. Orat. 6. *ſeniores in agendo facti.* Juvenalis tamen Scholiaſtes ad Sat. IV. 81. habet vulgatam lectionem. ideoque nihil audeo mutare.

477. *Genuit*] *Gemuit* Barber. *Memphis Nili c. i. a. Cuſtos* Thuan. ſec. *cuſtos* deerat Oiſel. a m. pr.

479. *Non unus vexerat*] Ita plures codices noſtri & aliorum. Sed ſi ita legendum, *luſtra* debent hic explicari luſtramina, quae peractis ſacris in fluvium vel mare projici ſolebant, & quae Apis vexerat. Sed quum de hoc ritu (forte aliis noto) nihil legerim, ego malim cum Rottend. pr. & Richel. & tribus Cortii, & aliis legere, *duxerat*, eo ſenſu, quo annos, aetatem *ducere* paſſim occurrit. Ovid. IV. Ex. Pont. X. 1.

Hic mihi Cimmerio jam tertia ducitur aeſtas
Litore.

quod vero in aliis eſt, *vixerat*, ut in multis noſtris, & hoc poſſet admitti, & *ducere* & *vivere* in hoc loquendi modo a librariis ſic ſaepe fuere permutata. ſic apud Ovid. XII. Met. 188.

Vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas.

ubi alii codices, *ducitur aetas*, & in duobus,

duxi
Annos bis centum, nunc t. ducitur aetas.

ubi vide, quae notavi. lib. IV. Met. 292. in MS.

Emenſus Cypri ſcopulos, quibus exit in Auſtrum,
Inde maris vaſti transfuſo vertitur aeſtu:
Nec tenuit gratum nocturno lumine montem,
Infimaque Aegypti pugnaci litora velo
Vix tetigit, qua dividui pars maxima Nili
In vada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.
Tempus erat, quo Libra pares examinat horas
Non uno plus aequa die, noctique rependit
Lux minor hibernae verni ſolatia damni.
Comperit ut regem Caſio ſe monte tenere,

Fle-

legi, ſed *vortices tortos* dici paterer. Sed dixi jam, *totos* ſaepe placere Noſtro. aliter praeſtaret cum Sixiano, *notos*, ſcilicet nautis, qui ideo facile tranſeunt. ut ſupr. vſ. 217. & alibi. *Emenſos* Rottend. pr. *demenſus* Thuan. ſec. *ſcopulos Cypri* Oiſel. forte,

notos

Emenſus ſcopulos, Cyprus quibus exit in Auſtrum.

an Cyprum acceſſerit, dubitationem injicere poſſet Cicero II. Philip. XV. *Sciunt, qui eum de Pharſalica pugna Paphum conſecuti ſunt.* ubi memoria lapſum Ciceronem *Paphum* pro *Lesbo* volunt dixiſſe, ſed Abramus defendit Ciceronem, qui videndus.

462. *Transverſo*] *Traverſo* Thuan. tert. *veſtitur* S. Germ. *funditur* tres Cortii, qui *nititur* edidit. Heinſius, *verritur*, vel *avertitur*. hoc magis adridet; a recta via in Aegyptum & Alexandriam avertitur, & defertur ad infima litora aeſtu transverſo *transfiſſo aeſtu* eſſet, per eum navigans; ſed tunc rectam viam tenere potuiſſet Pompejus, quam non tenuit; & quis ita unquam locutus eſt?

463. *Nec tenuit*] *Nec timuit* Rottend pr. quae ſollemnis aberratio vid. ad Nemeſ. I. Eclog. 48 ſupra VII. 295. & 525. *nec tenuit gratum* plurimi, *Caſion* Barber. & a m. ſec Oiſel. recte vero puto explicuiſſe Oudendorpium, & nunc *transverſo aeſtu* etiam probare. Sed offendere poſſet Pharon vocari *montem*, quum fuerit turris in inſula inde dicta. & hinc forte vir doctus apud Cortium. *gratam n. l. turrim*, vel *molem*. ipſe vero vim faciens legi metricae *gratam n. l. Pharon*, cum prima in *Pharos* fit brevis. ita tamen erat etiam in Rottend. pr. a m. ſec. ſed gloſſatoris eſt, ita exponentis: Heinſius conjiciebat, *nocturno flamine portum*. quod deberet capi ante noctem, nam nondum nox erat, ut vſ. 471. ſed nocturnum lumen eſſe ignes noctu accenſos in Pharo, nautis monſtrantes iter, adparet ex imitatione Rutilii I. Itin. 405.

Lumine nocturno conſpicienda Pharos.

& ita infr. IX. 1005. vocat *Pharias flammas.* Amm. Marcell. XXII. 15. *Turris praelucendi navibus nocturna ſuggerens miniſteria.* retinerem ergo, *gratum n. l. montem* & potuit montem vocare, quia forte in edito inſulae promontorii loco erat, & ipſa turris inſtar montis altiſſima, ut ita infr. 695. *Pyramida* vocat *montem*, & aſperas inſulae ripas, ut rupes ſunt, fuiſſe dicit Hirtius de B. Alexand. 17. non tamen alienus ſum ab Heinſii conjectura, *portum* legentis. nam *pontem* habet unus Oudendorpii. *Caſius mons* huc migravit ex vſ. 470. *gratus* vero ſatis locum ſuum tueri poteſt, alioquin ſi codices juvarent, mallem *clarum*, quod forte in *Caſium* mutarint Librarii Sic Val. Flacc. VII. 84. *clarumque ſerena Arce Pharon* de Oſtienſi, ubi *arx* dicitur, quia in loco alto, ut & de Aegyptiaca lib. IV. 417. ex quorumdam ſenten-

tia.

Flectit iter: nec Phoebus adhuc, nec carbaſa languent.
Jam rapido ſpeculator eques per litora curſu
Hoſpitis adventu pavidam compleverat aulam.
Conſilii vix tempus erat: tamen omnia monſtra
Pellaeae coiere domus: quos inter Achoreus
Jam placidus ſenio, fractisque modeſtior annis,
(Hunc genuit cuſtos Nili creſcentis in arva
Memphis vana ſacris; illo cultore Deorum
Luſtra ſuae Phoebes non unus vixerat Apis;)
Conſilii vox prima fuit, meritumque, fidemque,

Sa-

tis. Sed defino.

465. *Vix tetigit*] *Tenuit* tres. *pugnaci vento* unus Oudend. ſed male. *pugnax velum* eſt, ubi ſaepe mutatur ſinus, vento adverſo. de quo vid. ſupr. 199.

467. *Tempus erat quo*] Vid. ad Virgil. II. Aen. 268.

468. *Non una*] *Uno* fere omnes. *ullo* Thuan. tert. *rependat* Turrian.

470. *Regem Caſio*] *Caſio Regem* S. Germ. *teneri* quinque.

474. *Conſilii*] *Conſiliis* Heinſius, quod & Cortius recepit.

476. *Fractisque modeſtior annis*] An *fracti* hi *anni* opponuntur *robuſtis annis* ſupr. 282? tamen vix placent mihi, nec quis ita unquam locutus fuerit, novi. *fractum annis* dici poſſe ſenem facile paterer. Cortius malebat, *Et placidus*. Sed *jam* oſtendit illum, dum calidus juventa erat, fuiſſe ferociorem & violentiorem, jam vero ſenio placidiorem ideoque legerem,

Jam placidus ſenio, factusque modeſtior annis.

anni de ſenectute & longa aetate centies occurrunt. Ovid. VIII. Ep. 31. *vita gravis auctor & annis.* & IX. Met. 459. *feſſos Rhadamanthon & Aeacon annis.* & Noſter. IX. 1087. *ſed parcimus annis.* & ita paſſim: *factus* vero eodem modo, ut VII. 702. *campis factus felicior iſtis.* Ovid. I. ex Pont. V. &

eſt minor factus inerte ſitu.

& I. II. 151.

Notior eſt factus Capaneus de fulminis ictu.

Quinctil. V. de Inſt. Orat. 6. *ſeniores in agendo facti.* Juvenalis tamen Scholiaſtes ad Sat. IV. 81. habet vulgatam lectionem. ideoque nihil audeo mutare.

477. *Genuit*] *Gemuit* Barber. *Memphis Nili c. i. a. Cuſtos* Thuan. ſec. *cuſtos* deerat Oiſel. a m. pr.

479. *Non unus vexerat*] Ita plures codices noſtri & aliorum. Sed ſi ita legendum, *luſtra* debent hic explicari luſtramina, quae peractis ſacris in fluvium vel mare projici ſolebant, & quae Apis vexerat. Sed quum de hoc ritu (forte aliis noto) nihil legerim, ego malim cum Rottend. pr. & Richel. & tribus Cortii, & aliis legere, *duxerat*, eo ſenſu, quo annos, aetatem *ducere* paſſim occurrit. Ovid. IV. Ex. Pont. X. 1.

Hic mihi Cimmerio jam tertia ducitur aeſtas
Litore.

quod vero in aliis eſt, *vixerat*, ut in multis noſtris, & hoc poſſet admitti, & *ducere* & *vivere* in hoc loquendi modo a librariis ſic ſaepe fuere permutata. ſic apud Ovid. XII. Met. 188.

Vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas.

ubi alii codices, *ducitur aetas*, & in duobus,

duxi
Annos bis centum, nunc t. ducitur aetas.

ubi vide, quae notavi. lib. IV. Met. 292. in MS.

Sacraque defuncti jactavit pignora patris.
Sed melior ſuadere malis, & noſſe tyrannos,
Auſus Pompejum leto damnare Pothinus;
Jus, & fas multos faciunt, Ptolemaee, nocentes.
Dat poenas laudata fides, quum ſuſtinet, inquit,
Quos Fortuna premit. fatis accede, Deisque,
Et cole felices, miſeros fuge. ſidera terra
Ut diſtant, ut flamma mari, ſic utile recto.
Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere juſta
Incipit: evertitque arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quae regna inviſa tuetur,
Sublatusque modus gladiis. facere omnia ſaeve
Non impune licet, niſi dum facis. exeat aula

Qui

Is tria quum primum duxit quinquennia.
quod tamen ibi non praefero τῷ *fecit*. apud Propert. I. IV. 3. legitur.

Quid me non pateris, vitae quodcumque ſequetur
Hoc magis adſueto vivere ſervitio.

ubi in aliis eſt, *ducere*, & ita ſaepe. unde *vivere* vel *ducere luſtra* dici poſſe, ut *aetatem*, *annos*, adparet. quamvis vero hic numerus non addatur, non ideo repudiandum, quia notat illud tempus praeſcriptum Api, quod debebat vivere, & quod non ſemper eodem ſpatio erat definitum, & ad lunae rationem exigebatur. Quia etiam *vivere* & *videre* ſaepe confunduntur, poſſet & hic legi, *viderat*, ut apud Martial. VII. 37.

Hic prope ter ſenas vidit Olympiadas.

ubi alii, *vixit*. Quinctil. v. de Inſt. Orat. 14. *qui beatam vitam vivere volet.* ſed ego *duxerat* praeferrem, quod longiorem moram & ſpatium vitae indicat, & longius illud ſpatium fuiſſe patet, quia ſi breve & v. annorum fuiſſet, etiam juvenis potuiſſet plures videre boves ſacros, ſed incertum erat ſpatium vitae, & praeſcriptum ſecreta librorum Myſticorum auctoritate, ut ait Amm. Marcell. XXII. 14. pro *Phoebes* aliam vocem fuiſſe in Oiſelliano adparet, quia vetus lectio eraſa erat. *ſuae Phoebes*, quia Lunae ſacer erat.

481. *Jactavit*] Vid. ad lib. I. 267. *pignora* Sixii. *Suadere malis* quid ſignificet non capio: *in malis* Sulpitius. alii *homines* intelligunt, & tunc deberet ſuppleri, ſuadere malis Tyrannis, & noſſe Tyrannos. Sed durius hoc mihi videtur. *Tyrannis* erat in Rottend. pr. ſed hoc τῷ *noſſe* non convenit, licet *ſuadere* exigat. locum corruptum relinquo. *melior* ut 381.

483. *Pothinus*] Ita ſcribendum recte oſtendit Oudendorpius. lectum fuiſſe & *Patinus*, poſſet colligi ex Schol. Juvenalis IV. 133. qui ridicule a *patina* derivat. ubi explicans *magnam patinam*, dicit: *figuram hic dicitur poſuiſſe, propter Magnum Pompejum, quoniam patina eſt dictus, qui ſuſtulit caput ipſius.* vides ineptias.

487. *Sidera terra*] *Foedera* Barber. qui & *terrae*, ut tres alii, quod Gortius & Oudendorpius receperunt, & ego jam probaveram ad Quinctil. v. 10. pag. 397. mox, *ut flamma* Hamb. pr. eleganti repetitione. ut infr. vſ. 732: & ita ſaepe *ut* tranſit in &.

489. *Vis tota*] *Tanta* Turnan. *prendere* editi

Qui vult eſſe pius. virtus, & ſumma poteſtas
Non coëunt: ſemper metuet, quem ſaeva pudebunt,
Non impune tuos Magnus contemſerit annos;
Qui te nec victos arcere a litore noſtro
Poſſe putat. neu te ſceptris privaverit hoſpes,
Pignora ſunt propiora tibi: Nilonque, Pharonque,
Si regnare piget, damnatae redde ſorori.
Aegyptum certe Latiis tueamur ab armis.
Quidquid non fuerit Magni, dum bella geruntur,
Nec victoris erit. toto jam pulſus ab orbe,
Poſtquam nulla manet rerum fiducia, quaerit
Cum qua gente cadat: rapitur civilibus umbris.
Nec ſoceri tantum arma fugit: fugit ora Senatus,

Cu-

diti aliquot, ſed ſcripti, *pendere*. vid. IV. 707. Heinſius malebat etiam, *incipis*. mox, *evertitque acies* Rottend. ſec. & a m. ſec. tert. *apices* Richel. Apud Sarisberienſem lib. VIII. 17. *acies* legitur, ſed in margine *arces*. *apices* pro regibus poſſet capi, ſed *arces* praefero. mox, *regna tuentur* Thuan. quart. imitatus haec Claudian. contrarium adfirmans, IV. Conſ. Hon. 267.

Nec tibi, quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

quae & Oudendorpius adduxit. in ſequenti verſu videtur imitatus Ovidium VI. Faſt. 595.

Regia res ſcelus eſt, ſocero cape regna necato.

492. *Sublatusque*] *Sublatisque modis gladii* Thuan. pr. *gladii* Sixii & Rottend. pr. & multi Cortii, & apud Sarisberienſem. Vir doctus apud Cortium, *ſublatisque modus gladiis*. Sed vulgata recta. nullus modus & finis datur gladiis, qui ſemper & in omnes ſtringuntur. ſic lib. VII. 532. *perdidit modum caedes*. & Ovid. V. Faſt. 304.

Juſtum praeterit ira modum.

gladiis dixit, ut Cicero I. Philipp. II. *cum tanta gladiorum ſit impunitas*. vid. & infr. 541.

493. *Niſi cum facis*] *Dum* Grotius. ſimilis formula, *fac, ſi facis*, de qua vid. ad Martial. I. Ep. 47. & ita hic poſſet legi. *niſi ſi facis. exeat aulam* Hamb. ſec. a m. ſec. vid. ad Ovid. II. Met. 517. *qui volet* tres & Saresberienſis. mox, *metuat* Thuan. tert. a m. ſec.

498. *Neu te*] *Ne te* tres. *neu nos* S. Germ. *Nilonque* duo Rottend. *regnare pudet* Thuan. ſec. & Barber.

501. *Certe Latiis*] *Latiis certe ipſa tuetur ab armis* Thuan. ſec. *Latios* S. Germ. cogitabam olim

Aegypton per ſe L. t. ab armis.

ut ſufficere vires regi jactet, quibus ſe ſine Pompejanorum ope tueatur, & hoc *ipſa* in Thuan. codice a gloſſatore adſcriptum vindicat. *Certe* & *per te* vel *ſe* commutari ſaepius vidimus ad Ovid. I. Epiſt. 5. & Calpurn. Ecl. V. 10.

503. *Ab orbe*] *In orbe* Richel. *civilibus umbris* ſeptem. *armis* librarius repetiit vel a verſu ſequente, vel quia ſaepius *civilia arma* occurrit. ut ſupr. 350.

506. *Fugit ora*] *Fugit* alterum deerat Thuan. tert. ſed am. ſec. erat *ſed & ora*. locus obſcurus, & corruptus. cogitabam ali-

Cujus Theſſalicas ſaturat pars magna volucres.
Et metuit gentes, quas uno in ſanguine mixtas
Deſeruit: regesque timet, quorum omnia merſit:
Theſſaliaeque reus, nulla tellure receptus,
Sollicitat noſtrum, quem nondum perdidit, orbem.
Juſtior in Magnum nobis, Ptolemaee, querelae
Cauſſa data eſt. quid ſepoſitam, semperque quietam
Crimine bellorum maculas Pharon, arvaque noſtra
Victori ſuſpecta facis? cur ſola cadenti
Haec placuit tellus, in quam Pharſalica fata
Conferres, poenasque tuas? jam crimen habemus
Purgandum gladio. Quod nobis ſceptra Senatus,
Te ſuadente, dedit, votis tua fovimus arma.
Hoc ferrum, quod fata jubent proferre, paravi
Non tibi, ſed victo. feriam tua viſcera, Magne,
Malueram ſoceri: rapimur, quo cuncta feruntur.

Tene

aliquando, *oſſa*, ſcilicet ſenatorum in Pharſalico proelio occiſorum, & ibi jacentium inſepultorum, quorum umbris agitur, quod ſequentia probant. Sic *ora* & *oſſa* variant infr. IX. 773. & apud Stat. VI. Theb. 808. & per *ora* umbras intelligere ſine exemplo puto, ut hic quidem ponitur. in ſomniis poſſumus *ora* mortuorum & vivorum etiam videre. nec etiam verum eſt, fugere Pompejum conſpectum ſenatus: nam magna pars, ut ſequitur, occiſa erat, magna etiam pars eum comitabatur, ideo eos fugere non dici poteſt. haereo & in hoc loco: *Theſſalias* iterum Cortius.

508. *Quas uno in ſanguine*] *In* deeſt Thuan. tert. & Hamb. pr. *uno quas ſanguine* Cortius. mox, *omina* ſex libri, & ita Canterus I. Nov. Lect. 8. legebat. *omnia vertit* malebat Heinſius. ſed amat verbum *mergere* Noſter. vid. lib. I. 159. VI. 8. VII. 655. & alibi.

511. *Perdidit*] Cortius, *prodidit*, ut eſt in var. lect. Oudend.

515. *Arvaque*] *Armaque* tres. & *ſuſpenſa* Thuan. ſc mox, *in qua* Barber. *in quae* Thuan. ſec. *Pharſalia* Hamb. ſec. a m. pr.

519. *Fovimus*] *Vovimus* Oiſel. a m. pr. mallem, *juvimus*, ut ſonus ſit mollior, & verba haec paſſim confuſa. vid. ad Ovid. II. Faſt. 42 & alibi. qui & II. Triſt. 60.

Ipſe quoque adjuvi publica vota meis.

Sic *prodeſſe votis* Noſter in alia re lib. III. 317. ſed & *fovere arma* ſaepe occurrit, ut apud Ovid. I. Triſt. V. 41 & alibi. utrumque verbum eſt apud Claudian. Bell. Gildon. 244. *quis me non juvit euntem*; *Auxilio fovere Getae*, ut vulgo legitur: ubi vide.

520. *Hoc ferrum*] *Tunc f.* Rottend. tert. a m. ſec. *parati* Rottend. pr.

522. *Malueram*] *Maluerim* Turr. a m. ſec. *quo fata* Thuan. ſec. & a m. ſec. Rottend. tert.

523 *Neceſſe*] *Poteſtas* Oiſel. quod nec abſurdum videtur; ſi cum aliis *cum* & *an* tranſpo-

Tene mihi dubitas an ſit violare neceſſe,
Quum liceat? quae te noſtri fiducia regni
Huc agit infelix? populum non cernis inermem,
Arvaque vix refugo fodientem mollia Nilo?
Metiri ſua regna decet, vireſque fateri.
Tu, Ptolemaee, potes Magni fulcire ruinam,
Sub qua Roma jacet? buſtum, cineresque movere
Theſſalicos audes, bellumque in regna vocare?
Ante aciem Emathiam nullis acceſſimus armis:
Pompeji nunc caſtra placent, quae deſerit orbis?
Nunc victoris opes, & cognita fata laceſſis?
Adverſis non deeſſe decet, ſed laeta ſecutos.
Nulla fides umquam miſeros elegit amicos.
Adſenſere omnes ſceleri. laetatur honore
Rex puer inſueto, quod jam ſibi tanta jubere
Permittunt famuli. ſceleri delectus Achillas.

Per-

tranſponas.

Tene mihi, dubitat, quum ſit violare poteſtas,
An liceat.

Sed tamen *neceſſe* maneat, quia neceſſitas excuſat ſcelus ex aulicorum dictatis. ſed tamen, quia licet, ideo non ſequiturneceſſe eſſe. ſed quidem quia licet, ideo poteſt quis facere ſcelus; vel, ut ex noſtra lectione ſequitur, quia poteſt, ideo licere dicit Pothinus. unde illud vulgo notum, *ſi libet, licet.* in Thuan. ſec. erat, *Tune.* Cortius mox, *noſtri quae te fiducia.*

525 *Non cernis*] *Nam* Thuan. ſec. & Barb. *inertem* Thuan. ſec. forte, *populum nos cernis inermem* ut VII. 543. *Hi populus Romanus erunt.* ubi vide.

529. *Sub qua*] *Sub quo* Richel. *Theſſalios* Cortius. *audet* Rottend. ſec. *regnumque in bella vocare* tres Cortii.

531. *Nullis acceſſimus armis*] An verum ſit, dubitationem injicit Caeſar lib. II. B. Civ. III. qui dicit naves longas quinquaginta miſſas auxilio ad Pompejum, quae proelio in Theſſalia confecto domum redierunt. *accenſimus* Barber. mox, *quem deſerit* Barber. *deſeris* Rottend. pr.

534. *Non deeſſe*] *Nunc* Thuan. quart. *laeta ſecutis* MS. Cortii. *ſecutus* Oiſel.

537. *Tanta jubere*] Ita maxima pars codicum. & *ſibi*, poſitum, ut alibi *ſe*, & jungendum cum *permittunt*, non *jubere*, quod putantes, *licere* ſuppoſuerunt ex aliis locis. ut IX. 1025. & ſupr. 524. *permittunt* quatuor & Grotii edit. vid. ad lib. III. 50. & VI. 25. *Achilla* Thuan. ſec. quod defendi poſſet, quia illa nomina propria in *as* & *a* efferuntur. vid. ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. V. pag. 67. & Drakenb. ad Liv. I. 3. *delectus*, an *dilectus* legatur parum refert. vid ad Ovid. X. Met. 324. & alibi.

539. *Perfida*] Ita jure ſuo poteſt dici Aegyptus, cujus ſpecimen mox in Pompeji caede datura eſſet. Sed dubitabat Heinſius,

an

Perfida qua tellus Caſiis excurrit arenis,
Et vada teſtantur junctas Aegyptia Syrtes,
Exiguam ſociis monſtri, gladiisque carinam
Inſtruit. ô ſuperi, Nilusne, & barbara Memphis,
Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi
Hos animos! ſic fata premunt civilia mundum!
Sic Romana jacent! ullusne in cladibus iſtis
Eſt locus Aegypto? Phariusque admittitur enſis?
Hanc certe ſervate fidem, civilia bella,

Co-

an huic loco adcommodatum eſſet epitheton, ubi de ſolo ſitu ejus agitur, & ille conjiciebat, *fervida*, ut lib. IX. 624.

Finibus extremis Libyes, ubi fervida tellus &c.

Idem Heinſius apud Claudian. I. in Stil. 268. pro *fervidus*, reponebat *perfidus*. Sed contra codices nihil temere novandum, & *perfida* tellûs poteſt ſatis explicari pro naufraga, quia harenae illae eodem modo ut Syrtes, leviter aquae tectae, excurrunt in aequor, & fallunt nautas, qui neſciunt vada ibi & brevia eſſe periculoſiſſima. Et ita *fides* & *perfidia* adſcribi ſolent rebus inaminatis, quibus fidere poſſimus, vel non poſſimus, ut *fidelis gladius*, *lorica*, *fidele ferrum*, *lignum* &c. de quibus vide ſupr. lib. VII. 139. & ad Gratii Cyneg. 52. & alibi ſaepe. *perfidum flumen* dixit Florus III. 4. & Noſter V. 416.

Perfida nubiferi vetat inconſtantia veris.

Alii capiunt de perfidia incolarum hujus telluris, quia epitheta ſaepe locis dantur, quae incolis conveniunt. ut *crudeles terrae* Virgil. III. 44. *ſcelerata terra* ibidem 60. ubi vid. Serv. *Barbara tellus* pro incolis Stat. V. Sylv. II. 46. ubi vid. Barth. & ita ſaepe. notaret ergo hic locum, quo perfidi Aegyptii ſcelus illud peragerent, & minus intereſſe videtur *fervidam* eam partem vocare, quam *perfidam*. quare quiſque ſequatur quod probat: primam explicationem fere amplectitur Cl. Dorvillius, niſi quod ille *perfidam*, mobilem & inſtabilem quum explicet, videatur de arenarum illa mole in ipſo continenti, quae maxime vexat viatores, intellexiſſe, & ideo in eo cum Cl. Viro facerem, ut *exſultat*, quod in quinque ex noſtris, & multis aliorum exſtat, ſi ſanum ſit, non eo ſenſu caperem, quo Oudendorpius, quia nullum video ejus ſignificatus exemplum. nam apud Virgilium III. 557. *exſultare vada* dicuntur eo ſenſu, quo & aqua vi ignis in aheno exſultat, & ita maria *exſultare* dici poſſunt. ut apud Maronem *lib.* IX. 798. *exaeſtuat ira* metaphorice dicitur, & paſſim alibi. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 64. Seren. Samon. 453. quare eo ſenſu etiam hic eſſet capiendum, ut exaeſtuet tellus, quaſi coqueretur & efferveſceret arenis calidis: nam de eo hic non agitur, ſed de vadoſo mari. quare vel *excurrit*, quod plurimi codices habent, retinendum, vel *exundat* legendum. Sed ego *excurrit* probo. ut ita promontoria *excurrere* dicuntur. Ovid. XIII. Met. 724.

Tribus haec excurrit in aequora linguis.

Cui proximum *occurrit* Berſmanniani libri. Senſus vero hic eſt, ibi vadoſum eſſe & arenoſum mare, quod excurrit in aequor, non alta aqua tectum, uti tales arenae & vada (*banken* Noſtrates vocant) ex noſtro etiam litore excurrunt. vid. mox vſ. 565. ubi vera noſtri litoris eſt deſcriptio.

540. *Syrtes*] Inconſiderate credo hic Syrtes proprie dictas Lucanum inducere: illae enim longius a Caſio monte aberant, quam ut nautae moneri poſſent, ex arenis Caſiis

&

Cognatas praeſtate manus, externaque monſtra
Pellite, ſi meruit tam claro nomine Magnus
Caeſaris eſſe nefas. tanti, Ptolemaee, ruinam
Nominis haud metuis? caeloque tonante profanas
Inſeruiſſe manus, impure, ac ſemivir, audes?
Non domitor mundi, nec ter Capitolia curru
Invectus, regumque potens, vindexque Senatus,
Victorisque gener; Phario ſatis eſſe tyranno
Quod poterat, Romanus erat. quid viſcera noſtra
Ve-

& locis vadoſis, propinquas eſſe Syrtes, quum totum Aegypti & Cyrenaicae litus intercedat: & ſi capias Syrtes in genere pro locis vadoſis, ineptum eſſet dicere, vada teſtantur ibi eſſe vada. Ammian. Marc. etiam lib. XXII. 15. dicit, *Aegyptum a latere meridiali Syrtes majores & Phycus promontorium claudunt*. Ubi de tota Aegypto, ſub qua & Cyrenaicam comprehendit, hoc verum eſt, niſi quod perperam meridiale latus poſuerit, pro ab occaſu, ut Valeſius notavit. hic agit de finibus Aegypti verſus Arabiam, unde longe Syrtes abſunt.

541. *Monſtri*] *Monſtris* duo Rottend. a m. pr. *gladiique* Oiſel. *cladisque* quinque, & Cortii MS. qui &, *cladique*. Heinſius malebat, *caedisque*. *Sociis monſtris* poſſet de ſimilibus Achillae ſceleratis, ut infr. vocat 613. explicari. nam Achillas inſtruit ſociis *monſtri*, id eſt, *ſui*, duriter admodum videtur dictum. quare malim *monſtrum* legere. Achillas, monſtrum illud, inſtruit navem exiguam ſociis & gladiis, id eſt, ſociis armatis. vid. ſupr. 192. Poſſet quis, *ſociis monſtri* capere, pro facinoris monſtroſi, ut VII. 464. *facturi quae monſtra forent*. ſed tamen duriſſima eſſet locutio.

545. *Jacent*] *Placent* Hamb. pr. *cadunt* Turr. *nullusne* Thuan. ſec. *ulluſque* Sixii. mox, *Phariis admittitur* Hamb. pr.

547. *Hanc certe*] *Hic* malebat Heinſius. *certam* Turrian. a m. ſec. & a pr. *ſaltem*; quae eſt gloſſa, ut *ſaltim* MSS. Cortiano-rum. & ita Noſter *certe* ſemper uti ſolet. vide loca in Indice indicata, & an pro *certo* δυλωέτι capi poſſit dubium ſit, vidimus ad Phaedr. I. Fab. 21. intrudere vero hanc vocem, ubi nec ſenſus, nec libri, jubeant, temerarium puto, ut apud Stat. V. Silv. I. 110. ubi legitur, *viciſti gaudia coenae Ipſius*, Marklandus, *gaudia certe*, obtruſit, quum exempla, quae adducit, pro ſaltem militent. quanto mollius legeretur, *viciſti gaudia paene ipſius*. mox, *praeſtare manum* Hamb. pr. *praebere* Torrian.

550. *Tanti Ptolemaee ruinam nominis*] *Tantam* Turrian. & Barber. *ruinam*, fere omnes. *tantoque tonante* MS. Cortii. *Exſeruiſſe manus*, *impure o ſemivir*, vel *impune* Heinſius volebat. *aut ſemivir* Turrian. ut Ptolemaeo jungatur Eunuchus. Ego puto totum locum ſic commode poſſe conſtitui,

Tanti Ptolemaee ruinae
Nominis haud metuis, coeloque tonante, profanas
Inſeruiſſe manus?

An tu Ptolemae, haud metuis, vel audes, ruinae tanti nominis, id eſt, Pompeji, & quidem mundo toto convulſo & concuſſo (id enim *coelo* vel *Jove tonante*, tunc enim fit ruina *coeli* vid. ad Phaedr. IV. 17. & Virgil. I. 129.), per fatale hoc bellum, quo ſuperi premunt omni vi ſua Pompejum, inſeruiſſe manus profanas, quum Jupiter ipſe ſatis crudeliter feriat Pompejum, ſed ex tua ſententia non ſatis gravitum ultu, quem tu ad-

Scrutaris gladio? neſcis, puer improbe, neſcis
Quo tua ſit fortuna loco: jam jure ſine ullo
Nili ſceptra tenes: cecidit civilibus armis,
Qui tibi regna dedit. Jam vento vela negarat
Magnus, & auxilio remorum infanda petebat
Litora: quem contra non longa vecta biremi
Appulerat ſcelerata manus: Magnoque patere
Fingens regna Phari, celſae de puppe carinae
In parvam jubet ire ratem, litusque malignum
Incuſat, bimaremque vadis frangentibus aeſtum,
Qui vetet externas terris advertere claſſes.
Quod niſi fatorum leges, intentaque juſſu
Ordinis aeterni miſerae vicinia mortis
Damnatum leto traherent ad litora Magnum;
Non ulli comitum ſceleris praeſagia deerant.
Quippe fides ſi pura foret, ſi regia Magno

Prae-

adjuvare, vilis & mollis homo, velles. *inſerere manus* vidimus lib II. 300. *ominis ruina* quid ſit, velim diſcere.

554. *Regumque potens*] *Legumque* Heinſius, quem vid. ad Claud. ſec. conſ. Stilic. 136. ſed & *rerum* poſſet legi. vid. ſupr. VI. 301. & alibi. Sed *Regum* maneat, qui tot Reges ſubegit, & ſibi militantes habuit, ut ſupra ſaepe dixit Noſter, & recte Oudendorpius. mox, *quod Romanus erat poterat* Thuan. quart.

558. *Sit Fortuna*] *Stet fortuna loco: nam* &c. Heinſius. ſed nihil muto. Terent. Adelph. III. II. 46. *Pejore res loco non potis eſt eſſe.* & ita Virgil. II. Aen. 322. *Quo res ſumma loco?* ſcilicet *eſt*. *ſtare loco* lib. I. 145. alio ſenſu dicitur. *ſine illo* Rottend. pr.

560. *Regna*] *Sceptra dedit* Thuan. pr. a m. pr. *negabat* quatuor.

562. *Quem contra*] *Contra quem* Turrian. *non longe* ſex. *advecta*, vel *invecta* Heinſius. *ſcelerata cohors* Thuan. ſec. ex gloſſa, ut & IX. 257. variatum, & apud Stat. XII. Theb. 643. *defenſura manus*, ubi MS. *cohors*.

564. *Celſa*] *Celſae* quatuor. parum referre videtur. Sed quia exigua navis erat, praeſtat *celſa*. ſic *celſa puppis* Virgil. III. Aen. 527. & alibi ſaepe.

567. *Vetat*] *Vetet* novem. *adpellere* fere omnes. *avertere*, fuit in Thuan. quart, *accedere* Cortii Cod. *advertere*, ſi codices plures juberent, non facile repudiarem. vid. Barth. ad Stat. XII. Theb. 298. & *adpulerat* praeceſſit modo.

568. *Quod niſi*] *Quo* Thuan. pr. tert. & Rottend. ſec. *quid* Turrian. mox, *aeternis* Sixii. *aeterno* a m. pr. Thuan. tert. *convinia*, pro *confinia* MS. Cortii. male. vid. IV. 518. rarior etiam locutio *vicinia mortis intenta juſſu ordinis aeterni*, pro decreta fatis, quaſi gladium jugulo intentum oſtenderent. *ad*

mors

Sceptrorum auctori vera pietate pateret,
Venturum tota Pharium çum claſſe tyrannum.
Sed cedit fatis, claſſemque relinquere juſſus
Obſequitur, letumque juvat praeferre timori.
Ibat in hoſtilem praeceps Cornelia puppim,
Hoc magis impatiens egreſſo deeſſe marito,
Quod metuit clades. *remane, temeraria conjux,*
Et tu, nate, precor, longeque e litore caſus
Expectate meos: & in hac cervice tyranni
Explorate fidem. dixit: ſed ſurda vetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas:
Quo ſine me crudelis abis? iterumne relinquor
Theſſalicis ſummota malis? numquam omine laeto
Diſtrahimur miſeri. poteras non flectere puppim,
Quum fugeres alio, latebriſque relinquere Lesbi,
Omnibus a terris ſi nos arcere parabas?

An

moenia Magnum Thuan. ſec. *non illis* Barber.

573. *Pateret*] *Deceret* Rottend. ſec. a m. ſec. *videret* Barber. totus vero verſus deerat Rottend. pr. & a m. pr. Thuan. pr.

575. *Cedit*] *Ceſſit* in editis nonnullis. vid. lib. I. 227. *ſociosque relinquere* Thuan. quart. & Rottend. pr. & ita edidit Cortius. ſed vid. Oudend. mox, *jubat* Richel.

578. *Hoc magis*] *Hac* Barber. de illo genere loquendi *impatiens deeſſe*, quo etiam utitur Noſter lib. IX. 371. dicemus ad Claudian. I. in Rufin. 302. mox 637. *patiens cernere.*

580. *Longeque*] *Longoque* Rottend. tert. *e litore* ſcripti & editi. & conſtruerem, *exſpectate caſus meos longe e litore*, id eſt. non accedentes propius, quid inde ad vos nuntietur, & adferatur accidiſſe mihi exſpectate. mox, *& in hac* omnes fere.

582. *Surda*] *Dura* tres noſtri, & totidem Bersmanni & aliorum, & recepit Cortius. *dura*, quia exorari & deterreri noluit. ſic apud Ovid. III. Art. 476.

Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.

ubi vide Heinſium. Sed *ſurda* non mutarem. Ovid. I. Amor. VIII. 77.

Surda ſit oranti tua janua.

& paſſim.

584. *Abis*] *Abit* Rottend. pr.

585. *Submota*] *Theſſaliis ſemota* Cortius. vid. lib. V. 71. Cl. Dorvillius *malis* non cum *ſubmota*, ſed *relinquor* conſtruebat. ita ut *ſubmota* abſolute eſſet capiendum. *Dum fugeres* Thuan. pr. & ſec. *fugeres alto* plurimi, quod Cortio placuit. *latetrasque* Turrian. & a m. ſec. Oiſel. *latebraque* Heinſius: mox idem, *omnibus ab! terris. e terris* tres. licet magis obvium ſit *arcere a terris*, ut ſupr. 497. *arcere a litore.* & apud Ovid. Rem. 625.

Proximus a tectis ignis defenditur aegre.

ubi in uno reperi *e tectis*, ſed perperam, nam

 eſſet,

An tantum in fluctus placeo comes? Haec ubi fruſtra
Effudit, prima pendet tamen anxia puppe:
Attonitoque metu nec quoquam advertere viſus,
Nec Magnum ſpectare poteſt. ſtetit anxia claſſis
Ad ducis eventum, metuens non arma, nefasque;
Sed ne ſubmiſſis precibus Pompejus adoret
Sceptra ſua donata manu. tranſire parantem
Romanus Pharia miles de puppe ſalutat
Septimius: qui, pro Superûm pudor, arma ſatelles
Regia geſtabat poſito deformia pilo,
Immanis, violentus, atrox, nullaque ferarum
Mitior in caedes. quis non, Fortuna, putaſſet
Parcere te populis, quod bello haec dextra vacaſſet,
Theſſaliaque procul tam noxia tela fugaſſes?
Diſponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
Heu, facinus civile tibi. victoribus ipſis
Dedecus, & numquam Superûm caritura pudore
Fa-

eſſet, ſtantem aliquem in tectis arcere ignem; ſed parum ſaepe referre vidimus ad Virgil. III. Georg. 155. vid. & ſupr. II. 495.

590. *Puppe*] *Puppi* Turr.

591. *Attonitoque*] Ita omnes praeter Thuan. tert. qui a m. ſec. *attonitosque* parum referre arbitror. deinde *advertere* Rottend. ſec. & Hamb. ſec. *anxia puppis* Turr. a m. ſec. quae gloſſa. *claſſis* pro claſſiariis ſupr. v. 408. vid. Cortium ad Plin. VI. Ep. XVI. 8. *ſed ducis* S. Germ.

598. *Geſtabat*] *Portabat* Thuan. quart. & Rottend. pr. & tres Cortii. *poſita* Richel.

599. *Nullaque*] *Nullique* Thuan. pr. a m. pr. & MS. Cort. *nullasque* alius ejusdem. imitatur Ovid. X. Ep. I.

Mitius inveni, quam te, genus omne ferarum.

601. *Quod bello haec d. vacaret*] *Bello haec quod dextra* Thuan. quart. *haec* deeſt Thuan. pr. & tert. *vacaret* plurimi & Edit. Lovan. *vaceret* unus Cortii, an pro *careret*? vid. ſupr. 423. variationem illam temporum in *putaſſet* & *vacaret*, & ineptias correctorum illuſtraſſe ſe jactat Cortius ad Plin. IV. Ep. IX. §. 8. Sed hic nihil inſoliti: nam *putaſſet* & *fugaſſes* ſpectat Fortunam, *vacaret* Septimium, qui regi ſerviens vacabat bello civili. mox, *quod noxia* Thuan. pr. & quatuor Cortii.

605. *Pudore*] *Pudori* Richel. mox, *recidet* S. Germ.

610. *Dixere*] Cortius ad Plin. V. Ep. VII. §. 4. *dicere*, *nefas vocare*, idem eſſe, quod revera pro eo habere, ut eſt, ſcelus & nefas, illuſtraſſe ſe hoc loco teſtatur; quod ſane obvium eſt, & millies obſervatum, ut *dici*, *vocari* &c. pro eſſe ponatur.

612. *Tunc ſtringe*] *Tum*, *dum*, *cum*, *jam* varie ſcripti noſtri & Cortii, qui ad Plin. IV. Ep.

Fabula; Romanus Regi ſic paruit enſis,
Pellaeusque puer gladio tibi colla recidit
Magne tuo. qua poſteritas in ſecula mittet
Septimium fama? ſcelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixere nefas? jam venerat horae
Terminus extremae, Phariamque ablatus in alnum
Perdiderat jam jura ſui. tum ſtringere ferrum
Regia monſtra parant. ut vidit comminus enſes,
Involvit vultus: atque indignatus apertum
Fortunae praebere caput, tunc lumina preſſit,
Continuitque animan, ne quas effundere voces
Poſſet, & aeternam fletu corrumpere famam.
At poſtquam mucrone latus funeſtus Achillas
Perfodit, nullo gemitu conſenſit ad ictum:
Deſpexitque nefas, ſervatque immobile corpus,
Seque probat moriens, atque haec in pectore volvit:
Secula Romanos numquam tacitura labores

At-

Ep. 23. multis hic de uſu & *cum* ſe egiſſe teſtatur.

613. *Enſes*] *Enſem* Rottend. tert.

615. *Praebere*] An *praeſtare* vel *praebere* legas, certantibus inter ſe codicibus, parum refert. vid. VII. 675. & ſupr. 548. & ſaepe alibi. *tunc* vero odioſe hic repeti videtur, quare ant. vſ. 612. *quum ſtringere* cum tribus ex noſtris & Cortii eſt legendum, vel hic forte, *ſua lumina preſſit*. Heinſius τὸ *tunc* obelo confoderat, ſed nihil adſcripſerat. *limina* Richel. vitioſe. vid. ad VII. 616.

617 *Poſſet*] *Vellet* multi. ſed tamen hoc etiam non ſatis concinne. ut nollet loqui, poterat efficere, etſi non comprimeret animam, haereo. Heinſius conjecerat; *ferret*, quod etiam vix capio, niſi pro *ſuſtineret*, *auderet* ſumat. ut apud Ovid. Ep. V. 12.

Servo nubere Nympha tuli.

& ita ille alibi. & eadem varietas XIII. Met. 460.

Scilicet aut ulli ſervire Polyxena ferrem.

ut ex codicibus legit Heinſius, pro *vellem*, quem & vid. ad XI. Met. 447. ne pateretur invitus, & quod ipſi moleſtum foret, voces effundere. Si vel unus codex juvaret poſſet tolerari, ſed nunc plures ſequor. *poſſit* quatuor libri. mox, *ſed poſtquam* omnes fere noſtri.

619. *Conſenſit*] *Conſentit* tres. *conceſſit* Rottend. ſec. ſenſus obſcurior, niſi conſtruas, *conſenſit in ictum nullo gemitu*, ſc. edito; quaſi ſponte ſe offerret caedi, nec gemitu dolorem teſtaretur. *conſentire* & *concedere* paſſim commutari videbis in notis Cl. Drakenb. ad Liv. IV. 6. *reſpexitque* etiam fere omnes.

621. *Seque probat*] Ita Claud. I. Epiſt. 35. *ſeſe probat Aeolus*. *experitur* exponit Oudendorpius, quod Latinum negavit Scioppius. ſed Cl. Graevius ad Cicer. III. in Verr. 30. oſtendit poni pro, experiri, ſed ſimul poſtea

pro-

Attendunt, aevumque ſequens ſpeculatur ab omni
Orbe ratem, Phariamque fidem. nunc conſule famae.
Fata tibi longae fluxerunt proſpera vitae.
Ignorant populi, ſi non in morte probaris,
An ſcieris adverſa pati. ne cede pudori,
Auctoremque dole fati. quacumque feriris,
Crede manum ſoceri. ſpargant, lacerentque licebit,
Sum tamen, o ſuperi, felix, nullique poteſtas
Hoc auferre Deo. mutantur proſpera vita:
Non fit morte miſer. videt hanc Cornelia caedem,
Pompejusque meus. tanto patientius, oro,
Claude dolor gemitus: natus, conjuxque peremptum

Si

probum judicare & adprobare. vid. & quae dixi ad Sueton. in Caeſ. LXV. & ita hic eſſet ſenſus. ſe exegit & examinavit, an par eſſet huic calamitati, & oſtendit ſe eſſe illum Pompejum moriens, quem, dum viveret, eſſe omnes crediderant. duriter tamen dictum judicabunt multi. cetera, quae in pectore volvit, inepte finguntur, nec tantum temporis dabatur Pompejo, a tribus ſicariis ſtatim confecto, ad haec ſecum loquenda: praecipue quam jam praeceſſiſſet, nullum gemitum edidiſſe, ad ictum mortiferum. Si ſcapham conſcendenti haec tribuiſſet, decentius finxiſſet.

623. *Speculatur*] *Speculator* Ed. Hortenſ. *ab omni parte* vir doctus apud Cortium.

625 *Fata*] *Facta t. l. fl. tempora vitae* Rottend. pr. forte, pro *fauſta t. l. f. tempora vitae.* nam *proſpera vitae* videtur repetitum eſſe ex vſ. 631. vel *laeta tempora*, ut lib. VII. 688.

626. *Ignorant*] Heinſius,

Ignorent populi, ſi non in morte proberis.

probares Thuan. tert. *an ſcires* S. Germ. *nec cede* Hamb. ſec. *Auctoremve* multi. Heinſius, *aut auctore dole fati. facti* etiam tres, ſed *fati* eſt necis illatae, ut centies apud Noſtrum. *dolere* vero cum accuſativo aeque ut ablativo obvium eſt. vid. ad Ovid. VII. Met. 720. & alibi. Cort. ad Plin. I. Ep. 12. *Quocumque* Thuan. pr. & Richel. mox, *ſum tamen o, felix, ſuperi* Rottend. ſec. & *Deo eſt* Thuan. ſec.

631. *Mutantur proſpera vita*] *Vitae* octo libri; & , *non fit* ſex. *non ſis* Rottend. ſec. Hamb. pr. *non ſim* Hamb. ſec. intricatior locus. ſi *vita* legas, deberet ſenſus eſſe, proſpera mutari cum vita, id eſt, pro proſperis dari vitam, ut ita *mutare* locum loco, & ſimilia v. lib. I. 684. nam *vita* capere pro in vita dum vivis, ut Cortius videtur cepiſſe ad Plin. IX. Ep. XIX. §. 6. eſſet duriſſime dictum. ſaltem ambiguum facit illum ſenſum cum priore. quare legerem.

mutentur proſpera vitae,
Non fit morte miſer.

hoc ſenſu. Superi habent jus in fata viventis, & vitae proſpera poſſunt mutare ſemper in triſtia, ut vitam cum morte, ſed licet ita mutentur, tamen nemo morte fit miſer, quia tunc poteſtati Superorum eſt ſubductus, qui vivens, licet proſperrime agat, debeat vices ſemper contrarias timere. Pompejus autem proſpera vitae expertus erat, ut ſup. vſ. 925. & infr. 706. *qui nunquam mixta vidit laeta malis:* hae jam potuiſſent triſtibus mu-

Si mirantur, amant. talis cuſtodia Magno
Mentis erat: jus hoc animi morientis habebat.
At non tam patiens Cornelia cernere ſaevum;
Quam perferre nefas, miſerandis aethera complet
Vocibus: *O conjux, ego te ſcelerata peremi.*
Letiferae tibi cauſſa morae fuit avia Lesbos,
Et prior in Nili pervenit litora Caeſar.
Nam cui jus alii ſceleris? ſed quiſquis in iſtud
A ſuperis immiſſe caput, vel Caeſaris irae,
Vel tibi proſpiciens, neſcis crudelis, ubi ipſa
Viſcera ſunt Magni: properas, atque ingeris ictus,
Qua votum eſt victo. poenas non morte minores

Pen-

mutare Dii, ſi diutius vixiſſet, & tunc miſer fuiſſet, nunc morte non fiebat miſer, quia illa felici vitae finem imponit. Reſpicit ad opinionem illorum, qui mortuos non eſſe miſeros jactabant; de qua Cicero in Tuſculanis, & lib. v. Epiſt. 16. *proſpera vitae*, ut *acuta belli*, *amara curarum* &c. illa licet mutentur, morte tamen felix eſt, quia vivens miſer, & inſtabili ſorte rerum jactatur.

633. *Tanto*] *Tantum* Richel. & Cort. vid. ſupr. 242. mox, *ament* Turr.

636. *Animi morientis*] Malim dixiſſet *animae fugientis.* animus enim vel anima non moritur. vid. ad lib. v. 279. ubi etiam pro *fugiente anima* Codex Thuan. *moriente.*

637. *Cernere ſaevum*] *Loetum* Thuan. ſec. *ſcaevum* Cortius: *ſaevam q. perferre necem* Thuan quart. Heinſius volebat, *ſaevum, quam vir* (vel, *hic quam*) *ferre nefas.*

639. *Scelerata*] *Miſeranda* Thuan. quart. ex praecedenti repetitum, & ſimul ex Ovidio expreſſum, qui lib. iv. Met. 110.

Noſtra nocens anima eſt, ego te miſeranda
peremi.

ſceleſta Thuan. ſec. vitioſe. *ſceleratam* ſe etiam Livia dicit apud Albinov. in mort. Druſi vſ. 135. pro infelici, ut notum. Nuperus editor Quinctil. explicaturus in praefat. lib. vi. *impiam vivacitatem*, meam interpretationem laudans, & ſequens, ut tamen aliquid haberet, quod reprehenderet, huc trahit, quae dixi de voce *ſceleratus* ad Declam. x 6. atqui debuiſſet oſtendere, me hoc dixiſſe de voce *impius*, qua uſos veteres eodem ſenſu prius probare debuiſſet, & ut Plaut. dixit *ſceleſtum annum*, etiam *impium* dici, *portam ſceleratam*, *caſtra* &c. *impia.* de quo vocabulo ibi agitur. de hac vero voce *ſceleratus* egregie egit Barth. ad Claud. i. in Rufin. 220.

640. *Letiferae*] Deeſt hic verſus Rottend. tert. a m. pr. *vel cauſſa* Thuan. pr. *obvia Leſbos* quinque. incertum, quid praeferas. *obvia* poteſt dici, quia non multum a via, quam intendebas, cogebaris deflectere, & me tecum ferre: *en paſſant.* nam in proximo Thraciae eſt, ut ita *adverſi* montes & loca, quae nobis ſunt euntibus quaſi occurrentes. varius uſus ejus vocis *obvius*, ut vidimus ad Val. Flacc. i. 389. & iv. 657 vel *avia*, quae tamen cogebat eo curſum flectere, & effecit, ut tardius eo pervenires, quo intenderas, ſc. in Aegyptum, quo prior Caeſar venit, quem ſuſpicabatur auctorem necis Cornelia, nondum Regis ſcelus eſſe ſciens.

645. *Viſcera ſint*] *Sunt* Hamb. pr. & S.

Germ.

Pendat, & ante meam videat caput. haud ego culpa
Libera bellorum, quae matrum ſola per undas,
Et per caſtra comes, nullis abſterrita fatis,
Victum, quod reges etiam timuere, recepi.
Hoc merui conjux, in tuta puppe relinqui?
Perfide, parcebas? te fata extrema petente
Vita digna fui? moriar, nec munere regis.
Aut mihi praecipitem nautae permittite ſaltum:
Aut laqueum collo tortosque aptare rudentes:
Aut aliquis Magno dignus comes exigat enſem.
Pompejo praeſtare poteſt, quod Caeſaris armis
Imputet. o ſaevi, properantem in fata tenetis?
Vivis adhuc, conjux, & jam Cornelia non eſt
Juris, Magne, ſui. prohibent arceſſere mortem:
Servor victori. ſic fata, interque ſuorum

Lapſa

Germ. & etiam unus Oudendorpii, & Edit. Hortenſii. vid. lib. I. 126. IX. 142. ſenſus vero ex perturbata & confuſa mente profectae orationis hic eſt. Feris Pompeji corpus, ſed ejus viſcera, ego Cornelia (vid. lib. VII. 579) ſum hic, & ita eum occidendo nimis properas, quia ipſe hoc optat, ut ante me moriatur, nec minorem poenam & dolorem ſenſiſſet, ſi meum caput abſciſſum ante ſe vidiſſet, quam ſi ipſe occideretur.

647. *Culpa*] Heinſius corrigebat, *culpae*, vid lib. VII. 818. *culpo* duo Voſſiani.

649. *Abſterrita*] *Exterrita* quinque libri. melius, & majorem terrorem hoc verbum indicat. vid. ad Phaedr. III. 3. & ad Virgil. III. Georg. 434. *quem Reges* Thuan. quart. & a m. ſec. Barber.

651. *Hoc*] Heinſius, *quo*. ſimiliter Briſeis apud Ovid. III. Ep. 41.

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille?

Haec MS. Cortii.

652. *Petente*] *Patente* a m. pr. Oiſel. *digna fui vita* tres. *ne munere* Turrian. Heinſius ſublata majore diſtinctione poſt *Regis*, *moriar ne munere Regis, aut* &c. dictum fere, ut apud Ovid. IX. Met. 181.

Mors mihi munus erit, decet haec dare dona novercam.

ubi vid. Ciofan. ſic Noſter VI. 724.

Extremum cui mortis munus iniquae
Eripitur, non poſſe mori.

655. *Aptate*] *Arctare*, vel *artare* tres, quae ex gloſſa. *aptare* totidem. recte, non enim petebat ut alii ſibi laqueum aptaret, ſed ut permitterent ſibi ipſi aptare. Ovid. X. Met. 381.

Dixit & aptabat pallenti vincula collo.

mox Heinſius, *dignum enſem.*

659. *Vivis*] *Vivit* Voſſian. *Cornelia juris non eſt, Magne, ſui.* Thuan. ſec.

662. *Trepida*] *Trepidae* S. Germ. & Oiſel. an pro *trepide*?

663. *Terga ſonent*] *Sonant* duo Thuan. *in pectora* Thuan. quart. *terga foveant & pectora ferrum* eſt ex Sabellici conjectura, ut *foveant* ſit calefaciunt. ut Ovid. I. Ep. 19.

Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam.

Sed

Lapſa manus, rapitur, trepida fugiente carina.
At Magni quum terga ſonent, & pectora ferro,
Permanſiſſe decus ſacrae venerabile formae,
Iratamque Deis faciem, nihil ultima mortis
Ex habitu, vultuque viri mutaſſe, fatentur
Qui lacerum videre caput. nam ſaevus in ipſo
Septimius ſceleris majus ſcelus invenit actu:
Ac retegit ſacros, ſciſſo velamine, vultus
Semianimis Magni, ſpirantiaque occupat ora,
Collaque in obliquo ponit languentia tranſtro.
Tunc nervos, venasque ſecat, nodoſaque frangit
Oſſa diu: nondum artis erat caput enſe rotare.
At poſtquam trunco cervix abſciſa receſſit,
Vindicat hoc Pharius dextra geſtare ſatelles,
Degener, atque operae miles Romana ſecundae,
Pom-

ſed duriter dictum *fovere ferrum* hoc ſenſu: Heinſius, *cum terga forent & pectora ferro*, a *forare*, quod verbum in uſu eſſe neſcio, ſed *perforare*. Ovid. XII. 377.

una duo pectora perforat ictu:

Sed *ſonare* recte expoſuerunt Sulpitius & Oudendorpius. nam plures ictus ingerebant percuſſores, (ut ſupr. vſ. 645. *ingeris ictus*) antequam caput reciderent. *Et magni* etiam Thuan. tert. mox, *mirabile formae* Barberin.

665. *Faciem*] *Aciem* ex uno Codice, praeeunte Heinſio, probat Oudendorpius: & commutari has voces certum eſt. vid. ad Val. Flacc. VI. 279. ſed in tot ictibus confecto, & detracto ori velamine, & ipſo lacero capite aciem oculorum viguiſſe incredibile mihi videtur, quum ſtatim tenebras oboriri centies dicant Poëtae, & res ipſa doceat, & colla jam languerint. Sed in facie & lineamentis capitis etiam abſciſi potuiſſe veſtigia irae manere, docet etiam quod narrat Florus I. 18. *relictae in vultibus minae, & in ipſa morte ira vivebat.* ubi alia adducunt viri docti exempla. ineptientem ſatis magniloquentia ſua Hiſpanum non opus ineptiorem facere.

666. *Fatentur*] *Fatemur* Voſſian.

667. *Nam ſaevus*] *Jam* Heinſius. *Septimius magni majus ſcelus* Rottend. ſec. *nam retegit* Torr. *retigit* Rottend. pr. mox, *Semianimi* Oiſel. &, *poſuit languentia* multi ſcripti & editi. *ac nervos* Thuan. ſec.

674. *Abſciſſa*] *Abſciſa* multi. *obſciſſa* Thuan. quart. vid. III. 617. & VII. 628. *recedit*, Rottend. ſec. Ovid. XVI. Epiſt. 153.

Ante receſſiſſet caput hoc cervice cruenta.

ubi in quatuor codicibus reperi, *cervice reciſa*. in alio, *reciſum*.

675. *Vindicat*] Quum fere ſemper in ſcriptis occurrat, *vendicat*, Heinſius malebat hic, *venditat*, ut apud Cicer. *venditare ſe Caeſari, plebi* &c. pro operam ſuam addicere. & ut Noſter lib. V. 248. *venditat enſes*. & apud Claud. Bell. Get. 567. *perjuria venditat aulae*; ut pro *vindicat* Heinſius juſſit reſcribi. Sed quia tunc contorta eſt conſtructio,

 ctio,

Pompejo ſacrum diro caput enſe recidis,
Ut non ipſe feras? o ſummi fata pudoris!
Impius ut Magnum noſſet puer, illa verenda
Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora
Caeſaries compreſſa manu eſt: Pharioque veruto,
Dum vivunt vultus, atque os in murmura pulſant
Singultus animae, dum lumina nuda rigeſcunt,
Suffixum caput eſt, quo numquam bella jubente
Pax fuit: hoc leges, campumque, & roſtra movebat:
Hac

ctio, nec *venditat geſtare* conciune dicatur, ſi *venditat* placet, legendum forte,

Venditat hoc Pharius, dextra geſtante, ſatelles.

geſtante ex tertio Voſſiano Heinſius notaverat. vel *dextra jactante*, vel *gaudente* vel ſimili verbo, & tunc capiendum *venditat*, ut apud Sueton. cap. XX. Galbae *caput venditatum & redemtum.* Sed vix hoc placet, & vulgatam ita explico; certantibus inter ſe percuſſoribus, Achillas ſibi vindicat & ſumit caput abſciſſum geſtandum; ut *vindicat geſtare* ſit eadem dictum ratione, ut per Graecismum fieri ſolere notavimus ſupr. h. l. 324. & Oudend. ad lib. VII. 751. ſolitos autem geſtare capita, & Regibus & Ducibus oſtendere, ſexcentis patet exemplis. vid. & lib. II. 112. & decus inde petitum hinc patet, quod Achillas hoc Septimio percuſſori praeripuit.

677. *Pompeji*] *Pompejo* Richel. *duro* Thuan. ſec. *ſacro caput* a m. pr. S. Germ. *Pompejo* placet. ut ſit hic caſus eodem modo poſitus, ut ſupr. VII. 319. *hoſti caedere terga*, & ut centies dativus culpa librariorum abiit in genitivum. Sed *Pompejo diro* ne offendat ſono, & ſententiae ambiguitate, legerem.

Pompejo ſacrum diro caput enſe recidis.

& ita Cortius & alii codices. niſi quod *Pompeji* ſervaverint. mox, *prob ſummi* Hamb. ſec. Cortius, & alii.

681. *Comprenſa*] *Compreſſa* plurimi, nota, & jam bis terve, indicata variatione.

682. *Os in murmura pulſant*] *In murmure* S. Germ. *pulſat* Thuan. pr. nihil mutandum. ſingultus pulſant os in murmura, movent & impellunt os & linguam, ut murmur ederent, nam vocem nequibant. idem fere eſt, quod de Orphei capite Ovid. X. Met. 52. *flebile lingua murmurat exanimis.* apud Statium II. Silv. I. 105.

Tu tamen & mutas etiam tum murmure voces,
Vagitumque rudem, fletumque infantis amabas.

ubi Markland. *motas in murmura voces*, non quidem male. & ita Heinſ. ad III. Silv. V. 34. etiam *motas in murmura voces* corrigebat. vid. eum ad Claudian. I. in Rufin. 152. ſed tamen aliquid inconcinni mihi his omnibus ineſſe videtur, & malim legere primo loco,

mutilas etiam cum murmure voces.

nam infantes dimidiata verba ſolent cum murmure potius, quam ſono articulato tentare. & ita Quinctil. I. I. *futurus orator edidit aliquando vagitum, & loqui primum incerta voce tentavit.* ubi vide notas. & ad Ovid. II. Met. 669. ita de Philomela Statius lib. V. III. 84. *truncum murmur* vocat. & Cicer. Orator. cap. IX. *mutila & biantia loqui.* Cato apud Servium ad Virgil. III. Aen. 114. *verba tertiata & quartata loqui.* de ſingultibus vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 90. & ita Statius V. Theb. 236. *ut vero Alcimeden etiamnum mur-*

'Hac facie Fortuna tibi Romana placebas.
Nec ſatis infando fuit hoc vidiſſe tyranno:
Vult ſceleris ſupereſſe fidem. tunc arte nefanda
Submota eſt capiti tabes, raptoque cerebro
Exſiccata cutis, putriſque effluxit ab alto
Humor, & infuſo facies ſolidata veneno eſt.
Ultima Lageae ſtirpis, perituraque proles,
Degener, inceſtae ſceptris ceſſure ſorori,
Quum tibi ſacrato Macedon ſervetur in antro,

Et

murmure trunco &c. ut Barthius legit, qui ibi videndus, & ad vſ. 261.

683. *Lumina nuda*] Ita poſſunt dici aperta, hiantia, quia palpebris non tegebantur, ut ſolet accidere morientibus, unde claudere oculos ſolerent amica manu. Sed neſcio, an non praeſtaret, *dura rigeſcunt*, ut illae voces ſaepe commutatae. vid. Ovid. XIV. Ep. 100. IV. Met. 740. & paſſim.

685. *Leges*] *Reges* receperunt Oudendorpius & Cortius ex Gudii praeſcripto. nec repudiarem, ſi modo libri addicerent, qui omnes *leges* ſervant, & quia hic de illis, quae Romae habent, agitur, *leges* ſervo, quia ejus arbitrio leges ferebantur, & abrogabantur. *movebas* vero, more ſatis noto Criticis, tribus his, *leges*, *campum* & *roſtra*, adjunctum, non debet reſtringi ad ſolas leges, ſed defectus eſt alius verbi, quod legibus magis convenit. exempla obvia ſunt. & ita cenſebat Cl. Dorvilius, illum in ſuam ſententiam potuiſſe leges, SCta, plebiſcita, & judicia, regere, id eſt, Senatores, populum & judices. *Regibus* hic locus non eſt, quos ſupr. 650. memorat Cornelia. *movebis* Barber. *Hoc facie* Richel.

688. *Sceleri*] Dubium admodum, an praeſtet *ſceleris*, ut in quatuor e noſtris, & probat Oudendorpius. ſi *ſceleri* legas, ſenſus poſſet eſſe, ne fides deſit ſceleri, ſed ut abunde probari poſteris poſſet hoc ſcelus. ut ita *ſupereſſe* cum dativo poni vidimus ad Ovid. II. Triſt. 69. & Val. Flacc. V. 237. vel ut poſt ſcelus peractum reſtet argumentum ejus, nec die & tempore, ut ſolet, hoc ſcelus exoleſcat & excidat hominum memoriae. ita ut eodem fere redeat, quomodocumque legas. turba codicum ſtat pro *ſceleri*, ſed facile *s* potuit abſorberi a prima in *ſupereſſe*. ſic lib. IX. 140.

Scelerisque fidem quaeſiſſe Tyrannum.

Sic Cato *virtutis fides* dicitur lib. II. 243. Juſtin. IX. 2. *Ea primum fides inopiae Scythicae fuit*; & paſſim. infra IX. 1037. *utque fidem vidit ſceleris*; & ita alibi. vid. ad Claud. Bell. Get. 485.

690. *Adſiccata*] *Exſiccata* maxima pars librorum, & receperunt Oudendorpius & Cortius, cujus MS. *excitata*, *aſſicata* & *aſicata*. dein, *effulſit* Hamb. ſec. mox, *infuſa* Hamb. pr. *veneno* eſt medicamine, quo, ne putreſcat, caveretur.

692. *Ultima*] Vel hic *ultime*, vel mox *ceſſura* legendum eſſe puto. licet noverim *proles ceſſure* poſſe aliquo modo defendi. vid. ad lib. III. 243. *perjuraque proles* volebat Heinſius. ut ita apud Virgil. V. Aen. 581. in Mediceo codice etiam eſt, *perjurae moenia Trojae*, pro *perjurae*. vid. & Sil. Ital. VI. 88. ſed & *peritura* ſatis mihi placet, ut mortis vicinae vatem agat Lucanus, nec decepit eum eventus, quem, poſt hoc tempus vivens, ſciebat, & potuit etiam omnem Ptolemaeorum ſtirpem exſtinctam videre. *ſceptris ceſſure ſorori*, ut fere omnes, jam diu rectum & elegans eſſe docui ad Quinctil. II. de Inſt. Orat. I. & V. 13. & Decl. I. 6. ubi hunc Lucani locum ita jam olim legendum monui.

Et regum cineres extructo monte quieſcant,
Quum Ptolemaeorum manes, ſeriemque pudendam,
Pyramides claudant, indignaque Mauſolea:
Litora Pompejum feriunt, truncusque vadoſis
Huc illuc jactatur aquis. adeone moleſta
Totum cura fuit ſocero ſervare cadaver?
Hac Fortuna fide Magni tam proſpera fata
Pertulit: hac illum ſummo de culmine rerum
Morte petit: cladesque omnes exegit in uno
Saeva die, quibus immunes tot praeſtitit annos:
Pom-

694. *Cum*] *Dum* Thuan. tert. *in antris* Richel. ne ſonus rythmicus ſcilicet exeat, unde & *Macedon* pro *Macedo* poſuiſſe videtur. huc refer dictum Auguſti apud Sueton. XVIII, ubi quum Alexandri corpus veneratus eſſet, & conſultus, an Ptolemaeorum etiam inſpicere vellet, reſpondit, *Regem ſe voluiſſe videre, non mortuos. inſtructo monte* Thuan. tert. Cortius malebat, *extructa mole*. male. vid. ſupr. vſ. 463. *quieſcat* Rottend. pr. deerat hic verſus codici uni Cortiano.

697. *Claudant*] *Cludant* Thuan. ſec. & MS. Cortii. *Claudunt* Rottend. ſec. mox, *feriant* Thuan. ſec.

700. *Totum*] *Letum* S. Germ. ſed non agitur hic de lavando cadavere, & cura funeris, ſed de mutilato corpore, cui caput abſciſum, quum deberetur integrum ſervari Caeſari. *ſervaſſe* Rottend. tert. *Hoc Fortuna* Richel.

702. *Pertulit*] *Protulit* ex Voſſiano Heinſius dedit, id eſt, extendit, diuturna fecit, ea fide, ut tandem eum morte pudenda dejiceret de tanto culmine: & recepit etiam Cortius, & ita *proferre fata* dixit Dict. Cretens. lib. I. 14. *Admetus vicaria morte conjugis propria fata protulerat*, ubi vulgo, *pertulerat*. vid. ibi interpretes. ſic Stat. VIII. 45.

Implacidam prohibet proferre quietem.

& ibi *perferre* alii. ſic *proferre diem* & alia paſſim. vid. Heinſ. ad Ovid. Remed. 93. nihil tamen temere mutem ob unum codicem, nam *pertulit* eſt deduxit ad hunc finem. Stat. II. Theb. 18.

Primas furiarum pertulit iras.

ubi vide Barthium, Lucanum etiam illuſtrantem, & ad lib. IX. 346. & XI. 502. & quae diximus ad Virgil. I. Aen. 383. neſcio vero quid commune habeat haec verbi *proferre* figuificatio cum alia apud Plin. I. Ep. 13. *proferunt ſe ingenia hominum*, & quomodo hoc Cortius oſtendiſſet. *ac illum*, Turrian. *culmen rerum* etiam de ſummo imperio dixit Claudian. Bell. Get. 392. ubi vide Barth.

703. *Morte petit*] *Sorte* Thuan. ſec. & Oiſel quod Heinſio placuit, & Drakenb. ad Sil. Ital. XIV. 630. vid. lib. VII. 818. ſed dubitat Oudendorpius, an Latine dicatur, *ſorte petere* aliquem. Sed poſſet rogari, an *morte petere* ſit rectius. quod poſſet tanquam telo infeſto aliquo, quo illum vulnerat & proſternit, explicari Sic *petere* Romana ſigna pro invadere lib. X. 64. & *patriam ferro petere*, VII. 260. & haec ſignificatio obvia. alio ſenſu lib. I. 174 *decus ferro petendum*, & quae plura ſunt obvia. Sed, lubens fateor, non ſatis placere hoc, ſive *morte*, ſive *ſorte* legas. quae ſi ſunt a Lucano, inter ejus ſingularia referenda. ego vero praeferrem ex Rottend tert. & MS. Cortii, *premit*. Marklandus ad Stat. II. Silv. VI. 48. *ſorte dedit* corrigebat, eo ſenſu puto, ut *ad terram dare* occurrit. Sed *dare de culmine* pro projicere

Pompejusque fuit, qui numquam mixta videret
Laeta malis: felix nullo turbante Deorum,
Et nullo parcente miſer. ſemel impulit illum
Dilata Fortuna manu. pulſatur arenis,
Carpitur in ſcopulis, hauſto per vulnera fluctu,
Ludibrium pelagi. nullaque manente figura,
Una nota eſt Magno capitis jactura revulſi.
Ante tamen Pharias victor quam tangat arenas,
Pompejo raptim tumulum Fortuna paravit,
Ne jaceat nullo, vel ne meliore ſepulcro.

E

re etiam inſolentius videtur, niſi addatur in quod illum dederit, nec video, qui hic Lucanus imitatus poſſit dici illa Virgilii II. Aen. 554.

Haec finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit.

in quibus nihil ſimile, niſi vox *ſorte*, qua illum tulit, id eſt, exitus & finis vitae abſtulit e medio. De *culmine ſummo* refero ad dignitates & proſpera vitae, quae tanta fuere, ut vix augeri poſſent. nunc vero fortuna illum de culmine ſummo, ad quod produxerat, hac morte premit. ſupr. 486. *Quos fortuna premit*, & v. 755.

poſitamque procul fortuna mariti
Non tota te mole premat.

premere vero pro deprimere poſuit & Ovid. II. Met. 135.

Nec preme, nec ſummum molire per aethera currum.

Sic *preſſa vallis* pro depreſſa, humili Grat. Cyneg. 53. haec ſi non ſatisfaciant, aliis relinquo meliora adferentibus. *morte perit* MS. Cortii. *in una* Cortius. *ſaeva dies* tres noſtri & quinque Cortii.

704. *Quibus immunes*] Dictum pro *a quibus* cladibus. inde *immunem* hoc loco melius legeres. praeſertim quum *tot annos* pro *per tot* annos capere poſſimus. ut I. 256.

Quid tot duraſſe per annos
Profuit immunem corrupti moribus aevi?

Sed parum refert. *immunis voluptatibus* Vell. Patercul. II. 46. *clade* 115. *calamitate* 120. vid. ad Claudian. I. Stilic. 308.

707. *Parcente*] Non videtur hoc verbum ſatis apte opponi τῷ *turbante*, nihil tamen reperio, quod reponam. cogitabam, *ſervante*, ſed nec hoc ſatis placet; ut nec, *tutante*. Sed quid in Lucano quaerimus curam & diligentiam?

713. *Pompejo*] *Pompejum* S. Germ. vitioſe. *tumulum furtim* Rottend. ſec. quod arripuit Cortius, legens, *furtim tumulum*. nec mihi multum diſplicet, quia firmari poteſt ex lib. IX. 142.

an furtivus, quem vidimus, ignis
Solverit.

vid. ad Nemeſ. Cyneget. 45.

711. *Magno*] Recte: non *Magni*. vid. inf. vſ. 772.

714. *Vel ne*] *Vel non* Voſſian. *vel dum* Waddel. Animad. Crit. pag. 151. nihil mutandum; ſenſus eſt, ne meliore, ſcilicet a Caeſare ipſi parando, qui honor etiam ipſis manibus gravis eſſet ab hoſte habitus. recte Omnibonus explicuit, male Hortenſius. huc referenda illa Epitaphia in Catalectis Pithoei pag. 87. & ſeqq. in primis illud pag. 89.

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo; credimus eſſe Deos.

Quod Varronis Atacini eſſe docet Scholiaſt. Perſii ad Sat. II. 36. *Cordus* Thuan. duo & Oiſel. a m. pr. *Latebris pavidis* S. Germ.

diſtur-

E latebris pavidus decurrit ad aequora Cordus.
Quaeſtor ab Idalio Cinyraeae litore Cypri
Infauſtusque fugae fuerat comes. ille per umbras
Auſus ferre gradum, victum pietate timorem
Compulit, ut mediis quaeſitum corpus in undis
Duceret ad terram, traheretque ad litora Magnum.
Lucis maeſta parum per denſas Cynthia nubes
Praebebat; cano ſed diſcolor aequore truncus
Conſpicitur. tenet ille ducem complexibus artis
Eripiente mari: nunc victus pondere tanto
Exſpectat fluctus, pelagoque juvante cadaver

diſcurrit S. Germ.

716. *Quaeſtor ab Idalio*] Scripti fere omnes, *Icario*, vel ut duo, *Icareo*: ceteri variant eodem modo, quo apud interpretes. Heinſius notaverat in ora codicis, *Quaeſtor Acidalio*, vel, *Quaeſtor ab Icarii Cinyreo litore ponti*. nam in multis eſt, *Cinerei & Cinerei ponti* ut in Thuan. pr. Hamb. ſec. *Cinyreae* Barber. *Cyrenaei ponti* quatuor. notaverat &, *Cinyreae Cypri* Heinſius, aut *Cenchreae Cypri*: quod non capio. haereo in his. De Idalio vid. Barth. ad Stat. v. Theb. 63.

717. *Infauſtus Magni*] *Infauſti* Rottend. ſec. a m. ſec. *infauſtusque fugae fuerat* quatuor noſtri, novem Cortii; quod placet, & *Magni* adſcriptum a Gloſſatore, ut ſciret lector, cujus comes fugae fuerat: ſed quia Cordus ignorabilis homo, & de ejus quaeſtura nihil conſtat, legerem,

Maeſtus ab Idalio Cinyreae litore Cypri,
Infauſtusque fugae fuerat comes.

comes fugae Ovid. I. Triſt. I. 10. & IV. I. 21. & paſſim: videtur autem ille alia nave veniſſe, & quum Pompejus emetiretur ſcopulos Cypri (non enim adpulit ſup. 461.) ſe cum aliis adjunxiſſe Pompejo. nam vix puto eum cum paucis comitibus ſcapham illam ingreſſum, ſed occiſo Pompejo in litus nocte egreſſum fuiſſe. *ferre gradus* Thuan. pr. & tert. *per undas* S. German. ſed bonum eſt *per umbras*, quia nox hic intelligitur; quare malim, *per umbram*. ut ſaepe Virgil. lib. VI. 268. IX. 314. & alibi. *junctum pietate* Turr. duriter dictum, *compulit timorem*, coëgit cedere timorem victum pietate, ut ita duceret corpus &c.

720. *Ad terram*] *In terram* Turr. *ad terras* Thuan. quart. Rottend. pr. Hamb. tert. *in litora* novem. *in litore* ſex.

724. *Nunc victus*] *Tunc* multi. *pondere toto* Hamb. pr. forte,

tunc victus pondere motos
Exſpectat fluctus.

nimirum veniliam ſive fluxum (noſtris *vloet*) qui expelleret cadaver in litus. Cogitabam &, *retro Exſp. fluctus*, quando ex mari redeant ad terram, retrorſum venientes, & retro ferentes fluctum, ut in alia re VII. 426. *retro tua fata tulit.* mox, *Effundit* Rottend. tert. & Turr. *infundit* MS. Cortii.

729. *Non pretioſa*] *Nec pr.* Turr.

731. *Eoos*] *Eous* Rottend. pr. *adores* tert. *Et Romana* Thuan. ſec. male: *ut* repeti jam vidimus ſaepe. *Geſtant* Rottend. pr. *ſua colla* Hort. Ed. ſupra vidimus has voces variari: reſpicit funus *Metelli*, qui a filiis ad rogum latus eſt, unde & *ſua* & *pia* poſſet defendi. ſed *pia* praefero, quia *ſuum* praecedit. *ferialis pompa* tres Cortii.

Impellit. poſtquam ſicco jam litore ſedit,
Incubuit Magno, lacrimasque effudit in omne
Vulnus, & ad Superos, obſcuraque ſidera fatur:
Non pretioſa petit cumulato ture ſepulcra
Pompejus, Fortuna, tuus: non pinguis ad aſtra
Ut ferat e membris Eoos fumus odores,
Ut Romana ſuum geſtent pia colla parentem,
Praeferat ut veteres feralis pompa triumphos,
Ut reſonent triſti cantu fora, totus ut ignem
Projectis maerens exercitus ambiat armis.
Da vilem Magno plebeji funeris arcam,

734. *Ut reſonent*] *Et reſonent* Thuan. ſec. *reſonant* tert. *triſti cantu* multi. *tatus* Barber. *amnem* Hamb. pr. *ignes* octo.

735. *Projectis*] Cortius, *injectis*, ut ſcilicet in rogum injecerint arma, quod ſaepe factum fuiſſe negari non poteſt: *abjectis* alii explicant, quia *projicere* arma notat abjicere, in terram jacere, ut infr. IX 27.

Ignavis manibus projectos reddidit enſes.
Ovid. III. ex Pont. IV. 97.

Perfida damnatas Germania projicit haſtas.
Virgil. VI. 836. *Projice tela manu*; & paſſim. vix tamen hoc velle Lucanum puto, ſed intelligere decurſionem militarem, quae ſpecies pugnae & ſimulacrum in funeribus Imperatorum celebrabatur, circa rogum, ut notum. Jam *projicere* arma notat habitum pugnantium, quando ſcutum & enſem in hoſtem extendunt & porrigunt, ut *projecta ſcuta* & ſimilia illuſtravit Heinſius ad Virgil. X. Aen. 586. ita *projecti fluctus* IX. 309. in terram uſque porrecti. vid ſupr. h. l. 442. Liv. VII. 10 *projicere laeva ſcutum*. Claudian. I. in Rufin. 265.

Clypeusque trucem projectus in hoſtem.
ut legendum puto, ubi nunc vulgo, *porrectus* nam in uno codice reperi, *provectus*. vid.. & ad Val. Flacc. IV. 268. Kirchmannus de funeribus lib. III. 3 de decurſione agens, recte quidem hunc locum adducit, ſed tamen *projectis* pro abjectis, ut & Rutgerſius ab Oudendorpio laudatus, pro *jactis in rogum* ſumſiſſe videntur, quod decurſioni non convenit, in qua armati milites decurrebant, ut loca alia ab eo producta oſtendunt, & verbum *ambit* hic decurſionem intelligi probat. *premerens jectis* MS Cortii. quod non capio, niſi per duriſſimam tmeſin capias, *projectis maerens*.

736. *Arcam*] *Aram* etiam probabat Heinſius, ſed recte *arcam* vindicavit Oudendorpius, qui tamen immerito carpit illos, qui etiam in plebejo funere *aram* agnoſcunt, quia illa magnificentius quid notet. nam aut negandum eſt, ullos e plebe rogo impoſitos, quod tamen innumeris ex locis conſtat, ut mox etiam vſ. 743. *corpus vile rogo* crematur: nam & *buſtum* vocat, ut hic, quum ſervi & ultimi ex faece plebis in puteos projici ſolerent: aut fatendum eſt, etiam plebejorum rogos *aras* poſſe dici, quia omnes rogi, qualeſcumque erant, in formam arae conſtruebantur, ut viri docti oſtenderunt; ſed divitum & potentiorum altiores & ornatiores erant. Deinde in Ovidii loco, *ara* minime diverſa eſt a rogo, quia additur, *flamma parata rogo*, ſed flamma additur, ut accenſus jam rogus, ut centies occurrit, intelligatur, & eſt potius ἓν διὰ δυοῖν *ara*, & *flamma* pro incenſa face ara, ſive rogus, ſubje-

Quae lacerum corpus ſiccos effundat in ignes.
Robora non deſint miſero, nec ſordidus uſtor.
Sit ſatis, o Superi, quod non Cornelia fuſo
Crine jacet, ſubicique facem complexa maritum
Imperat, extremo ſed abeſt a funere buſti
Infelix conjux, nec adhuc a litore longe eſt.
Sic fatus, parvos juvenis procul adſpicit ignes,

Cor-

cto igne ardens; & ignotus debet eſſe Ovidii luxurians ſtilus, qui eamdem rem duobus ſynonymis ſolet millies exprimere. vid. Voſſ. ad Val. Flacc. v. 24. ubi *obitum, ſupremaque funera* apud Ovid. idem notare docet, & ita ſaepius alii. deinde *arca* hic praeferri debet, quia illa recte, *effundere corpus in ignes* dici poteſt, non vero *ara. ſiccos ignes*; non ture, odoribus &c. nutritos.

738. *Uſtor*] *Auctor* S. Germ.

740. *Maritum*] *Marito* volebat Heinſius, ut non pendeat a *complexa*, ſed quod illa aliis imperet facem *marito* ſubjici, dum complectitur. Sed ita abſolute *complexa*, ſine illo, quem complectebatur, poni inconcinnum videtur. Quid enim amplecti poterat, niſi corpus mariti? certe non *facem*. Sed illam facem, complexa maritum, ſubjici jubet, quaſi indivulſa a marito ſimul uri vellet, ſi adfuiſſet. *faces* Thuan. ſec.

741. *Abeſt a munere*] Codices fere aequo numero variant, & *funere* etiam exhibent, ut Oudendorpius etiam notat. qui rogat, quid eſt *funus buſti*? ſed ſi quis regereret, quid eſt *munus buſti*? reſponderet eſſe ultima officia, pompam, exſequias, & cetera, quae dantur mortuis. Atqui id *funus* magis & amplius notare ſolet; quum *munus buſti*, proprie ſint illa tantum, quae in pompa ferebant, ut deinde in rogum, ut in ſacrificiis in aram, conjicerentur: *funus* autem omnem adparatum ad rogum ſtruendum, *exſequias*, & etiam ipſa cadavera jam parata aut impoſita rogo ſignificet. vid. Serv. ad Virg. 11. Aen. 539. qui dicit funus eſſe ipſum cadaver jam ardens: ſed notat omnia, quibus celebratur funus, ut hic. ergo *funera buſti* ſint & ipſum cadaver cremandum, & quae eo pertinent; ut mox 671. *funere nullo rogus.* vid. ad Val. Flacc. VII. 643. ubi itidem variant interpretes. & ita *dona pompae* & *exſequias* conjungit Stat. v. Silv. I. 208. nec quia *extremum* additur, aliquid huc facit, quia aeque frequenter, *extremum funus*, ac *munus* occurrit, ut patet ex Valer. Flacc. v. 14. & 25. & locis ab Heinſio ad Ovid. III. Met. 137. adductis, & a Broukhuſio ad Propert. I. XVII. 23. ubi ille corrigebat,

Illa meum extremo clamaſſet munere nomen.

pro vulgata, *pulvere*, quod tamen ſine codicum fide tentare periculoſum, quum *extremus pulvis* ſit cinis conditus in urnam, quando manes & defuncti nomen cieri ſolebant, ut Eleg. XIX. 6. idem Poëta.

Ut meus oblito pulvis amore vacet.

nam ſi hoc licet, & hic licebit legere, *ſed abeſt a pulvere buſti.* & tunc nulla difficultas in hoc loquendi modo ſupereſſet. agitur ergo hic, an *munus*, an *funus buſti* rectius dicatur. ego neutrum probo. Sed Lucani ſingularibus adſcribo, & utrum eligat lector, liberum ipſi relinquo arbitrium. Cortius aliter rem expedit, conjiciens legendum eſſe,

Sed abeſt a munere, buſtis, vel *juſtis.*

per ἐπεξήγησιν, quod an approbaturus fuiſſet doctis, dubito. rectius fuiſſet, *a munere juſto*, id eſt, legitimo, ſollemni, ordinario. Sed dixi jam ſaepius, nos, ubi quid incommode dictum occurrit, velle ſaepius concinniores facere auctores, quam re ipſa fuerunt, & praeſertim Lucanum, qui tot duras phraſes adſectavit, quae ipſi relinquendae ſunt. *e munere* Thuan. quart.

744. *Corpus vile ſuis*] *Corporis illaeſi nul-*
lo

Corpus vile ſuis, nullo cuſtode, cremantes.
Inde rapit flammas, ſemiuſtaque robora membris
Subducens, *Quaecumque es*, ait, *negleƈta*, *nec ulli*
Cara tuo, *ſed Pompejo felicior umbra :*
Quod jam compoſitum violat manus hoſpita buſtum,
Da veniam: ſi quid ſenſus poſt fata reliƈtum eſt,
Cedis & ipſa rogo, *paterisque haec damna ſepulcri*,

Te-

lo Rottend. a m. ſec. *vile ſui* Voſſ. *crematus* S. Germ. latet aliquid. ſed vulgata ita explicanda, ut incenſo igne, reliquerint ſui corpus, quod vile ipſis erat, ignibus, ut conſumerent, nullo manente, qui cuſtodiret illud.

745. *Semiuſtaque*] *Semuſtaque* plerique libri. ut & infr. 786. & alibi. vid. Pier. ad Virg. III. Aen. 578. qui praefert *ſemiuſta*, quem ſequor. *robora flammis* Turr. *ſubducens* quinque. mox, *nec leƈta* Richel. *cura tuo* Rottend. tert. S. Germ. & Voſſ. quod neſcio an non melius, quia nullus cuſtos aderat.

747. *Pompeji*] *Pompejo* omnes fere. non tamen video nullo ſenſu dici *Pompeji*, quum umbra illa felicior umbrâ Pompeji dici poſſit, ut vulgo loqui ſolent. Sed tamen arbitror elegantius eſſe *Pompejo*, & remotius a vulgo, & ideo corrupiſſe inſcitos librarios in *Pompeji*. ita lib. VII. 144.

Si liceat Superis hominum conferre labores.

pro Superorum, ubi vide. & ibid. vſ. 101. Juſtin. IV. 3. *facinus nulli Tyranno comparandum*, pro *Tyranni*. vid. ibi Vorſt. & ad lib. II. XIV. 10. Valer. Flacc. II. 226.

notaque ſonat vox conjuge major.

pro *conjugis*. Propert. I. IX. II.

Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero,

pro *Homeri*. & ita defendi poſſet leƈtio duorum codicum apud Virgil. Ecl. VII. 22. *proxima Phoebo verſibus ille facit.* ſed conſtruƈtio intricatior, quaſi, *carmina proxima Phoebo facit* dixiſſet. Sed *verſibus Phoebi* reƈtius, quam *Phoebo*. Apud Cicer. ad Brut. Epiſt. XII. *nullo modo poterat cauſſa Lepidi diſtingui ab Antonio*. ubi Lambinus, *ab Antonii*, contra codices & Edd. veteres. ſic lib. VII. 130. *facies ſimillima leto*, pro mortuis. ſic apud Varron. I. de R. R. II. §. 6. *quod oleum conferam Venafro*; ubi *Venafrano* Schoetgenius; ſed nihil move. quamquam & *Venafro* potuit dixiſſe pro *Venafrano*, ut ſolent illa adjeƈtive poni. & ita cape illa Val. Max. V. VI. 3. *dignam pietatem*, *quae*, *quod ad ſolidam gloriam attinet*, *ſeptem regibus praeferatur*. ubi inficeti librarii dederant, *ſeptem regibus praeferatur gloriae*, pro *regum*. Sed modus eſto exemplorum, quae plurima ad manum ſunt. novi & qui mallet, *Pompeja felicior umbra*. ſed ad talia opus eſt auƈtoritate codicum, quae ſi adſit, admitti poſſent.

748. *Quod jam compoſitum*] Etiam implicitus locus. Ego, majore diſtinƈtione poſita poſt *umbra*, hic novam periodum inchoarem, & ita conſtruerem: *Da veniam*, quod manus hoſpita violet compoſitum jam buſtum; & cauſſa veniae petendae eſt, quia jam compoſitum buſtum, quod violatum antea dici non poteſt; ſed hoc cadaver jam in cinerem collapſum, & quod ſui urna condere neglexerant, ſubduƈto reliquo adhuc parvo igne ſe violare fatetur, ſed excuſat faƈtum, quia Pompejo cremando ignes ſubducit: non ergo felicior erat illa umbra Pompejo, quia violaretur ejus buſtum, ut ex vulgari diſtinƈtione dici deberet; quaenam enim illa felicitatis cauſſa? Sed quia jam compoſitum erat illud cadaver, & fere in cineres lapſum, licet omnis rogi materia nondum eſſet conſumta, & tantum Cordus reliquerit ignis, quo conſumeretur cadaver. violare vero au-

 ſus,

Teque pudet, ſparſis Pompeji manibus, uri.
Sic fatur: plenusque ſinus ardente favilla
Pervolat ad truncum; qui fluctu paene relatus
Litore pendebat. ſummas dimovit arenas,
Et collecta procul lacerae fragmenta carinae
Exigua trepidus poſuit ſcrobe. nobile corpus
Robora nulla premunt, nulla ſtrue membra recumbunt:
Admotus Magnum, non ſubditus, accipit ignis.
Ille ſedens juxta flammas, *O maxime*, dixit,
Ductor, & Heſperii majeſtas nominis una,
Si tibi jactatu pelagi, ſi funere nullo
Triſtior iſte rogus; manes, animamque potentem
Officiis averte meis: injuria fati

Hoc

ſus, quia lacerum & ſparſum Pompeji corpus jaceret, in cujus gratiam hanc veniam petit, ſi non exacte omnia obſervet in funeribus obſervanda, quale erat cineres legere, & in urnam condere, quod quia ſui negligebant, nec ſibi crimini datum iri ſperabat, ſi conditos cineres jacere pateretur, & Pompejo officium praeſtaret, poſſet & *compoſitum buſtum*, de rogo exſtructo & parato vili illi cadaveri, capi, quod violat, antequam penitus ſit igne conſumptum: ignem vero ex rogo furari ſacrilegii inſtar habebatur, & infauſti admodum ominis, forte quia rogus ara erat, nec de ara rapere faces, nec accendere lumen, fas erat. vid. Phaedr. IV. Fab. 10. qui & vulpem *rapientem* facem ab ara fingit I. Fab 28. ut Noſter, *rapit flammas*, crimen exprimente verbo. hinc jam, quaſi umbra veniam dediſſet & annuiſſet, ſubjicit, *ſi quid &c. cedis & ipſa rogo.* ceterum, *violet* tres libri. *credis* Turrian.

751. *Teque pudet*] *Te pudeat* MS. Cortii. *ſic fatus* multi. *plenus ſinus* Turrian. deinde, *evolat* Thuan. quart. Oiſel & S. Germ. quod non diſplicebat Heinſio, ſed *pervolat* plus notat, celeriter eo perveniſſe.

754. *Pendebat*] *Dependet* Thuan. ſec. *ſemovit* Turrian.

755. *Collecta*] *Collata* Rottend. ſollemni variatione. vid. lib. I. 477. V. 722. Markland. ad Stat. III. Silv. II. 134. legit, *collata rogo.* Sed contra codices & mentem Poëtae, ut puto, qui nullum rogum eſſe exſtructum narrat, ſed *ſcrobem*; nulla ſtrue facta, nec *ſubditum*, ſed *admotum* ignem dicit. & refutavit etiam Oudendorp. ad Frontin. II. XII. 2. nec obſtat, quod mox dicat, *triſtior iſte rogus*, ubi recte, quia numeros legitimi rogi hic implere non poterant illa fragmenta navis collata, & in *ſcrobem* conjecta; quare *procul* retinendum, quod idem eſt, quod non longe, prope, ut ſaepe poni docent Grammatici. vid. ad Virgil. VI. Eclog. 16. de *ſcrobe* feminino genere egi ad Ovidii locum, ab Oudendorpio allatum. Papias etiam vitioſe, *ſcrobonem Lucanus etiam dixit feminino genere.* lege, *ſcrobem*, ut in ſequentibus recte idem.

756. *Nobile corpus robora nulla premunt*] Quis umquam legit cadaveri impoſita ligna, ut premeretur? Quum torus ſive lectus ſummo rogo imponeretur, & cadaveri oculi,

ante

Hoc fas eſſe jubet; ne ponti belua quidquam,
Ne fera, ne volucres, ne ſaevi Caeſaris ira
Audeat, exiguam, quantum potes, accipe flammam,
Romana ſuccenſe manu. Fortuna recurſus
Si det in Heſperiam, non hac in ſede quieſcent
Tam ſacri cineres: ſed te Cornelia, Magne,
Accipiet, noſtraque manu transfundet in urnam.
Interea parvo ſignemus litora ſaxo,
Ut nota ſit buſti; ſi quis placare peremtum
Forte volet, plenos & reddere mortis honores;
Inveniat trunci cineres, & norit arenas,
Ad quas, Magne, tuum referat caput. haec ubi fatus,
Excitat invalidas admoto fomite flammas.

Car-

ante clauſi, aperirentur, ut coelum adſpiceret, & quum mox ſequatur, *nulla ſtrue membra recumbunt.* Omnibonus recurrit ad Hypallagen, pro, robora non premuntur a corpore. reliqui tacent; poſſet quidem capi de toro, qui premit & artat corpus intra tabulas vel pluteos, ſed non tam auguſti erant tori, qui ſaepe convivales adhibebantur funeri, ut premi inde corpus poſſit dici. quare nil ſupereſt, niſi ut legamus. *nobile corpus Robora nulla premit*, non recumbit in ſtrue, ut mox explicat. ſic & vivi dicuntur *premere torum*, pro iis incumbere. vid. Ovid. I. Amor. IV. 15. & III. Art. 721. & alios. Jacens ergo in ſcrobe corpus exigua & nuda, & ad latera ejus exiguam ſtruem, & admotum ignem debemus intelligere. *premit* etiam Cl. Dorvillius praeferebat. *recumbent* Richel. *non ſubjectus capit* Rottend. tert. *ſubjectus non capit* quatuor Cortii. Si per libros liceret, malim, *arripit ignis*, ut *rapere* & *rapidum* de igne vidimus ſupr. III. 98. & hic agitur de initio ignis, qui arripit materiam, ut mox accenſus vſ. 777. *carpit.* deinde mox ſequitur, *accipe flammam.*

760 *Ductor*] *Victor* Rottend. ſec. *Auctor* Turrian. mox, *funere nudo* Thuan. quart. & a m. ſec. Rottend. ſec. vid. ſupr. 263. quod & explicari poſſet ſine ullo, vel minimo apparatu. ſed vulgata ſana eſt. vid. ſupr. 714.

763. *Averte*] *Adverte* Rottend: tert. mox, *hoc nefas eſſe* Hamb. pr. *hoc ſatis* Rottend. tert. *quidquid* Rottend. pr. *ponti ne* Cortius, cujus MS. *ne quidquam bellua ponti.* verſus 765. deerat a m. pr. Rottend. tert.

766. *Exiguam*] Heinſius conjiciebat, *exiguae q. p. a. flammae. quantum potes* non eſt mutandum. vid. ad Val. Flacc. I. 8. & centies apud Terentium & alios, *quantum potes*, & *quantum poteſt*, occurrit: nec, licet aliquis *quantam* vellet, ſc. flammam, mutanda lectio. Liv. XXII. I. *pecunia collata, quantum conferre cuique commodum eſſet.* ubi non opus *quantam* reponere. vid. ſupra ad vſ. II. mox, *ſuccenſa manu*, plurimi; *manu eſt* tres.

767. *Recurſus*] Vid. ſupr. IV. 514. *quieſcant* Thuan. pr. & Richel.

770. *Noſtraque*] Cortius conjiciebat, *caſtaque manu*, ut de Cornelia capiatur. non male, ſi codices darent. poſſet &, *notaque manu*; ſed noſtra manu tranſlatos cineres in Italiam & acceptos a me; ipſa transfundet. *affundet* Hamb. ſec.

771. *Signemus*] *Signentur* Turrian. a m.

Carpitur, & lentum Magnus deſtillat in ignem,
Tabe fovens buſtum. ſed jam percuſſerat aſtra
Aurorae promiſſa dies: ille, ordine rupto
Funeris, attonitus latebras in litore quaerit.
Quam metuis, demens, iſto pro crimine poenam,
Quo te fama loquax omnes accepit in annos?
Condita laudabit Magni ſocer impius oſſa.
I modo ſecurus veniae, faſſusque ſepulcrum
Poſce caput. cogit pietas imponere finem
Officio. ſemiuſta rapit, reſolutaque nondum
Oſſa ſatis, nervis, & inuſtis plena medullis
Aequorea reſtinguit aqua, congeſtaque in unum

Par-

ſec. & *nota* Thuan. ſec. *ut nota ſit buſto* Turr. & Barber. reliqui, *buſti*. male. ſupr. 711. *una nota eſt Magno*. ut apud Ovid. III. Faſt. 429. *una nota eſt Marti*; ubi alii, *Martis*. *nota* vero non ipſum ſaxum, nam plura in litore jacuiſſe veroſimile eſt, ſed titulus, quo ſignavit illud ſaxum verbis ſollemnibus, *Hic ſitus eſt Magnus*, infr. 793. ut apud Ovid. II. Met. 326.

ſignantque hoc carmine ſaxum:
Hic ſitus eſt Phaëton.

mox, *forte velit* Thuan. quart. &, *mortis reddere* Rottend. ſec.

777. *Et lentum*] *Et laetum* Richel. & Barber. *Magnus lentum* quinque. *deſtillat* multi. *lentum deſtillat Magnus* Cortius.

779. *Aurorae praemiſſa dies*] *Promiſſa* quatuor. *aurora praemiſſa dies* Cortius. *aurora promiſſa* duo Oudendorp. quod eſſet explicandum ab aurora, vel per auroram. Sed intricatior ſenſus, ſive *promiſſa*, ſive *praemiſſa* legas. dies certe non praemittitur aurorae, ſed aurora diei. unde ad Hypallagen iterum confugit Hortenſius. & ita apud Virgilium III. Aen. 589. dies ante auroram ponitur, ubi Servius ὕστερον πρότερον eſſe notat: ſed niſi capias *aurorae*, dativo caſu, dies promiſſa, quae eam ſequi debet ex ordine naturae, qui promittit diem ſequentem, hoc vix placet. quare ego praeferrem, quod in Codice Berſmanni, & Ed. Venet. eſt, *Aurorae permixta dies*, ut fuerit crepuſculum ita dubium, ut neſcias an aurora ſit, an jam dies, ſive ſol, (ut jam ſaepe vidimus *diem* poni,) quum jam rubere incipit coelum, ſole nondum caput exſerente, & ita ſaepe de prima hac luce Poëtae ſolent loqui, ut in exemplis ab Oudendorpio adlatis. & hoc indicat *percuſſerat aſtra*, id eſt, hebetaverat, nondum fugaverat, ſed ut fugam pararent, percuſſerat radiis ſuis adhuc languidis. ita ut in coelo jam lux eſſet, antequam in terris aurora lucere inciperet. *Sol* vero *icere*, *percutere* paſſim dicitur, quae probare nihil attinet illis, qui aliquem uſum Poëtarum habent. vid. ſupr. II. 482.

781. *Demens*] *Clemens* Thuan. quart. ex ſollemni illa literarum *d* & *cl* confuſione. vid. ad Ovid. IV. Triſt. IX. 3. & alibi. *crimine* noſtri omnes. ſcilicet violati rogi alterius.

782. *Quo te*] *Qua* Thuan. ſec. *exegit* volebat Heinſius. aliud verbum futuri temporis videtur requiri. nam praeteritum non ſatis apte convenit intervallo inter hoc tempus & Lucani aetatem. Sed neſcio, quod ſubſtituam,

an

Parva clauſit humo. tum ne levis aura retectos
Auferret cineres, ſaxo compreſſit arenam:
Nautaque ne buſtum religato fune moveret,
Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen: (pulcrum
HIC SITUS EST MAGNUS. placet hoc, Fortuna, ſe-
Dicere Pompeji, quo condi maluit illum,
Quam terra caruiſſe ſocer? temeraria dextra
Cur obicis Magno tumulum, maneſque vagantes
Includis. ſitus eſt, qua terra extrema refuſo
Pendet in Oceano. Romanum nomen, & omne
Imperium Magno eſt tumuli modus. obrue ſaxa
Crimine plena Deum. ſi tota eſt Herculis Oete,

Et

an *jactabit*, *memorabit*, aut ſimile. an *accepit*, in omnes annos celebrandum, ut quaſi promiſerit, famam non tacituram tuas laudes, quaſi receperit & promiſerit id fama. Cortius ad Plin. VI. Epiſt. 15. in verbis, a *capio* compoſitis, aliquid reciproci ineſſe docet. ita ut eſſet pro, famam accepiſti in omnes annos. ſed & accepit, ſcilicet ab illo tempore ad Poëtae aetatem, & deinceps in omnes annos praedicandum. *laudaret* Rottend. tert.

784. *Sepulchrum*] Petrus Dorvillius malebat, *faſſuſque ſepulchro poſce caput*.

786. *Rapit*] *Capit* Thuan. ſec.

787. *Oſſa ſatis, nervis* &c.] Heinſius diſtinguebat. *oſſa ſatis nervis, & inuſtis* &c. mox, *reſtringuit* Turr. *cluſit* multi. & *rejectos* Rottend. tert. & a m. ſec. Barber. aliter etiam codd. Oudendorpii, ubi *revulſos* eſt petitum ex vſ. 844. ſed *retectos* unice verum; id eſt, dejecta humo nudatos, ut apud Suet. Aug. 78. *retecti pedes* ſunt veſtimentis nudi, ubi etiam Torrentius *rejecti* malebat. ſed vide quae ibi notavimus. & ita Noſter utitur hoc verbo lib. IX. 153. & 768. ſic *loca retecta & calida* dixit Varro I. de R. R. 51. quae Scaliger ἐνδιαιτά, & expoſita ſoli explicat. Cl. Dorvillius etiam tentabat, *parca clauſit humo*.

792. *Inſcripſit*] *Inſcribit* Thuan. ſec. & Turr. *ceſpite* Rottend. tert. & hic *ſemuſto* libri multi.

793. *Placet hoc*] Per interrogationem uſque ad *ſocer*? dat Oiſel. & editi multi. recte. acerbus eſt ſarcaſmus. vid. VII. 58. & alibi.

795. *Quam terra caruiſſe*] Id eſt, inſepultum abjici explicant interpretes. Sed tunc inventum poſtea magna cum pietatis oſtentatione potuiſſet Caeſar ſepelire. quare ego malim capere, quam mari mergi, in quo fluitans cadaver reperit Cordus, tunc omnis materia oſtentationis fuiſſet ademta, & tunc vagantes manes, qui non poterant condi & expiari, ſemper Caeſari graves fuiſſent.

796. *Vagantes*] *Vagantis* Hamb. ſec. *jugantes* Richel. quod neſcio quid velit.

797. *Refuſo*] *Recuſo* Rottend. ſec. Cortius edidit, *refuſum tendit in Oceanum*, & praeterea conjicit vel *pergit*, vel *vergit*. de refuſo Oceano vid. lib. II. 618. *pendere* vero dicitur terra, quia undique cincta aquis in medio quaſi pendere videtur. ut Ovid. I. Met. 30 & alii, mare ſuſtinere & ferre terram dixerunt. vel quia additur, *extrema terra pendet*, id eſt, non latius extenditur, ut *pendere opera interrupta* dicuntur, Virgil. IV.

Aen.

Et juga tota vacant Bromio Nyſeïa; quare
Unus in Aegypto eſt Magni lapis? omnia Lagi
Rura tenere poteſt. ſi nullo ceſpite nomen
Haeſerit, erremus populi, cinerumque tuorum,
Magne, metu nullas Nili calcemus arenas.
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum?
Adde actus tantos, monumentaque maxima rerum:
Adde trucis Lepidi motus, Alpinaque bella,
Armaque Sertorî, revocato Conſule, victa,
Et currus, quos egit eques: commercia tuta
Gentibus: & pavidos Cilicas maris, adde ſubactam
Barbariam, genteſque vagas, & quidquid in Euro
Regnorum, Boreaque jacet. dic ſemper ab armis
Civilem repetiſſe togam: ter curribus actis

Con-

Aen. 88. quod *ſtare* dixit Florus IV. 12. *factum, ut imperium, quod in litore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret.*

798. *Et omne*] *In omnem* S. Germ. *Imperium Magnum* Thuan. quart. *imperium tituli Magno* Richel. & Heinſian. *tumuli eſt* multi. *eſt* deerat Turrian. *obrue ſaxi* S. Germ. *ſaxo* Voſſ. *crimine plana* Thuan ſec. *Oeta*, Voſſ. *tota vagant* Thuan. ſec. ita variatur lib. II. 583.

802. *Magno*] *Eſt Magno* multi. *Magni* plures. *Magni eſt lapis* Thuan pr. *Magni* probat Cortius ad Plin. II. Ep. I. §. 7.

803. *Rura*] *Jura* Oiſel. *arva* tres, quod Cortio placuit. *potes* Rottend. ſec. *ceſpite numen* Richel. vid. infr 860. unde forte petitum. *preſſeris* Thuan. ſec. Heinſius malebat, *ſepſeris*, & majorem diſtinctionem tollit poſt hoc verbum, ut Cortius, qui ponebat poſt *poteſt.* non male. *ceſpite* hic de quacumque parte terrae capiendum. ſi in tota Aegypto nomen tuum non legeretur. ita *ceſpes* ſaepe Avieno dicitur:

804. *Haeſerit*] *Haeremus* Rotterd. tert. *Nili nullas* tres.

806. *Tam ſacro*] *Tam claro* tres Cortii. noſtri, *ſacro.*

807. *Monumentaque*] Heinſius, & Markландus ab Oudendorpio adductus, volebant, *momentaque.* ego dubius haereo. nam *momenta* rerum poſſent dici, quia Pompejus ſaepe magnum momentum rerum fuit, & effecit, ut in hanc vel illam partem res inclinarent. vid. ad lib. III. 337. non tamen *monumenta* rejicio, quod omnibus codicibus nititur, & actubus melius convenit quorum monumenta erant, tropaea, provinciae, triumphi &c. quae ſunt *monumenta*; ſic Vellej. Paterc. II. 38. *Syria Pontuſque Cn. Pompeji virtutis ſunt monumenta.* vide quae dixi in praefatione ad Vellejum.

808. *Truces*] *Trucis* multi, ambigue, an pro *truces*, an *trucis Lepidi.* & miror hic *truces* habere Cortium, qui alias accuſativos illos in *is* ubique intrudit. Sed *truces* homines facilius reperias, quam *motus*: Statius tamen II. Theb. 300. *trucem ſecreta movebat invidiam.* & ipſe Horat. I. Ep. XIX. ult. *truces inimicitias.* quare eligat quiſque, ut lubet.

811. *Pavidos maris*] Non placuiſſe Heinſio oſtendit obelus adpoſitus, nihil tamen tentavit. cogitabam olim, *cupidos*, ut iſtae voces

lib.

Contentum patriae multos donaſſe triumphos.
Quis capit haec tumulus? ſurgit miſerabile buſtum
Non ullis plenum titulis, non ordine tanto
Faſtorum: ſolitumque legi ſuper alta Deorum
Culmina, & extructos ſpoliis hoſtilibus arcus,
Haud procul eſt ima Pompeji nomen arena,
Depreſſum tumulo, quod non legat advena rectus;
Quod niſi monſtratum Romanus tranſeat hoſpes.
Noxia civili tellus Aegyptia fato,
Haud equidem immerito Cumanae carmine Vatis
Cautum, ne Nili Peluſia tangeret ora
Heſperius miles, ripasque aeſtate tumentes.
Quid tibi ſaeva precer pro tanto crimine tellus?
Vertat aquas Nilus, quo naſcitur orbe, retentus,

Et

lib. II. 52. commutatas vidimus. Sed *pavidos maris* poteſt ſignificare, qui ſubacti a Pompejo & expulſi mari, jam non audent mare tentare: Sulpitius in mediterranea loca tranſlatos explicat, unde ſcilicet deſueti maria adſpicere, jam pavent ad ejus conſpectum. ſic *timidus lucis* Senec. de vita beat. cap. XXI. mox, *barbariam* plerique libri.

815. *Contentum*] *Contemptus* S.Germ. *multos patriae* etiam multi.

817. *Non ullis*] *Non ulli* Thuan. tert. mox, *fatorum* idem. *Factorum* Voſſian quod Cortius recepit. Heinſius prius tentabat, *geſtorum*, ſed deinde vulgatam reliquit ſuo loco. Ordo faſtorum eſt continuata ſeries magiſtratuum & Imperiorum, quibus ornatus Pompejus implevit faſtos. ut ſupr. h. l. 269. de Mario.

An Libycae Marium potuere ruinae
Erigere in faſces, plenis & reddere faſtis?

praeterea imitatum hic fuiſſe Horatium IV. Od. 14. *Per titulos memoresque faſtos*, notabat Cl. Dorvillius. *ſolitamque* Hamb. ſec. non vero jungerem τῷ *ſurgit*: miſerabile buſtum non ſurgit plenum titulis ullis &c.

819. *Exſtructos*) *Inſtructos* malebat Heinſius; ſed nihil opus. ex ipſis ſpoliis, arcus erectos & exſtructos indicat. ſic *exſtructus mons* vſ. 695. ubi etiam Codex unus, *inſtructus*. ſic apud Juſtin. XVIII. 6. *pyra in ultima parte urbis exſtructa*. ubi codex Oxon. *inſtructa*. & hinc lib. IX. 70. *inſtrumenta* vocat apparatum funereum, ubi *exſtrumenta* duo codices.

821. *Depreſſum*] *Impreſſum* quinque libri.

823. *Civili*] *Civili eſt* Ed. Steph.

824. *Immerito*] *Merito* eſt in Thuan. tert. Hamb. pr. & Oiſel. quod poſſet forte verum eſſe, ut diceret haud merito, id eſt, fruſtra, immerito, caviſſe Sibyllam, ne exercitus Romanus intraret Aegyptum, quum Romani receperint foediſſima ſacra Iſidis &c. & Aegyptus teneat Pompeji manes, quos nondum repetivit Roma. Et Caeſar etiam cum exercitu intraverit, neglecta Sibylla, Aegyptum, & ipſi pro poena temeratae religionis, honos erecto templo ſit redditus. *carmina* Oiſel. *cautum eſt* Barber. *Cautum* ineptum eſt. *cautum ne*, pro vetitum paſſim occurrit. Suet. Caeſ. IX. & alibi ſaepe. *tangeret arva* Heinſian. a m. pr.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Et ſteriles egeant hibernis imbribus agri,
Totaque in Aethiopum putres ſolvaris arenas.
Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim,
Semideosque canes, & ſiſtra jubentia luctus,
Et quem tu plangens hominem teſtaris Oſirim:
Tu noſtros, Aegypte, tenes in pulvere Manes.
Tu quoque, quum ſaevo dederis jam templa tyranno,
Nondum Pompeji cineres, o Roma, petiſti:
Exſul adhuc jacet umbra ducis. ſi ſecula prima
Victoris timuere minas; nunc excipe ſaltem

Oſſa

826. *Tumentes*] Vir Doctus apud Cortium, *carentes*, ex codice ſuo.

827. *Pro tanto*] *Tanto pro* Thuan. pr. & ita Cortius edidit.

828. *Vertat*] *Pertat* & a m. ſec. *perdat* Oiſel. male. Ovid. v. Epiſt. 31.

Xanthe retro propera, verſaeque recurrite
Lymphae.

ut ſteriles Thuan. pr. a m. ſec. *putris* Voſſ.

831. *Accepimus*] *Recepimus* Thuan. quart. Hamb. ſec. & Turr. a m. ſec. & multi Cortii. Ovid. XIV. Met. 608. *temploque ariſque recepit. Iſim* plurimi.

832. *Semideosque canes*] *Semideosque deos* Hamb. pr. Cortius conjiciebat, *ſemihominemque canem*; cum amato ſibi toties hiatu. forte, *ſemiferosque Deos.* ut canes a gloſſatore ſit. nam canes *ſemideos* dici vix videtur tolerabile.

833. *Tu plangens*] *Plangis* S. Germ. & Oiſel. unde Heinſius faciebat,

Et quem, dum plangis, hominem teſtaris,
Oſirin.

certe illud *tu* ter repetitum offendit aures.

836. *Petiſti*] *Piaſti* Scaligerum probare notaverat Heinſius. ut lib. IX. 1092.

Et placate caput, cineresque in litore fuſos
Colligite.

& ſupr. vſ. 772. *placare peremtum. petiſtis* quod in uno Voſſiano eſt, poteſt defendi. ut Ovid. IV. Faſt. 157. *Roma conſuluiſtis anum.* ubi vide. & ſupr. ad lib. VII. 556. jactura eſt eruditae notae, quod hoc ignoraverit Cortius.

837. *Secula prima*] *Priſca* Edd. veteres. ſed codices conſtanter retinent, *prima.* vid. lib. X. 151. mox, *timuere manus*, unus Heinſii, ut ſaepe in his vocibus variarunt librarii. vid. ad Ovid. I. Amor. VII. 46. & alibi.

839. *Si nondum*] *Si necdum* Oiſel. mox, *quis buſta tenebit* Rottend. tert.

841. *Quis ſacris*] *Qui* Richel. *merebitur umbram* quatuor Cortii. *moviſſe videbitur* tres ejusdem. *urnam* quatuor e noſtris. Cortius conjiciebat,

Quis ſacram dignus moviſſe videbitur um-
bram.

Sed an *movere umbram* recte & ſenſu facili dicatur, dubito, qui eſt ſine dubio in *movere urnam*: neque ideo rejicienda erat, quia Cordus nulla urna cineres Pompeji condidit: nam ſi illi collecti Romam deberent transferri, debuiſſent in hoc ipſo furtivo ſepulchro collecti, condi in urnam, & ita Romam transportari, & hoc eſt *movere urnam*, alio transferre, alio ſenſu ac *cineres movere* ſupr. vſ. 529. & hoc ſequentia indicant, *velit uti noſtro Roma ſinu.* in ſinu enim & oſſa lecta ponebantur, ut lib. IX. vſ. 60. & hinc in urnam condita in ſepulchrum portabantur. quo jocans reſpicit Martialis VIII. 57.

Collegitque ſinu fragmenta noviſſima fracti
Oris, & adgeſta contumulavit humo.

Ovid.

Oſſa tui Magni, ſi nondum ſubruta fluctu
Inviſa tellure ſedent. quis buſta timebit?
Quis ſacris dignam moviſſe verebitur urnam?
Imperet hoc nobis utinam ſcelus, & velit uti
Noſtro Roma ſinu: ſatis o nimiumque beatus,
Si mihi contingat manes transferre revulſos
Auſoniam, ſi tale ducis violare ſepulcrum.
Forſitan aut ſulco ſterili quum poſcere finem
A Superis, aut Roma volet feralibus Auſtris,
Ignibus aut nimiis, aut terrae tecta moventi:

Con-

Ovid. XIII. Met. 426.

Inque ſinu cineres ſecum tulit Hectoris.

& ita ex peregrina terra in patriam portabantur cineres & oſſa, in urnam condita. unde mandatum illud uxori ab Ovidio III. Triſt. III. 65.

Oſſa tamen facito parva referantur in urna.

Sic Germanici cineres Agrippina *ſinu tulit*, apud Tacitum II. Ann. 75. hoc vult ergo Lucanus. Quis dignam ſacris, id eſt, quae colatur, hanc urnam movere & transferre Romam verebitur? nullus enim ſepulchri, (quod non juſtum erat lib IX. 54.) violati poenae metus erit, & vel meo ſinu utatur Roma, quo portabo in patriam. ſic mox, *feret tua buſta ſacerdos.* ubi buſta ſunt oſſa, cineres, urna condita. Cl. Dorvillius credens in vulgata deeſſe *non*, quis non buſta timebit, legebat haec continuata ſerie verborum,

Qui buſta timebit,
Qui ſacris dignam moviſſe verebitur umbram,
Imperet hoc. &c.

ut ſubintelligat, qui timebit, & verebitur, is imperet hoc nobis. recte, ut puto.

842. *Imperet hoc*] *Haec* Rottend. pr. *utinam nobis* Hamb. ſec.

844. *Transferre revulſos Auſoniam*] Nihil variant noſtri, niſi quod *Auſoniae* in tribus ſit, ut & in aliorum quibusdam. ſed *transferre Auſoniae*, pro in Auſoniam jure damnavit Oudendorpius. forte poſſet mutata diſtinctione ita legi,

Si mihi contingat manes transferre revulſos,
Auſonii ſi tale ducis violare ſepulchrum.

tunc enim indignationi conveniens oppoſitio erit, & *tale* erit tam humile, abjectum, inconſpectum, & non juſtum, nec religione munitum Romani ducis ſepulchrum: nam aliter *ducis ſepulchrum* non addito, cujus gentis ducis, languidum erit, licet adpareat de Pompejo agi, & alibi ita abſolute loquatur. & ita *dux Heſperius* X. 376. *Latius* IX. 546. Si *Auſoniae* retinendum, aeque *Dux Auſoniae*, atque *Auſonius* poteſt dici; & illa centies in MS. mutantur. ut *Aemathiae campi*, & *Aemathii* mox lib. IX. 15. & alibi. elegans quoque. ſi noſtram diſtinctionem ſerves, eſt conjectura Heinſii, qui pro *tale* volebat, *vile*, ut ſit,

Auſonii ſi vile ducis violare ſepulchrum.

ita ſupr. 393. *vilia buſta*. in Hamb. ſec. erat, *Auſoniam*, & *ſi tale*. *manes* hic notare cadaveris reliquias videbimus infr. lib. IX. 150.

848 *Ignibus aut nimiis*] *Aut nimbis* e noſtris Rottend. ſec. & Richel. quod poſſet admitti, ut de imbribus, nive, & in genere de tonitrubus; fulminibus, procellis, quibus ſaepe Romani, quum tacta eſſent loca, ad procuranda haec prodigia, Deos adibant, agatur. nam *nimbi*, id eſt, pluviae prodigioſae, tempeſtatibus a Poëtis jungi ſolent. vid. quae dixi in Jove Fulgerat. cap. V. Si quis *ignibus nimiis* retinere velit, non de incen-

dio,

Conſilio, juſſuque Deum tranſibis in urbem,
Magne, tuam, ſummusque feret tua buſta ſacerdos.
Nam quis ad exuſtam, Cancro torrente, Syenem
Ibit, & imbrifera ſiccas ſub Pliade Thebas
Spectator Nili: quis rubri ſtagna profundi,
Aut Arabum portus mercis mutator Eoae,
Magne, petet, quem non tumuli venerabile ſaxum,
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Advertet? maneſque tuos placare jubebit,
Et Caſio praeferre Jovi? nil iſta nocebunt
Famae buſta tuae. templis, auroque ſepultus

Vi-

dio, ſed vel de fulminibus, vel de nimio aeſtu ſolis capiat. ut lib. IX. 375.

Et ſpes imber erat nimios metuentibus ignes.

Sic *nimii ſoles* ſupr. 164. *moventis* Richel.

849. *Juſſuque*] *Viſuque* Hamb. pr. quod de ſomnio, quo monerentur Romani, poſſit capi. ut ſaepe in Lapidibus *ex viſu* &c. ſed quia ſemper hae voces propter ſimiles literarum ductus permutantur, nihil puto novandum.

850. *Summusque feret*] *Summiſque* Barber. *ferit ſua* Thuan. quart. Heinſius, quum inſolentius videretur, *buſta* pro cineribus capi, corrigebat, *feret tibi juſta* Sed *buſta* pro urna poſſent capi, quae cineres habebat. ut ſupr. 529.

Buſtum cineresque movere
Theſſalicos audes.

& Noſter varie hac voce uti ſolet. Sed ſi Heinſii conjectura non diſplicet, poterit illuſtrari ex iis, quae adtulit ad illa Ovidii IV. Triſt. X. 80.

matri proxima juſta tuli.

ut pro *buſta* ibi legendum docuit, & apud Statium ſaepe has voces commutatas vidi, ut VI. 169. VII. 119. XII. 34. ut & *juſta dare alicui.* ut infr. IX. 67.

851. *Nam quis*] Cortius, *nunc quis*, ſine ulla auctoritate ſcriptorum. *ad exhauſtam* tres. vid. ad Virgil. III. Georg. 432. *Syenem* plurimi. *umbrifera* tres. *ſub Plyade* Thuan. pr. *Pliade* plerique. *Nili ſectator*, quod in tertio Voſſian. erat, etiam non ineptum faceret ſenſum. ut enim *ſequi regiones* &c. paſſim dicimus: vid. Drakenb. ad Sil. lib. II. 86. ita hic proprie ille, qui per ripas Nili ejus fontes vult inquirere, poſſet *ſectator* dici. Sic apud Virg. lib. IX. 490. *Quo ſequar*, exponit Servius, *inquiram*. quia tamen inſolentius dictum videtur, vulgatam retineo. *Spectator* enim hic de eo, qui videre cupit Nilum, vel ejus fontes. vide quae diximus ad Nemeſ. in Cyneget. vſ. 68. mox, *qui* Oiſel. *rubi* S. Germ.

855. *Petet*] *Petit* Rottend. pr. & tert. mox, *placare libebit* quatuor, & quidam Cortii. *jubebit* Thuan. tert. & Oiſel. *juvabit* plurimi. *licebit* duo. pro *avertat*, *avertet* multi. *advertet* etiam editi quidam. utraque lectio ſatis tueri locum ſuum poteſt. nam & *res* dicitur *advertere aliquem*, quum ejus oculos ferit, vel animum movet. ita ſaepe Tacitus, vide Commentatores ad lib. XIV. Annal. 43. ſed nec *avertet*, ſcilicet a via & itinere inſtituto ad viſendum ſepulchrum, caret ſua gratia. quare Lectoris arbitrio hoc relinquimus. vid. ad Virgil. IV. Aen. 106. praeferrem tamen *advertet*, quia cinis turbatus in ſummis arenis viatorem, per eum locum euntem, movebit, ut ſub eo aliquid latere credat,

Vilior umbra fores: nunc eſt pro numine ſummo,
Hoc tumulo Fortuna jacens. auguſtius aris
Victoris Libyco pulſatur ab aequora ſaxum.
Tarpejis qui ſaepe Deis ſua tura negarunt,
Incluſum Thuſco venerantur ceſpite fulmen
Proderit hoc olim, quod non manſura futuris
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.
Pulveris exigui ſparget non longa vetuſtas
Congeriem, buſtumque cadet, mortisque peribunt
Argumenta tuae. veniet felicior aetas,
Qua ſit nulla fides ſaxum monſtrantibus illud:

At-

dat: qui cinis turbatus non inde avertet in aliam partem, ſed ibi reſiſtere faciet, ut notato loco ſacra ibi manibus faciat: & hoc firmat ſequens *jubebit*; ſcilicet animadverſus cinis religione movebit, & jubebit manes placare. de veneratione tumulorum vid. Cort. ad Plin. III. Epiſt. 7. *avertit* Thuan. pr.

858. *Caſio*] Vicinum Caſio monti fuiſſe hoc ſepulchrum docuit ad Solini cap. XXIV. Salmaſius. mox, *templisque auroque* Rottend. pr.

860. *Nunc eſt*] *Nunc &* tres. *nunc es* totidem. *pro nomine* Turrian. a m. ſec.

861. *Anguſtius*] *Anguſtius* Hamb. pr. a m. ſec. per *aras* hic intelligit Turneb. XXVI. Adverſ. 23. inſulas Aegates, quem refutavit bene Ruaeus ad Virgil. I. Aen. 108. Quum vero *victor* dici nequeat Pompejus, qui proelio Pharſalico ſuperatus eſt (nam male Scholiaſtes capit de Caeſaris templo) Heinſius legebat, *Ductoris*, ut centies Pompejus *dux* dicitur. ut ſupr. 845. & IX. 138. & alibi. ut ita ductoris ſaxum dicatur auguſtius quibuſcumque aris: per quas intelligo Caeſaris victoris aram, quam in ejus funere erexere, & quam columnam vocat Sueton. in ejus vita LXXXV. ubi vide commentatores, & ſupra VII. 459. hac multo auguſtius hoc ſaxum, quod memoravit vſ. 790. fore dicit Poëta. De aris & templis hic non agitur, ſed ad illam aram ſacra facta dicit Suetonius. vid. lib. IX. 602. *pulſatur in aequore* plurimi, quod recepit Cortius & Oudendorpius.

863. *Saepe*] *Sede* Thuan. quart. *negarant* Thuan. ſec.

864. *Thuſco*] Varie tentavit Heinſius. *cluſum ſemuſto*, *incluſum ambuſto*, vel *affuſo*, ut lib. IX. 488. ſed *Thuſcus ceſpes* poteſt eſſe ab auguribus aggeſta terra, qua condebatur fulmen, & fiebat Bidental. ut lib. I. 606. vid. Jovem Fulgerat. cap. VII. in fin. ubi *incluſum ambuſto v. ceſpite fulmen* mihi non diſplicuiſſe oſtendi. ſed metuo, ne *incluſum numen* repetierit librarius ex lib. VI. 253.

865. *Manſura futuris*] *Menſura* Rott. pr. *manſura ſepulchri* Thuan. pr. & Edd. quaedam. *futuris* fere omnes. Heinſius, *ſuperſtes* conjiciebat. *futuri* pro poſteris recte quidem capi poſſunt, ſed videndum, an *manſura futuris moles*, eleganter dicatur, pro ad poſteros duratura. Quid ſi *futuris* neutro genere capiatur a *futura*? ut manere futuris temporibus dicatur, ut *terris manere* lib. IX. 89. pro in terris. & ita *noſcere futura* lib. V. 129. & paſſim; & hoc indicet in ſequentibus, *ſparget non longa vetuſtas congeriem*. de voce *manſura* vid. ſupr. vſ. 74. ſed locus hic nondum

eſt

Atque erit Aegptus populis fortaſſe nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quam Creta Tonantis.

eſt ſanatus: *proderit haec* Thuan. quart. male. vid. Cort. ad Plin. II. Ep 12.

868. *Cadet*] *Cadent* Rottend. pr. & Richel. mox, *veniat* Thuan. pr. & *monſtrantibus illud* fere omnes.

871. *Erit*] *Erat* Hamb. ſec. unde Heinſ. *eat. Aegyptos* Rott. ſec. a m. ſec. & Cortius.

FINIS LIBRI VIII.

M. AN-

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

At non in Pharia dicit, quod bella Catoni
Libertate placent, qui Sextum multa minantem
Corripuit, poſtquam ſcivit de funere Magni.
Atera pars multos correctos voce Catonis
*Dicit, per Syrtes fore multa pericula * paſſos.*
Tertia, quod Caeſar ſimulavit flendo dolorem,
Nec doluit, ſaevus generi cervice reciſa.

AT non in Pharia manes jacuere favilla,
Nec cinis exiguus tantam compeſcuit umbram:
Proſiluit buſto, ſemiuſtaque membra relinquens,
Degeneremque rogum, ſequitur convexa Tonantis:
Qua niger aſtriferis connectitur axibus aër,
Quodque patet terras inter, lunaeque meatus

Se-

* *Paſſos*] Forte, *faſſi*.

2. *Nec cinis*] *Non* Rottend. tert.

3. *Semiuſtaque*] *Semuſta* alii, ut ſupra bis terve. Barthius ad Stat. x. Theb. 35. haec inepta pronuntiat, quia anima jam reliquerit corpus & membra, quum caput abſcinderetur, non quia cremaretur truncus: ſed de manibus agitur, id eſt, umbra, quae diverſa ab anima, circumvolitabat buſtum illud, nunc vero relinquit membra ſemiuſta, & rogum vilem, & in coelum abiit. & ipſe Barthius ſaepe notat Poëtas fingere umbras circumvolitare cadavera, donec conſumta ſint corpora. vid. ad Stat. v. Theb. 163. x. 355. XII. 151. & 159. & ſaepe alibi. *Umbram* & *animam* diverſam ſtatui a Poëtis probarem; niſi & tironibus notum ſcirem.

5. *Niger*] Ita dictus, quia inter verum lumen coeleſte, & noſtram terram, quaſi

noſ

Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vitae, patientes aetheris imi
Fecit, & aeternos animam collegit in orbes.
Non illuc auro poſiti, nec ture ſepulti
Perveniunt. illic, poſtquam ſe lumine vero
Implevit, ſtellasque vagas miratus, & aſtra
Fixa polis, vidit quanta ſub nocte jaceret
Noſtra dies, riſitque ſui ludibria trunci.
Hinc ſuper Emathiae campos, & ſigna cruenti
Caeſaris, ac ſparſas volitavit in aequore claſſes;
Et ſcelerum vindex in ſancto pectore Bruti
Sedit, & invicti poſuit ſe mente Catonis.
Ille ubi pendebant caſus, dubiumque manebat,

Quem

nox interjaceret. vid. mox vſ. 13. non *verum lumen*, ut mox vſ. 11. vel *purum*, ut alii. *aether* Rottend. ſec. *piger* vir doctus apud Oudendorpium, forte inductus loco ex lib. VI. 107. ſed ibi alia res eſt.

6. *Quodque patet*] *Quoque* Turrian. *jacet* Rott. tert. *patens* Thuan. ſec. & Rottend. ſec. laborant hic admodum interpretes. Cortius ſequentia, *ſemidei* uſque ad *fecit*, includit parentheſi, & tunc *patet* ſervandum, quia copula *&* ante *aeternos* non conveniret τῷ *patens*, ſed ejici deberet. ego tamen cum Gronovio *patens* praeferrem, & conjungerem cum *habitant*, & quod patens habitant ſemidei, id eſt, manes illuſtrium defunctorum, quos patientes aetheris iſtius imi fecit virtus, & conlegit eorum *animas* (ita etiam Thuan. pr.) in orbes aeternos, id eſt, ſtellas. *patens* dici pro loco amplo & vacuo, docet locus Flori lib. III. 5. ubi *arcanum patens*, vocat ſacrarium templi Hieroſolymitani, ſtatuis & ornamentis, quae in gentium templis conſpiciebantur, carens. niſi quis vellet capere, pro *arcanum* ſibi *patens*, quod coacti ſpectandum dare Pompejo Judaei.

8. *Vita*] *Vitae* Rottend. ſec. & S. Germ. a m. ſec. & Cortius. ſic *inſons culpae*, & *culpa* varie dant codices apud Livium lib. XXII. XLIX. §. 7. genitivus vero hic non ideo repudiandus, quia concurrunt duo genitivi, qui reguntur a diverſis adjectivis, *innocui* & *patientes*. Quod eo minus eſt moleſtum, quum etiam conjungantur genitivi ſaepe, quorum alter a genitivo, etiam nullo adjectivo interjecto, pendeat. ut lib. X. 402.

pars maxima turbae
Plebis erat Latiae.

pro e plebe Latina. ſic apud Ciceron. X. Epiſt. 3. *maxima orbitate reipublicae talium virorum*. ubi vide Cortii notas. & ad lib. I. Ep. 7. & 22. & hoc frequentiſſimum eſt. hoc etiam loco, omiſſa copula, poteſt ſubintelligi, innocuos vitae, & patientes aetheris, quod moris eſſe Lucano ſaepius notavit Oudendorpius, ut mox ad vſ. 25. *aëris imi* Rottend. tert. *animas* Thuan. pr. ſed *animam* poſſe retineri, licet de pluribus dicatur, patebit ex illis, quae diximus ad lib. VII. 100. vid. & inf. 380. & 788. & ad Virgil. I. Aen. 579. *internos orbes* vir doctus apud Cortium, neſcio quo ſenſu. an circulos illos ſeptem Planetarum, de quibus idem ad II. Aen. 255. & VI. 127. quod veroſimile ob ſequentia vſ. 13. vellem hac myſteria nobis explicuiſſet.

II.

Quem dominum mundi facerent civilia bella,
Oderat & Magnum, quamvis comes iſſet in arma,
Auſpiciis raptus patriae, ductuque Senatus.
At poſt Theſſalicas clades jam pectore toto
Pompejanus erat. patriam tutore carentem
Excepit, populi trepidantia membra refovit,
Ignavis manibus projectos reddidit enſes:
Nec regnum cupiens geſſit civilia bella,
Nec ſervire timens. nil cauſſa fecit in armis
Ipſe ſua: totae poſt Magni funera partes
Libertatis erant: quas ne per litora fuſas
Colligeret rapido victoria Caeſaris actu,
Corcyrae ſecreta petit, ac mille carinis

Ab-

11. *Illic*] *Illuc* Rott. ſec. & S. Germ. *illi* Rott. ſec. a m. ſec. *ſe poſtquam* Voſſ. mox, *miratus* quinque.

14. *Polis*] *Poli* Rott. ſec. *ut vidit* Servius ad Virgil. VI. Aen. 127.

15. *Hinc*] *Hic* Voſſian. mox, *& ſparſas* Rott. tert. *in aequora* Thuan. ſec.

18. *Se mente*] *Se membra* Thuan. ſec. ſaltem, *in membra* ſcripſiſſet. mox, *pendebat caſus* quatuor. *quem dominum mundi* multi. *mundi quem dominum* volebat Cortius. *faciant* Thuan. pr.

21. *Iſſet in arma*] Ita omnes noſtri, nec audiendi qui *eſſet* dant. vid. Ovid. I. Art. 301. & Triſt. IX. 31. & ad Sil. XV. 151. & Stat. IV. Silv. VI. 81. & ſupr. III. 184. & ita Stat. X. 9. dixit,

port reque ineuntibus arma
Auguſtae populis.

ubi Lutatius, eſſe anaſtrophen pro *euntibus in arma* notat. ambigua autem conſtructio, an *iſſet in arma*, an *iſſet raptus in arma*, an *comes in arma*. ut apud Ovid. XVIII. Ep. 60.

Et comes in noſtras officioſa vias.

vid. infr. h. l. 1105. Oudendorpii notas.

22. *Raptus*] Memoriae, credo, nimis confidens Heinſius ad Val. Fl. IV. 161. laudat, *captus*. mox, *Theſſalias* Cortius iterum ſine ſcriptis.

25. *Excepit, populi*] Ita plurimi. quatuor, *Excipit*, & malim ſcripſiſſet, *excipiens, populi*. deinde, *non regnum* Thuan. quart.

28. *Servire timens*] Neſcio an haec verba poſſint ita capi, ut non metuens ſervitutem, ſe ab illa poſſet morte voluntaria liberare. forte voluit Lucanus, illum nec ſummum poſt Pompejum imperium adfectaſſe, nec metuiſſe ſub aliis militare, quibus obſequeretur, ut miles. vid. lib. VII. 87. & ita Plinius VIII. Epiſt. 14. *ut imperare parendo, duces agere, dum ſequuntur, adſueſcerent.* idem fere de Pompejo dicit infr. 193.

28. *Cauſſa ſua*] *Cauſſae ſuae* plerique. Heinſius malebat, *nil cauſſam fecit in armis ipſe ſuam.* quod non ſatis capio, niſi *nil* pro *non* ſit poſitum; non fecit cauſſam ſuam, ſed patriae, non ſicuti Pompejus, qui privatam cauſſam tegebat reipublicae ſpecie. Sed vulgata ſatis placet, ut centies Cicero, Terentius & alii, *cauſſa ſua facere. ſui* quidam Cortii. *ille ſua* quatuor noſtri.

31. *Actu*] Olim *auctu* adſcripſerat Heinſius, ſed induxerat, adſcriptis ex Poëta noſtro

Abſtulit Emathiae ſecum fragmenta ruinae.
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus victas artaſſe carinas?
Dorida tunc Malean, & apertam Taenaron umbris,
Inde Cythera petit: Boreaque urguente carinas
Creta fugit: Dictaea legit, cedentibus undis,
Litora. tunc auſum claſſi praecludere portus
Impulit, ac ſaevas meritum Phycunta rapinas
Sparſit: & hinc placidis alto delabitur auris
In litus, Palinure, tuum: (neque enim aequore tantum
Auſonia monumenta tenes: portusque quietos
Teſtatur Libye Phrygio placuiſſe magiſtro.)

Quum

ſtro locis, infr. 294. 472. & alibi.

32. *Ac mille*] *Qua mille* Thuan. tert. duo Rottend. a m. ſec. quorum alter etiam, *hanc*; & *hac* Hamb. ſec. Heinſius malebat, *huc*. mox, *fragmenta carinae* Rott. pr. repetita voce ex praecedenti verſu, & ſolita vocum confuſione, ut lib. VIII. 269. vide Heinſ. ad Ovid. I. Triſt. v. 5. & alibi. lib. VII. 505. *abſtulit ruinas*, etiam dixit, obſcuro ſenſu, ut vidimus.

34. *Quis crederet*] Hoc eodem jure ineptum & ſpurium pronuntiare poſſet Bentlejus, quo apud Manil. I. 499.

Quis credat tantas operum ſine numine moles. &c.

atqui, inquit, Epicurus credidit: hoc verum, ſed ejus dogma incredibile videri aliis indicat Poëta; & quot verſus inepti & ſpurii eſſent habendi, ubi haec formula occurrit? ut apud Ovid. II. Art. 43. III. 281. I. Met. 400. I. Faſt. 518. II. 414. *Quis crederet* Virg. III. Aen. 186. & ita alii de rebus, quae tamen factae ſunt.

35. *Artaſſe*] Scholiaſten explicaſſe per *anguſtaſſe* docet Barth. ad Stat. IX. Theb. 273. ubi vide. Idem lib. I. Achil. 29. de Thetide ſtipata Nymphis, tanta copia natantibus, ut *anguſtam dominas non explicet aequor.*

36. *Et apertam*] *Et apertum* Thuan. ſec. *opertam* tres: male. eſt enim introitus ad inferos, & unde etiam manes exire credebantur: *per apertam* var. lect. Steph. non male, quia per Taenarum erat curſus in Maleam, & ita nihil erit quod metuat Poëtae aliquis, ne ordinem navigationis turbet: licet & Cythera ante Maleam jaceat. ſed per *Maleam* poteſt intelligi ſinus Maleus, ut Floro dicitur lib. III. 6. ad quem Cythera ſita, tantum V. millia paſſuum diſtans, teſte Plinio IV. 14. unde praeter Cretam in Africam vela dedit. nec ſemper in locis enumerandis ordinem ſitus ſervare Poëtas, multis exemplis probari poſſit. *Maleon* duo libri. *Cythera* Richel.

38. *Creta fugit*] Nil opus eſſe *ſubit*, ut volebat Heinſius, puto, quia non acceſſit ad Cretam, ſed illius litora tantum legit, & vix viſa ex oculis abiit & receſſit inſula. infr. 415. *unde Europa fugit Libyen*, id eſt, receſſit ab Africa. Propert. IV. VI. 15.

Eſt Phoebi fugiens Athamana ad litora portus.

ubi recte Paſſeratius, recedens, ut in receſſu loca eſſe dicuntur, & ſe ſubſtrahere. mox Cortius, quum in codice ſuo reperiſſet, *Dictaea credit*, conjiciebat, *radit*. quales conjectu-

Quum procul ex alto tendentes vela carinae
Ancipites tenuere animos, ſociosne malorum,
An veherent hoſtes: praeceps facit omne timendum
Victor, & in nulla non creditur eſſe carina.
Aſt illae puppes luctus, planctusque ferebant,
Et mala vel duri lacrimas motura Catonis.
Nam poſtquam fruſtra precibus Cornelia nautas
Privignique fugam tenuit, ne forte repulſus
Litoribus Phariis remearet in aequora truncus,
Oſtenditque rogum non juſti flamma ſepulcri:
Ergo indigna fui, dixit, *Fortuna*, *marito*.
Accendiſſe rogum, gelidos effuſa per artus

In-

jecturae indignae Critico, quum prima in *radit* aeque atque in *credit* ſit longa. nec deberent lectori offerri, licet nihil mutandum eſſe poſtea adjiciatur. in Gryph. Ed. majore eſt, *cadentibus undis*, eadem negligentia editoris.

40. *Phycunta*] Variant ſcripti, in quibus eſt, *Phiconta*, *Phienta*, *Philecunta*, *Phleicuncta*, *Phitana*. *auſum claſſis* Barber. dein, *ruinas* ſex libri, ſolita diverſitate. vid. ad lib. x. 150. *ſpargit* tres. *& hic* Voſſ. *praelabitur* Rott. ſec. & duo Cortii, & alius ejus, *dilabitur*. mox, *aequore tutum* Thuan. tert. *Auſoniae* Turrian. de *Palinuro* dubium eſt ubi fuerit ſitus. *Palinurum* vero ſitum erat ante Phycunta, ideoque hic non verus ſitus daretur. forte intelligit portum, quem intravit Aeneas tempeſtate compulſus, & quem deſcribit Virg. I. Aen. 159.

43. *Portusque*] *Partusque* Turrian. *Phrygius magiſter* eſt ſine dubio Palinurus, ut apud Stat. v. Sil. III. 127.

Graja refert Selle, Phrygius qua puppe magiſter
Excidit.

ita enim viri docti emendarunt. vid. Heinſ. ad Ovid. xv. Met. 626 & Markl. ad Statii haec verba. *Phrygiae* Thuan. tert. *oſtendit Libyae* Servius ad Virg. I. Aen. 604. ubi *oſtendis* in Leidenſi codice, quod faveret conjecturae Modii, qui, *teſtaris* malebat. hinc apparet fruſta de Paliuro cogitare viros doctos.

47. *Timendum*] Cortius, *tremendum*, neſcio an ex codicibus. ſed reſpexit illa Virgilii IV. Aen. 298.

Omnia tuta timens.

50. *Duri*] Cuningamus malebat, *duro Catoni*. non male, ſi codices auctores eſſent. Ovid. XVIII. Ep. 180.

Lacrimas hoc mihi paene movet.

52. *Ne forte*] Neſcio an praeſtaret, *ſi forte*. ſperabat enim, ut cadaver refluo mari in altum propelleretur, & ideo tenebat fugam, & impediebat abitum a litore Aegyptiaco. ſi *ne* retinendum, explicandum eſt, ideo noluit fugere, ne cadaver, ſe jam profecta, in aequor remearet. *revulſus* eſt in quatuor. *in aequore* Richel. & Barberin.

54. *Non juſti*] *Non uſti* quinque, & a m. ſec. duo. Heinſius inde faciebat, *nondum uſti*. *non juſſu* Voſſ. a m. ſec. *non viſi* tres. ſed fruſtra. nam *juſtum ſepulchrum* hic & infr. 1091. opponitur huic tumultuario. & dicitur, *ut juſtus miles*, *rex*, *juſta arma*, *juſti triumphi*. & ſimilia. & ita *plenos mortis honores* dixit Noſter lib. VIII. 773. *juſtas flammas* infr. 234.

55. *Marito*] *Mariti aſcendiſſe rogum* MS.

Incubuiſſe viro, laceros exurere crines,
Membraque diſperſi pelago componere Magni?
Vulneribus cunctis largos infundere fletus?
Oſſibus, & tepida veſtes implere favilla?
Quidquid ab extincto licuiſſet tollere buſto,
In templis ſparſura Deûm. ſine funeris ullo
Ardet honore rogus: manus hoc Aegyptia forſan
Obtulit officium grave manibus. o bene nudi
Craſſorum cineres! Pompejo contigit ignis
Invidia majore Deûm. ſimilisne malorum
Sors mihi ſemper erit? numquam dare juſta licebit
Conjugibus: numquam plenas plangemus ad urnas?
Quid porro tumulis opus eſt, aut ulla requiris
Inſtrumenta dolor? non toto pectore portas
Impia Pompejum? non imis haeret imago
Viſceribus? quaerat cineres victura ſuperſtes.

Nunc

Cortii. mox, *affuſa* malebat Heinſius, quod & Cortius notat, vid. ad Valer. Fl. I. 762. ubi *effuſa* recte dici poſſe oſtendunt exempla a me producta. Similis variatio ſupr. VII. 71. *gelidos effuſa* plerique. mox, *effundere crines* Oiſel. Heinſ. *evellere* malebat. ſed vulgata ſana: non incumbere enim viro, in rogo jacenti, nec exurere crines, rogo injectos, ſibi licitum fuiſſe docet. mox, *diſpergi* Richel. *Effundere* tres libri. *effundere fluctus* Turr & S. Germ.

63. *Ullo*] *Illo* Lang. *manus haec* Thuan. quart.

64. *Obtulit*] *Abſtulit* Berſm. cod. Marklandus ad Stat. III. Silv. III. 134. legebat, *contulit*, ſola conjectura ductus. ſed ego *obtulit* retineo, in quo eſt elegans ὀξύμωρον, *obtulit grave officium*, quum gratum deberet eſſe, quod *offerimus*; ſed grave erat manibus, quia non juſto rogo crematus erat Pompejus. ſic & infr. 209. *Pharium ſcelus obtulit enſem*. quod ex Virgilio expreſſum, qui lib. VI. Aen. 291.

Strictumque aciem venientibus offert.

& ita apud Cic. lib. IV. ad Fam. 12. ex emendatione Cl. Graevii, *inventus eſt amicus, qui ei mortem offerret*, pro *afferret*. nec dubito quin ſaepius librarii, hoc verbo expulſo, vicino *adferre* locum fecerint. vid. Heinſ. ad Ovid. Ep. XX. 192. quare & nunc non repugno reſcribenti in Art. I. 489.

Neve aliquis verbis odioſas offerat aures.

nudi cineres ſunt inſepulti, quibus terra non injecta eſt: ut infr. vſ. 157. vide Barth. ad Stat. XII. Theb. 56. & 193.

66. *Invidia majore Deum*] Hic eſſe invidiam, quam ipſi patiuntur, non quia ipſi invident hominum felicitati, explicat Barth. ad Stat. I. Achil. 145. aliter lib. IV. 243.

67. *Dare buſta*] *Juſta* etiam poſt Heinſium hic legendum docuit Markland. ad Stat. III. Silv. II. 139. vid. ſupr. ad lib. VIII. 850. *numquid plenas* Comment. Horat. ad lib.

II.

Nunc tamen hic, longe qui fulget luce maligna,
Ignis, adhuc aliquid, Phario de litore ſurgens
Oſtendit mihi, Magne, tui: jam flamma reſidit,
Pompejumque ferens vaneſcit Solis ad ortus
Fumus, & inviſi tendunt mihi carbaſa venti.
Non mihi nunc tellus Pompejo ſi qua triumphos
Victa dedit, non alta terens Capitolia currus
Gratior: elapſus felix de pectore Magnus:
Hunc volumus, quem Nilus habet, terraeque nocenti
Non haerere queror: crimen commendat arenas.
[Linquere, ſi qua fides, Peluſia litora nolo.]
Tu pete bellorum caſus, & ſigna per orbem,
Sexte, paterna move: namque haec mandata reliquit
[Pompejus, vobis in noſtra condita cura.]
Me quum fatalis leto damnaverit hora,
Excipite, o nati, bellum civile, nec umquam,

Dum

II. Od. III. 25. *numquam* pro *numquamne* vid. Cort. ad Plin. II. Ep. 9. *plenas* vero urnas opponunt cenotaphio. mox, *haud ulla* Heinſius legebat. *exſtrumenta dolor* Rott. tert. & Langerm. vid. ad lib. VIII. 819.

70. *Non toto*] *Num* Thuan. quart. & Rottend. pr. *nun* Thuan. tert. a m. ſec. *toto in pectore* plerique. *num totum pectore* Rottend. pr. quod eſſet dictum non ineleganter, quia licet lacerum corpus, & avulſum caput fuerit, illa tamen ſe totum, integrum in pectore gerere dicit. *toto non pectore* Cortius. *numque imis* Thuan. tert. a m. ſec. & mox, *quaeret* a m. ſec. Thuan. pr.

73. *Nunc tamen*] Ita noſtri omnes. *tamen hinc* plurimi, quod recepit Cortius. *Longo* Rottend. ſec. *fulget qui* Langerm. mox, *Phario de limite* duo Thuan. & Hamb. ſec.

75. *Reſedit*] *Reſidit* Rottend. tert. ut Heinſius volebat, vid. ad lib. VII. 791. *Pompejum ferens* Rich. & S. Germ. *vaneſcet* Richel. *Fumus* & S. Germ.

77. *Inviſi tendunt*] *Intendunt viſi* Richel. *mea carbaſa* MS. Cortii: *in carbaſa* Thuan. ſec.

78. *Non mihi nunc*] *Hac mihi non* Cortius. mox, *alta tenens* Thuan. pr. & Oiſel.

80. *Elapſus*] *Et lapſus* Hamb. ſec. Virgilii illa I. Ecl. 64. *Quam tuus e noſtro labatur pectore vultus*, reſpexit. mox Heinſius, *Hunc colimus* ut lib. I. 143. *commendat arenis* Langerm. a m. ſec. ceterum in quinque ſcriptis verſus 83. *Linquere*, legebatur ante 80. *Gratior.* in multis vero verſus 83. deerat. in Cortii codice erat poſt 80.

Quam manet Aegyptus, quae Magni poſſidet artus.

84. *Tu pete*] Heinſius, *I, pete.*

86. *Pompejus*] Suſpectus Cortio verſus, & certe languet. *nobis* Richel. Heinſius legebat, *vobis, ſed noſtrae credita curae.* librarius credebat poſt *paterna* non poſſe ſequi *reliquit*, niſi adjiceret, *Pompejus.* ſed vid. ad II. 218. & VI. 728. ideoque ego ejicerem

 hunc

Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit,
Caeſaribus regnare vacet. vel ſceptra, vel urbes
Libertate ſua validas impellite fama
Nominis: has vobis partes, haec arma relinquo.
Inveniet claſſes quiſquis Pompejus in undas
Venerit: & noſter nullis non gentibus heres
Bella dabit: tantum indomitos, memoreſque paterni
Juris habete animos. uni parere decebit,
Si faciet partes pro libertate, Catoni.
Exſolvi tibi, Magne, fidem, mandata peregi.
Inſidiae valuere tuae, deceptaque vixi,
Ne mihi commiſſas auferrem perfida voces.

Jam

hunc verſum. ſequens etiam deerat Putean. *dignaverit* S. Germ. *damnaverat* Langerm.

88. *O nati*] *Et nati* Thuan. quart.

90 *Vacet*] *Licet* Thuan. ſec.

93. *Inveniet*] *Invenient* Rottend. pr.

96. *Decebit*] *Licebit* Turrian. *ſi faciat* Rott. tert. a m. ſec. Turr. *ſic faciet* Voſſ. quod poſſet eſſe optantis, ſi legatur, *ſic faciat*, vel parentheſi adhibita,

uni parere decebit.
(*Hic faciet partes pro libertate*) *Catoni*, ut fiduciam in Catone ſe habere oſtendat, illum poſt ſua fata partes facturum.

98. *Fidem*] *Fidem*, & *mandata* Turr. *exſolvere fidem* Plin. II. Ep. 13. *ſolvere fidem* obvium, etiam apud Terent. Andr. IV. I. 19. ubi male pro *frangere* capiunt, quum per ironam ſit capiendum, *ſolviſti fidem*.

99. *Inſidiae*] *Inſidiae* Rich. *Inſidiae ab valuere* Thuan. pr. *invidiae valuere* Langerm. & MSS. Cortii. quod poſſet explicari, virum invidiſſe ejus gloriae, ex morte proventurae. ſed *decepta* requirit *inſidiae*. apud Statium II. Silv. VI. 76. locus eſt corruptiſſimus, quem ita poſſe reſtitui conjiciebam,

ſeſeque videndo
Torſit, & inſidians, mortemque amplexa, jacenti
Injecit nexus.

Ita egregie convenient inſidiis, quas nihil tale exſpectanti juveni, & tendenti adjicere annis ſuis alios, tetendit Rhamnuſia, invidens tot bonis naturae ornato, & injecit nexus. expendat lector & comparet aliorum conatibus. poſſet & legi; *inſidians, fortemque amplexa*. nam antea, *impleverat toros*. ut tota locutio deſumta ſit a certamine quaſi athletico, quo juvenem ſtravit, & jacenti nodos & nexus injecit. ceterum hic in Cortii MSS. *valuere*, vel *periere*, vel *patuere*. ſed vulgata ſana eſt: blanditiis tuis, & his mandatis de tuendis partibus, quaſi aliqua ſpes ſupereſſet poſt te ſalutis, effeciſti ut vivere vellem, te ſublato, & mandata haec perferrem ad filios, & tuae partis proceres. ſequens verſus deeſt Cortii tribus Codd. & duobus Oudendorpii. noſtri omnes habent: *perfide* Barberin. a m. ſec. forte, *haud ferrem p. voces*, ſcilicet ad filios tuos. ſic Ovid. V. Faſt. 478.

Ad regem voces fratris uterque ferunt.

ſic idem, *ferre verba, mandata*, & ſimilia: *auferre* dici poſſet quis verba, voces, quae irrita ſunt, nec effectum habent, ſed ut aliquis dicatur *auferre voces*, quas negligit aut obliviſcitur, numquam legi. niſi capias, pro mecum ad inferos ferrem, ut ita perirent. ut I. 113. ubi Julia. *taedas ad manes abſtuliſſe* dicitur. & hoc tolerari poteſt. ut & mox 124.

Ro-

Jam nunc te per inane chaos, per Tartara, conjux,
Si ſunt ulla, ſequar: quam longo tradita leto
Incertum eſt: poenas animae vivacis ab ipſa
Ante feram. potuit cernens tua vulnera, Magne,
Non fugere in mortem: planctu contuſa peribit:
Effluet in lacrimas: numquam veniemus ad enſes,
Aut laqueos, aut praecipites per inania jactus.
Turpe mori poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic ubi fata, caput ferali obduxit amictu,
Decrevitque pati tenebras, puppisque cavernis
Delituit: ſaevumque arte complexa dolorem
Perfruitur lacrimis, & amat pro conjuge luctum.

Il-

Romanaque Magnus ad umbras Abſtulit.

101. *Jam nunc te*] *Jam te nunc* Langerm. *ſi ſint* Rottend. tert.

102. *Longo tradita leto*] Quae de *longo leto* dicuntur nulla auctoritate nituntur: locus hic mihi obſcurus, & ſenſus, quos dant interpretes, fere in idem recidunt. malim vero pro *leto* ſollemni varietate ſcribere, *fato*, ut ſit incertum quamdiu fata mihi vitam ſint datura, ſed ab ipſa vivacitate poenas praecipiam. ſimilia fere ſunt, quae Quinctilianus prooemio libri VI. habet, ubi *impiam vivacitatem* vocat, quia filio ſuperſtes vivit, & *ſuperſtitem tantum ad poenas* eſſe queritur, & his ſimilia multa. mox, *potui* multi: *cernens potui* Langerm. *potius* Ed. Hortenſ. *tua funera* tres. *munera* Rott. ſec. ego *potuit* retinendum puto, & ſubintelligendum *ſi*, ut centies. vid. infr. Oudend. ad vſ. 288. ſi potuit anima (id eſt ego) videns te interfici, non e veſtigio etiam mortem ſubire (id enim *fugere* notat,) ſed ſupervivere; certe concuſſa planctu, & dolore longo & perpetuo peribit &c. poſſet & legi, *non ruere in mortem*, ut Noſter paſſim, *ruere in fata, ferrum* &c. *planctum* Barber. *contuſa* etiam plerique. recte, vide Heinſ. ad Claud. Bell. Gild. 136.

106. *Effluet*] *Affluet* Thuan. tert. & Oiſel. Heinſius malebat, *diffluet*, quem forte Cortius deſignat. *in lacrimis* Thuan. quart. mox, *per inania planctus* S. Germ. & Richel. intelligit ex ſcopulis vel aliis locis praecipitationem; per inania, id eſt, aëra, ut ſaepe alii. Ovid. II. Met. 506. *raptos per inania.* & IV. 757. *per inane.* interrogationis notam ponebat his omnibus, uſque ad *jactus?* Langerm. Haec vero omnia, quibus ſe ſolo dolore mori & paullatim conſumi velle ſtatuit, an non repugnant ſeq. 115. ubi vota facit pro naufragio, quo optat perire? ſed hoc non ſua opera, ſed per procellas, quibus favebat, id eſt, quas optabat ſurgere, ſibi evenire non recuſaſſet.

110. *Decrevitque*] *Decernitque* in Ed. Pariſ. ſed recte Cortius huc retulit illud *κέκρικα* Corellii apud Plin. I. Ep. 12. eſt vero ſimile illud Didonis apud Maronem IV. 475. *decrevitque mori. cavernas* Langerm. de more, quo recenti luctu in publicum non prodibant, vide Cort. ad Plin. IX. Ep. XIII. §. 4. verſu praecedenti, *obduxit* omnes fere noſtri.

111. *Arte complexa*] *Alte* ſex libri. vide lib. III. 664. & pro conjuge *amplexa dolorem*, & *amat luctum*, acute dictum, & ex ſchola, ubi tales argutiae frequentes, peti-

tum

Illam non fluctus, ſtridensque rudentibus Eurus
Movit, & exſurgens ad ſumma pericula clamor:
Votaque ſollicitis faciens contraria nautis,
Compoſita in mortem jacuit, favitque procellis.
Prima ratem Cypros ſpumantibus accipit undis:
Inde tenens pelagus, ſed jam moderatior, Eurus
In Libycas egit ſedes, & caſtra Catonis.
Triſtis, ut in multo mens eſt praeſaga timore,
Adſpexit patrios comites a litore Magnus,
Et fratrem: medias praeceps tunc fertur in undas.
Dic ubi ſit, Germane, parens: ſtat ſumma, caputque
Orbis, an occidimus? Romanaque Magnus ad umbras
Ab-

tum. *luctus* Hamb. ſec. *luctum* habet Lutatius ad Statii XII. Theb. 195. ubi eodem acumine dicit, *funus amat*.

114. *Exſurgens*] *Inſurgens* Turrian. & Barber. quo verbo ſaepe uti Virgilium notat Bersmannus. verum; ſed numquam, quod ſciam, de clamore, ſed de viris in hoſtem ſurgentibus, de quibus & codices variantes in *exſurgere* & *inſurgere* vidi lib. XI. 697. aut de remigibus & aliis. ſed ſaepe utitur, *Exoritur clamor*, ut II. Aen. 313. III. 128. XII. 756. quod convenit melius τῷ *exſurgere*. *inſurgere fremitus* dicit Val. Fl. II. 82. ubi alii codices, *conſurgere*.

116. *In mortem*] *In morte* Richel. & quinque Cortii, ut indicavit ad Plin. V. Epiſt. 5.

117. *Spumantibus*] Propter ſcopulos, ut dixit VIII. 461. *Tenens* pelagus Eurus, eſt ut Petron. cap. CXIV. *poſſeſſor Italici litoris Aquilo*. *tenere* eſt regnare, dominari in pelago ſibi quaſi ſubjecto. ita III. 424. *Nox tenet coelum*, & ſimilia, Ovid. XI. Met. 432.

Quum ſemel emiſſi tenuerunt aequora venti.

vid. ad lib. I. 407. & V. 414.

119. *Sedes*] Cave *Syrtes* admittas. *Sedes* enim ſaepe caſtra & loca, in quibus diutius haerent milites, dicuntur. vid. Lindenb. ad Amm. Marcell. XIV. 2.

121. *Adſpexit*] *Inſpexit* Voſſ. *ut vidit* Rottend. pr. poſſet, etiam legi, *triſtis ut* (*in multo mens eſt praeſaga dolore*) *adſpexit*. confert haec Barthius cum Statianis lib. X. Theb. 616.

Monſtrat enim ſuadetque timor.

ab litore nonnulli. *e litore* Cortius. *in litore* Voſſ. ſimilis diverſitas lib. V. 640. ubi vide Oudendorpium. & omnes has praepoſitiones adhiberi ſolere & poſſe non negem. ſed ſaepius *in* tranſiiſſe in alias crediderim. ut hic, quia credebant hic *in litore* referri debere ad *comites*, quum reſpiciat Pompejum, qui in litore ſtans adſpiciebat comites advenientes, unde mox praeceps in undas procurrit. ſic apud Lucret. IV. 438.

Et maris ignaris in portu clauda videntur
Navigia.

ubi *in ponto* legi volebat Creegius, & alii male explicant: nam in portu ſtantibus ignaris illis, opponuntur nautae in pelago: Ovid. V. Met. 599.

Quo properas Arethuſa? ſuis Alpheus in undis
Dixerat.

ita Codd. plures & optimi. Virgil. VI. Aen. 357.

Proſpexi Italiam ſumma ſublimis ab unda.

ubi Cod. Parrh. *in unda*. Statius X. Theb. 454.

Quum reducem longo proſpexit in aethere matrem.

ubi

Abſtulit? haec fatur: quem contra talia frater.
O felix, quem ſors alias diſperſit in oras,
Quique nefas audis: oculos, Germane, nocentes
Spectato genitore fero. non Caeſaris armis
Occubuit, dignoque perît auctore ruinae.
Rege ſub impuro, Nilotica rura tenente,
Hoſpitii fretus Superis, & munere tanto
In proavos, cecidit donati victima regni.
Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris:
Nec credens Pharium tantum potuiſſe tyrannum,
Litore Niliaco ſocerum jam ſtare putavi.
Sed me nec ſanguis, nec tantum vulnera noſtri

Ad-

ubi MSS. Barth. *ab aethere*, & I. Achil. 207. *Lycomedis in aula audierat*, ubi MS. *ab*. vide plura ad Phaedr. I. Fab. 30. *Et fratrem & medias* quatuor: *cum fertur*-Cortius, qui & *confertur* in MS. eſſe ait.

123. *Summa caputque*] Ex Ovidio, qui lib. IV. ex Pont. I. 46.

Belli ſumma caputque Bato.

capita ardua belli Stat. X. Theb. 29. & ante illos Virgil. XII. 572.

Hoc caput, o cives, haec belli ſumma nefandi.

Romana ſunt res Romanas, ut *mortalia* &c. vid. VIII. 288. & alibi.

125. *Quem contra*] *Contra quem* Langermann.

126. *Diſperſit*] *Diſſepſit* aliquis apud Oudendorpium. ſed *diſſepire* eſt diſcernere, dirimere ſepto aliquo, de quo verbo vid. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 69. Sed an liceat dicere, *diſſepire in alias oras*, neſcio. ſi mari diſcretum voluiſſet dicere, ſaltem *in undas* praeſtaret, quod Rott. tert. & a m. ſec. Turrian. habent. ſed quid ſana tentemus?

129. *Occubuit*] *Succubuit* Thuan. quart. & Rott. pr. eadem variatio lib. II. 198. mox, *Nilotica* S. Germ. *regna* plurimi. *tenenti* Langerm. *jura tenente* MS. Oudend. & Cortii, qui *jura regente* conjiciebat, quod ſine dubio multis locis aliorum firmaſſet. vide quae diximus ad Gratii Cyneg. 327. & Suet. Aug. XLVIII. Sed non, invitis codicibus, talia ubique intrudenda. contra lib. VIII. 803. pro *rura Lagi*, ubi *jura* Oiſel. *arva* praefert Cortius. & lib. X. 312. pro *Aegyptia rura*, alius apud eum, *Aegyptiaque arva*, ſed in his codices conſulendi. vid. & v. 489. infr. 249. & ita apud alios hae voces commutatae.

131. *Hoſpitii*] *Auſpiciis* Langer. Turr. & a m. ſec. Rottend. tert. *Hoſpiciis* duo. *Hoſpitiis* multi. *freta* Thuan. quart. Heinſius legebat, *Hoſpitibus fretus ſuperis*. Sed vulgata recta & vera. *Superi hoſpitii* dicuntur eadem ratione, qua *Superi ſcelerum* lib. VII. 168. ubi vide. *hoſpitia ſupera*, pro antiquis, praeteriti temporis, Latine dici credam, ubi videam illud probari: cur ergo non potius dixiſſet, *Hoſpitiis fretus priſcis*, vel ſimile quid, ut apertior eſſet ſententia? *Hoſpitia* vero & *Auſpicia* ſolitos commutare librarios videbis in notis Cl. Drakenb. ad Liv. XXI. II. 5.

133. *Lacerantes*] *Lacerantem* Rott. pr. *pectora Magni* Langerm. *ne credens* Thuan. quart. *non* Hamb. ſec. *Tyranno* S. Germ. a m. pr. recte, ſi *Phario licuiſſe*, pro *potuiſſe* legeretur.

136. *Nec tantum*] *Tantum nec* Hamb.

Iiii ſec.

Adfecere ſenis, quantum geſtata per urbes
Ora ducis, quae tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus: haec, fama eſt, oculis victoris iniqui
Servari, ſcelerisque fidem quaeſiſſe tyrannum.
Nam corpus Phariaene canes, avidaeque volucres
Diſtulerint, an furtivus, quem vidimus, ignis
Solverit, ignoro. quaecumque injuria fati
Abſtulit hos artus, Superis haec crimina dono:
Servata de parte queror. Quum talia Magnus
Audiſſet: non in gemitus, lacrimasque dolorem
Effudit; juſtaque ſurens pietate profatur:
Praecipitate rates e ſicco litore nautae;

Claſ-

ſec. *funera* Thuan. quart. & Rottend. ſec. *vulnera patris* Hamb. pr. *adflixere* Rott. pr. male. vide Cort. ad Plin. VIII. Ep. XVI. §. 4.

137. *Geſtata per urbem*] *Per orbem* tres. deinde *deformia pilo* ſex libri, & Cortius. quam veram eſſe puto lectionem, & *τὸ ſublimia* a librario profectum, qui ex ſimilibus locis id arripuit, ubi de hoc more agitur. nam non credo potuiſſe in mentem venire ſcribis, ut pro *ſublimia* darent nobis, *deformia*, ſed quidem contra. fuiſſe autem ora deformia ſatis patet ex vulneribus & laceratione capitis. ut vſ. 667. lib. VIII. ſic lib. II. 169. *caeſi fratris deformia ora.* & lib. VIII. 56. *deformem pallore ducem.* & ita ſaepe. ceterum ſive *per orbem*, ſive *per urbes*, vel *urbem geſtata* legas, vel corruptam lectionem vel ineptientem Lucanum debemus credere. nam quum libro ſuperiori, ubi caedem Pompeji deſcribit ſatis operoſe, nihil dixerit de hac contumelia, hic filius, qui cum matre manſit in nave, dicit ſe vidiſſe caput pilo geſtatum per urbem, quam Alexandriam exponunt, quum certe ad ſummum potuerit forte videre in litore caput pilo vel veruto ſuffixum. ut lib. VIII. 681. quod factum fuit in ipſo loco ad Caſium montem, ubi caſtra habebat Ptolemaeus, longe ab Alexandria: ſi vero *per urbes* legas, deberent intelligi urbes Aegypti a Caſio, uſque ad Alexandriam, per quas geſtatum fuit caput. Sed unde ſcivit Alexandriam latum caput, qui ſtatim poſt caedem patris in altum ſededit? quare forte conjectura ductus, ita ludibrium habitum iri caput patris, quum vidiſſet ſuffixum pilo in litore, ubi occiſus eſt, hinc collegit Regem juſſiſſe portari, quaſi in triumphi ſpeciem, per Aegypti urbes. ideoque legendum puto, *geſtanda per urbes ora.* eodem modo conjecit, & ex fama collegit, ſervari oculis Caeſaris, nimirum exſiccatum & medicatum more Aegyptiaco. Sed unde famam hanc excepit, qui, nec in Aegyptium litus exiit, nec in aliud ullum, ubi poſſet hoc audire. an *κατὰ τὸ σιωπώμενον*, ut ſaepe in Virgilio notat Servius & alii? ſed quid Lucani incogitantiae patrocinium quaerimus?

140. *Scelerisque fidem*] Eodem modo ut Lib. VIII. 688. vidimus legendum, non *ſceleri*: & mox 204. *libertatis fides.* & VII. 726. *vera fides quaeſiti favoris.* caput ſervatum fuit fides & documentum ſceleris. *Tyranno* a m. ſec. Rott. ſec. & Turrian.

141. *Nam corpus*] *Jam* duo Cortii: *Phariine* Rott. ſec. vid. lib. I. 548. *avidaene* Thuan.

Claſſis in adverſos erumpat remige ventos:
Ite, duces, mecum: numquam civilibus armis
Tanta fuit merces, inhumatos condere manes,
Sanguine ſemiviri Magnum ſatiare tyranni.
Non ego Pellaeas arces, adytisque retectum
Corpus Alexandri pigra Mareotide mergam?
Non mihi Pyramidum tumulis evulſus Amaſis,
Atque alii reges Nilo torrente natabunt?
Omnia dent poenas nudo tibi, Magne, ſepulcra:
Evolvam buſto jam numen gentibus Iſim,
Et tectum lino ſpargam per vulgus Oſirim,
Et ſacer in Magni cineres mactabitur Apis,

Sup-

Thuan. pr. & Richel. *diſtulerunt* Voſſ. vid. lib. VIII. 645.

144. *Abſtulit*] *Suſtulit* Turrian. Heinſius malebat, *Superis ea*, vel *ſua*, *crimina dono*.

146. *Non in gemitus*] In Edit. Gryph. vitio operarum excidit praepoſitio. Juſtin. I. 8. *Tomyris dolorem non in lacrimas effudit.* egregie haec illuſtrat Barth. ad Stat. II. Theb. 315. quibus adde Virgil. XI. 150.

150. *Numquam*] *Nusquam* plurimi.

151. *Inhumatos*] Quum in codice ſuo Cortius vidiſſet, *non inhumatos*, credit illum habuiſſe, *non humatos*. Sed quid tum metro fiet? *condere reges* Thuan. ſec. ſed *manes* hic notat cadaver vel reliquias, ut lib. VIII. 844. & alibi. vid. Barth. ad Stat. VIII. 73. & ita ſaepe Statius & alii. adde Cortii notas ad Plin. VII. Ep. XXVII. §. 11. mox, *ſemiferi* Thuan. ſec. *ſociare* Thuan. quart.

153. *Pellaeas arces*] Cortius conjicit, *arcas*, quod forte viderat in Langermanni ſchedis, quem ita correxiſſe teſtatur Heinſius. nec male. ut lib. VIII. 736. *plebeji funeris arcas:* & ex aliis locis colligo, talia ſibi ſaepe vindicaſſe Cortium. ſed ſi hoc placet, mallim, *Pellaeis arcis*, *adytisque retectum*. Sed quum omnes libri conſentiant in *arces*, an non poſſent hic intelligi per *Arces*, ſepulchris impoſitae moles? ut *montem* VIII. 695. dixit? ſed non ipſas arces, ſed in illis condita cadavera poterat mari mergere. forte autem dicet aliquis, deeſt unum verbum, Pellaeas arces *diruam*, *evertam*, & corpus Alexandri *mergam*. ut ſaepe: ſed potius eſt ut ipſum conditorium intelligat, quod ſervabat Alexandri corpus, quae arca fuit. vid. ad Sueton. Aug. XVIII. *remotum* Hamb. pr. a m. ſec. vid. ad VIII. 789. poſt *mergam*, & mox, *natabunt*, tollit interrogationis notam Cortius. mox, *cumulis* tres: *avulſus* Turr. & Oiſel. *Nilo reges* Thuan. quart. & Rottend. pr. & *dant poenas* Thuan. tert. *mihi* ſec.

158. *Evolvam*] *Et volvam* Richel. *numen jam* Cortius. *Iſim* plerique.

159. *Et tectum*] Hic verſus ſequenti poſtponitur in Voſſ. *tectum limo* Rottend. ſec. a m. ſec. *ſcindam* Turrian. a m. ſec. *Oſirin* Langerm. *At ſacer* Thuan. tert. Heinſius prius conjecerat, *& lacer*, ſed poſtea *ſacer* pro ſceleſto capiebat. *& Magni* Thuan. quart. Marklandus ad Stat. V. Silv. III. 68. nobis profert,

Et ſacer in Magni tumulos mactabitur Apis. & *in* notare, *ſuper* docet. editiones multae hic, *jactabitur*, quod non inconveniens τῷ *ſpargam* &c. ſic quoque variare ſcripturam vi-

Suppoſitisque Deis uram caput. has mihi poenas
Terra dabit: linquam vacuos cultoribus agros;
Nec, Nilus cui creſcat, erit: ſolusque tenebis
Aegyptum, genitor, populis Superisque fugatis.
Dixerat, & claſſem ſaevas rapiebat in undas.
Sed Cato laudatam juvenis compeſcuit iram.
Interea totis, audito funere Magni,
Litoribus ſonuit percuſſus planctibus aether:
Exemploque carens, & nulli cognitus aevo
Luctus erat, mortem populos deflere potentis.
Sed magis, ut viſa eſt lacrimis exhauſta, ſolutas
In vultus effuſa comas, Cornelia puppe
Egrediens, rurſus geminato verbere plangunt.
Ut primum in ſociae pervenit litora terrae,
Collegit veſtes, miſerique inſignia Magni,

Ar-

vidimus ad lib. I. 267. & ad Virgil. II. Aen. 667. Si retinemus vulgatam, *mactatus in cineres* explicemus, mactatus ad cineres & manes Pompeji expiandos. vel praepoſitioni adſignemus caſum quartum pro ſexto, ut millies fieri conſuevit. mihi tamen *jactabitur* admodum blanditur.

161. *Suppoſitis Deis*] De reliquiis Deorum ex ſepulchris eorum extractis intelligit Omnibonus. Sed rectius Scholiaſtes ſimulacra Deorum explicat. ſic *Deos* pro ſtatuis poni obvium. vid. Lambin. ad Horat. IV. Od. 14. & alios. *Impoſitisque* Turrian. a m. ſec. ſcilicet in ignem, ut Terent. Andr. I. I. *impoſita in ignem*, & alibi ſaepe. ſed *ſuppoſitis* rectius puto, ut pro lignis utatur Deorum ſtatuis, ad caput exurendum, ut Diagoras Hercule ligneo ſe calefecit, unde Athei notam contraxit. *ſubditus ignis* lib. VIII. 758. *ſubjectis urere flammis* Virg. II. Aen. 37. *ſupponere ignem* ſaepe dixit Ovidius. *Terra dabis* Turrian. & a m. pr. Rott. tert. mox vero, *tenebit* Thuan. quart. & Hamb. ſec.

164. *Populis, genitor*] *Genitor, populis* omnes fere. *ſugatus* S. Germ. a m. pr.

165. *Suevas*] *Saevus*, ex Voſſ. Oudendorpius. probo. *ſaevus* eſt plenus irarum, ut notum ex Terentio, Virgilio & aliis, & ſequitur, *compeſcuit iram*. *ſaevas claſſem* Cortius. *ad undas* Hamb. pr. & Langerm. *rapiebat* eſt rapere volebat, vel jubebat rapi. vid. infr. 685.

168. *Percuſſus*] *Percuſſis* Thuan. & Rott. primi.

169. *Nulli*] *Nullo* ex nonnullis Cortius probabat, ſi ἀρχαϊκῶς pro *nulli* caperetur. ſed promiſcue in his utuntur veteres, *nulli* vel *nullo aevo cognitus*. vid. Ovid. X. Met. 502. *nulli*, vel *nullo tacebitur aevo*. ordo eſt, deflere populos mortem potentis tali luctu, eſt luctus nulli aevo cognitus. ut ſit infinitivus loco ſubſtantivi poſitus, ut millies, defletio talis populorum in morte potentis eſt luctus &c. *populos mortem* Turrian. *potentes* a m. pr. Rottend. tert. & Langerm. *populo* MS. Cortii. ut forte poſſet legi, *populo deflente*.

vid,

Armaque, & impreſſas auro, quas geſſerat olim,
Exuvias, pictasque togas, velamina ſummo
Ter conſpecta Jovi, funeſtoque intulit igni.
Ille fuit miſerae Magni cinis. accipit omnis
Exemplum pietas, & toto litore buſta
Surgunt, Theſſalicis reddentia manibus ignem.
Sic, ubi depaſtis ſubmittere germina campis
Et renovare parans hibernas Apulus herbas,
Igne fovet terras, ſimul & Garganus, & arva
Vulturis, & calidi lucent buceta Matini.
Non tamen ad Magni pervenit gratius umbram,
Omne quod in Superos audet convicia vulgus,
Pompejumque Deis obicit, quam pauca Catonis
Verba, ſed a pleno venientia pectore veri.
Civis obît (inquit) *multo majoribus impar*

Noſſe

vid. lib. VIII. 675. *deflenire* ex ſuo profert Cortius. imitatus haec Statius I. Silv. IV. 50. *ignarae plebis lugere potentes*, & de luctu ex parentum obitu, lib. V. Silv. III. 46. *Et lacrimas, rari quas umquam habuere parentes.*

171. *Solutos*] *Solutis* quatuor. *in vultusque effuſa* Turrian. *puppi* Hamb. pr. a m. ſec. & Cortius, qui neſcio an ablativum voluerit an dativum, & forte dictum oſtendiſſet, ut Petron. cap. LXII. *Capuae exierat.* ſed ibi *e* ex ſequenti *exierat* credo geminatum. ſic apud Virgil. I. 357. *patriae excedere* in Mediceo erat. ſed ablativum vindicat ad Plin. VII. Ep. XXVII. §. 3. vid. ad Liv. XXIII. 16. ubi & ablativum & accuſativum addi docetur.

174. *Litora*] *Litore* Sixii. *miſitque inſignia* Richel. *quas fecerat* Turrian. *inſignia* ſunt arma, galea, criſtae, paludamentum &c. quibus utebatur in bellis, & hic debuiſſet conſiſtere Poëta; nam quis credat eum ſecum vexiſſe veſtes triumphales, quas ſecum tuliſſe in bella profecturos numquam legi. aeque hoc ridiculum foret, ac ſi ſpe victoriae ſecum catenas ferret, ut quosdam feciſſe, ut captivos alligarent, notum eſt. ſed triumphales veſtes Romae ſumſiſſe certum eſt, & acto triumpho reliquiſſe.

178. *Ter conſpecta*] *Ter conſumpta* Rottend. pr. *ſpectata* Langerm. *funeſtoque incontulit* MS. Cortii, pro *funeſto & contulit*. *miſeri* tres.

183. *Renovare*] *Revocare* Rottend. ſec. & tert. *Apulus* fere omnes. *fovet terram* malebat Heinſius. mox, *arva Volturni* legebat Dausquejus ad Sil. Ital. VII. 365. ſed Heinſius notaverat, & Horatium III. Od. 4. dixiſſe, *fabuloſae Vulture in Apulo* &c. mox, *buceta* fere omnes. quod multis vindicat Moſantus Brioſius. *bucenta* Langerm.

186. *Umbram*] *Umbras* omnes ſcripti: *audax contagia* Thuan. quart.

190. *Multum majoribus impar*] Alii, *multo*, de quo vid. ad Ovid. Epiſt. XVIII. 71. & V. Triſt. XI. 7. ſed ſive hoc, ſive illud eligas,

gas,

Noſſe modum juris, ſed in hoc tamen utilis aevo,
Cui non ulla fuit juſti reverentia: ſalva
Libertate potens, & ſolus plebe parata
Privatus ſervire ſibi, rectorque Senatus,
Sed regnantis, erat. nil belli jure popoſcit:
Quaeque dari voluit, voluit ſibi poſſe negari.
Immodicas poſſedit opes: ſed plura retentis
Intulit: invaſit ferrum, ſed ponere norat.
Praetulit arma togae: ſed pacem armatus amavit.
Juvit ſumta ducem, juvit dimiſſa poteſtas.
Caſta domus, luxuque carens, corruptaque numquam
Fortuna domini. clarum, & venerabile nomen

Gen-

gas, conſtructio eſt intricatior. *multum impar* dictum eſſet ut lib. VI. 687. *murmura multum diſcordia.* ſed ego locum corruptum ita leviſſima mutatione ſanari poſſe exiſtimo,

Civis obit, inquit, culti majoribus impar
Noſſe modum juris.

id eſt, qui potentia ſua egreſſus civilem modum juris, culti a majoribus noſtris. & ita *jus colere* Cicero & Livius paſſim dicunt, & ipſe Cato lib. II. 389. *Juſtitiae cultor.* ſic *pietatem colere* Terent. Hecyr. III. IV. 33. *colere fidem rectumque* Ovid. I. Met. 90. & ſimilia paſſim. ſic & pro *multa*, reſcribendum *culta* vidimus ad lib. I. 400. vide & ad Ovid. III. Faſt. 538. ſi quis *cultum* velit, *modum juris*, id eſt, *a majoribus cultum* per me licet. *ſervare modum* dixit lib. II. 381. & imitatus Lucanum Claudian. Epith. Hon. 313.

Quis juris & aequi Noſſe modum melior?

ſed vulgatam exponit Barth. ad Stat. IV. 407. qui conſulendus.

192. *Cui non ulla*] *Nonnulla* omnes fere, & plerique interpretes, referentes *cui*, ad *aevo.* nec male, ſed, ut recte Oudendorpius, debuiſſet dicere non *fuit*, ſed *eſt.* cui incommodo mederi licet, ſi legamus, *cui nonnulla ſubit reverentia.* nam *ſubit* & *fuit* centies apud Ovidium permutantur. vid. ad lib. IV. Met. 167. & IX. 93. & alibi: & ita *ſubire praecepta* animos dixit Noſter IV. 524. *rabies ſubit* VII. 51. & alibi *cura*, *ira ſubit* & ſimilia. ſi *nonnulla* legendum, ad Pompejum referrem. Cortius ad Plinii VII. Ep. X. §. 4. hic *cui* videtur capere, pro *quum*, vel *quia.* vide eum, nam ego, ut fateor, hic nihil tam ſubtile eruere poſſum. *nonnulla* etiam exhibet ad IX. Epiſt. 26. & hoc ſequentia videntur poſcere. *juſti* pro juſtitiae. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 392.

194. *Privatus*] *Privatis* Barberin. obſcurior ſenſus. ordinem credo, ſolus *privatus*, (id eſt, ſe gerens ut privatum, licet eſſet in ſumma poteſtate) plebe parata ſibi ſervire, quae volebat omnia in eum conferre, & dictaturam etiam, quum conſulatum ſine collega gerere eſſet contentus in menſes aliquot. Cortius ad Plin. II. Ep. 2. ubi probat poſt alios, *privatos* ſub imperatoribus dictos, omnes praeter principem, etiam conſules & alios magiſtratus, ad hunc locum plura ſe dicturum promittit. non tamen eo ſenſu Lucanus cepit.

196. *Sibi poſſe*] *Sibi quaeque* Langerm. mox, *plura recentis* idem. qualis variatio & lib.

Gentibus, & multum noſtrae quod proderat urbi.
Olim vera fides Sulla Marioque receptis
Libertatis obît: Pompejo rebus ademto
Nunc & ficta perit. non jam regnare pudebit:
Nec color imperii, nec frons erit ulla Senatus.
O felix, cui ſumma dies fuit obvia victo,
Et cui quaerendos Pharium ſcelus obtulit enſes:
Forſitan in ſoceri potuiſſes vivere regno.
Scire mori, ſors prima viris, ſed proxima cogi.
Et mihi ſi fatis aliena in jura venimus,
Da talem, Fortuna, Jubam: non deprecor hoſti
Servari, dum me ſervet cervice reciſa.

Vo-

lib. IV. 693. an *receptis*. vid. lib. X. 352. *intulit* recte Omnibonus interpretatur, in aerarium intulit.

200. *Dimiſſa*] *Demiſſa* duo. Rottend. ſec. Serv. ad Virg. I. 203. *dimiſſa* habere notaverat Broukhuſius.

201. *Caſta domus*] Non intercedo, quin de pudica & integra a libidine explicetur; ſed quia vox *caſtus* de omnibus fere virtutibus & immunitate a culpa & vitiis dicitur, & mox additur, *luxuque carens*, ego de frugalitate malim capere, ut apud Statium IV. Silv. VI. 32. *caſta menſa*, pro qua *feſta* reponit Marklandus. quae non erat: ad ordinariam enim coenam raptus erat a Vindice Statius, quam frugaliſſimam deprehendit & laudat. *feſtae* coenae erant majore apparatu. & ita facile eſt epitheton aliud quaerere: nam poterat etiam *ſanctae*, vel quidlibet pro quolibet reponere. & ipſe mox Statius vſ. 91. *caſta ignaraque culpae mens domini*. quae opponitur Sullae & aliorum luxuriae & aliis vitiis. & Silius XV. 102.

Caſta mihi domus & celſo ſtant colle penates.
Claudian. Epith. Pallad. 92.

Caſta domus, ſincera fides, induſtria ſollers.
vid. Cort. ad Plin. III. Ep. 2.

202. *Venerabile*] *Memorabile* S. Germ. obverſabatur librario illud Virgil. IV. Aen. 94. *magnum & memorabile nomen*. ubi etiam *venerabile* quidam codex, & ubi plura dicemus. vid. infr. 964. & 994. mox repetit MS. Cortii, *nomen, quod proderat*.

206. *Nunc & ficta*] *At nunc ficta* Thuan. pr. & tert. ſed pr. a m. ſec. *& nunc*, ut & quatuor alii. *pigebit* Rottend. ſec.

208. *O felix*] Cortius conjiciebat, *felicem cui*. quaſi non liceret in tali exclamatione uti nominativo; ſi quis novandi cupidus talia captare velit, poterit ſemper notis inutilibus auctores implere, & alterutrum, ut libet, adripere. vid. ad Ovid. I. Faſt. 297. ubi *felices animae*, & *animas* in ſcriptis. ſupr. lib. I. 458. *populi felices*. IV. 319. *O Fortunati*. adde & dicta ad Quinctil. Declam. VII. 7.

210. *Potuiſſes*] *Potuiſſet* novem libri.

211. *Sors prima*] Heinſius legebat, *laus prima*, quia fortaſſe credebat in ſorte nihil eſſe noſtri arbitrii, ideoque nec laudem inde mereri. *prima viri eſt* MS. Cortii. in alio, *viris eſt*. in quatuor noſtris, *prima viris, & proxima*.

213. *Da talem*] *Fatalem* ſex. *fac* totidem, & duo pro var. lect. mox, *dum me ſerves* Heinſius, & referebat ad Fortunam. ſed ad

Ju-

Vocibus his major, quam ſi Romana ſonarent
Roſtra ducis laudes, generoſam venit ad umbram
Mortis honos. fremit interea diſcordia vulgi
Caſtorum, bellique piget poſt funera Magni:
Quum Tarchondimotus linquendi ſigna Catonis
Suſtulit; hunc rapta fugientem claſſe ſecutus
Litus in extremum, tali Cato voce notavit:
O numquam pacate Cilix! iterumne rapinas
Vadis in aequoreas? Magnum Fortuna removit:
Jam pelago pirata redis. tunc reſpicit omnes
In coetu, motuque viros: quorum unus aperta
Mente fugae, tali compellat voce regentem:
Nos, Cato, da veniam, Pompeji duxit in arma,
Non belli civilis amor, partesque favore
Fecimus. ille jacet, quem paci praetulit orbis,
Cauſſaque noſtra perit: patrios permitte penates,
Deſertamque domum, dulcesque reviſere natos.
Nam quis erit finis, ſi nec Pharſalia, pugnae,

Nec

Jubam ſpectat, qui ſi imitatur Ptolemaei perfidiam, non deprecor, mihi abſciſum caput ſervet in Caeſaris adventum.

216. *Laudes*] *Laudem* Thuan. quart.

218. *Piget*] *Jubet* Rott. ſec. pro *pudet* credo.

219. *Cum Tarchon motus*] *Tum* Barber. variant in hoc nomine ſcripti: verum nomen eſt *Tarcondimotus*, ut eſt in Richel. vel, *Tarchondimotus*, ut alii. Cortius conjiciebat, *Tarcondemus*, quod unde probaturus eſſet, ignoramus: illud, *in motu* huc migravit ex vſ. 225. *linquendam* Oiſel. *Catonem* Rottend. tert. *linquendo ſ. Catonem* conjiciebat Cortius, quia in uno *linquendo* repererat.

223. *Tendis in aequoreas*] *Vadis* omnes fere ſcripti. & ita Noſter infr. 272. 382. 864. & alibi hoc verbo ſaepe utitur. *ad aequoreas* Oiſel. mox, *redit* Hamb. ſec. *tunc reſpicis* quatuor. *in motu* Heinſius explicabat de variis cogitationibus. certe de mentis motu capiendum. ut *motus irarum* VII. 385. & *ſcelerum* X. 335. & *ingentes animo motus ceperat* I. I. 184. & ita alibi. quamquam & de concurſationibus militum poſſit intelligi.

226. *Regentem*] *Catonem* Rott. ſec. qui & mox, *Pompejus duxit*, ut & duo Cortii. & mox, *favori* quinque, quod recepit Cortius.

230. *Patrios*] Imitatio Virgiliana ex lib. II. Aen. 137.

232. *Nam quis erit*] *Jam* Thuan. tert. *finis erit* Turr. *nec quis* Cod. Cortii, qui inde faciebat, *Ecquis erit finis*, nec male. ſic enim & Virgil. X. Ecl. 28. *Ecquis erit modus, inquit.* vel, *& quis*, ut ſolent variare codices, ita infra 706. *ſed quis erit lucri nobis pudor?*

234.

Nec Pompejus erit? perierunt tempora vitae,
Mors eat in tutum: juſtas ſibi noſtra ſenectus
Proſpiciat flammas. bellum civile ſepulcra
Vix ducibus praeſtare poteſt. non barbara victos
Regna manent: non Armenium mihi ſaeva minatur,
Aut Scythicum Fortuna jugum: ſub jura togati
Civis eo. quiſquis Magno vivente ſecundus,
Hic mihi primus erit: ſacris praeſtabitur umbris
Summus honor: dominum, quem clades cogit, habebo:
Nullum, Magne, ducem, te ſolum in bella ſecutus,
Poſt te, fata ſequar: neque enim ſperare ſecunda
Fas mihi, nec liceat. Fortuna cuncta tenentur
Caeſaris: Emathium ſparſit victoria ferrum.
Clauſa fides miſeris, & toto ſolus in orbe eſt,
Qui velit, ac poſſit victis praeſtare ſalutem.
Pompejo, ſcelus eſt bellum civile, peremto,
Quo, fuerat, vivente, fides. ſi publica jura,
Si ſemper patriam ſequeris, Cato, ſigna petamus,

Ro-

234. *Senectus*] *Senatus* S. Germ.

236. *Barbara*] *Barbare* Hamb. pr. mox, *Scythium* Hamb. ſec. quod, ut fere ſemper, placuit Cortio.

240. *Hic mihi*] Heinſius, *nunc mihi*.

241. *Honor*] *Honos* Rott. ſec. & Langerm. *quem cladis* Thuan. ſec. *coget* tres. *habendo* Rott. ſec. *ab aevo* Putean. quod a literae *b* in *v* mutatione, & adſpiratione omiſſa ortum. Cortius, *cogit quem cladis*, quia nomina in *es*, ſaepe in *is* efferuntur. de quibus ad Phaedr. I. Fab. 7. & ſupr. lib. I. 344. & III. 154.

243. *Poſt te fata*] *Poſt tua fata* Thuan. ſec. Rott. pr. & quinque Cortii. *ſequor* Hamb. pr. Langerm. & Cortius.

244. *Fas*] Hortenſii margo, *ſpes*. male, quis enim *ſpes ſperare* ferat? ſed haec variatio vindicare poteſt lectionem a Scaligero redditam Tibullo I. X. 23. ubi vide Broukhuſium. & adde, quae diximus ad lib. I. 360. & alibi.

244. *Tenentur*] *Feruntur* Rott. tert. & Cortii duo: non male. ſic lib. VI. 7. *In caſum quae cuncta ferat*.

246. *Clauſa fides*] Heinſius conjecerat prius, *clauda*; ſed deinde, *caſſa*, quo accedunt MSS. Cortii, qui *claſſa* & *cauſa* habebant, quod ultimum etiam erat in Rott. pr. an *clauſa fides* dicta, ut *commodum & benignitatem claudi* Terentio dicitur, de quo ad Ovid. III. ex Pont. II. 80. egimus? an pro finita eſt fides noſtra, quam dedimus Pompejo, ut lib. V. 44.

noſtrum exhauſto jus clauditur anno.

non ſatis me ex hac locutione expedio. *toto jam ſolus* Rottend. pr. & MS. Cortii.

249. *Quo*] Eleganter, *quod* Cod. Berſm. ſic

Romanus quae Conſul habet. ſic ille profatus
Inſiluit puppi, juvenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
Indiga ſervitii fervebat litore plebes.
Erupere ducis ſacro de pectore voces:
Ergo pari voto geſſiſti bella, juventus,
Tu quoque pro dominis, & Pompejana fuiſti,
Non Romana manus? quod non in regna laboras,
Quod tibi, non ducibus, vivis moreriſque; quod orbem
Adquiris nulli, quod jam tibi vincere tutum eſt,
Bella fugis, quaeriſque jugum cervice vacante,
Et neſcis ſine rege pati. nunc cauſſa pericli
Digna viris. potuit veſtro Pompejus abuti
Sanguine; nunc patriae jugulos enſeſque negatis,
Quum prope libertas. unum Fortuna reliquit
Jam tribus e dominis. pudeat: plus regia Nili

Con-

ſic, *hoc culpa tua* eſt Ovid. III. Epiſt. 8. ubi vide. & ad Epiſt. II. 56. ſic apud Terent. Andr. I. v. *ſi hoc non contumelia eſt*, ut recte Bentlejus. vid. & Cortium ad Cicer. IV. ad Famil. 2. & inf. 762.

249. *Jura*] *Rura* Rottend. ſec. vid. ſupr. vſ. 130. *ſi patriam ſemper* Langerm. *ſi ſemper ſequeris patriam* plurimi. *ſigna petamus*, non *ſequamur*, major pars codicum. *petamur* Richel. ego *petamus* praeferrem, quia jam ſequebantur ſigna Catonis, ſed ab ejus tranſire volebant ad ſigna Caeſaris, cui rei *petere* melius convenit. ita *petere ſigna* dixit lib. I. 268. & *caſtra petentes* II. 43. ubi etiam *ſequentes* alii. Stat. III. Silv. II. 90. *te caſtra petente* *profatur* tres noſtri.

252. *Inſiluit puppi*] Heinſius correxerat, *puppim*, & eum ſecutus Cortius, ut lib. III. 626. ſed & lib. X. 506. *carinis inſiluit Caeſar*, ubi etiam Cortius *Carinas* edidit, quaſi ſemper cogeretur Poëta eadem conſtructione uti, & ſine librorum auctoritate talia ubique lectoribus obtrudere liceret. vid. ad Ovid. VIII. Met. 142. Cortium hic in notis longum catalogum verborum, quae accuſativum, pro dativo regunt, contexuiſſe colligo ex ejus notis ad Plin. VIII. Ep. 4. *comitante caterva* Rott. tert. Virgilianum enim lib. II. Aen. 40. 370. & alibi, obverſabatur ſcribae animo. ſequens verſus deſiderabatur in duobus, & a m. pr. in Rott. tert. & alter, *Indiga* in totidem, & a m. pr. in duobus, & terque in multis Cortii. *indiga* hic eſt, quae carere non poterat ſervitute, non poterat ferre libertatem, & neſciret ſine rege pati. ut ita *egere* poni docebimus infr. 704. *indice ſervitici* Richel. corrupte, ſed infr. 592. *indiga* occurrit iterum, & alibi, paululum alio ſenſu. mox, *de ſacro* Thuan. quart.

256. *Geſſiſti*] *Geſſiſtis* Thuan. tert. a m. ſec. Oiſel. quod miror praeteriiſſe Cortium,

prae-

Contulit in leges, & Parthi militis arcus.
Ite, o degeneres, Ptolemaei munus, & arma
Spernite: quis veſtras ulla putet eſſe nocentes
Caede manus? credet faciles ſibi terga dediſſe,
Credet ab Emathiis primos fugiſſe Philippis.
Vadite ſecuri: meruiſtis judice vitam
Caeſare, non armis, non obſidione ſubacti.
O famuli turpes, domini poſt fata prioris
Itis ad heredem. cur non majora mereri,
Quam vitam, veniamque libet? rapiatur in undas
Infelix Magni conjux, prolesque Metelli:
Ducite Pompejos: Ptolemaei vincite munus.
Noſtra quoque inviſo quiſquis feret ora tyranno,
Non parva mercede dabit. ſciat iſta juventus

praeſertim quum vſ. 281. ſimile tentet. in ſequentibus numerus variatur, ut vſ. 264. *negatis*, niſi quis ibi mallet, *negabis*, quod non diſplicet.

258. *Manus*] *Cohors* Thuan. ſec. vid ſupr. VIII. 563. mox, *ducibus victis* S. Germ. *moriensque* omnes fere. mox, *& quod tibi vincere* Thuan. ſec. *totum eſt* idem. *cervice vagante* Turr. & Oiſel. vid. ad lib. I. 155. *vacanti* multi. *vaganti* Thuan. pr. a m. ſec. *tunc cauſſa* Oiſel &, *noſtro potuit* Thuan. quart. & Rott. ſec. *potuit veſtro* plerique. *potuit modo* MS. Cortii.

265. *Quam prope*] *Dum* Thuan. ſec. *relinquit* Hamb. ſec. Heinſius volebat, *relinqui jam tribus e dominis pudeat:* non ſequor. *ex dominis* tres. mox, *Ptolemaeis munus* Rott. ſec. a m. ſec. *arma ſternite* Rott. tert. a m. ſec. *ſternite, quis noſtras* Rottend. ſec. *putat* Thuan. tert. & Turr.

270. *Credet*] *Credat* hic & ſeq. verſ. Turr. *credit* primo loco Richel. *Caeſar faciles ſ. t. d. credet & Emathiis* Cortii codex. *Philippos* tres.

275. *Itis*] *Iſtis* Turr. poſt *heredem* interrogationis notam ponit Rottend. pr. *majora timeri* Langerm. a m. ſec. de *vita* & *venia* vid. ad Virgil. II. Aen. 145.

276. *Rapiatur*] *Raptatur* Richel. *rapietur* MS. Cortii. Heinſius malebat, *raptetur*, & ita Cortius. *rapiantur* Turrian. ſed tunc per prolem Metelli deberent filii Pompeji ex Cornelia intelligi, & tales verbi numeros ſaepe vidimus uſurpatos, ut I. 422. & alibi. ſed malo ipſam Corneliam intelligere, quia ſequitur, *ducite Pompejos*; ut a duobus Corneliam deſignet, & quod ſit conjux Pompeji, & proles Metelli, nimirum, Q. Metelli Pii Scipionis.

279. *Quisquis*] *Si quis* Thuan. ſec. & MS. Cortii. vid. ad Ovid I. Epiſt. 21. inf. 327. *ferat* quinque, & Cortii codices.

280. *Sciet*] *Sciat* quatuor e noſtris. utrumque ſaepe occurrit in exprobationibus. vid. ad Petron. cap. LVIII. & XCV. Ovid. II. Met. 392. *Tum ſciet*. Val. Fl. V. 519. *ſciat effera regis Ira.* & ita centies alii. ſupr. V. 665. IX. 1088. quare eligat quisque quod placet. Cortius, *ſecutos*. ſed neſcio MS. qui adludant. *ſecuta* Langerm. mox, *ignavi* aliquis.

Cervicis pretio bene ſe mea ſigna ſecutam.
Quin agite, & magna meritum cum caede parate:
Ignavum ſcelus eſt tantum fuga. Dixit, & omnes
Haud aliter medio revocavit ab aequore puppes,
Quam ſimul effoetas linquunt examina ceras,
Atque oblita favi non miſcent nexibus alas,
Sed ſibi quaeque volat, nec jam deguſtat amarum
Deſidioſa thymum: Phrygii ſonus increpet aeris,
Attonitae poſuere fugam, ſtudiumque laboris
Floriferi repetunt, & ſparſi mellis amorem:
Gaudet in Hyblaeo ſecurus gramine paſtor
Divitias ſervaſſe caſae: ſic voce Catonis
Inculcata viris juſti patientia Martis.
Jamque actu belli non doctas ferre quietem
Conſtituit mentes, ſerieque agitare laborum.

Pri-

285. *Effoetas*] *Effectas* Thuan. quart. *ut ſimul* vir doctus apud Cortium.

286. *Favi*] *Sui* Rott. tert. a m. ſec. in animo habebat locum Virgilii III. 629. *ſibi quaeque volant* N. Heinſius, & ita mox, *attonitae* congrueret his. Sed *deguſtat* obſtat. licet non deſint exempla ſimilis variationis.

288. *Phrygii ſonus*] Ita multi codices. *Phrygius* S. Germ. & Putean. a m. pr. *ſonus ut crepat* Edd. aliquae; *tum ſi ſonus* plurimi, unde Heinſius faciebat, *tunſi ſonus increpet aeris*, ut lib. VII. 477. *aethera tundit fragor.* ſed hoc aliud eſt. apud Cortium alius, *Temeſi ſonus increpet aeris.* Sed *Temeſaeum aes* ſaepe legi, *Temeſi* vel *Temeſium aes* numquam. quod probari deberet, antequam manus violentas adferimus ſcripturae vulgatae. ſed, *Phrygii ſonus increpet aeris* verum puto, & intelligi *Cybeleia aera*, ut in hac re dixit Claudian. VI. Conſ. Honor. 259. &, *matris cymbala* Maro IV. Georg. 64. *increpet* vero pro, *ſi increpet* dictum, ut millies, & recte Oudendorpius oſtendit. *attonitae*, licet *examina* praecedant, ex conſuetudine loquendi eſt, & ſubintelliguntur apes. ita Stat. V. Theb. 12. quum *agmina* praeceſſiſſet, ſubjicit *illae volant*, ſcil. *grues*. Apud Sueton. Claud. XXV. quum praeceſſiſſet *mancipia*, ſequitur *omnes*, ſcil. ſervi. ubi vide plura. mox, *floriferae* quatuor. *floriferi* plerique. Heinſius, *Florilegi*: & *ſparſi mellis* fere omnes. *ſacri* tantum in Turr. a m. ſec. Heinſius prius, *ſpreti* conjecerat, ſed induxerat. forte, *ſpiſſi*. ut ita voces, *ſparſus* & *ſpiſſus*, commutantur apud Ovid. V. Met. 621. premitur vero mel in favis. Virg. IV. Georg. 140. unde & *preſſi* poſſet legi. nam Maro IV. 101. *dulcia mella premes*. & *ſtipare* vſ. 163. dicit *mella*. quae inde etiam *tenacia* vocat vſ. 57. ne nimis liquidum ex alveis effunderetur. Sed neſcio an *ſparſae* non poſſet legi, ut ad apes referatur, quae vagae mel colligunt. & ita *floriferae* & *ſparſae* poſſet defendi, ut *attonitae*. ſed haec omnia incertae lectionis & vitiatae indicia.

292. *Servaſſe*] *Servare* Langerm. a m. ſec.

295. *Serieque*] *Seriemque* plurimi: & a m. ſec. Thuan. pr. & Rott. tert. mox, *laxatur*

Voſ-

Primum litoreis miles laſſatur arenis.
Proximus in muros, & moenia Cyrenarum
Eſt labor: excluſus nulla ſe vindicat ira:
Poenaque de victis ſola eſt, viciſſe, Catoni.
Inde peti placuit Libyci contermina Mauris
Regna Jubae, ſed iter mediis Natura vetabat
Syrtibus: has audax ſperat ſibi cedere virtus.
  Syrtes, vel primam mundo Natura figuram
Quum daret, in dubio pelagi terraeque reliquit.
(Nam neque ſubſedit penitus, quo ſtagna profundi
Acciperet, nec ſe defendit ab aequore tellus:
Ambigua ſed lege loci jacet invia ſedes:
Aequora fracta vadis, abruptaque terra profundo,
Et poſt multa ſonant projecti litora fluctus.
Sic male deſeruit, nulloſque exegit in uſus

Hanc

Voſſian. *luctatur*; vir doctus apud Cort. *laſſatur in oris* MS. Cortii.

299. *Catonem*] *Catoni* plurimi. *Catonis* tres.

300. *Libyci contermina Mauris*] *Lybyis c. Mauris* ſex. *Libycis c. Mauri* Richel. *Libyci c. Mauri* quatuor. *confinia* Rott. ſec. *muris* Langerm. mox, *vetarat* Langerm. & Putean. *vetabat* plurimi. in MSS. Cortii, *negarat*, *negavit*, *vetabit*, *natabit*, *vetarat*.

302. *Has audax*] *Hanc* multi. *hanc a. ſ. ſuperare juventus* Thuan. ſec. *hanc* recepit Cortius, ut ad naturam pertineat. *ſuperat ſibi cedere* Bersm. unus.

304. *Pelagi terraeque*] *Terrae pelagique* multi, quod Cortio hic & I. 83. & alibi placuit.

306. *Defendit*] *Defendet* Richel.

307. *Sed lege loci*] *Sub lege* tres noſtri & unus Cortii. eadem varietas ſupr. v. 226. infr. 370. & apud Virg. III. Aen. 571. ubi pro.

Sed horrificis juxta tonat Aetna ruinis.

eſt in MS. *ſub. lex* loci dicta, ut apud Ovid. XV. Epiſt. 171.

Hanc legem locus ille tenet.

vox autem *ſedes* ſuſpecta eſt. eſt enim contradictio, ſedes enim dicitur locus, urbs, &c. ubi homines habitant, & domicilia poſuerunt. hic vero debet intelligi locus, ad quem acceſſus non datur. poſtea nullos in uſus hanc partem ſui naturam exegiſſe dicit, neque ad habitandum, neque ad navigandum, quomodo ergo ſedes dici poſſit non video. aut ergo, ſi ſervanda vox, acumen erit Lucani, pro invia eſt, & non apta ad ſedes ponendas; aut alia ſubſtituenda. Cl. Dorvil. *invia*, *deſes*.

309. *Et poſt*] *At poſt* Thuan. tert. Heinſius corrigebat, *protecti litore fluctus*. male. vid. ad lib. VIII. 442. & 735. ſenſus, poſt multa litora, id eſt, vada in mediis Syrtibus, etiam ultra ea in terras fluctus aquarum extendi & exire. ſic infr. 432. *ſub nimio projecta die*. in Richel. & S. Germ. erat, *litore*.

310. *In uſus*] *In artus* Turrian. mox, *planior alto* S. Germ. & Oiſel. mox diſtinguit Cortius, *Syrtis erat*, *pelago penituſque notabat*, ſed forte rectius ſcriberetur, *plenior*

Hanc partem natura ſui) vel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penituſque natabat:
Sed rapidus Titan ponto ſua lumina paſcens,
Aequora ſubduxit zonae vicina peruſtae:
Et nunc pontus, adhuc Phoebo ſiccante, repugnat.
Mox ubi damnoſum radios admoverit aevum,

Tel-

nior alto olim Syrtis erat pelagus. ut mox, *Syrtis erat tellus.* vid. Serv. ad VI. Aen. 60. olim erat revera mare, & majori copia aquae hic ſinus abundabat ipſo pelago vel mari, & penitus, uſque ad fundum, erat aquae plena. ſi vero *pelagus* ſit neutrius generis, de quo vid. ad Val. Fl. I. 169. *plenius* legendum foret.

313. *Sed rapidus*] Malim, *rabidus Titan*, quia quaſi devoravit paſcens, & alimenta ſideri ſuo inde trahens, ut paſſim *rabies* de fame, & *rabida* fames dicitur. quamvis & *rapidus*, ut hic omnes codices, a calore ſuo, quo extrahit & rapit ex terra & aqua vapores, dici poſſit, ut mox, *Phoebo ſiccante.* ſic *rabidus* vel *rapidus* leo VI. 337. & ſol *rapidus* & *rabidus* dicitur, variantibus fere ſemper ſcriptis. vid. ad Ovid. III. Amor. VI. 106. II. Faſt. 311. ſed ſi haec cauſſa valet, non modo Syrtes, ſed omnes ſinus & fluvii in Africa & Zonae toridae vicinis regionibus, eadem ſorte exſiccari debuiſſent, & pleni eſſe vadis & arenoſo fundo. *ſubducit* Rott. pr. *vicinia* S. Germ.

316. *Radios admoverit aevum*] *Radiis* Turr. & a m. ſec. Thuan. pr. *rabidos* Rott. pr. non ſatis haec intelligere me fateor, nec quomodo damnoſum aevum potuerit radios admovere, video, niſi ſubintelligamus propius, quam nunc: quod durum: nam omni tempore radios & calorem aequo modo admovet ſol. Interpretes explicant, quum ſenſim omnem aquam exhauſerit calor ſolis, tellus erit Syrtis: nec male, ſed ex verbis hunc ſenſum excudere nequeo. ſi ſcripſiſſet,

Mox ubi damnoſum radiis exhauſerit aevum.

aliquis hic ſenſus conſtaret, vel *damnoſis radiis amoverit* (ut in uno Oudendorpii) *aequor.* tunc caperem, pro aquam omnem conſumſerit. haereo. *Syrtis erat* Thuan. quart. male. tunc erit tellus ſolida, & ſicca, quae jam eſt brevis aqua, quae ſupernatat vadis. *non jam* a m. ſec. Thuan. tert. & Langerm. forte etiam, *lente periturum deficit aequor*, id eſt, ſenſim, longo temporis ſpatio decreſcit, & deficit, aqua deminuta, & vadis ſiccatis. ſed malus vates fuit Lucanus. Syrtes hodie etiam ſunt Syrtes, & eadem natura illis manet. in Scholiaſte legendum, *acceſſu temporis.*

319. *Actum mare*] Noſtri nihil variant, niſi quod in uno Langerm. a m. ſec. fit, *ſiccum.* Cortii vero codices, *ictum*, *aptum*, *auctum* & *ſiccum.* Heinſius, *ſectum*, *ictum*, *tactum* conjecit. *ictum* defendi poſſet ex Silio XIV. 360.

Salis icta frequenti
Albeſcit pulſu facies.

& lib. XII. 243.

uno remorum praeterit ictu.

& ita *percutere*, *pulſare*, & ſimilia paſſim. *ictus* praeterea & *actus* ſaepe commutantur, ut apud Noſtrum II. 458 III. 469. & h. l. 472. ſed *actum* recte defendit Oudendorpius, & jam notaveram ad Val. Fl. II. 77. *propulit* vero omnes noſtri.

321. *In ſua regna*] Hunc verſum abeſſe a quinque MS. teſtatur Cortius, & duos praecedentes deſiderari in duobus: ſed noſtri omnes agnoſcunt, nec Oudendorpius in ſuis deeſſe notavit, & nihil quoque ſuſpecti in illis video. *Tentatum aequor* eleganter temeritatem mortalium notat, qui auſi fuere mare ingredi. & ita Val. Fl. I. 97. *illicitas tentare*

Tellus Syrtis erit: nam jam brevis unda ſuperne
Innatat, & late periturum deficit aequor.
Ut primum remis actum mare propulit omne
Claſſis onus, denſis fremuit niger imbribus auſter,
In ſua regna furens: tentatum claſſibus aequor
Turbine defendit, longeque a Syrtibus undas
Egit,

tare vias dixit, ubi vide adnotata: &, ut hic Auſter fingitur defendere aequor tentatum, ita Valerius inducit aequoreos Deos hortantes Neptunum, ut *legem defendat*, ibid. vſ. 215. Florus tumore ſuo Poëtico dicit, Oceanum *caſtigaſſe improbam Caeſaris claſſem* lib. III. 10. & de audacia hominum, mare tentantium, & temeritate naufragiis, & procellis punita, pleni ſunt Poëtarum libri. ideoque hic nihil Lucani a manu alienum.

322. *A Syrtibus*] *Ab Syrtibus* Rottend. pr. mox, pro *illato* Cod. Cortii dant, *in latum*, *in magno*, *in alto*, *ab alto*. unus modo ex noſtris Rott. tert. *ab alto* habet. unde Heinſius faciebat, *ablato*. alii, *in lato litore*. ſed mihi *illato litore* unice verum videtur: ſcilicet, illud pelagus, quod ante Auſtri hanc vim erat ſatis profundum, id factum eſt litus, quod, ut vadoſa terra leviter tecta aqua, excurrebat in mare, & ei ſe inferebat, & extendebat. ut in alia re dixit lib. I. 70.

Tellus extendere litora nolet
Excutietque fretum.

& lib. II. 614.

Tenuem producit in aequora linguam,

quod idem eſt quod *illatum litus* hic vocat, ut promontorium in mare eminens. nam non puto recte interpretes, cumulos hic & illic interpoſitos arenis capere, quibus interrumpitur mare, antea continuum: nam quae mox de cumulis & aggere arenae dicuntur vſ. 334. melius Scholiaſtes non in ipſis Syrtibus, ſed in medio mari, quo ventus & aeſtus arenam ejecit, capit, & qui obvii ſunt navigantibus, antequam in Syrtes veniant. & Auſter turbine illo undas a Syrtibus egit, & ita fere nudatum litus, vel undis leniter tectum, intulit in mare, ut fere ſit terra eminens, quae ſimul frangit undas redeuntes & repellit a ſe. nam *confringere* & *frangere* pontum dicitur litus, ubi repellit, ut exempla innumera ſunt, & aliquot collecta ad Ovid. Epiſt. VII. 169. ubi ex Priſciano accommodatus huic loco adducitur verſus,

Prima eſt Hiſpanum quae frangit litore pontum:

ſic Seneca de Conſt. Sap. III. *ſcopuli mare frangunt.* Statius lib. II. Theb. 43.

Interiore ſinu frangentia litora curvat
Taenarus:

ubi non recte Barthius ſeſe curvantia explicat, vel legit, *frangens ſua litora.* Sed frangentia litora ſunt, quae fluctus in ſe inſilientes & inlatos repellunt. & ipſe noſter Lucanus lib. VIII. 565.

Litusque malignum
Incuſat, bimaremque vadis frangentibus aeſtum.

& infr. h. l. 447.

nam litore ſicco,
Quam pelago, Syrtis violentius accipit Auſtrum:
Et terrae magis ille nocens: non montibus ortum
Adverſis frangit Libye, ſcopulisque repulſum
Diſſipat.

ubi frangit ventum, ut hic pontum, ſiccum illud litus. & eleganter lib. V. 605. ventus Boreas dicitur, *in fluctus Cori frangere ſuum mare*, qui repellitur a Coro reſiſtente. unde apparet nec *contraxit*, quod ex Scholiaſte profert Grotius, hic locum habere poſſe. denique *illatum litus* hic in mare porrectum debere intelligi, firmatur ex illis Val. Flac. II. 631.

Im-

Egit, & illato confregit litore pontum.
Tum quarum recto deprendit carbaſa malo
Eripuit nautis, fruſtraque rudentibus auſis
Vela negare Noto, ſpatium vicere carinae,
Atque ultra proram tumuit ſinus. omnia ſi quis
Providus antennae ſuffixit lintea ſummae,
Vincitur, & nudis avertitur armamentis.
Sors melior claſſi, quae fluctibus incidit altis,
Et certo jactata mari. quaecumque levatae
Arboribus caeſis flatum effugêre prementem:
Abſtulit has ventis liber contraria volvens
Aeſtus, & obnixum victor detruſit in Auſtrum.
Has vada deſtituunt, atque interrupta profundo
Terra ferit puppes: dubioque obnoxia fato

Pars

Improba caecis
Intulit arva vadis, longoque ſub aequora dorſo
Litus agit.
& hinc mox vſ. 338. *terra obvia* vocatur. Apud Plin. v. Epiſt. vi. § 35. legitur, *in opere urbaniſſimo ſubita velut illati ruris imitatio*, ubi Cortius hunc Lucani locum adfert. quamquam rus illatum apud Plinium non eminens extra alia capiam, ſed quod quaſi importatum ſit & interpoſitum operi urbano.

324. *Quarum*] Ita noſtri omnes. *quorum* alii & Cortius. *comprendit* Rottend. pr. male. *deprendere* proprie venti & procellae dicuntur, naves ſubito opprimentes, ut notum. vid. ad Phaedr. v. 4. hoc verbum reddendum Juliano JCto in leg. vi. ff. ad L. Rhod. de jactu. *Navis adverſa tempeſtate deprenſa, ictu fulminis deuſtis armamentis, & arbore & antenna, Hipponem delata eſt.* ubi vulgo *depreſſa* legitur. Sed id notat demerſam, quae Hipponem deferri nequit, nec deinde Oſtiam navigare, & onus *integrum* perferre.

328. *Suffixit*] *Subduxit* Thuan. ſec. mox, *averritur* Thuan. pr. a m. ſec. *advertitur.* Voſſ. vid. lib. vi. 585.

330. *Claſſi*] *Claſſis* Thuan. pr. a m. pr. mox, *mari eſt* multi.

332. *Effudere*] *Effundere flatum* dici poteſt de eo, qui flat. ſed an navis poſſit dici effundere flatum, quae patitur ventum ſine noxa tranſire, vehementer dubito. nec exempla adducta id probant, & de loco Valerii Fl. iv. 273. aliud docebunt notae, & Bapt. Pium, qui *effudit* de Polluce, pro effundi permiſit, fecit in vanum cadere, cepit, & exemplum non rectae interpretationis dedit, erraſſe oſtendent: quare ego hic cum uno Voſſiano, *effugere* praeferrem, & ſimul, *prementem* cum ſex ex noſtris, quia arbore non caeſa periculum erat, ne mergeretur navis. Cortius conjicit, *frementum*, quod in multis editis & ſcriptis quum ſit, quid opus conjicere? *furentem* unus Cortii. *frementes* Thuan. quart. mox Heinſius malebat, *liber venti aeſtus*, de quo vid. ſupr. vii. 818. *ventis liber* olim edebatur. in diſtinctione Cortii & Oudendorpii, *liber*, *ventis* &c. mihi durum occurrit illud *liber* abſolute poſitum, non addito cujus

Pars ſedet una ratis, pars altera pendet in undis.
Tunc magis impactum brevibus mare, terraque ſaevit
Obvia conſurgens: quamvis eliſus ab Auſtro,
Saepe tamen cumulos fluctus non vincit arenae.
Eminet in tergo pelagi procul omnibus arvis,
Inviolatus aqua, ſicci jam pulveris agger,
Stant miſeri nautae, terraeque haerente carina
Litora nulla vident. ſic partem intercipit aequor:
Pars ratium major regimen, clavumque ſecuta eſt,
Tuta fugae, nautasque loci ſortita peritos,
Torpentem Tritonos adît illaeſa paludem.
Hanc, ut fama, Deus, quem toto litore pontus
Audit ventoſa perflantem marmora concha,
Hanc & Pallas amat: patrio quae vertice nata

Ter-

jus erat liber: ſed venti liber aeſtus contraria (id eſt contrarias undas) volvens, & ita victor, detrudit in Auſtrum.

334. *Obnixum*] *Obnoxium* Richel. temerata lege metri. *detrudit* Hamb. ſec. *detruxit* Thuan. quart. *deduxit* Turrian. *in altum* Putean.

337. *Pendet*] *Pendit* Hamb. pr. *in undas* tres. *in arvis* Turrian. a m. ſec.

338. *Impactis*] *Impacti* Rottend. ſec. a m. ſec. *impactum brevibus*, vel *brevius* multi noſtri & Cortii. *brevis* Thuan. ſec. *terraque ſaevit* Rottend. pr. forte,

Tum magis impactae brevibus; mare, terraque ſaevit,
Obvia conſurgens.

ut impactae *naves*, vel *puppes* intelligantur. mox, *illiſus* conjiciebat Cortius, cujus Cod. *in auſtro. vincit* omnes fere.

341. *In tergo*] *In tergum* Rott. ſec. & Oiſel. *omnibus undis* plurimi: *inviolatus aquae* Turrian. quod placuit Cortio; & laudat ad Plin. IV. Ep. XIII. §. 10. ubi tamen non video, qua ratione quadret Plinii verbis. quod, forte ex notis manifeſtius fuiſſet. deinde, *ſi partem* Rottend. ſec.

345. *Secuta eſt*] *Eſt* deerat Thuan. quart. & Rott. pr. *tuta fugae* quatuor, quod recepit Cortius, me ſecutus in notis ad Val. Fl. VIII. 14. mox, *Tritonis* Rottend. tert. *adiit* Rott. pr. S. Germ. *non laeſa* a metuentibus metro ortum eſt.

349. *Perflantem murmura concha*] Heinſius ad Val. Fl. VII. 604. conjecerat, *marmora*, eamque conjecturam vindicaveram ad Nemeſ. Cyneg. 276. Diſſentit vero Oudendorp.: ſed *proflare murmura* neminem dixiſſe puto, nec dicere potuiſſe, quum *proflare ſomnum*, *auras* &c. rectum ſit. *proflata anima* Auſon. Ep. 65. ſed tuba vel concha murmur proflare exemplis indubiis probandum eſſet: & puto ideo *murmura* adripuiſſe librarios, quia non conſiderantes verbum *perflare*, & ſcientes *murmura* conchae & tubae tribui, ut etiam apud Sil. XIV. 374. & paſſim, ideo *proflare* ſubſtituerint, quia *perflare murmura* eſſet abſurdum. *flare claſſica cornu* dixit Propert. III. 11. 41. jam vero *marmora* ſimpliciter dici ſatis oſtendimus d. l. & licet *pontus* praecedat, *marmorque* ſit idem, hoc fie-

ri

Terrarum primam Libyen (nam proxima coelo eſt,
Ut probat ipſe calor) tetigit: ſtagnique quieta
Vultus vidit aqua, poſuitque in margine plantas,
Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda.
Quam juxta Lethon tacitus praelabitur amnis,
Infernis, ut fama, trahens oblivia venis:
Atque inſopiti quondam tutela draconis,
Heſperidum pauper ſpoliatus frondibus hortus.
Invidus, annoſo famam qui derogat aevo,
Qui vates ad vera vocat. Fuit aurea ſilva,
Divitiiſque graves, & fulvo germine rami,

Vir-

ri tamen ibi vindicavimus, variis poëtarum locis, qui non veriti talia ſynonyma cumulare, quibus ex ipſo Lucano poſſunt addi lib. I. 103. & multi alii loci: & ipſe Oudendorpius hanc ſynonymorum cumulationem agnovit ad lib. II. 435.

350. *Hanc &*] *Hanc ut Pallas amat patrioque e vertice Jovis* Rich. ubi *Jovis* eſt gloſſatoris. *quae vertice* multi. *nata eſt* Thuan. quart. &, *coelo*, ſine *eſt*, Thuan. pr. *Libyen primam* Thuan. ſec.

352. *Ut probat*] *Et probat* Rottend. tert. *ille calor* Thuan. quart. *calor*, *petit* Thuan. ſec. a m. ſec.

354. *Dilecta*] MSS. Cort. *dilectam*, *delicta* & *delecta*. mox, *quem juxta* ſex libri: *Lethon* Langerm. alii noſtri & Cortii, *Lethos*, *Lethens*, *Lethen*, *Loetes*, *Lhetes*. Cortius, *Lathon*, quia *Laethon* in uno viderat; *oblivia ripis* tres. an pro *rivis*?

357. *Inſopiti*] *Inſopita* Thuan. quart. *tutela* vero an fluvius, qui munit & tuetur hortum & draconem, an hortus ipſe, qui defenditur a dracone? ut Scholiaſtes. quod poſſet defendi. Sed & explicari poteſt hortus, tutela draconis, qui inde alebatur olim, antequam Hercules ſpoliaſſet hortum; eſt certe obſcurius & durius dictum. *ſpoliatus frondibus* tres libri, & hoc praetulit Cortius. parum quidem referre arbitror, quum idem ſenſus inde effici poſſit, niſi quod, ſi *ſpoliatis* legas, debeas ſubintelligere *pomis ſuis*. nam ſi *frondibus* ſimpliciter capias, *rami* deberent intelligi, & ita *ſpoliatis* vel *ſpoliatus frondibus*, notaret ramos detractos vel ſucciſos. quod tamen non factum ab Hercule recte notat Oudendorpius, & patet ex vſ. 366. & hoc verbum, ſi nude ponatur, debet aliquid praeceſſiſſe, unde intelligi poſſit qua re ſit ſpoliata arbor, aut, ut hic, hortus. hinc frequentius hoc addunt, ut *foliis ſpoliare nemus* VI. II. 2. & paſſiva forma, *ſpoliantur robore ſilvae* III. 395. vide & ad lib. II. 714. frondibus ergo ſpoliari arbores dicuntur, quum rami ſucciduntur vel carpuntur. ut lib. III. 443. & apud Ovid. IX. Met. 384. quare ego etiam in *ſpoliatus* pronior eſſem, & tot exempla veterum poëtarum, qui duplici epitheto uſi fuere, in primis ſi unum eſſet participium, me non deterrerent. ideo enim pauper erat, quia ſpoliatus erat. Sed *frondes* me male habent; quare forte ſcripſerit Lucanus, *ſpoliatus fructibus*, vel potius, *foetibus hortus*. id eſt, pomis ſuis, quae ſaepe *foetus* dicuntur. Ovid. XIV. Met. 689.

Sed neque jam foetus deſiderat arbore demtos.

ubi codices quidam, *fructus*. Epiſt. XX. 9.

Verba licet repetas, quae demtus ab arbore foetus.

De-

Virgineusque chorus, nitidi cuſtodia luci,
Et numquam ſomno damnatus lumina ſerpens,
Robora complexus rutilo curvata metallo.
Abſtulit arboribus pretium, nemorique laborem
Alcides: paſſusque inopes ſine pondere ramos
Retulit Argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulſa locis, ejectaque claſſis
Syrtibus, haud ultra Garamantidas attigit undas:
Sed duce Pompejo Libyae melioris in oris
Manſit. at impatiens virtus haerere Catonis
Audet in ignotas agmen comittere gentes,

Ar-

Detulit ad caſtas, me jaciente, manus.
Arboreos foetus dixit idem pro pomis x. Met. 665. & alibi ſaepe. quare *Frondes arboreae* quae tegebant aurea poma, teſte Ovid. iv. Met. 636. hic loco cedere *foetibus* debere cenſeo: nec epitheta duo me morantur, qui ſcio Lucanum lib. ii. 209. cumulaſſe etiam tria, *omnia Syllana congeſta cadavera*, & ſaepe duo, ut alibi oſtendimus.

361. *Graves*] *Gravis* Turrian. & Ed. Gryph.

365. *Nemorique*] *Nemorisque* quatuor, quod fortaſſe probandum ait Cortius. ut ita lib. i. 556. *urbis laborem*, dixit, & ſimilia paſſim. ſed *nemori abſtulit* conſtruendum, & hoc ſequens, *ſine pondere rami*, exigit, quod opponitur *labori*, quia ſcilicet pondere pomorum curvabatur arbor; & *inopes*, quod divitiis & pretio opponitur, ut recte Scholiaſtes.

367. *Retulit*] *Detulit* Thuan. tert. de his pomis Stat. lib. iii. Silv. i. 159. ad Herculem verba ferens.

Et ſi tibi poma ſuperſunt
Heſperidum, gremio venerabilis ingere Pollae.

ubi Marklandus his verbis indicari credit Pollam deſiderio liberorum teneri, & aliquid laſcivi ſubeſſe, quia poma adjuvare credebantur conceptum, & ideo amantes iſtis donare amicas ſolere. Longe abſit a Statii mente iſta interpretatio: quum haec Polla, ſi vidua fuit Lucani, & jam uxor Pollii, ut cenſet, vetula eſſe debuerit, & jam aetatis fere effoetae, ut ſequentia verba innuunt.

Quod ſi dulce decus, viridesque reſumeret annos.

ſi revireſcere poſſet, dignam ait, cui Hercules ſerviret, ut Omphalae olim, & ut olim Euryſtheo retulit, ita nunc Pollae poma vult deferri. deinde epitheton *venerabilis* non convenit juvenili aetati; ut recte Barthius. & ita Pollius ſenex quoque vſ. 175.

368. *Depulſa*] *Delapſa locis* MS. Cortii. *erectaque* Thuan. pr. Cortius conjicit, *ereptaque*. Heinſ. *rejectaque*, quod melius credo. nam *ejecta* dicitur claſſis naufraga, modo in litus ejecta. vid. ad Ovid. Ep. vii. 89.

Fluctibus ejectum tuta ſtatione recepi.

ubi etiam *ereptum* alii codices. ſed *rejecta* claſſis eſt, aut ab incolis repulſa, & prohibita adpelli, vel ventis adverſis inde ablata, & eſt verbum nauticum, vid. ad Vellej. Paterc. i. i. & ad Liv. xxiii. 34. & xliv. 19. ubi etiam *ejectos* & *rejectos* codices habent. *Garamantiras* Richel.

370. *Sed duce*] *Sub duce* Turr. vid. ſupr. h. l. 307. *in arvis* Rottend. tert. a m. ſec. *Libyae* fere omnes.

373. *Cingere*] *Scindere* MS. Cortii, cujus etiam unus codex ignorat hunc verſum.

ſum.

Armorum fidens: & terra cingere Syrtim
Haec eadem ſuadebat hiems, quae clauſerat aequor.
Et ſpes imber erat, nimios metuentibus ignes:
Ut neque ſole viam, nec duro frigore ſaevam,
Inde polo Libyes, hinc bruma temperet annus:
Atque ingreſſurus ſteriles, ſic fatur, arenas.
O quibus una ſalus placuit mea caſtra ſecutis
Indomita cervice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, ſummoſque labores.
Vadimus in campos ſteriles, exuſtaque mundi,
Qua nimius Titan, & rarae in fontibus undae,
Siccaque letiferis ſqualent ſerpentibus arva,

Du-

ſum. Heinſ. diſtinguebat hoc modo,
fidens; & terra cingere Syrtim
Haec eadem ſuadebat hiems.
cingere hic ambire. vid. lib. I. 594. & hic Oudendorpium, & Barth. ad Stat. II. Theb. 277. licet idem Barth. ad Claudian. Conſ. Olybr. 19. explicet, complere. *Hoc eadem* Thuan. tert. & Oiſel. *nam clauſerat* Rott. tert. *ſpes imbris* quinque; quod neſcio an non melius, duriore illa appoſitione. *nimios metuentibus aeſtus* Rott. pr. Hamb. ſec. vid. VIII. 848. ſic *nimius Titan*, quod idem eſt, mox 383.

377. *Inde polo*] *Polum* hic explicant auſtralem regionem ſive plagam, ita X. 275. *peruſti Zona poli*, & paſſim. vid. infr. 531. Oudendorp. Sed tamen forte ſcripſerit, diſtinctione majore poſita poſt *ſaevam*, quod ad *metuentibus* referendum,
Inde ſolum Libyes, hinc brumam temperat annus.
brumam eſt in Oiſel. ut ſenſus ſit ſpes erat imbrem forte caſurum, metuentibus nimium calorem, ut etiam non metuentibus viam ſaevam, aut a ſole, aut a frigore. nam *inde*, id eſt, a ſole, ſive a calore ſolis, annus temperat ſolum Libyes arenoſum, & ardens, quod ita exaeſtuat, ut pedes etiam calcantium urat. hinc vero annus, id eſt, tempus anni, temperat brumam, quae hic non tam frigida eſt, ut in aliis orbis partibus. *Libyen* & *annum* erat in Barber. ut lib. IV. 109. *glacie*, vel *glacies temperat ignes:* Cortius, *Libye*, eleganti ſcilicet hiatu. *temperat* ſex libri.

379. *Caſtra*] *Signa* quatuor. *ſecuti* Langerm. mox, *mentem* idem. vid. ſupr. h. l. vſ. 9.

382. *Vadimus*] *Vidimus* Thuan. quart. *ſteriles campos* Rottend. pr. *exauſtaque* Langerm. pro *exhauſtaque.* vid. ad lib. III. 340. de nimio Titane vid. lib. VIII. 164. & ad de Claudian. I. in Stilic. 249.
Quos interior nimio plaga ſole relegat.

385. *Durum iter, ad leges &c.*] Varie diſtinguunt haec editores. mihi placeret,
Durum iter ad leges. Patriaeque ruentis amore
Per mediam Libyen veniant, atque invia tentent;
Si quibus &c.
nam non video, quomodo dici poſſit ad leges & amorem patriae durum iter inſtitui nunc, quum certe amor patriae, quem antea jam habere inſitum animis deberent, eos ad haec dura debuerit incitare. Sed amore patriae, quo eos duci ponit, non debent recuſare hoc iter.

Durum iter ad leges, patriaeque ruentis amorem.
Per mediam Libyen veniant, atque invia tentent,
Si quibus in nullo poſitum eſt evadere voto,
Si quibus ire ſat eſt, (neque enim mihi fallere quemquam
Eſt animus, tectoque metu perducere vulgus.)
Hi mihi ſint comites, quos ipſa pericula ducent,
Qui me teſte, pati vel quae triſtiſſima, pulcrum,
Romanumque putant. at qui ſponſore ſalutis
Miles eget, capiturque animae dulcedine, vadat
Ad dominum meliore via. dum primus arenas
Ingrediar, primusque gradus in pulvere ponam.
Me calor aetherius feriat, mihi plena veneno

Oc-

iter. Quod ſi minus placet, ſollemni vocum *amor*, & *honor* permutatione, legendum,

Durum iter ad leges, patriaeque ruentis honorem.

leges libertatem eſſe ſatis notum, *honor* vero patriae, eſt dignitas & majeſtas Romani nominis, quae reſtituenda antiquis legibus & magiſtratibus nunc a bonis civibus. *Durum iter* dixit etiam Valer. Fl. I. 565. ubi vide. & *duras vias* Ovid. VII. 116. *Libyam* duo. *Libyem* tres.

387. *Evadere*] *Diſcedere* Rott. pr. & MS. Cortii, cujus alii, *evadere vultu*, *vento, ferro*. ſed rectum eſt, *in voto*. ut Horat. II. Sat. VI. 1. *Hoc erat in votis*. deerat hic verſus a m. pr. Rott. ſec.

388. *Ire ſat eſt*] *Ire ſatis* S. Germ.

389. *Tectoque*] *Totoque* Sixii. Heinſius, *caecoque*. ſed *tectus metus* recte. non diſſimulaturum ſe dicit metum, quem ex hoc itinere concipit. ſic quod Virgil. I. Aen. 209. *premit altum corde dolorem* dixit, Noſter lib. II. 228. imitans ait,

Tegens alta ſuppreſſum mente dolorem.

& lib. IV. 701. *Audendo magnus tegitur timor.* & ita paſſim etiam alii. *producere*, quod alii praeferunt, & ubique fere commutatur cum *perducere*, ut lib. II. 562. vidimus, non reprobarem: nam eſt proprium vocabulum in re militari, ut *producere exercitum* Vellej. Paterc. II. 78. Frontinus ſaepe. vid. Tennul ad I. I. II. & paſſim. etiam ubi inſidiae & fraudes adhibentur. vid. ad Quinctil. Decl. CCCV. ſed omnes noſtri & Cortii conſtanter, *perducere*, quod majorem fiduciam notat, ut non modo inducat in loca illa ardentis Libyae, ſed totam Libyam peragrare, & ad deſtinatum locum ducere ſe velle indicet. mox, *ſunt comites* quinque. *ducent* hic eſt inducent, delectabunt, & ſponte ſequi volent. vid. ad Ovid. XI. Met. 2. & hoc mox a *capiturque* firmatur. poſui vero, *nec enim* &c. *vulgus*, in parentheſi.

391. *Vel quae triſtiſſima*] *Ut quae* S. Germ. *vel qui* Thuan. quart. *vel* hic eſt etiam. *turpiſſima* Hamb. ſec. Heinſ. malebat, *duriſſima*. ego nihil muto, nec opus exemplis firmare puto. opponuntur *meliori viae*, ut mox. quo ſenſu, *meliorem Libyam* dixit 370. *turpis* vero & *triſtis* ſaepe in codicibus permutantur. ut apud Ovid. Ibi 340. Claud. I. in Rufin. 325. mox, *ac qui ſponſore* Hamb. pr. & Oiſel.

393. *Animae*] Id eſt, vitae. vid. Barth. ad Stat. IX. Theb. 678.

396. *Me calor*] *Sed calor* Rottend. tert.

 ve-

Occurrat ſerpens; fatoque pericula veſtra
Praetentate meo: ſitiat, quicumque bibentem
Viderit: aut umbras nemorum quicumque petentem,
Aeſtuet: aut equitem peditum praecedere turmas,
Deficiat; ſi quo fuerit diſcrimine notum
Dux, an miles eam. ſerpens, ſitis, ardor arenae,
Dulcia virtuti: Gaudet patientia duris.
Laetius eſt, quoties magno ſibi conſtat, honeſtum.
Sola poteſt Libye turba praeſtare malorum,
Ut deceat fugiſſe viros. Sic ille paventes
Incendit virtute animos, & amore laborum,
Irreducemque viam deſerto limite carpit:

Et

venenis Cortius, vel, *veneni.* parum refert, & praeſtat codices ſequi.

398. *Praetentate*] *Praecipitate* Thuan. ſec. *pertentate* Oiſel. fruſtra. Ovid. VIII. Met. 27.

Praetentatque ſui vires Mavortis in urbe.

vide de hoc verbo Heinſ. ad Claudian. II. in Rufin. 477. & Barth. ad Stat. II. Theb. 369.

398. *Sitiat quicumque bibentem viderit*] Non ſatis haec capio. Sulpitius exponit, *ſitiat, recuſet ſitim pati*, nec multo aliter Omnibonus. atqui debuiſſet dicere bibat, quicumque me bibentem videat, non vero ſitiat, ut & mox non aeſtuet, id eſt, non ferat aeſtum, ſi me videat umbras petere, nec ſolem poſſe pati. in tertio vero membro *deficiat*, deſiſtat ab ingrediendo pedibus, ſi me videat equum conſcendere. non expedio me, niſi negatio prioribus addatur.

fatoque pericula veſtra
Praetentate meo. haud ſitiat q. bibentem
Viderit. haud umbras &c.

Sed illud *haud* ultimum tam longe remotum ab *aeſtuet* non multum placet. cogitabam, an poſſet per ellipſim **F** *ſi* ſenſus expediri, ut ſit, ſi ſitiat, aut aeſtuet, quicumque me vident bibentem, aut umbras petentem, aut equo vectum, deficiat, per me *licebit*, faciam illi poteſtatem abeundi vel manendi; ſi me ducem a milite quocumque poterit diſcernere: & ita illud *ſi* poſſet repeti a vſ. 401. *ſi quo* &c. & referri ad *ſitiat* &c. cogitent acutiores: nam mihi aqua haeret. dubitavi etiam an, *ſitiat* & *aeſtuet* &c. poſſent exponi hoc modo: fateatur etiam ſe ſitire, ſi me videat bibentem, & aeſtuare &c. ſed quamdiu me non viderit bibentem, toleret aeque ſitim & aeſtum atque ego tolerabo, & qui vobis exemplum dabo patientiae: & hoc fere prae priore explicatione placet.

401. *Deficiat*] *Deſtituas* Rott. ſec. ſi *deſtituat* legeretur, poſſet commode explicari. *ſub crimine* Richel. & quinque Cortii. *dux aut miles* Thuan. ſec. *ſitis*, *arbor* Thuan. quart. *ſitis*, *aeſtus* Rott. tert. *patientia* quid ſit vid. apud Cl. Drakenb. ad Sil. VI. 545.

405. *Turba praeſtare*] *Turbam* plurimi: & *turba* Thuan. ſec. & a m. ſec. Oiſel. licet utrumque defendi poſſit, *turba* praefero cum aliis. qui *turbam* praeferre velit, poſſet ex Martiali XII. 89. defendere,

Qui ſolus inopi praeſtat & facit turbam.

ſed nos ad Phoedr. III. fab. 19. legendum diximus, *inopi reſtat, & facit turbam*, quia *praeſtare* & *facere turbam* unum fere idemque

Et ſacrum parvo nomen clauſura ſepulcro
Invaſit Libye ſecuri fata Catonis.
Tertia pars rerum Libye, ſi credere famae
Cuncta velis: at ſi ventos coelumque ſequaris,
Pars erit Europae. nec enim plus litora Nili,
Quam Scythicus Tanais primis a Gadibus abſunt:
Unde Europa fugit Libyen, & litora flexu
Oceano fecere locum: ſed major in unam
Orbis abît Aſiam. nam quum communiter iſtae
Effundant Zephyrum, Boreae latus illa ſiniſtrum
Contingens, dextrumque Noti, diſcedit in ortus,
Eurum ſola tenens. Libycae quod fertile terrae eſt,
Ver-

que eſſet. *Turba malorum* dictum, ut *turba rerum*, *bonorum* &c. vid. Ovid. II. Epiſt. 75. IV. Triſt. V. 27. ſupr. IV. 251. & Buchn. & Cort. ad Plin. IX. Ep. 25. *ut doceat* Turrian. male. & ſaepe haec verba confudiſſe librarios vidimus ad Ovid. III. Amor. X. ult. ſic apud Manil. II. 926. malim legere,

Haec tutela docet Venerem ſua tela movere. quam *decet.* quia melius convenit praecedentibus, *reget*, & *gubernet.* & *deceat* Oiſel. *viris* unus Cortii.

406. *Paventes*] *Calentes* magna pars codicum, quod etiam Cortius recepit. *calentis* Sixii. ut contra *mentes tepeſcunt* lib. IV. 284. vid. Barth. ad Stat. IX. Theb. 218. *paventes* quinque. *parentes* MS. Cortii. *faventes* quidam apud Cortium. in var. lect. Steph. *cadentes*, quod & defendi poſſet. nam *cadunt animi* Ovidius dixit VII. Met. 347. & XI. 537. & alibi paſſim. & ſupr. IV. 284. *cadit ira*, quidam pro *fugit*. Sed cum Oudendorpio *paventes* poteſt ſervari, licet non admodum eleganter dictum putem, *paventes incendere*: quum *erigere* vel ſimile verbum aptius eſſet. *incenſa virtus* lib. III. 484. cui verbo melius *calentes* conveniret: Stat. IV. Theb. 261. *Arma, tubas audire calens.* Sed & *calentes* poſſet eſſe expoſitio τ *paventes*, quod non timidos & formidoloſos ſemper notat, ſed eo ſenſu quo *pavidos* dixit Virgil. V. Aen. 575. id eſt, ſollicitos gloriae cupiditate, ut Servius. vid. & ad III. Georg. 106. & aliis locis, ubi de alacribus ſumitur. vid. & Barth. ad Stat. IV. Theb. 137. qui docet *pavorem* non dedecere acres & generoſos animos, primo videlicet aggreſſu periculi.

408. *Deſerto*] *Directo* Thuan. ſec. *limine* Rott. ſec. mox, *Libyae* Thuan. & Rott. ſecundi.

411. *Rerum Libye*] *Libye rerum* Thuan. quart. *Libye eſt* Rott. pr. mox, *ac ſi* Thuan. ſec. *ſequeris* Langerm. *Par erit* Hamb. ſec. & Turrian. & *ab Gadibus* Turr. & Cortius. & *Gadibus*, *a Gazibus*, *a gradibus*, *a Gadibus aſtris* alii apud eum.

415. *Unde*] *Inde* Thuan. tert. & Oiſel. *flexo* Hamb. pr. & Langerm. & plures Cortii. unde ille, *litore flexo* conjicit; & alios, *flexum*, *flexi* & *ſaxi* habere notat. *fluxu* Thuan. ſec. unde *fluxu Oceani* pro *fluxui* Heinſius capiebat.

417. *Abit*] *Obit* Rottend. ſec. & S. Germ. mox, *effundunt* Thuan. ſec.

419. *Diſcedit*] *Deſcendit* quinque, quod placuit Cortio. *in ortum* quatuor, ut mox,

in

Vergit in occaſus: ſed & haec non fontibus ullis
Solvitur: Arctoos raris Aquilonibus imbres
Accipit, & noſtris reficit ſua rura ſerenis.
In nullas vitiatur opes; non aere, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura,
Et penitus terra eſt. tantum Mauruſia genti
Robora divitiae, quarum non noverat uſum:
Sed citri contenta comis vivebat, & umbra.
In nemus ignotum noſtrae venere ſecures:
Extremoque epulas, menſaſque petivimus orbe.
At quaecumque vagam Syrtim complectitur ora

Sub

in occaſum Rottend. pr. vid. lib. VI. 361. *Libyae* tres. *Libyes* MS. Cortii. *terra eſt* Rottend. ſec. *eſt* deeſt Rott. tert. *Sed & hoc* Langerm.

422. *Solvitur*] *Volvitur* Oiſel. *Arctois raros* Hamb. ſec. & *rurtis reficit* Turr. a m. ſec. neſcio quid monſtri ſit, & forte latet alia vox, an *rurſus*. ſed *noſtris* verum eſt. & vulgatam habet Lutat. ad Stat. VIII. Theb. 411.

425. *Pura*] *Dives* tres noſtri pro var. lect. *Et penitus* plurimi. *ſic penitus* quinque. Heinſius volebat, *nullo glebarum ut crimine dives, ſic penitus terra*. ſed *excoquitur* mihi ſuſpectum: & niſi capias glebas in fornacibus coqui, ut inde aurum & aes a terra per ignem ſecernatur, non video ſenſum. cogitabam *excolitur*, pro ab aurilegis effoditur. ſed inhibeo manum.

426. [*Genti*] *Genti* Turr. a m. ſec. *quorum* Putean. *uſus* Lang. & Turr. Cortius in ſuis etiam invenit, *contenta pomis*, quod admitteret, niſi lex obſtaret, quam *Paediam* Cortius vocat, neſcio a quo Paedio forte latam. Sed comis & umbra, eſt umbra, quam dant comae. Simile illud de Platanis, *ſteriles praebentibus umbras* apud Ovid. Nuc. 17. vid. Differt. de Vectigal. cap. XII. & *umbris* plurimi; *arvo* Barber. a m. ſec. *auſtro* Richel. a m pr. tert. *petemus ab* quatuor. *petimus* Thuan. tert. & Rott. ſec. quod Cortius pro *petivimus* putavit dici poſſe. nam edidit *petimus*; vellem auctoritatem attuliſſet: *petamus* Langerm. locus non ſanus, nec de malis citreis hic agere puto Lucanum, ad quae nullis ſecuribus eſt opus, nec quia *epulas* dicit de cibis cogitandum, ſed de menſis citreis, quibus in epulis utebantur. quare *epulas menſaſque*, ut ἐν διὰ δυοῖν eſt capiendum, pro epulares menſas, ut modo *comis* & *umbra*, id eſt, umbra frondium. vel malim legere,

Extremoque epulis menſas repetimus ab orbe: vel *repetivimus orbe*. nam illud *que* & *re* ſaepe permutari vidimus ad lib. III. 235. de menſis vero citreis & in iis luxuria & ſumtu omnia vulgata. vid. ad Petron. bellum civile vſ. 29.

430. *Extremoque*] *Extremoſque* Thuan.

431. *At*] *Et* Turr. S. Germ. & Oiſel. mox, *projecta* plurimi. vid. ſup h. l. 309. *protecta* Turr. *vicina peruſtae* Richel. Cortius, *vicina vapori Aetheris* conjiciebat: licenter admodum, & audacter. ſine dubio credens genitivum non recte jungi τῷ *vicina*: in eadem haereſi, omnium Criticorum temerariis conjecturis indulgentium princeps, Bentlejus, qui apud Manil. I. 311. (319.) non potuit tolerare *vicina poli*, & ex tripode pronuntiat, contra omnes libros, legendum,

vi-

Sub nimio projecta die, vicina peruſti
Aetheris, exurit meſſes, & pulvere Bacchum
Enecat, & nulla putris radice tenetur.
Temperies vitalis abeſt: & nulla ſub illa
Cura Jovis terra eſt: Natura deſide torpet
Orbis, & immotis annum non ſentit arenis.
Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exſerit herbas,
Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit. nam litoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina,

No-

vicina gelu, ſed & Ovid. VI. Faſt. 399. *ſenſit annus vicina loci.* meliori jure poſſet aliquis *peruſti aequoris*, & intelligere de arenoſis campis. nam campi plani ſaepe *aequor* dicuntur, ut mox 447. *aequoreos metus* in hoc ſolo arenoſo, ſimiles marinis dixit. ſed nec hoc placet admodum: nam & *peruſtum polum* dixit inf. X. 274. & *ſuccenſus aether* curribus ſolis lib. I. 657. non enim terra ſolum, ſed & aether peruri ſole dicitur. imitari videtur, ſed aliis uſus verbis, Horatium, qui lib. I. Od. 22.

Pone ſub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata.

antea dixerat, *pigris ubi nulla campis Arbor aeſtiva recreatur aura*, quod Noſter de vite, *nulla putris radice tenetur.* mox, *& necat* Richel. vide Cort. ad Plin. V. Ep. VI. §. 4.

435. *Nulla ſub illa*] Suſpectus locus Cortio, an propter *nulla putris* praecedens, an ob ſonum inſuavem, *nulla & illa*, neſcio. in notis ſe remedium aliquod dare dicit, quae ſi prodiiſſent, illud noſceremus. poſſet in priori loco legi, *nulla putris radice videtur.* ut putris Bacchus ſit, non terra arenoſa: ſed putrefacta ideo vitis, & uvae tam putres, flaccidae, & minime ſucoſae, ut nullum vinum inde exprimi poſſit: nam ad *Bacchum* referri debet *putris.* & ſaepe obſervat Oudendorpius poni talia, pro *& qui putris*, praecedente alio caſu, ut hic *Bacchum.* ſed & vulgata poteſt manere, ut non coaleſcat vitis, nec radices, quibus haereat terrae, agat. Omnibonus *ſub terra* pro *in* capiebat, & *Jovem* pro aëre. ita *ſub* capi oſtendi ad Ovid. I. Met. 689. conſtruo vero, *nulla cura Jovis eſt ſub illa terra*, id eſt, Jupiter pluvius non reſpicit illam terram aridam. ut ita *cura Dei* Ovid. I. Met. 48. & *cura Deûm* Ovid. IV. Met. 573. & Noſter V. 340. & paſſim. durius tamen dictum fateor, *cura eſt ſub illa terra.* quare verba illa *ſub illa* corrupta puto, vel ſingularis Lucano phraſis ſtatuenda. aut *ſub* pro *ſuper* terra, id eſt, de illa terra. contra vero Ægyptus per Nilum fecunda, *non indiga Jovis* dicitur lib. VIII. 446. ſcilicet Pluvii. *immotis*, id eſt, non cultis, aratis, ut ſaepe, *movere terram* occurrit. vid. VII. 861. mox, *torpet urbis* Barber. ſed *orbis* eſt ea pars orbis. ut ita *orbis Heſperius* &c. *annum*, id eſt; proventum annuum, annonam, ſic melior Libye *fert magnum annum* lib. III. 70. ubi vide Oudendorpii notas.

440. *Tenet*] *Colit* Voſſ. quod vix convenit illis, qui non ſunt agricolae, ſed ex naufragiis vivunt. niſi *colit* pro habitat ponatur. *mundi quem* Cortius. nihil opus. mox, *portus nulla* Oiſel.

Novit opes. ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent. hac ire Catonem
Dura jubet virtus. illic ſecura juventus
Ventorum, nullasque timens tellure procellas,
Aequoreos eſt paſſa metus. nam litore ſicco,
Quam pelago, Syrtis violentius accipit Auſtrum,
Et terrae magis ille nocet. non montibus ortum
Adverſis frangit Libye, ſcopulisque repulſum
Diſſipat, & liquidas e turbine ſolvit in auras:
Nec ruit in ſilvas, annoſaque robora torquens
Laſſatur: patet omne ſolum, liberque meatu

Aeo-

444. *Naufragiis*] Heinſius volebat, *naufragii*: cogitabam aliquando,

& nullas, portus tangente carina,
Novit opes; ſed cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.

non adquirunt opes mercatura, navibus in portus, qui ibi nulli ſunt, intrantibus, ſed omnium gentium merces habent, quas ejectas in litus colligunt. Sed & idem fere ſenſus quum exeat ex vulgata, nihil malo novare.

445. *Dura jubet virtus*] *Virtus dura jubet* Langerm. quod ideo placuit Cortio, ut caeſurae beneficium jactaret imperitis.

446. *Timens tellure*] *Timens ſentire* multi e noſtris.

447. *Eſt paſſa*] *Eſt parſa* MS. Cortii, unde ille *expertq.* mox, *Syrtes* S. Germ. *accipit* fere omnes. vid. Oudendorpium, & ſupr. ad lib. II. 420.

449. *Et terrae* &c.] Variant admodum ſcripti. *terris* Thuan. pr. a m. pr. *nocet* multi: *montibus illum* tres. *ortum* plurimi. *ictum*, quod Oudendorpius volebat, nusquam vidi, nec montibus ici ventum umquam legi, ſed montes, ut alia, vento ici, percuti, verberari dici ſolent. deinde, *Libye* fere omnes, quod ſi mutes in *Libyes*, non video nominativum ꝟ *frangit*: nam *Syrtis* huc attrahi nequit; nec Auſter, niſi ſubintelligas *ſe frangit*: deinde Oudendorpius, *liquido ſe turbine ſolvit in auras*. *liquido* eſt in nonnullis, ſed noſtri omnes, *liquidas ſ. t. ſ. in auras*: Cortius poſt Grotium, *liquidas e turbine*. *liquidas* autem *turbo* valde eſt ſuſpectus, nec ullum adduci locum video, etiam in notis ad lib. VI. 533. qui eo nos ducit. *ignem liquidum* dici novi, & *undantem* ibi *fumum* dici video. forte ita conſtituenda haec,

non montibus ortum
Adverſis frangit Libye, ſcopulisque repulſum
Diſſipat, at liquidas ſe turbine ſolvit in auras.

quum Auſter ille nullo obſtante monte vel ſcopulo liber meat per arenoſam illam planitiem, tandem debet ſe ſolvere turbine in liquidas auras, id eſt, in ſe, inſtar verticis in mari, ſaepe redire, & rotari & in aëra tandem ſolvi, ubi ſaevit. ita perflat ſemper illa patentia, in quae furit, & turbinis inſtar ſemper torquetur. ita dicitur *aëra, quem torſit ventus, calor ſolvere* infr. 498. quod idem eſt quod liquidas in auras ſe ſolvit turbine. & ita, *tellus ſe ſolvit in amnem* II. 408. cogitabam, an & poſſet legi, *& liquidas ſe turbine tollit in auras*, ut continuetur deſcriptio venti nullis obſtaculis repulſi aut diſſipari, ſed qui per patens ſolum liber means ſe, & ut mox vſ. 450. plurima terrae, turbine tollit. vel, *ſe turbine volvit*. quia turbo proprie vol-

vi-

Aeoliam rabiem totis exercet arenis:
At non imbriferam contorto pulvere nubem
In flexum violentus agit: pars plurima terrae
Tollitur, & numquam reſoluto vertice pendet.
Regna videt pauper Naſamon errantia vento,
Diſcuſſasque domos: volitant a culmine raptae
Detecto Garamante caſae. non altius ignis
Rapta vehit: quantumque licet conſurgere fumo,
Et violare diem, tantum tenet aëra pulvis.
Tum quoque Romanum ſolito violentior agmen
Adgreditur, nullusque poteſt conſiſtere miles,

Inſta-

vitur, & rotatur. praecipue concurrentibus ventis inter ſe. ut lib. v. 606. & alibi. ſic Claud. Bel. Get. 458. *pulvereus turbo*, ubi etiam alii *vertice*: ſed videant acutiores. *in atras* habebat Turrian.

452. *Nec ruit*] *Haec* Hamb. ſec. *non* Rott. ſec. *Libyenque meatu* Voſſian. Markl. ad Stat. iv. Silv. ii. 24. *petit omne ſolum, liberque* &c

454. *Totis exercet arenis*] *Habenis* Rott. pr. & a m. ſec. tert. quod amplexus eſt Cortius. *Sed* licet haec facilis & obvia vocum ſit permutatio in codicibus, ut videre eſt apud Val. Fl. v. 609. ſcil. quia *harena* ſcribi ſolebat: tamen hic, ſi quid mutandum ſit, malo cum Heinſio, *motis exercet arenis.* nam ventus movet arenas illas ſiccas, ut in mari fluctus. unde mox 469. *mobiles arenas* vocat. & hoc eſt quod de rupe ſacra Auſtro in hac parte Africae dicit Mela lib. i. 8. *qui immodicus ſurgit* (unde *ortum* hinc tueri poſſumus) *arenasque quaſi maria agens, ſiccis ſaevit fluctibus.* ſic *terra ſoluta* iv. 766. eſt pedum equorum pulſu in pulverem ſoluta.

455. *Et non*] *At non* Thuan. tert. & Grotius. *contorto* plurimi: *cum toto* Hamb. ſec. *contorto verbere* Thuan. ſec. non male. nam *verbera* ſaepe ventis tribuuntur. vid. Horat. iii. Od. 27. *vertice* Oiſel. a m. pr. ſed ſequitur vſ. 457. ubi *pulvere* Turr. viciſſim pro *vertice*, & ubi *vortice* volebat Heinſius, ſed unum idemque eſſe diu & ſaepe oſtenſum a viris doctis, & *verticem* eſſe quicquid in ſe vertitur dicit Quinctil. viii. cap. 2. *commoto pulvere* hic idem Heinſius, ego vulgatum *contorto pulvere* ex MSS. ſervo. *pulvereum turbinem* dixit Claudian. Bell. Get. 457. de excitato a turba hominum. & Noſter in ſimili re iv. 767.

Quantus Biſtonio torquetur turbine pulvis.

458. *Regna videt*] *Tecta* S. Germ. a m. ſec. Heinſ. malebat, *rura*; ſed de hoc latius agimus ad Virgilii Ecl. i. 70. addi vero poteſt locus Statii lib. vii. 117. *falſo Nemeaeum pulvere campum Erigit*, ubi v. Barth. *errentia* Thuan. tert. non abſurda etiam lectio codicis unius Bersmanni, *certantia*, ut quaſi luctentur cum vento. Ego olim *peteuntia* fingebam. ſed vulgata jam ſatisfacit. mox, *volitantia* plurimi. *derecto* Hamb. ſec. forte, *dejecto*, ut ita variatur lib. x. 346. ſed *detecto* eſt ſine tecto, nudo: nam culmen rapuit ventus. *Goramante* Turrian.

461. *Famo*] *Famum* Thuan. tert. a m. ſec. & *licet* cum accuſativo & infinitivo verbi ſaepe reperiri oſtendi ad Ovid. xx. Ep. 75. vid. & Bentl. ad Terent. Adel. iii. ii. 15. ſed & ablativos in *o* ſaepe cum accuſativis in *om* permutatos, alibi ſaepe notavimus. mox, *tantus* tres, & ita Cortius; cui non facile accedam.

Inſtabilis raptis etiam, quas calcat, arenis.
Concuteret terras, orbemque a ſede moveret,
Si ſolida Libye compage, & pondere duro
Clauderet exeſis Auſtrum ſcopuloſa cavernis:
Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis,
Nuſquam luctando ſtabils manet: imaque tellus
Stat, quia ſumma fugit. galeas, & ſcuta virorum,
Pilaque contorſit violento ſpiritus actu,
Intentusque tulit magni per inania coeli.
Illud in extrema forſan longeque remota
Prodigium tellure fuit: delapſaque coelo
Arma timent gentes, hominumque erepta lacertis
A Superis demiſſa putant. ſic illa profecto
Sacrifico cecidere Numae, quae lecta juventus
Patricia cervice movet: ſpoliaverat Auſter

Aut

463. *Violentius*] *Violentior* omnes fere noſtri. & hoc praeſtat, ne quis *agmen violentius* jungat, & ita centies variari ſaepe animadvertimus ad Ovidium. ſic infr. 534. *rectior* vel *rectius exit.*

464. *Nullusque*] *Nullisque* ex Voſſiano praefert Oudendorpius & Cortius. ſed quum nihil niſi arenae eſſent, eae non egent hoc epitheto, ſed nullus, etiam robuſtiſſimus, ex tot millibus, miles poteſt conſiſtere. *conſurgere* tres Cortii cum uno Voſſiano, ſed illo a m. ſec. Cortius *conſidere*, & mox, *quas calcat arenas* conjicit. ego nihil muto, quia enim arenae & ſolum mobile erat, vis venti prohibebat ſtare etiam, multo magis progredi. ita Curt. VIII. IV. 4. de procella tanta, *ut nec progredi, nec conſiſtere agmen auderet.* cadunt demum vſ. 481. & antea *conſurgere* non poſſunt dici. Sed repetitum verbum ex vſ. 461. *ab ſede* Cortius.

467. *Si ſolida*] *Ni* Oiſel. *ſolidam compagem* Claudiano lib. II. Rapt. 171. reddere volebat Heinſ.

468. *Auſtrum*] *Antrum* Oiſel. a m. pr.

470. *Nuſquam*] *Nunquam* Hamb. ſec. & Langerm. & multi Cortiani: mox, *ſed ſumma fugit. galeas & ſumma virorum* Rott. tert.

472. *Actu*] Vid. ſupr. vſ. 31. *ictu* ex uno codice profertur. ſed fruſtra. vid. Heinſ. ad Prudent. IV. Cathemer. 77. & quae diximus ad lib. III. 469. mox, *inventusque* Langerm. a m. ſec. magnum coelum dixit, ut magnum aethera Stat. I. Theb. 451. deinde, *extrema* fere omnes libri.

477. *Demiſſa*] *Dimiſſa* tres. mox, *cecidiſſe* Oiſel. *laeta juventus* Thuan. quart. *cervice tulit* Rott. tert. *movent* Cortius. Sed ſi hoc placet, cur non etiam mox, *procumbunt* corrigit, & reliqua omnia verba? ego *tulit* praeferrem: nam revera *manu*, non cervice movebant ancilia Salii & concutiebant, & neſcio an Latine poſſit dici, *cervice movere arma*: ſed cervice gerere, ut *portare collo* lib. I. 603. ſed quia *movere ancilia* eſt propria in hac re locutio, poſſet legi, *quae lata juventus Patricia cervice movet. lata*, a fero, id eſt, portata cervice movet ancilia. *laetus*, *latus*, & *lectus* centies in codicibus variantur. vid. ſup. VII. 685.

Aut Boreas populos, ancilia noſtra ferentes.
Sic orbem torquente Noto Romana juventus
Procubuit, metuensque rapi, conſtrinxit amictus,
Inſeruitque manus terrae: nec pondere ſolo,
Sed niſu jacuit, vix ſic immobilis Auſtro,
Qui ſuper ingentes cumulos involvit arenae,
Atque operit tellure viros. vix tollere miles
Membra valet multo congeſtu pulveris haerens.
Adligat & ſtantes adfuſae magnus arenae
Agger, & immoti terra ſurgente tenentur.
Saxa tulit penitus diſcuſſis proruta muris,
Effuditque procul miranda ſorte malorum:
Qui nullas vidêre domos, vidêre ruinas.
Jamque iter omne latet: nec ſunt diſcrimina terrae
Ulla, niſi aetheriae, medio velut aequore, flammae.
Si-

685. *ſpoliaverit* etiam Thuan. quart. & Turr. & hoc rectum, id eſt, forte ſpoliare tunc potuerit. *ſacrifici* vocabulum Virgilio non uſitatum obſervat Barth. ad Stat. IV. Theb. 552. ſed uſus Ovidius & alii.

482. *Timuitque*] *Metuensque* quatuor. *timensque* Oiſel. *conſtringit* Thuan. tert. *niſu* plurimi. offendit vero *nixu*, ſequente deinde *vix ſic*, pro quo mallem, *nec ſic*. *niſu* vero eſt conatu, ut *niti* paſſim occurrit. Virg. II. Aen. 380. *humi nitens*. Mela II. I. *nives adeo invia efficiunt, ut ultra ne niſum quidem incedentium admittant*, ut recte Voſſius emendavit.

485. *Qui ſuper*] Deeſt hic verſus Richel. *qui ſuper ingeſtae cumulos* Heinſ. *ingentis* tres.

487. *Congeſtu*] *Conjectu* Turrian. ut idem codex variat infr. 988. mox, *alligat aſtantes* Rott. tert. Heinſius, *exſtantes* volebat. *effuſae* Turrian. & mox *terram ſurgente* idem: quia *in molli* in MSS. eſt, volebat vir doctus apud Cortium, & *in molem terra ſurgente*, nimis hyperbolice, credo in animo habuiſſe illa Virgilii ex III. Georg. 370.

Torpent mole nova, & vix ſummis cornibus exſtant.

ubi mole nivis, ut hic arenae vallantur. *cumulus* & *agger*, ex ſublata per ventum terra, ſufficit credo, ut immobiles viri non progredi poſſint; ſed ſi in molem ſurgeret, omnes certe obruti periiſſent. &, *tenentur*, ſcilicet illi ſtantes, qui immoti ſunt.

490. *Diſcuſſis*] *Decuſſis* Rott. pr & MS. Cortii, cujus alius, *diffuſis*. *effunditque* Oiſel. *miſeranda* plurimi. ut *mirabile* & *miſerabile* infr. vſ. 832. & alibi ſaepe. *forte* Barber. &, *videre domus* Rott. tert.

494. *Ulla*] Deſideratur hic verſus in tribus, & totidem Cortii, qui tamen non damnat. forte legendum,

nec dant diſcrimina terrae
Ulla, n. ae. m. v. aequore, flammae.

Ejecto tamen verſu conſtabit ſenſus. *movere* Hamb. ſec. & S. Germ. *tenuere vias* Rott. tert. a m. ſec. *viam* plurimi. *nec ſidera nota* tres. *Libyae* Thuan. ſec. & Turr. & Cortius. *Devexo margine* dixit imitatione Ovi-

Sideribus novere viam: nec ſidera tota
Oſtendit Libycae finitor circulus orae,
Multaque devexo terrarum margine celat.
Utque calor ſolvit, quem torſerat, aëra, ventus,
Incenſusque dies, manant ſudoribus artus:
Arent ora ſiti: conſpecta eſt parva maligna
Unda procul vena: quam vix e pulvere miles
Corripiens, galeae convexum infudit in orbem,
Porrexitque duci. ſqualebant pulvere fauces
Cunctorum: minimumque tenens dux ipſe liquoris
Inuidioſus erat. *Mene*, inquit, *degener unum*
Miles in hac turba vacuum virtute putaſti?

Uſ-

dii lib. IX. Met. 334.

498. *Torſerat*] *Texerat* Hamb. pr. an pro *vexerat*. ſed *torſerat* non moverem, quia reſpondet *turbini* & *vertici*, ut ſupra dixit. nam turbant aëra venti. vid. Cort. ad Plin. II. Ep. XVII. §. 16. *exarſitque* dies plurimi. ſed *incenſus* mihi ſatis placet. ita lib. IV. 68.

Incendere diem nubes oriente remotae.

vid. ad Virg. III. Georg. 459. & Cort. ad Plin. II. Ep. XVII. 7. verſus illi inſititii deerant in decem noſtris, & leguntur poſt vſ. 604.

500. *Eſt maligna vena*] *Eſt* deeſt Thuan. tert. *malignae venae* Heinſius, quod etiam Waddelio in mentem veniſſe docet Oudendorpius. poſſet & *parca* legi. *quam viſam e pulvere* Rott. ſec. ſequens verſus margini adſcriptus in Hamb. pr. In eo autem multa variatio, ut ex notis Oudendorpii patet: *corripiens patulum galeae confudit in orbem* plurimi. Niſi quod *diffudit* multi. *converſum* tres. *convexum* recte, & ex natura rei. quia galea ſupra caput convexum dat conſpiciendum, quae, ſi in terra jaceret, concava eſſet. Sed licet hic inverſa daretur, capiens aquam, ſervat Poëta tamen ſitum ejus ordinarium, ut capiti ſit impoſitus. & ita eadem ſunt concava, & convexa pro diverſo ſitu. ſic *convexa vallium* Juſt. II, 10. v. Oudendorpii notas. *corripiens* non placet, nec ſcio an *undam corripere* recte dicatur, nam efflueret certe e manibus, ſaltem *ſuſcipiens* praeſtaret, vel, *cum pulvere corripiens*. verſus turbatus & interpolatus forte, *quam vix in pulvere miles conſpiciens, galeae convexum fudit in orbem*. vid. Heinſ. ad Claud. VI. Conſ. Hon. 614.

503. *Fauces*] *Crines* Thuan. quart. *minimumque* tres. quod & poſſet defendi: licet enim minimum liquoris eſſet, quod galea capiebat, videbatur tamen nimium uni homini, reliquis ſitientibus & nihil habentibus.

505. *Degener*] An ideo degener mereatur dici miles, quod repertam aquam duci porrexit? an quia hanc opinionem de duce videbatur habere, illum cum ceteris ſitim non poſſe pati? latere credo vitium, vel nimis eſſe acerbam hanc objurgationem. vel hunc militem, antequam duci adferret aquam, prius bibiſſe. alii *miles* pro militibus capiunt. forte, quia *putaſtis* in MSS. viderunt, ut Berſm. teſtatur de ſuo. male, nam illum unum adloquitur, qui porrexerat aquam. & ante etiam biberat, ut ſequentia, *poena tu dignior*, docent.

507. *Mollis*] *Miles* Thuan. quart. *caloribus* idem. Heinſius malebat, *laboribus*. quan-

tum

Uſque adeo mollis, primisque caloribus impar
Sum viſus? quanto poena tu dignior iſta,
Qui populo ſitiente bibas! ſic concitus ira
Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda. (num
Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus u-
Inculti Garamantes habent: ſtat corniger illic
Juppiter, ut memorant, ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Hammon.
Non illic Libycae poſuerunt ditia gentes
Templa, nec Eois ſplendent donaria gemmis.
Quamvis Aethiopum populis, Arabumque beatis
Gentibus, atque Indis unus ſit Juppiter Hammon,

Pau-

tum poena Cortius, & ita in notis Omniboni, ſed *quanto* omnes noſtri. vid. ad II. 225. & 517. & alibi ſaepe. *poena es* tres. *poena* *t. d. iſta es* multi. mox, *bibis* Hamb.

510. *Unda*] *Undas* vel *undam* Heinſius, ut Silius lib. I. 36. *dux agmina ſufficit unus.* Sed ſufficit unda ſc. iſtius fontis, ex quo deinde omnes ſitim ſedavere, excepto Catone, qui noluit bibere, quod tamen vix credibile, ex tam maligno fonte totum exercitum potuiſſe bibere, ut ſufficeret. forte,

Excuſſit galea, quae non ſatis omnibus, undam,

ut exemplo ſuo doceret reliquos ferre ſitim, ut in exemplo Alexandri ab interpretibus adducto. vel vulgata ita debet explicari, ut parva illa aquae pars, excuſſa effecerit, ut omnes exemplo ducis ferre ſitim decreverint: poſſet & legi.

Excuſſit galea, ſuffecit quae omnibus, undam. quidquid ſit, nimis hoc acutum credo. & priori expoſitioni magis faveo, ut licet non largus eſſet fons, ſuffecerit tamen omnibus, non avide bibentibus, ſed ut ſitim ſaltem ſedarent.

512. *Certior*] *Corniger* omnes fere noſtri, in MS. Cortii eſt, *ſortiger*, *cornier*, in uno, *certior*. ipſe vero *ſortifer* praetulit: *certior* vero receptum Oudendorpio poſt Voſſium & Heinſium, nec repugno. quia Servius explicans illa Maronis lib. II. 141. *conſcia numina veri*, dicit Varronem hos Deos *certos* vocare. quia Dei proprii ſingulis actibus praeſunt. & hinc quum plures ſunt oraculorum praeſides, Hammonem dicit certiorem eſſe aliis. Alio paullum ſenſu, ſed non multum alieno, dicit Valer. Max. I. I. 8. *non duobus, niſi certis diis, una ſacrificari ſolere.* quo ſenſu & hic poſſet capi, quum tot Joves ubique colantur, ut incerti ſint cultores, quem Jovem colant, hic ſit certus. ita Cicero lib. III. de Nat. Deor. 16. fatetur ſe neſcire quem Herculem colat. ita de Jove idem dici poteſt, qui hic cultus certior eſt reliquis majeſtate, oraculis veris &c. mox, *vibrat* Thuan. quart. *tortis crinibus* unus Cortii. male. capite enim arietino fuit. ſic de Ariete coeleſti Manil. II. 246. *Aries in cornua tortus*, ubi nihil opus refingere *torvus*: nam ſimplicius & melius eſſe reliquis ſignis dicit lib. II. 611. *fulmina vibras* alter Hamburg. & idem mox, *Libyae.* quod Cortius recepit, licet paullo ante vſ. 511. *Libycis gentibus* dederit.

516. *Donaria*] *Altaria* Hamb. pr. vid. lib. III. 404. *unus ſit* Turrian. *ſolus ſit* MS. Cortii: vid. ad Ovid. I. Epiſt. 51. ſed *ſolus* eſt gloſſatoris.

519.

Pauper adhuc Deus eſt, nullis violata per aevum
Divitiis delubra tenens: morumque priorum
Numen Romano templum defendit ab auro.
Eſſe locis Superos teſtatur ſilva per omnem
Sola virens Libyen. nam quidquid pulvere ſicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes: ſolus nemus abſtulit Hammon.
Silvarum fons cauſſa loco, qui putria terrae
Adligat, & domitas unda connectit arenas.
Sic quoque nil obſtat Phoebo, quum cardine ſummo
Stat librata dies: truncum vix protegit arbor:
Tam brevis in medium radiis compellitur umbra.
Deprenſum eſt hunc eſſe locum, qua circulus alti
Solſtitii medium ſignorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit

Re-

519. *Nullis violata*] Imitatum haec Juvenalem Sat. XI. 116.

Fictilis & nullo violatus Jupiter auro.
notavit Heinſius.

521. *Romano auro*] Haeſit in hoc loco Hortenſius. alii explicant, quod nondum auro ſit cultum & ornatum, ut Romana templa: ſed an non, *numen defendit templum ab auro*, poſſet rectius ſignificare, corrumpi ſe non patitur id numen, aut ejus ſacerdotes, ut Alexander olim fecit, & hoc poſſet firmari, quia morum priorum eſt. ſi liceret, mallem, *Romano templum defendit ab enſe.* ut ipſa paupertas, quae eſt morum priorum, cauſſa ſit, cur Romani nondum illud armis invaſerint, & ſpoliaverint, ut multa templa alibi violaverunt, & id videtur velle Scholiaſtes. ſic apud Stat. VII. Theb. 502. *multoque latus praefulgurat enſe*, ubi MSS. alii, *auro.* Sed videant acutiores: non etiam repugnabo, ſi quis priorem explicationem amplecti velit. ut reſpiciat cultum ſimplicem & ornatum templi & ſimulacri. & ita de Romanis etiam Propert. IV. 1.

Fictilibus crevere Diis haec aurea templa.
vid. Ovid. I. Faſt. 201. & ſeqq. & hinc dicit, *non ſimilis noſtro.*

522. *Eſſe locis*] Malim, ſi per libros liceret, *loco*, ut mox vſ. 526. regioni nimirum Hammoniacae. ſic, *numen ineſſe loco* Ovid. III. Am. I. 2. & XIII. 8. dixit. vel *loci*, ut *s* a *ſuperis* ſit abſorptum. ita *ſuperi ſcelerum* VII. 168.

524. *Ardentem*] Et hic *arentem* malebat Heinſius, vid. lib. I. 682. & alibi. ego tamen libros in his malo ſequi, in primis hic, ubi, *tepidae Lepti*, id eſt, moderatioris caloris opponitur *ardens Berenicis. tepida* S. Germ. *tepidae* malebat Cortius. Sed & lib. V. 75. *ſpatium quod ſeparat aethere terras.* Ovid. I. Triſt. IX. 28.

Seſton Abydena ſeparat urbe fretum.
& ita alii, vel cum praepoſitione *a*; cum dativo nondum inveni, & ſi in notis id probare potuiſſet Cortius, nondum tamen a communi loquendi modo diſcederem, faventibus

omni-

Rectior, aut Aries donat ſua tempora Librae,
Aut Aſtraea jubet lentos deſcendere Piſces.
Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinos ardens
Humidus Aegoceros: nec plus Leo tollitur Urna.
At tibi, quaecumque es Libyco gens igne diremta,
In Noton umbra cadit, quae nobis exit in Arcton.
Te ſegnis Cynoſura ſubit: tu ſicca profundo
Mergi plauſtra putas, nullumque in vertice ſemper
Sidus habes immune maris, procul axis uterque eſt,
Et fuga ſignorum medio rapit omnia coelo.
Stabant ante fores populi, quos miſerat Eos,
Cornigerique Jovis monitu nova fata petebant:
Sed Latio ceſſere duci: comiteſque Catonem
Orant, exploret Libycum memorata per orbem
Numina, de fama tam longi judicet aevi.

Ma-

omnibus libris ſcriptis.

525. *Extulit*] *Abſtulit* fereomnes. ſic *auferre nomen* lib. IV. 23. & alibi. vid. & inf. 684. mox, *frons* Rott. pr. *undas c. arenis* unus Voſſii.

528. *Hic quoque*] *Sic* Thuan. tert. &c. editiones multae. vid. ad Val. Fl. IV. 598. & Cortius ad Plin. IX. Epiſt. XV. promittit in notis ſuis plura.

530. *Tam brevis*] *Nam* Hamb. pr. *complectitur* Turrian. a m. ſec. contra eſſe tam denſis arboribus, ut tecta ſit Dei ſedes, tradere Curtium lib. IV. docet Barth. ad Stat. VIII. Theb. 201. quem vide. *depreſſum* Barber. & S. Germ. vid. lib. IV. 335. infr. 826. *locum* omnes noſtri. mox, *circuit orbem* Richel. a m. ſec. & tres Cortii. unus ejusdem, *dividit*. *ſignorum* orbem pro ſigni dixiſſe notat Buchner. de commut. rat. dicendi pag. 240. mox, *ſcorpius* tres. *ſcorpion* Rottend. tert.

536. *Par*] *Pars* S. Germ. *Chiron*, *idem qui* Thuan. quart. *qui* Hamb. *Carchinus*, *Carchinos*, *Cardunos*, noſtri. *arens* unus Cortii, qui ad Plinii IV. XXVII. 4. *idem quod* ſe illuſtraſſe ſcribit, quod quum obvium ſit leviter tetigeram ad Ovid. XIII. Met. 244.

538. *At tibi*] *Et tibi* Thuan. tert. & Hamb. pr. *direpta* quinque, & mox, *exit ad arcton* octo.

540. *Te ſegnis*] *Te ſ. C. fugit* quinque, quod Cortius probat, ſi & *ſegnis* legatur. *tunc ſegnis* Turrian. & deinde, *tunc ſicca* Thuan. tert. mox, *in vertice ſemper* plurimi. *mari* Thuan. tert. a m. ſec. parum refert. vid. ad Quinctil. XII. Decl. 15. & ſup. VIII. 704: ſed turba Codicum ſtat pro *maris*. *eſt* deeſt Thuan. ſec. & Rott. tert. *capit omnia* Hamb. pr. *coelo* dativo caſu, ut Stat. I. Silv. IV. 95. ſupr. II. 157. vel ablativo, ut III. 451.

544. *Eos*] *Eous* octo. *Eurus* Thuan. tert.

545. *Nova fata*] *Nova ſigna* alii. *ſua fata* Heinſius. vid. ſupr. ad VIII. 265. *patebant* Oiſel. *Latio praeſtare* Rottend. pr.

547. *Exploret*] *Ut exploret* Thuan. quartus, id ſubintelligi notaverat Gloſſator. vel le-

Maximus hortator ſcrutandi voce Deorum
Eventus Labienus erat. *ſors obtulit*, inquit,
Et fortuna viae, tam magni numinis ora,
Conſiliumque Dei: tanto duce poſſumus uti
Per Syrtes, bellique datos cognoſcere caſus.
Nam cui crediderim Superos arcana daturos,
Dicturosque magis, quam ſancto vera Catoni?
Certe vita tibi ſemper directa ſupernas
Ad leges, ſequeriſque Deum. datur, ecce, loquendi
Cum Jove libertas: inquire in fata nefandi
Caeſaris, & patriae venturos excute mores:
Jure ſuo populis uti, legumque licebit,
An bellum civile perit. tua pectora ſacra
Voce reple: durae ſaltem virtutis amator
Quaere quid eſt virtus, & poſce exemplar honeſti.

Ille

legendum, *ut Libycum exploret*: *Libyum* iterum Cortius. ut lib. VII. 223.

549. *Hortator*] *Hortatu* duo Thuan. & a m. pr. Oiſel. mox, *fors* Rott. pr. & ſec. ſed Fortuna, quae ſequitur, hic *ſors* exigit. mox, *nominis* Thuan. quart.

552. *Poſſumus uti*] *Ita* Richel. an *ire*? *belique ratos*, ſine codicibus Oudend. & Cortius, & praeiverat Heinſius, hic & multis aliis Poëtarum locis. alii ex Voſſiano, *belliſque datos*, quod tolerabilius: vid. ſupr. VII. 544. *bellique dabit* Rott. tert. poſſet &, *datur* legi, id eſt, occaſio, tempus, locus datur, ut apud Valer. Flac. II. 587. *dabitur currere*. & 598. *dabitur tranſcurrere*, & apud Noſtrum etiam v. 356. & 472. ſed *dati* etiam dicti, praedicti caſus, a fato deſtinati. nam vates & oracula *dare* dicuntur pro dicere. vide quae notavimus ad Virgil. I. Aen. 382. & III. 85.

554. *Nam cui*] *Jam* Oiſel. *reſponſa daturos* Cort. MS.

558. *Inquire in fata*] *Inquirere fata* quatuor. male: eſt enim exquire, quem finem habiturus ſit Caeſar. Ovid. I. Met. 148.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

ubi vide adnotata. mox, *excute mortes* Thuan. tert.

561. *An bellum*] *In bellum* Voſſian. unus.

562. *Reple*] *Replent* Thuan. tert. *durae ſaltem* ſex. *ſaltim* ſec. Rottend. *& durae* Rottend. pr. *quid & virtus* Heinſius, & vir doctus apud Cortium: ſcilicet requiri *ſit* putabat, ſed vid. ad lib. I. 126. & alibi ſaepe. & modo, *inquire* & *excute*, ſequente, *licebit* & *perit*.

564. *Quem*] *Quae* Rottend. ſec. a m. ſec. *mente regebat* Heinſius. *a pectore* Rottend. tert.

567. *Regna*] *Magna* Sixii. *longa* Turrian. ex ſequenti verſu.

568. *Vita nihil, ſed longa*] Maxima in libris varietas apud Oudendorpium & Cortium, noſtri vulgatae conſentiunt fere & habent, *ſed longa an*. Heinſius tentabat, *ſe longa an differat*, id eſt, extendat. quidam apud Cortium, *nihil nec longa*. alius, *nihil niſi longa an deſerat aetas*. alius ex MS. & ex conjectura,

Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,
Effudit dignas adytis e pectore voces.
Quid quaeri, Labiene, jubes? an liber in armis
Occubuiſſe velim potius, quam regna videre?
An ſit vita nihil. ſi longa, an differat aetas?
An noceat vis ulla bono? Fortunaque perdat
Oppoſita virtute minas, laudandaque velle
Sit ſatis, & numquam ſucceſſu creſcat honeſtum?
Scimus, & hoc nobis non altius inſeret Hammon.
Haeremus cuncti Superis, temploque tacente
Nil facimus non ſponte Dei: nec vocibus ullis
Numen eget: dixitque ſemel naſcentibus auctor
Quidquid ſcire licet: ſterilesne elegit arenas,
Ut caneret paucis, merſitque hoc pulvere verum?
Eſtne Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aër,

Et

ra, *an ſit vita nihil, ſi longam deſerat actus.* ipſe, *nec longa ut ſit ferat aetas.* vel, *nec longae differat aetas.* in Hamb. pr. ut conjiciebat Ill. Buherius ad Petron. bellum civile vſ. 23. *ſed longam an.* incertior ex his ſum, quam antea. facerem tamen cum illis, qui, *vel longa an differat aetas*, & explicant, etiamſi ſit longa. vel legerem, *an ſit vita nihil, ſeu longa an d. aetas.* aut tandem cum Oudendorpio,

An ſit vita nihil? ſi longa, an differat aetas?

ut *aetas* ſumatur pro vita longa, an illa differat a vita brevi. cogitabam etiam ſublata interrogationis nota poſt *aetas*,

Si longam deferat aetas,

An noceat vis ulla bono? Fortunane perdat.

& deinde *laudandane*: ſi quis diu vivat, an vi poſſit cogi in ſervitutem, an fortuna ei fruſtra minas intentat, quibus virtutem & pectus firmum opponit; ut ita velit dicere Labieno, ſi quaerere velis, quid praeſtet, mortem obire, ſalva adhuc libertate, an vero perſeverare melius ſit, & virtutem opponere Tyrannorum minis, quae pereunt & nihil agunt contra virtute armatum. videant alii, & dent meliora. Gujetus, *an letum differat aetas*, id eſt, longa vita ſit dilatio mortis.

569. *Vis ulla*] Cortius, *vis nulla.* & ita in Thuan. ſec. *bonis* Rottend. pr. mox malim, *anne umquam.*

572. *Et hoc*] *Et haec* quatuor. *inſerat* Rott. ſec. *inſerit* Hamb. ſec. *inferet* Richel. Thuan. ſec. hunc verſum poſtponebat ſequenti, nec male, mea ſententia.

574. *Nil agimus*] *Nil facimus non ſponte Dei, nec vocibus* plerique. & ita Grotius, Cortius & Oudend.

575. *Auctor*] Quia in Voſſ. erat *aequor*, Heinſius faciebat, *aequi quidquid ſcire licet.* dein, *nec legat* Thuan. ſec. *negligit* Putean. *ſterilesne elegit* plurimi. MSS. Cortii, *non legit, non eligit.* ipſe conjicit, *ſterilis an legit*, ſed edit vulgatum. Heinſ. *ſteriles an*, vel *en*, vel *hic legit* volebat.

578. *Eſtque*] *Eſtne* nullus e noſtris: ex Oudendorpianis tamen firmatur. & eſt ellipſis, pro *eſtne alia ſedes niſi:* quae obvia eſt figura. Phaedr. Epil. lib. III. 17. *nec quid-*

 quam

Et coelum, & virtus? Superos quid quaerimus ultra?
Juppiter eſt quodcumque vides, quodcumque moveris.
Sortilegis egeant dubii, ſemperque futuris
Caſibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: pavido, fortique cadendum eſt.
Hoc ſatis eſt dixiſſe Jovem. Sic ille profatur,
Servataque fide templi diſcedit ab aris,
Non exploratum populis Hammona relinquens.
Ipſe manu ſua pila gerit, praecedit anheli
Militis ora pedes: monſtrat tolerare vapores,
Non jubet: & nulla vehitur cervice ſupinus,
Carpentove ſedens. ſomni parciſſimus ipſe eſt,
Ultimus hauſtor aquae. quum tandem fonte reperto
In-

quam poſſint, niſi meliores carpere. ubi vide notas, & Daviſ. ad Cicer. I. de Finibus 12. qui admittit hanc ellipſim, ſequente *niſi*, vel *quam*. *Quaeque Dei eſt ſedes* Voſſ. *Aſtque* Thuan. tert. *& aether* Rottend. tert. mox, *quodcumque moveris* novem. *quodcumque* etiam Scaliger ad Manil. IV. 84. *Sortilogis* Sixii. ita infr. 821. *fatilogi* in MSS.

583. *Sed mors*] Heinſ. *ſors* volebat. vid ad Ovid. XIV. Met. 187. *Timidoque* Turr. *cavendum eſt* Thuan. pr. & Richel.

584. *Satis eſt dixiſſe Jovem*] *Jovi* Heinſius, ut erat etiam in var. lect. Oudendorpii. poteſt quidem capi pro *Jovem*, ut vulgo loquuntur, & ita conſtrui *ſatis* patet ex Floro lib. III. 13. *Satius fuerit Romano contento eſſe.* ſed quia dubiam facit ſententiam, an tunc Cato dixerit Jovi, an Jupiter aliis, retineo vulgatam. vid. ad lib. X. 406. & ad Virg. VII. Ecl. 33. III. Aen. 350. apud Propert. III. III. 23. dubia eſt ſcriptura *Mi* (*me*) *ſaterit ſacra plaudere poſſe via.* apud Quinct. III de Inſt. Orat. V. pag. 254. *tutiſſimum eſt famae ſtudenti nihil ex eo mutari.* ubi ex Gothano Cod. & Jens. Ed. *ſtudentem* profert Geſnerus.

584. *Profatur*] *Profatus* multi ex ſcriptis, & recepit Oudendorpius, contra ea, quae tradidit lib. VIII. 752. *fatus* numquam debere legi ſequente *&* vel *que*, ſed *fatur* ſequente copula. vid. & VIII. 192. *diſceſſit* quatuor, &, *Ammona reliquit* Rott. tert. *populis* hic quidem de gentibus, quas ſupr. 517. & 544. memoravit, poſſet capi. Sed quia opponuntur Catoni ſoli, caperem de imperita, immo ſtulta & ſuperſtitioſa turba. ut Valer. Flac. I. 10. *Eripe me populis.* ubi vide.

587. *Sua pila gerens*] *Tum pila* unus Cortii. *gerit* maxima pars codicum. *tolerare vapores* tres, & novem Cortii, qui tamen repudiat, ſed vide Oudendorpium, & adde inf. vſ. 843. & X. 222.

589. *Supinus*] Deſidis & arrogantis ſignum, qui jacens in tergum in lectica, ſervis portantibus, tamquam domi in lecto cubaret. ſic apud Suet. Auguſtus cap. XVI. *ſupinus coelum intuens & ſtupidus cubuit*, dum acies committeretur. *ſupinus* pro dormiente etiam Juven. Sat. XIV. 190.

Poſt finem autumni, media de nocte ſupinum
Clamoſus juvenem pater excitat.

ubi Scholiaſtes, *dormientem* explicat. forte etiam lectica vectus, quod *cervice* notat, ſuccollantis ſcilicet: Sueton. ibid. cap. LXXVIII.
le-

Indiga cogatur latices potare juventus,
Stat, dum lixa bibat. Si veris magna paratur
Fama bonis, & ſi ſucceſſu nuda remoto
Inſpicitur Virtus, quidquid laudamus in ullo
Majorum, fortuna fuit. quis Marte ſecundo,
Quis tantum meruit populorum ſanguine nomen?
Hunc ego per Syrtes, Libyaeque extrema triumphum
Ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
Scandere Pompeji, quam frangere colla Jugurthae.
Ecce parens verus patriae, digniſſimus aris
Roma tuis; per quem numquam jurare pudebit,
Et quem, ſi ſteteris umquam cervice ſoluta,
Nunc, olim factura Deum. Jam ſpiſſior ignis,

Et

lectica depoſita inter moras condormiebat. Mart. v. Ep. 8.

Haec, & talia dum refert ſupinus,
Illas purpureas & arrogantes
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

590. *Somni*] *Somno* Rott. tert. male. nam & *ſomni parciſſimum* dixit Juſtin. XI. 13. *ut vini parciſſimum* Suet. Caeſ. LIII. & ſimilia paſſim.

592. *Cogatur*] *Conatur* S Germ. quod recepit Cortius & Waddelius Animadv. Critic. pag. 152. & alibi confundi haec verba docuit Broukhuſius ad Propert. I. III. II. forte, *contatur.* dum milites reverentia ducis, quem primum bibere fas eſſe putant, contantur & morantur, ille non modo poſt milites, ſed etiam poſt lixas ſitim ſedat. ſed & *cogatur* poteſt explicari, a ſtante & ſitiente duce jubetur miles & lixa prior bibere. *lactis* Thuan. quart. ſcilicet, *laticis*, ut tres pro var. lect. habebant, ſcripſerant pro *latices*, & dubium facit, an *indiga laticis* ut ſup. 254. *indiga ſervitii*; & *potare* abſolute, an *indiga* abſolute, & *latices potare* explices. v. Oudendorp. *potare* autem aviditatem ex ſiti notat. nam & de vino, eſt plus *potare*, quam *bibere*, ut docebunt notae ad Phaedr. III. 16. *potare* tres libri.

594. *Succeſſu*] *Succenſu* Hamb. ſec. *pura remoto* Thuan. quart. ut VIII. 572. *pura fides.* ſed vide ad Phaedr. III. Prolog. *laudatur* Cortii MS. *in illo* plures ejusdem, & Thuan. ſec. & a m. ſec. Rott. ſec. *remoto* ſucceſſu, id eſt, ſi illum excipias, ſi ſine ſucceſſu inſpiciatur ſola virtus. ſic libr. VII. 585. *ſummos hominum te, Magne, remoto.* & imitatur Claudian. Epithal. Honor. 42.

Inque tuo crevi gremio, partuque remoto,
Tu potius Flaccila mihi.

& ita alii.

597. *Meruit*] *Praebuit* MS. Cortii contra metrum. mox, *Libyaeque* plurimi. *malueram* Turrian. *quam per C. currum* S. Germ. *quantum Capitolia* Thuan. quart.

602. *Jurare pudebit*] *Puderet* Thuan. tert. & Hamb. pr. tangit hic pudendum Romanis morem, qui diu ad aram ſive columnam Caeſaris jurare perſeverarunt, teſte Sueton. Caeſ. LXXXV. & Horatii turpem erga Auguſtum adulationem, II. Epiſt. I. 16.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

vid. ad lib. VIII. 861.

603. *Et quem ſi*] *Et ſi quem* Hamb. pr.

nun-

Et plaga, qua nullam Superi mortalibus umbram
A medio fecere die, calcatur; & unda
Rarior: inventus mediis fons unus arenis,
Largus aquae: ſed quem ſerpentum turba tenebat,
Vix capiente loco. ſtabant in margine ſiccae
Aſpides, in mediis ſitiebant Dipſades undis.
Ductor, ut adſpexit perituros fonte relicto,
Adloquitur: *Vana ſpecie conterrite leti,*
Ne dubita, miles, tutos haurire liquores:
Noxia ſerpentum eſt admixto ſanguine peſtis:
Morſu virus habent, & fatum dente minantur:
Pocula morte carent. dixit; dubiumque venenum
Hauſit: & in tota Libyae fons unus arena
Ille fuit, de quo primus ſibi poſceret undam.
Cur Libycus tantis exundet peſtibus aër

Fer-

nunquam Rotl. tert. & Turr. *nunc, olim* plurimi. ut apud Virgil. Aen. IV. 627.

Nunc, olim, quocumque dabunt ſe tempore vires.

& ita Dorvillius emendabat ſupr. v. 769. *tunc olim* Cortius; *ſic olim* Gujet. poſſet &, *hunc ſolum*. Heinſius nimis licenter conjiciebat, *Indigetem factura Deum*. *Deum es* octo libri.

605. *Quam nullam*] *Qua* Thuan. tert. & Richel. *quam Superi nullam* Thuanei duo. *quam numquam* MS. Cortii. alter, *qua nullam ſ. m. umbram*, quod non diſplicet Oudendorpio, & Voſſiano codice etiam ſuffragante. nec mihi: nam *plagam facere*, inſolens videtur, ideoque recipere auſus fui in textum. ſed *umbram facere* obvium, ut & *efficere* lib. I. 140. vid. Virgil. II. Georg. 58. Ovid. III. Met. 50. & XIV. 54.

607. *Fons unus*] *Fons vivus* MS. Cort. mox, *ſerpentis turba* Thuan. quart. *margine ſicco* tres. *dipſades undae* Rottend. pr.

611. *Relicto*] *Relecto* Richel. mox, *non dubita* Thuan. quart. *tutus miles* Rott. pr. *admiſſo ſanguine* Thuan. pr. *emiſſo* tert. vulgata eſt apud Iſidorum XII. 4.

615. *Fatum*] *Tantum* Thuan. quart. *in dente* plurimi, ut lib. VIII. 305.

Fatum eſt in ſanguine ſummo.

alii omittunt praepoſitionem. mox, *morte carent* Barber.

617. *Tota Libyes*] *Libyae* plerique: & praeſtat, licet Cortio ſibilans illa litera iterum placeat, ut modo 598. *totis Lib. f. u. arenis* Rott. ſec. mox, *poſciret* Hamb. ſec. *ſibi primus* Voſſ. *undas* tres & Cortius.

619. *Exundet*] *Exſudet* multi, ſollemni permutatione. ego *exundet* praetuli, quia *exſudare* melius terrae, quam aëri convenit. vid. Virg. I. Georg. 88. ubi etiam variatur. vid. Heinſ. ad Claud. III. Rapt. Proſ. 127. *gauderet peſtibus* Thuan. quart. ſequens verſus, *Fertilis* in Richel. ponebatur poſt 628. *Sed dominae*.

620. *Aut quid*] *Aut quae* Voſſian. *quod* Turr. *ut quae ſecreta nocendus* Richel. *nocentes* MS. Cortii & Putean. *nocendi* Hamb. pr. & S. Germ.

624

Fertilis in mortes, aut quid ſecreta nocenti
Miſcuerit Natura ſolo, non cura, laborque
Noſter ſcire valet: niſi quod vulgata per orbem
Fabula pro vera decepit ſecula cauſſa.
Finibus extremis Libyes, ubi fervida tellus
Accipit Oceanum, demiſſo ſole calentem,
Squalebant late Phorcynidos arva Meduſae,
Non nemorum protecta coma, non mollia ſuco,
Sed dominae vultu conſpectis aſpera ſaxis.
Hoc primum natura nocens in corpore ſaevas
Eduxit peſtes: illis e faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis ſibila linguis,
Femineae qui more comae per terga ſoluti,
Ipſa flagellebant gaudentis colla Meduſae,
Surgunt adverſa ſubrectae fronte colubrae,

Vi-

624. *Finibus*] *Omnibus* Thuan. tert. *aſpicit Oceanum* MS. Cortii. vid. II. 420. *dimiſſo* Thuan. quart. vid. VIII. 159.

626. *Arva*] *Ora* Rottend. pr. mox, *mollia ſuco* tres. ita Varr. I. de R. R. 13. *ſucum terrae* dixit. vid. ad Virg. III. Georg. 432. ſed & *mollia ſulco* poſſunt exponi pro aratro verſa & ita mollita, & ita capiebat Cl. Dorvil. quia aſpera aratis opponuntur, ut Graecis ἄροτρον. *ſulcos* vero de arata terra dici obvium; & commutari cum *ſucis* vidimus ad Ovid. I. Faſt. 351. mox, *conſpecto* Cod. Cort. ille, *converſis* vel *confectis ſaxis* tentaverat; ſed deſeruit ſtatim.

629. *Nocens*] *Potens* Thuan. tert. & Barber. ita quidem natura vocatur. vid. ad Ovid X. Met. 352. & infr. X. 238. Sed hic proferens peſtes, rectius *nocens* dicitur. quum illud ſit perpetuum, hoc nunc rei adcommodatum epitheton; & facile confodiſſe librarios videbis in notis Gronovii ad Senec. Hippol. 186. & alibi.

630. *E faucibus*] *Fauces* maxillas interpretatur Omnibonus. ſed quis umquam ex Meduſae faucibus aut maxillis ſerpentes exiſſe & ſibilaſſe legit? & niſi quis fauces pro exteriore & ſuperiore parte colli, aut confinibus illi partibus, ut infr. 677. capiat, abſurda erit lectio. forte legendum:

illic e faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis ſibila linguis;
Femineaeque e more comae, per terga ſoluti
Ipſa flagellabant gaudentis colla Meduſae.
Surgunt adverſa ſubrectae fronte colubrae.

ut angues *illic*, id eſt, eo loco, ex ſuis faucibus fuderint ſibila. *femineoque* poſſet tolerari. *cui more* multi. *poſt terga* S. Germ. *per teſta* Thuan. quart. *ſoluti*, multi ſcripti, & etiam editi; ſcilicet angues, more capillorum in feminis, ſoluti & ſparſi per terga. *voluti* volebat Heinſ. vide de Tiſiphone Ovid. IV. Met. 491.

motae ſonuere colubrae,
Parsque jacens humeris, pars circum tempora lapſae
Sibila dant.

male etiam diſtinguere Oudendorpium notabat Cl. Dorvillius. deinde, *gaudentes* tres.

ad-

Vipereumque fluit, depexo crine, venenum.
Hoc habet infelix, cunctis impune, Meduſa,
Quod ſpectare licet. nam rictus, oraque monſtri
Quis timuit? quem, qui recto ſe lumine vidit,
Paſſa Meduſa mori eſt? rapuit dubitantia fata,
Praevenitque metus: anima periere retenta
Membra, nec emiſſae riguere ſub oſſibus umbrae.
Eumenidum crines ſolos movere furores:
Cerberus Orpheo lenivit ſibila cantu:
Amphitryoniades vidit, quum vinceret, Hydram:
Hoc monſtrum timuit genitor, numenque ſecundum
Phorcys aquis, Cetoque parens, ipſaeque ſorores
Gorgones: hoc potuit coelo pelagoque minari
Torporem inſolitum, mundoque obducere terram.

E

adverſa fronte omnes fere. ut colubrae ſurrexerint in ipſum caput, vel poſteriorem partem Meduſae, ſubrecta fronte adverſa, ut poſſent impune videre eam partem, non os & vultum, ut vſ. 652. vel, adverſam frontem obvertentes hoſtibus Meduſae ſibi obviis, quibus ita incutiebant horrorem. *ſubreptae* Thuan. quart. *adverſae ſubrecta* Rott. pr. & tert.

635. *Depexo*] Heinſius ſejunctis vocibus, *de pexo* volebat: parum refert.

636. *Impune*] Haeret in ſenſu hujus vocis Gujetus. ſed eſt ſine mortis periculo, ſine damno. Stat. IX. Theb. 621.

O numquam impune per umbras
Attonitae mihi viſa Venus.

ubi vide Barthium.

638. *Qui recto*] *Quis* Rottend. tert. *ſe recto* Rottend. pr. vid. infr. vſ. 904. *mori, rapuit* Turr. *rapiunt* Rott. pr. *praevertitque* Heinſius & Cortius. vid. lib. VIII. 30. *pervenitque* Thuan. quart.

641. *Emiſſae*] *Amiſſae* Rottend. ſec. *riguerunt oſſibus* Thuan. tert.

642. *Furores*] *Dolores* Thuan. quart. male. furores immitti docet fabula Athamantis apud Ovid. IV. Met. ubi vſ. 505. *furiale venenum*, & 510. *furibundus* inducitur. Scholiaſtes Barthii ad Stat. XI. 494. *ſolitos movere furores* habet. *Cerberos* Richel. & Cort.

648. *Phorcus*] *Phorcys* Richel. *Porcus* Sixii. vid. ad Valer. Flac. III. 727. in *Ceto* admodum variant noſtri: *Cetos*, *Cete*, *Ceti*, *Cetis*, *Cetus*, *Ceres*, *Ceco*, *Caelo*, *Cecos*. Sed *Ceto* verum nomen. vid. ad Val. Fl. II. 317. *Gorgonis* Thuan. quart. *pelago caeloque* multi, *caelo pelagoque marique* Rottend. ſec. vid. VIII. 189.

648. *Inſolitum*] *Solitum* quatuor. *adducere* tres. *obducere* Rott. pr. *abducere ſolem* MS. Cortii. *petram* aliquis. ſed *abducere* recte vindicat Oudendorpius; ſimili fere ſenſu ſupr. 525. *ſolus nemus abſtulit Hammon.* mox, *&* *caelo* Richel. & poſtea, *&* *ſcopulis* Rott. tert.

651. *Totae*] Neſcio cur hic ex uno codice *toto* probetur, quum maximum ſit miraculum totas gentes verti in marmora: & hinc fabulae etiam nunc narrantur, de urbe tota cum incolis in Africa converſa in lapides.

E coelo volucres ſubito cum pondere lapſae:
In ſcopulis haeſere ferae: vicina colentes
Aethiopum totae riguerunt marmore gentes.
Nullum animal viſus patiens, ipſique retrorſum
Effuſi faciem vitabant Gorgonos angues.
Illa ſub Heſperiis ſtantem Titana columnis
In cautes Atlanta dedit: coeloque timente
Olim Phlegraeos, ſtantes ſerpente, gigantas,
Erexit montes, bellumque immane Deorum
Pallados in medio confecit pectore Gorgon.
  Quo poſtquam partu Danaës, & divite nimbo
Ortum Parrhaſiae vexerunt Perſea pennae
Arcados, auctoris citharae, liquidaeque palaeſtrae,
Et ſubitus praepes Cyllenida ſuſtulit Harpen,

des. *riguere marmore* Hamb. ſec. unde Heinſ. *riguere in marmora.*

652. *Viſus*] *Viſu eſt* Rott. pr. *viſu patiens* quatuor. *viſum* S. Germ. *ipſaeque* Hamb. pr. *retrorſus* nonnulli. *infuſi* Thuan. quart. *facies* Hamb. pr. *Gorgones* quatuor. *Gorgonos* Cortius & Oudendorpius.

654. *Illa*] *Ipſa* Thuan. ſec. *tanto Titana* Rott. ſec. a m. ſec. qui &, *columbis*: mox, *ſtantes* ſequitur. *coeloque timentem* Thuan. quart.

656. *Olim Phlegraeos*] In Hamb. ſec. erat, *ōa.* forte pro *omnia*, & legendum volebat Heinſius, *coeloque timente omnia*, *Phlegraeos* &c. ut ſit appoſitio, *Gigantas* erexit *montes. tanto ſerpente* S. Germ. *Phlegraeo* multi. Heinſius, *Phlegraeos ſtanti ſerpente gigantas*, id eſt, anguipedes ſed utraque lectio ſive, *ſtantes ſerpente*, ſive *ſtanti* legas, durior: priorem tamen praeferrem. mox, *erexit mores* Hamb. ſec. Heinſ. legebat, *Erigit in montes. vertit in hos montes* Rott. pr. & a m. ſec. tert. *verterat in* MS. Cortii. *bellum deorum* debemus capere pro Diis illato, ſed forte dedit, *bellumque immane ferorum.*

658. *Pallados e medio*] *Palladis* Thuan. quart. *in medio* Thuan. pr. neſcio quid praeſtet. mihi *in medio* magis arrideret, quod mutaviſſe videntur, quia credebant, illum actum adſcribendum Gorgoni, quae quaſi e medio pectore tela in Gigantas emitteret. ſed Gorgon, ſive Aegis, in pectore Palladis, confecit bellum, mutando gigantes in montes. denique parum refert.

659. *Partu Danaes*] *Danae ſed* tres. *Danae de* Thuan. ſec. *Danis* Sixii. *Danai ſe* Tur. neſcio an, *partu ortus* recte dicatur, ut *editus partu Penei* apud Cicer. II. Tuſc. 8. de quo vide in Miſcell. Obſerv. Crit. I. vol. III. Tom. p. 407. cogitabam, *partum Danaes de divite nimbo ortum*, ut partus Danaes ſit Perſei circumſcriptio, pro filio, ut *partus hominum* lib. I. 562. ſed nec *partum ortum* facile alicui, niſi Lucano tot ſingularia habenti, darem: maneat ergo vulgata. *pinnae* mox Cortius.

661. *Liquidaeque palaeſtrae*] Quia oleo tincti palaeſtritae. vid. Markland. ad Stat I. Silv. III. 158.

662. *Praepes*] *Praeceps* Thuan. tert. vid.

Harpen alterius monſtri jam caede rubentem,
[*A Jove dilectae fuſo cuſtode juvencae:*]
Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri,
Pacta caput monſtri: terraeque in fine Libyſſae
Perſea Phoebeos converti juſſit ad ortus,
Gorgonos averſo ſulcantem regna volatu:
Et clypeum laevae fulvo dedit aere nitentem,
In quo ſaxificam juſſit ſpectare Meduſam,
Quam ſopor aeternam tracturus morte quietem
Obruit haud totam. vigilat pars magna comarum,
Defenduntque caput protenti crinibus hydri:
Pars jacet in medios vultus, oculique tenebras.
Ipſa regit trepidum Pallas, dextraque trementem
Per-

ad Ovid. IV. Met. 717.

664. *A jove*] Deeſt hic verſus Rich. & Putean. & in quinque Cortii. qui etiam, *ab Jove* edidit, de quo vid. ad Virgil. III. Ecl. 60. *fulvo cuſtode* ſeptem. *caeſo* Turrian. mox, *volucrum* Richel.

668. *Gorgonis*] *Gorgones* multi. *Gorgones* tres. *averſae* Thuan. tert. *adverſae* tres. *adverſo* Turr. *volatu* omnes fere.

671. *Aeternam*] Heinſius corrigebat, *alternam tr. nocte*, ut Ovid. IV. Ep. 89.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt. vid. ſupr. VI. 797. *tracturus more* S. Germ. hinc etiam patet *ſoporem* graviorem eſſe ſomno, de quo vide ad lib. III. 8. ubi ſomnus fert ſoporem, hic ſopor aeternam, vel alternam, quietem trahit.

672. *Vigilat*] *Invigilat* Thuan. pr. mox, *protectis crinibus* Rott. pr. *protecti* quatuor. *protentis* tres. *praetenti* Cortius dedit, & Oudendorpius *praetentis* malebat. nam hydri non ſunt praetenti crinibus, ſed hydri praetentis ſunt crinibus, id eſt, defendunt caput quod velant & abſcondunt. Ovid. III. Amor. VI. 79. *veſtem tumidis praetendit ocellis.*

675. *Dextraque tremente*] *Dextraeque* Turr. a m. ſec. *dextramque trementem* S. Germ. *dextraque trementem* quinque, quod magis placet cum Oudendorpio: ſed non, ut in vibratione haſta vel jaculum dicitur *tremere*, capio: ſed quia ipſa manus Perſei trepidi tremeret, ideoque harpen quoque cogebat tremere: paſſim vero timidis & ſenibus & aliis *tremere* manus dicuntur. in vulgata *dextraque tremente*, inepte Palladi tremor adſcribitur, quod τῷ *dirigit* non convenit: nam certa manu dirigebat harpen trementem in manu Perſeos. *timentem* Turr. *tenente* Thuan. ſec. *dextraque premente* Heinſius & Gujetus. vid. ad lib. VI. 237. *adverſi* tres. *derigit* Hamb. pr. & Richel.

677. *Lata*] *Laeta* Hamb. pr. *icta* Turr. a m. pr. *ſecta* Heinſius, ut Propert. III. XXI. 80.

Sectaque Perſea Phorcidos ora manu.

fata Oiſel. a m. pr. *jacta* Berſm. *lata* cur dicat, nulla ſingularis hic ratio. an ex illo *fata* liceret facere *foeta*, quia ſerpentibus plena. vel potius *foeda*? Gujetus *lenta*, id eſt, mollia volebat.

678. *Quos*] *Hos* Oiſel. pro *hamati* in noſtris etiam eſt, *lunati*, *amati*, *armati*. Heinſius aut *lunati*, aut *falcati*, probabat, ut Ovid. IV. Met. 726. *falcato vulneras enſe*, ſed
&

Perſeos averſi Cyllenida dirigit Harpen,
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit vultus lunati vulnere ferri
Caeſa caput Gorgon! quanto ſpiraſſe veneno
Ora rear! quantumque oculos effundere mortis!
Nec Pallas ſpectare poteſt: vultusque gelaſſent
Perſeos adverſi, ſi non Tritonia denſos
Sparſiſſet crines, texiſſetque ora colubris.
Aliger in coelum ſic rapta Gorgone fugit.
Ille quidem penſabat iter, propiusque ſecabat
Aethera, ſi medias Europae ſcinderet urbes;
Pallas frugiferas juſſit non laedere terras,
Et parci populis. Quis enim non praepete tanto
Ae-

& *lunati* & *hamati* diverſis aliorum locis firmari poſſet, quod vix opus eſſe puto. vid. Heinſ. ad Claudian. I. Stilich. 222. ubi etiam Ovidium *lunatam Harpen* dixiſſe ait, quod non reperi. mox, *ſpirare* multi. *ſpumare* unus Cortii, *quantum ſp. veneno*, pro *veneni* alius. *reor* quatuor. *oculis* tres Cortii, qui conjicit, *oculo effundere*, hiatu relicto. unum ſcilicet oculum ſciebat habere Gorgona, ſed puto, *oculisque offundere mortis*, vel cum Heinſio *noctis*. oculis ſcilicet ſpectantium, non ſuis. ſi vulgata placet, oculi Gorgonis debent intelligi. Sed quia ſupra dixit vſ. 674. tenebras jam oculis fuiſſe, ego praefero, *oculis offundere noctis*. nam vſ. 639. neminem mori paſſam, ſed anima retenta mutatos in lapides.

682. *Adverſi*] *Averſi* plurimi, & ita Cortius. male. vide Oudendorpium.

684. *Sic rapta*] *Rapta ſit* tres. mox, *penſaret* & *ſecaret* Thuan. quatt. a m. ſec. exponunt vero cogitabat, qua via iter inſtituerat. Sed Sulpitius pro *compenſabat* capit. ut *penſare moras* infr. 1002. & ita *compenſare* lib. VIII. 249. *aëra* fere omnes. *ſi medias E. ſcanderet* Rottend. pr. *ſcinderet* plurimi. *medios E. adſcenderet orbes* Thuan. tert. inſolens vero mihi videtur, *ſcindere urbes medias*, ut *ſcindere nubes*, *aëra*, *auras*, *aequor* & ſimilia, pro transvolare & tranſire, de quibus vide ad Ovid. II. Met. 159. quare ego *adſcenderet* probarem, quia Europa ad ſeptentrionem ex Africa venienti, ille vero altior ſemper a veteribus habitus. & ideo etiam *urbes*, non *orbes* retinendum, quia illae frequentiores incolis, vaſtae Africae, ut mox vſ. 690. deſcribitur, ſi comparentur. & ita etiam poſſet apud Virgil. III. Aen. 292. ſervari lectio vulgata, *celſam Buthroti adſcendimus arcem*, id eſt, eo pervenimus, pro quo alii, *accedimus*. quod tamen praeferendum videtur. ſi quis hic *ſcinderet* tueri velit, Lucano ſingularia ſectanti id relinquat. penſabat autem & ſecabat, pro penſaſſet & ſecuiſſet, vel meditabatur penſare & ſecare: quod forte voluit Scholiaſtes indicare. vid. ſupr. vſ. 165. ita Virgil. XII. 901.

Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtem, ubi Servius dicit, non eſſe perfectum, quod voluit. & ita Sueton. Caeſare XV. *transferebat*. ubi vide, & alibi ſaepe. vide & ſupr. VIII. 153.

Aethera reſpiceret? Zephyro convertitur ales,
Itque ſuper Libyen, quae, nullo conſita cultu,
Sideribus, Phoeboque vacat: premit orbita ſolis,
Exuritque ſolum: nec terra celſior ulla
Nox cadit in coelum, lunaeque meatibus obſtat,
Si flexus oblita vagi per recta cucurrit
Signa, nec in Borean, aut in Noton effugit umbram.
Illa tamen ſterilis tellus, fecundaque nullo
Arva bono, virus ſtillantis tabe Meduſae
Concipiunt, dirosque fero de ſanguine rores,
Quos calor adjuvit, putrique incoxit arenae.
Hic, quae prima caput movit de pulvere tabes,

Aſpi-

689. *Aethera*] *Aëra* Hamb. ſec. *proſpiceret* Rott. pr. *atque ſuper* Thuan. tert. *Libyem* tres. *concita* Thuan. pr. & Hamb. pr. ut & variant codices apud Virgil. III. 127. mox, *Phoeboque patet* Thuan. ſec. nec hoc male. ſed & *vacat* poteſt explicari ut VIII. 801. *juga tota vacant Bromio Nyſeia*, ipſi tota dicata & ſacra ſunt. ſed dubius poteſt eſſe ſenſus pro caret. ut IV. 70. *vacat imbribus Arctos* & alibi. v. Markl. ad Stat. V. Silv. II. 54.

692. *Nec terra celſior ulla*] Non placebat Heinſio, *celſior*. & tentabat, *caecior*, *ſpiſſior* vel *denſior*, ut *caeca nubes* IV. 488. *caeca nox* I. 506. *denſus aër* I. 526. & ſimilia. an, ut *alta nox* dicitur, Lucanus *celſam* voluit dicere?

694. *Si flexus*] *Flexis* Rottend. pr. mox, *efficit umbram* quatuor. *umbrae* Putean. *umbra* plumini.

696. *Fecundaque nulli arva bono*] Dubium an *bono* de homine, an de re bona ſit dictum. ego ultimum credo, ſed tunc cum Hamb. pr. & Berſm. uno lego, *nullo bono*, non ut Cortius ἀρχαϊκῶς pro *nulli*. nam *fecundus* non regit dativum rei: & quod apud Salluſt. Jugurth. XVII. legatur, *ager bonus pecori, arbori infecundus*, recte dicitur, debet enim ibi arbor quaſi perſona fingi, & ager infecundus arbori, eſt cui non dat fruges ſuas, ut poma, & ita ſubintelligi infecundus pomorum, quae ferret arbor. & ita dativus hominum, in cujus gratiam fecunda eſt terra, frequens eſt. ſic Ovid. I. Met. 680.

neque enim pecori fecundior ullo
Herba loco.

uti in Salluſtii loco, *bonus pecori ager*, quod optimum inde pabulum habet. idem XIII. Met. 905.

Aeacidae fecunda fui.

deinde bono homini non magis fecunda poteſt terra fingi, quam malo. ſed *bonum* & *res bonae* proprie dicuntur de omnibus, quae non modo ad victum, ſed ad delicatum & lautiorem cibum pertinent. ſic Liv. XXIII. 18. *Exercitum in tectis habuit, adverſus omnia humana mala ſaepe ac diu durantem, boni inexpertem atque inſuetum. itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicae.* Plaut. Perſ. IV. III. *Eleuſopolim cepere urbem in Arabia plenam bonarum rerum.* Gunther. Ligur. XI. 368.

invenit omni
Oppida plena bono.

& vſ. 380. iterum. plura vid. ad Petron. cap. XXXIII. & Phaedr. IV. fab. 23. ſic *dulcedo rerum* infr. X. 17.

697. *Tabe*] *Vile* Thuan. tert. a m. ſec. quod quid velit, neſcio.

700.

Aſpida ſomniferam tumida cervice levavit.
Plenior huic ſanguis, & craſſi gutta veneni
Decidit: in nulla plus eſt ſerpente coactum.
Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem
Sponte ſua, Niloque tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libycae mortes, & fecimus aſpida mercem.
At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem,
Squamiferos ingens Haemorrhois explicat orbes:
Natus & ambiguae coleret qui Syrtidos arva
Cherſydros, tractique via fumante Chelydri:
Et ſemper recto lapſurus limite Cenchris:

Plu-

700. *Hic*] *Haec* Rott. pr. *levabit* ſec. *levabat* Sixii & Ed. Lovan. quod non diſplicebat Cortio. de *Aſpide* & tumida ejus cervice vide Salmaſ. in Solinum pag. 242. ubi & de aliis ſerpentibus hic memoratis agit, & Solinum multa Lucano debere oſtendit. Iſidorus quoque lib. XII. cap. 4. de ſerpentibus agens, Lucani verſus quosdam adducit: cur *ſomniferam* vocet, vide Markland. ad Stat. III. Silv. II. 119.

704. *Caloris egens*] Id eſt, quae non poteſt calore carere, ſemper opus habens, cujus egeret, ſi extra Africam iret: ergo *egens* referendum non ad locum, in quo eſt, ubi ſufficit callor, ſed ad locum in quem tranſiret, ubi careret illo calore. vid. ad Val. Fl. IV. 151. & ad VI. 232. & Stat. I. Theb. 465. *nec nos animi, nec ſtirpis egemus.* & II. 482. *non ingenio ſceleris eget.* vid. & VI. 675. & ibi Barth. *non traxit* Voſſian. *in axem* Thuan. ſec. *ſponte mea* Rott. ſec. forte, *ſponte means.* deinde, *metatur arenas* Heinſius prius volebat, ſed poſtea mutavit ſententiam. vid. lib. VI. 32. & ita infr. 735. *emetitur iter.* Salmaſius loco laudato adfert *metitur*, ſed poſtea pag. 243. *metatur* habet. vid. & ad Claudian. Bell. Gildon. 67.

706. *Nobis lucri pudor*] *Lucri nobis* Rott. pr. *lucri modus* tres & Rott. pr. a m. ſec. ſine dubio librario obverſatus fuit locus Horat. I. Od. XXIV. I. ubi utrumque eſt,

Quis deſiderio ſit pudor aut modus.

ſupra 232. *nam quis erit finis.* Virg. Ecl. X. 28. *Et quis erit modus? inquit.* & IV. Aen. 98. *Sed quis erit modus?* ubi etiam *erat* in Mediceo, ut hic in Voſſiano uno. & Servius notat eſſe Archaismum. vid. ſupr. lib. I. 334. III. 38. & de *& quis* IV. 542. *unde feruntur* Rott. tert. Heinſius legebat, *vehuntur.* ita lib. III. 450. *Quaeſita per agros plauſtra ferunt*, ubi alii codd. *vehunt.* ſic apud Claudian. II. in Stil 395.

Meſſesque vehant nunc humidus auſter.

&c. ubi *ferant* etiam MSS. & ibi, ut & hic agitur de frumentaria claſſe, quae merces vehebat Romam. mox, *effecimus* Rottend. tert. *mercem* fere omnes. *mercen* Hamb. ſec.

708. *At non*] *Et non* tres. mox, *ſquamigeros* Hamb. ſec.

710. *Syrtidos arva*] *Undam* Thuan. ſec. *undas* Turr. *ambiguam* dicit, ut lib. I. 686. *dubiam*, & mox VI. 861. deinde, *Terſydros*, *Cherſydos*, *Chelydros* in MSS.

711. *Tractique via*] *Tua* Richel. mox, *Chelchris* Turrian. vid. Salmaſ. in Solin. pag. 339 Iſidorus Chelidrum & Cherſydrum eumdem facit, & de *fumante via* etiam verſum Macri producit. mox, *Cencris* Iſidorus;

Pluribus ille notis variatam pingitur alvum,
Quam parvis tinctus maculis Thebanus Ophites:
Concolor exuſtis, atque indiſcretus arenis
Hammodytes: ſpinaque vagi torquente Ceraſtae:
Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuvias poſitura ſuas: & torrida Dipſas:
Et gravis in geminum ſurgens caput Amphisbaena:
Et Natrix violator aquae, Jaculique volucres,
Et contentus iter cauda ſulcare Pareas:
Oraque diſtendens avidus ſpumantia Preſter:
Oſſaque diſſolvens cum corpore tabificus Seps.
Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes,

An-

713. *Tingitur*] *Pingitur* tres. in Cod. Cortii *tinguitur al. Q. parvis pictus*, & ita quatuor e noſtris: in aliis idem verbum, *pingitur* & *pictus* iteratur. *tactus* locum non habet, niſi aliunde maculas contrahere ex liquore aliquo vel ſordibus &c. fingamus. ſic *tangere olivo* & ſimilia nota ſunt. *Thebaeus* malebat Heinſ. ut etiam apud Claudian. Idyll. I. 91. *Thebaeo monte*, pro Thebano reſcripſit. ſed certum eſt poëtas haec promiſcue adhibere, & tam Boeoticam, quam Aſiaticam & Aegyptiam vocaſſe, *Theben* & *Thebas*, & inde gentilicium *Thebaeum* & *Thebanum* deduxiſſe. Sic a Boeotica Stephanus Θηβαῖος derivat. vid. ad Ovid. XII. Met. 109. ego MSS. ſequendos puto. mox, *exhauſtis* Rott. tert. Iſidorus hic dat nobis,

Quam parvis maculis Teuſanus obites,
Concolor e. a. i. arenis
Admotus.

716. *Ammodites*] Deerat hic verſus uni Voſſiano. *Hammodytes* eſſe legendum poſtea vidit Oudendorpius in Obſerv. miſcell. tom. IX. p. 407. Heinſ. corrigebat, *ſpiraque vagi.* & adſcripſerat ex Claudiano Bell. Getic. 65. *ſpiramque retorquens.* & Marc. Capell. II. initio.

Et ſpiris torvo nituerunt aſtra Draconi.

ubi etiam *ſpinis* legi poſſe notaverat. ego etiam, *torto Draconi*: vid. notas ad Sil. Ital. VI. 194. qui idem vſ. 271. *ſpina praeſtante rigorem.* & poſtea Heinſius *ſpina* hic retinendum notavit, & remittit ad Bochart. de Animal. lib. I. cap. 9. qui & lib. III. cap. 13. *ſpinam ceraſtae* explicat. de Hammodyte vero agit Salmaſ. p. 243.

717. *Et Scytale*] *Scythales*, *Sythales*, *Chitale*, *Sitalis*, *Eſchithalis* & aliter MS. *ſparſiſſimus* Richel. *ſpirantia* Turr. *ſole* Thuan. quart. Heinſius conjecerat, *ſepe*, ſed poſtea *ſole* pro verno tempore capiebat: & Solinus dicit primam hanc eſſe, quae hiemales exuvias ponit. vid. Salmaſ. p. 241.

719. *Vergens*] *Surgens* tres. *Amphisbena* Rott. pr. *vergens* Iſidorus.

720. *Violator aquae*] Atqui Cato ſupr. vſ. 602. docuit, ſerpentes non inficere aquas veneno. qui vel male argumentatus, vel Poëta hic oblitus prius dictorum fuit. nam Catoni, quem ubique ut ſummum hominem nobis deſcribit, obloqui voluiſſe, vix credibile.

721. *Pareas*] *Paryas*, *Pharias*, *Pareas*, *Paroas* noſtri. *Purias* citat Serv. ad Virg. III. Georg. 426. ubi in MSS. vidi *Pereas*, & *Peritas* in Baſil. Edd. in quibusdam etiam vitioſe, *Et contentus iit.* ſed, *Quo cont. i. c. ſ. Parias* Iſidorus. mox, *fumantia* plurimi. *ſpirantia* duo Cortii. *ſumantia* unus. *ora* non

ſer-

Ante venena nocens, late ſibi ſubmovet omne
Vulgus, & in vacua regnat Baſiliſcus arena.
Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis, aurato nitidi fulgore Dracones,
Peſtiferos ardens facit Africa: ducitis altum
Aëra cum pennis, armentaque tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.
Nec tutus ſpatio eſt Elephas: datis omnia leto:
Nec vobis opus eſt ad noxia fata veneno.
  Has inter peſtes duro Cato milite ſiccum
Emetitur iter: tot triſtia fata ſuorum,
Inſolitasque videns parvo cum vulnere mortes.

Si-

ſerpentis, ſed icti militis credit intelligi Gujet. ſequens verſus 723. ſuſpectus erat Cortio. ſed habet & Iſidorus.

726. *Vulgus*] Eleganter, ut Baſiliſco, regio nomine ſerpenti, opponatur. ita & *plebem* de apibus dici obſervavit Heinſ. ad Virg. IV. Georg. 95.

727. *Vos quoque*] *Hos* Hamb. pr. *nomina* Turr. quod recepit Cortius. ſed vid. Oudendorpium & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 275. qui ἀγαθοὺς δαίμονας dici inde docet.

729. *Peſtiferos*] *Lethiferos* tres noſtri & ſex Cortii. *arens* iterum Heinſius. vid. ſupr. 544. *tunditis* & *tenditis* MS. Cort. ipſe, *ſcinditis* volebat, &, *pinnis*. quod ultimum erat in Richel. Crediderunt hic agi de volantibus draconibus. ſed *ſerpitis* dicit Lucanus; & illi fabuloſi. *pennas* autem pro ipſis avibus poni illuſtrari poſſet ex Pomp. Mela qui lib. I. cap. 13. de anguibus circa Rhyndacum narrat, *biant*, *ſupervolanteſque aves*, *quamvis alte & perniciter ferantur*, *abſorbent*. quare hic *ducitis*, id eſt, trahitis aëra, & ſimul aves, retineo. & *cum* praepoſitionem eſſe puto. *ducere* pro haurire, bibere, trahere vulgatum eſt. vid. ad lib. I. 446. & ita *penna errans* in aëre lib. I. 588. & VII. 835.

plures preſſerunt aëra pennae.

& ita apud Propert. III. VIII. II.

Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis.

quidam interpretantur avibus felicibus, alii volatu, augurio avium, quod non multum diſtat: nam & bonis & malis avibus, de augurio ex volatu intelligendum. vid. & ad Gratii Cyneg. 204.

731. *Spatio eſt elephas*] *Elephas ſpatio eſt.* Rott. ſec. *elephans* Richel. *ſpatium* pro mole corporis, vide ad Ovid. III. Met. 56. & Brioſium in Epiſtola ad Palmerium p. 963. Ed. Oudend.

733. *Veneno.*] *Venire* Hamb. pr.

734. *Duro Cato milite*] Heinſius conjiciebat, *ducto C. milite*, vel *duro limite*, ut apud Sil. XV. 46.

At ſi me comitere, puer, non limite duro
Jam tibi decurrat conceſſi temporis aetas.

& ita *durum iter* ſupr. 385. in Thuan. ſec. erat, *ſanctum e. iter.* an *caecum*, ut de mari Ovid. II. Amor. XI. 16. *cetera caeca via eſt*. ſed maneat, *ſiccum*, ita etiam pro *flumina ſicca*, ex codice Veneto Heinſius ad Virgil. VII. Ecl. 56. *caeca* tentabat reponere, quem & vide ad Ovid. XV. Met. 272.

736. *Videt*] *Videns* maxima pars ſcriptorum. *cum pulvere* S. Germ. mox, *Aunum* malebat Heinſius. *Alvum* erat in Rott. ſec. *Arvum* in S. Germ. *Aunus* memoratur Virgilio XI. Aen. 700. & 717. & Silio VI. 109.

idque

Signiferum juvenem Tyrrheni ſanguinis Aulum
Torta caput retro Dipſas calcata momordit.
Vix dolor, aut ſenſus dentis fuit: ipſaque leti
Frons caret invidia: nec quidquam plaga minatur.
Ecce ſubit virus tacitum, carpit medullas
Ignis edax, calidaque incendit viſcera tabe.
Ebibit humorem circum vitalia fuſum
Peſtis, & in ſicco linguam torrere palato
Coepit. defeſſos iret qui ſudor in artus
Non fuit, atque oculos lacrimarum vena refugit.
Non decus imperii, non maeſti jura Catonis
Ardentem tenuere virum, quin ſpargere ſigna
Auderet, totisque furens exquireret agris,
Quas poſcebat aquas ſitiens in corde venenum.
Ille vel in Tanain miſſus, Rhodanumque, Padumque
Ar-

idque praeferrem, quum multi Auli (praenomen enim eſt) in exercitu potuiſſent eſſe, qui ſine cognomine ignorabiles fuiſſent.

740. *Frons caret invidia*] Cortius edidit, *fons*, an errore operarum neſcio. quidam *invidiam* explicant, quod videri non poſſet vulnus. Sed hoc inſolitum: quae tamen invidia poſſet ex vulnere non aperto, nec lato oriri, non video. an ut, ſi ſtatim periculum vidiſſent, invidiam Diis feciſſent in morte tam immatura juvenis? an quod gravius percuſſi, & amplius vulnus habentes, ipſi inviderent tam parvum habenti vulnus, vel potius nullum, ut apparebat primo adſpectu? non ſatis intelligo obſcura illa aenigmata Lucani. *frons* etiam *leti*, pro vulneris vel morſus letiferi, neſcio an alibi occurrat. niſi letum de letifero vulnere capiamus. *letum fluens* dixit infr. vſ. 789. pro veneno, quo totum corpus defluxit. vel genere mortis, quae totum corpus conſumit.

742. *Calidaque*] Noſtri nihil variant, ſed Cortii, *calidique* . . . . *tabes*, vel, *calidoque* . . . *tabo* . . vel *calidaque* . . . *flamma*. mox, *& bibit* multi. *& vidit* S. Germ. *lingua torrere* Oiſel. dein, *defenſos* Thuan. quart.

746. *Non fuit*] *Non fugit* Rottend. tert. & mox, *cura Catonis* Turrian. & a m. ſec. Thuan. tert.

748. *Quin ſpargere*] *Ne* plurimi. *ne ſpargeret agris* Richel. *totisque fruens* Rott. ſec. Heinſ. malebat, *ruens*. *exquireret arvis* Rott. pr. mox, *quas potabat*, vel *potaret* Thuan. quart.

751. *Ille vel in*] *Ille tibi in* S. Germ. *Tanaim* plurimi. mox, *areret* iterum Heinſ. vid. Ovid. III. Am. VII. 51.

753. *Libye*] *Libyes* quinque. *fatisque* tres. *fatisque minori* Rich. *factoque minorem* Thuan. tert. a m. ſec. quod explicari poſſet, non tam noxius creditur, ac re ipſa eſt. Cortius conjiciebat, *peſtisque minorem*. recte Scholiaſtes vulgatam explicat. mox, *ſcrutatur terras* Barber. *redit ad Syrtis* Hamb. pr.

757. *Sed non &*] *Sed non eſt* fere omnes. ſed

Arderet, Nilumque bibens per rura vagantem.
Acceſſit morti Libye, fatique minorem
Famam Dipſas habet terris adjuta peruſtis.
Scrutatur venas penitus ſqualentis arenae:
Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore:
Aequoreusque placet, ſed non & ſufficit, humor.
Nec ſentit fatique genus, mortemque veneni:
Sed putat eſte ſitim: ferroque aperire tumentes
Suſtinuit venas, atque os implere cruore.
  Juſſit ſigna rapi propere Cato: diſcere nulli
Permiſſum eſt hoc poſſe ſitim. ſed triſtior illâ
Mors erat ante oculos: miſerique in crure Sabelli
Seps ſtetit exiguus, quem flexo dente tenacem
Avulſitque manu, piloque adfixit arenis.
Parva modo ſerpens; ſed quam non ulla cruentae

Tan-

ſed *nondum &* Hamb. ſec. *ſed non ſibi* Edd. veteres. *nec ſenſit* Thuan. ſec.

758. *Mortemque veneni*] An hoc eleganter dicatur dubito, credebam poſſe legi, *ſortem*, vel *moremque veneni*, id eſt, vim ſolitam veneni. ſic *mos ſaevitiae* II. 179. vid. Oudend. ad X. 329. vel, *morbumque veneni*. *mors* & *morbus* ſaepe variatur. mox, *aperire rubentes* MS. Cort. &, *implere veneno* Richel.

761. *Dicere nulli*] *Diſcere* vel, *ſcire nec ulli* volebat Heinſius illud probo. *noſcere* Turr. a m. ſec. eadem varietas infr. X. 189. *nullo* idem. *hoc eſſe ſitim* Heinſianus. eleganter; vid. ſupr. 249. nam ſi ſcirent hunc furorem eſſe ſitim, quae proprium ſanguinem cogit bibere, omnes contra Catonem inſurgerent: maluit ergo credi alio caſu hunc morbum immiſſum, tamquam furorem, ne omnes ſimile facerent. *triſtior illo* plurimi.

763. *Mors erat*] *Sors erat* Thuan. quart. quod hic non recipio. nam videtur Noſter imitatus Ovidium, qui Epiſt. XI. 55. & XIV. Met. 20. totidem verbis, *mors erat ante oculos*. vid. & notas ibi Ciofani.

764. *Flexo*] *Fixo* erat tantum in Rott. pr. a m. ſec. quod potuit eſſe ortum ex ſequenti, *affixit*. *flexo* Heinſius recte, curvo, interpretatur ſic Plin. lib. XIX. 2. ſub finem dixit, *inflectere dentem*. & ita flexa omnia, quae incurvata. ita *flexa ambage*, metaphorice, ut in Seneca Oedip. 214. Gronovius, pro *nexa*, repoſuit ex MSS. vid. ſupr. ad lib. I. 637. *flexus portus* apud Noſtrum II. 706. *flexa cornua* ibid. 615. in quibus tamen eſt major proprietas, quam in *flexo dente*, niſi ſtatuimus a natura ſerpenti fuiſſe datum; & *flexum dentem* dixiſſe, ut *cornua flexa* bovi. quare dubito an non praeſtet *fixo*. ita apud Ovid. XX. Ep. 206. pro

fixis in tua membra genis:

in Moreti uno erat, *flexis*.

765. *Avulſitque*] *Evulſitque* Hamb. pr. & Thuan. tert. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 567. *piloque infixit* Hamb. ſec. *adflixit* MS. Cort. *arenae* quatuor.

766. *Parva modo*] Heinſ. *modi*: modus

hic

Tantum mortis habet. nam plagae proxima circum
Fugit rapta cutis, pallentiaque oſſa retexit.
Jamque ſinu laxo nudum eſt ſine corpore vulnus.
Membra natant ſanie: ſurae fluxere: ſine ullo
Tegmine poples erat: femorum quoque muſculus omnis
Liquitur, & nigra deſtillant inguina tabe.
Diſſiluit ſtringens uterum membrana, fluuntque
Viſcera: nec, quantum toto de corpore debet,
Ef-

hic notat ſpatium, ut ſupra 732. dixit pro magnitudine: & ita infr. 804. *Nondum ſtante modo.* vid. & I. 562. *Sed quae* Turrian. & unus Cortii, qui, quia in Ed. Veneta reperit, *ſed quam*, conjecit, *ad quam. ad*, ut puto, comparationi inſervire noverat, ut apud Terent. Eun. II. III. 69. *nihil ad noſtram hanc*, & Auſon. de Profeſſoribus Carm. XVI. *Diſputator ad Cleanthem.* ubi vide Vineti notas. Sed tamen durior haec locutio: nec etiam vulgata, *qua* ſatis ex more ponitur. nam ut pendeat a *non ulla*, mihi non fit veriſimile, niſi exemplis magis ad rem probari mihi videam. quippe qui longam & *alius*, vel *non alius*, credo eſſe rationem. rectius quis caperet, *tantum* hic vim habere & *plus*: qua nulla plus mortis habet. Sed & hic deficior exemplis. quare potius *quam* retineo, quod debet conſtrui cum *tantum*, hoc ordine: ſed tantum mortis habet, *quam* non ulla; pro *quantum*. ut ſolitos loqui docuit Gronovius in Diatrib. Stat. cap. LVII. & ad Liv. XXVI. I. Terent. Hecyr. III. 4. *non dici poteſt tantum, quam re ipſa navigare incommodum eſt.*

768. *Fugit rapta*] *Rupta* plurimi. ſed τῷ *fugit*, *rapta* melius convenire videtur, quae ex oculis ſubducitur, vi veneni abſumta: nam rupta etiam manere, & conſpici poteſt. vid. locum Statii V. Th. 597. ab Oudendorpio adductum. *pallentiaque ora* etiam fere omnes, & editiones priſcae, ut facies fere oſſea fuerit facta, non tecta cute, aut carne. ſed & *pallentia oſſa* ita capere licet, primum & ſubito palluiſſe, ſimulque cute nudata: dum tecta enim eſſent pallentia videri non poterant; *retexit* vero eſt nudavit, ut ſupr. VII. 787. ſed arbitrium eſto lectoris. mox, *ſinu lapſo* tres. ſed *laxus* hic, ut *laxum vulnus* lib. I. 614. & ita *ſinum ulceris* dixit Seren. Samon. cap. LXIII. *eſt* deeſt plurimis.

772. *Liquitur*] *Linquitur* tres. *deſtillant* totidem. mox, *ſtridens uterum* Thuan. ſec. *ruuntque* Cortius ſine libris. ſed *fluere* proprium de tabe. vid. lib. I. 241. & infr. 789. mox, *q. t. de corpore defit*, legebat Waddelius Animadv. Critic. p. 152. ſed *debet*, ſcilicet effluere in terram: ſed in ipſo effluxu, antequam terram tangit, conſumitur vi veneni. mox, *affluit* Hamb. pr.

776. *In minimum mors contrahit*] *In nimium* Thuan. quart. locus intricatior, & qui varie diſtinguitur. Cortius videns, ſi poſt *virus* ponatur major diſtinctio, reliqua, ut *vincula*, *textura* debere eſſe nominativi caſus, qui tamen non convenit τῷ *aperit peſtis*, ponit poſt *decoquit*, & legit,

venenum
Decoquit, in minimum mox contrahit omnia
virus
Vincula nervorum, & laterum textura &c.

Sed neque ſic erit, quo *textura* referatur. Oudendorpius anacolython, vel potius ſoloecum quid deprehendens, ejectis mediis legit,

Vincula nervorum & laterum textura,
(vel *junctura*,) *profana*
Sorte patet.

Sed hoc audax nimis, nec permittunt codi-
ces,

Effluit in terras: ſaevum ſed membra venenum
Decoquit, in minimum mors contrahit omnia virus.
Vincula nervorum, & laterum textura, cavumque
Pectus, & abſtruſum fibris vitalibus; omne
Quidquid homo eſt, aperit peſtis. natura profanâ
Morte patet: manant humeri, fortesque lacerti:
Colla, caputque fluunt. calido non ocius Auſtro
Nix reſoluta cadit, nec ſolem cera ſequetur.

Par-

ces, quorum nullus adjuvat hoc inceptum. nos credimus leviore manu hoc ulcus poſſe tangi, an ſanari neſcio. legimus itaque,

Saevum ſed membra venenum
Decoquit, in minimum mors contrahit omnia virus.
Vincula nervorum, & laterum textura, cavumque
Pectus, & abſtruſum fibris vitalibus, omne
Quidquid homo eſt (aperit peſtis matura) profana
Morte patet. vel *patent.*

mors fluentibus & decoctis membris, veneno prius ſparſo per omne corpus, cito contrahit omnia in minimum virus, id eſt, in eam partem, quae ex toto corpore minima ſupererat, veneno infectam, reliquis jam decoctis. peſtis *matura*, id eſt, velox, ut *rapidum fatum* mox 786. & *matura mors* 834. ſic inſtans, imminens dicitur *maturum*. vid. Gronov. ad Gell. III. 7. haec jam aperire dicitur illa, quae patent profana morte, id eſt, quae omnia arcana & quaſi adyta corporis humani aperit. cogitabam etiam an poſſet legi, *in minimum mors contrahit omnia viva*, vel quia in Marburgenſi pro *virus* eſſe *membra* notat Oudendorpius, poſſet dari,

Decoquit in minimum, mors contrahit omnia membra

ſed praeceſſerant modo *membra*, unde librarius illud repetiſſe poteſt videri. ſi *peſtis matura* non placet, poſſes per aſyndeton, Lucano familiare, legere.

omne
Quidquid homo eſt, (aperit peſtis) natura profana
Morte patet.

pro *&* *natura:* & ideo forte etiam librarius Rott. tert. *patent* ſcripſerat, ut referri verbum non ſolum ad *naturam*, ſed ad omnia quae praecedunt, *vincula*, *textura* &c. poſſit. ſic *&* copula deeſt ante *laterum* in Voſſiano. Alii pro *textura* dant, *contexta*, vel, *tunc exta*: ſi *contexta* niteretur fide codicum facile reciperem. Sed *laterum exta* numquam legi. Cortii membranae etiam, *& abſtruſum fibris vitalibus omen, Quidquid* &c. quod non intelligo, licet & *omen* ex uno proferat Oudendorpius. *forte* eſt quidem in Thuan. tert. & Oiſel. ſed *ſors profana* non aeque mihi probatur, ac *mors:* illa enim, ut recte Scholiaſtes, naturae ſecreta patefaciens, & nihil reſpiciens, & ſacra etiam violans, rectius *profana* dicitur. unde Ovid. III. Amor. IX.

Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,
Omnibus obſcuras injicit illa manus.

Cl. Dorvil. ſupplet *quidquid h. e. illud aperit p.* ſudent etiam nunc viri docti, ut integriorem hunc locum legere liceat.

780. *Manant*] *Manantque* Turrian. mox. Heinſius, *caputque fluit*, & deinde, *cadat*, & *ſequatur*. vel, *nec ſoli cera liquetur*, quia *ſecuta* mox redit. ſed ut *cera ſequax*, & manum ejus, qui tractat & quaſi ducit, *ſequi* paſſim dicitur, ita & ſolem liquefacientem ſequi cera poteſt dici. vid. ad Quinctil. de Inſt. Orat. II. 14. initio. & ita in alia re Noſter lib. II. 142.

nimiumque ſecuta eſt,
Qua morbi duxere, manus.

Parva loquor; corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum:
Hoc & flamma poteſt. ſed quis rogus abſtulit oſſa?
Haec quoque diſcedunt, putresque ſecuta medullas
Nulla manere ſinunt rapidi veſtigia fati.
Cyniphias inter peſtes tibi palma nocendi eſt:
Eripiunt omnes animam, tu ſola cadaver.
Ecce ſubit facies leto diverſa fluenti.
Naſidium Marſi cultorem torridus agri
Percuſſit Preſter. illi rubor igneus ora
Succendit, tenditque cutem, pereunte figura,
Miſcens cuncta tumor toto jam corpore major:
Humanumque egreſſa modum ſuper omnia membra
Efflatur ſanies, late tollente veneno,

Ipſe

784. *Sed quis*] *Sed qui* Thuan. ſec. & Richel. eſt interrogatio negans. rogus relinquit certe, nec aufert oſſa, ſed haec quoque conſumuntur hoc veneno rapaci. mox, *deſcendunt* Rott. tert. *diſcedant* Hamb. ſec. *deſidunt* Gujet. mox, *primi veſtigia* Thuan. ſec. *Cyniſryas* Richel. & mox, *animas* Thuan. pr. male, vid. ſupr. vſ. 9. & 380. & alibi. *cadaver*, id eſt, corpus ad ſepeliendum. imitatur Claudianus II. in Rufin. 417.

ſparſumque perit per tela cadaver.

ut Barthius notavit.

789. *Fluenti*] Heinſius corrigebat; *leti diverſa luesque*, ut infr. 888. *ulla lues.* ſed *letum fluens* eſt mortis illud genus, modo narratum, quo totum corpus diffluebat. vid. modo vſ. 770. & 773. lib. VIII. 690. & alibi, nec repetitio verbi *fluere* & compoſitorum, in Lucano nos debet ſollicitos habere.

790. *Naſidium*] *Naſſidium* Hamb. ſec. *Naſidienus* ſaepe Horatio II. Sat. 8. memoratus ſimplici *s* ſcribitur, nam primo verſu primam corripit, licet in ſequentibus producat. quare Bentlejus hoc quoque Lucani loco prolato, primam ſemper longam facit, & ſecundam itidem, qua *i* in tertia ſyllaba conſonantis vice fungi debet, ut ſit quaſi *Naſidjeni*, & in eodem poëmate, metro exigente, *Naſidienus*, tribus primis ſyllabis dactylum effeciſſe, non ſit probabile. nam ſaepe hanc ſibi in nominibus, in primis propriis, licentiam dediſſe Poëtas crediderim: ut ita in aliis etiam, ſicuti *aliud* biſyllabum, *alituum* triſyllabum fieri Giſan. in Ind. Lucret. docet. & ita *vindemiator*, quaſi eſſet *vindemjator* I. Sat. VII. 30. ubi v. Lambin. *fiat* monoſyllabum, & plura talia. ita ut *Na, ſidje, ni*, ſecundo in pede ſpondeo, putem poſſe legi.

792. *Tenditque cutem pereunte figura*] *Figuram* Rich. male. *tendat* Lutat. ad Stat. Theb. X. 161. mox, *miſcet* Rott. pr. & a m. ſec. Oiſel. *pectore major* Hamb. pr. Heinſ. *noto jam corpore* volebat, ut apud Virg. II. Aen. 772. & *nota major imago.* Sed ibi alia res eſt, & de ipſa ſtatura & figura ampliore agitur, hic de tumore, qui duplo aut triplo majus corpus oculis offerebat (ut illius ranae *intendentis cutem* apud Phaedr. I. 24. ubi vide, & Claud. I. in Eutr. 199. *diſtendiſſe genas*) non creſcente in longitudinem ipſa forma corporis, ſed in latum, membris ita tumore illo commixtis & latentibus, ut non diſ-

Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus:
Nec lorica tenet diſtenti corporis auctum.
Spumeus accenſo non ſic exundat aheno
Undarum cumulus: nec tantos carbaſa Coro
Curvavere ſinus. tumidos jam non capit artus
Informis globus, & confuſo pondere truncus.
Intactum volucrum roſtris, epulasque daturum
Haud impune feris, non auſi tradere buſto,
Nondum ſtante modo, creſcens fugêre cadaver.
Sed majora parant Libycae ſpectacula peſtes.
Impreſſit dentes Haemorrhois aſpera Tullo
Magnanimo juveni, miratorique Catonis.
Utque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis

Co-

diſcerneres eminentiores alias partes, & ita figura corporis tota periret, quod globi informis & inflati inſtar habebat. & hoc apparet ex *lorica*, quae non ſatis erat laxa, ut auctum hunc corporis poſſet tenere, & ambire.

795. *Efflatur*] Heinſius malebat cum quibusdam, *inflatur*. Barber. *afflatur*. *tollente* omnes noſtri, praeter Voſſianos ab Oudend. adlatos. quod pro, *ſe tollente*, ut centies, capiendum. vid. ad Grat. Cyneg. 311. & Virg. I. Aen. 66. vel poteſt intelligi, *ſaniem tollente veneno*. vel legi, *inflatur*, *ſaniem late tollente veneno*. ſed probo vulgatum.

796. *Merſus*] *Morſus* Oiſel. a m. pr. Cortius ex MS. ſuo volebat, *Marſus*. ſed jam patria ejus antea erat indicata, & periret omne Poëtae acumen, qui ſibi in his placuit admodum.

798. *Exundat*] *Exſultat* quinque codices. *exuldat* Hamb. pr. a m. pr. *Ebullit* MS. Cortii, quod recte interpreti tribuit. obvium verbum *exſultare* in hac re. vid. Oudendorpium, & ſupr. VIII. 539. *exſurgit* Gujet.

799. *Cumulus*] *Cumulos* Sixii. *nec tantum* tres & editiones nonnullae. *tantos* multi, & Cortius.

800. *Jam non*] Duo ex noſtris, & etiam alii, *non jam*, quod Cortius dedit. parum quidem refert. vid. ad Ovid. II. Art. 93. Terent. Heaut. V. IV. 12. *non ſunt haec jam dicta parentis*. ubi *jam* ejiciunt quidam, ſed ſervari poteſt, ſi legas, *non ſunt jam haec*. Andr. II. II. 15. *Uxorem tibi jam non dat Chremes*, ubi non video eſſe numeroſius, *non dat jam*. Suet. Tib. XIII. *non jam metu, ſed diſcrimine coactus*. Ovid. II. Met. 649. *non jam mortalis*. ſed quid moror in re levi?

803. *Feris*] *Feras* Rott. ſec. mox, *liquere cadaver* Thuan. quart.

806. *Dentes*] *Peſtes* Rott. ſec.

807. *Miratorique*] *Miratorem* hic perperam adducere Servium ad VIII. Aen. 517. notavit Oudendorpius. ſed ibi in codice Regio etiam, *imitatorem* legi vidi, quod eſt ex interpretatione, quae in quibusdam Servii Edd. addita legitur. idem notat Markl. ad Stat. V. Silv. II. 76. ſed librarii potius lapſum credo, quam Servii, qui & in caſu potuit, memoriae fidens, erraſſe. de re ipſa, ut admirentur alii ſapientes viros, vide Cort. ad Plin. III. Ep. XI. §. 5.

808. *Utque ſolet*] *Atque* Thuan. tert. *totis effundere* ſeptem. *ſe fundere* quatuor. *ſignis*

non

Parva loquor; corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum:
Hoc & flamma poteſt. ſed quis rogus abſtulit oſſa?
Haec quoque diſcedunt, putresque ſecuta medullas
Nulla manere ſinunt rapidi veſtigia fati.
Cyniphias inter peſtes tibi palma nocendi eſt:
Eripiunt omnes animam, tu ſola cadaver.
Ecce ſubit facies leto diverſa fluenti.
Naſidium Marſi cultorem torridus agri
Percuſſit Preſter. illi rubor igneus ora
Succendit, tenditque cutem, pereunte figura,
Miſcens cuncta tumor toto jam corpore major:
Humanumque egreſſa modum ſuper omnia membra
Efflatur ſanies, late tollente veneno,

Ipſe

784. *Sed quis*] *Sed qui* Thuan. ſec. & Richel. eſt interrogatio negans. rogus relinquit certe, nec aufert oſſa, ſed haec quoque conſumuntur hoc veneno rapaci. mox, *deſcendunt* Rott. tert. *diſcedant* Hamb. ſec. *deſidunt* Gujet. mox, *primi veſtigia* Thuan. ſec. *Cynifryas* Richel. & mox, *animas* Thuan. pr. male, vid. ſupr. vſ. 9. & 380. & alibi. *cadaver*, id eſt, corpus ad ſepeliendum. imitatur Claudianus II. in Rufin. 417.

ſparſumque perit per tela cadaver.

ut Barthius notavit.

789. *Fluenti*] Heinſius corrigebat; *leti diverſa luesque*, ut infr. 888. *ulla lues.* ſed *letum fluens* eſt mortis illud genus, modo narratum, quo totum corpus diffluebat. vid. modo vſ. 770. & 773. lib. VIII. 690. & alibi, nec repetitio verbi *fluere* & compoſitorum, in Lucano nos debet ſollicitos habere.

790. *Naſidium*] *Naſſidium* Hamb. ſec. *Naſidienus* ſaepe Horatio II. Sat. 8. memoratus ſimplici *s* ſcribitur, nam primo verſu primam corripit, licet in ſequentibus producat. quare Bentlejus hoc quoque Lucani loco prolato, primam ſemper longam facit, & ſecundam itidem, qua *i* in tertia ſyllaba conſonantis vice fungi debet, ut ſit quaſi *Naſidjeni*, & in eodem poëmate, metro exigente, *Naſidienus*, tribus primis ſyllabis dactylum effeciſſe, non ſit probabile. nam ſaepe hanc ſibi in nominibus, in primis propriis, licentiam dediſſe Poëtas crediderim: ut ita in aliis etiam, ſicuti *aliud* biſyllabum, *alituum* triſyllabum fieri Giſan. in Ind. Lucret. docet. & ita *vindemiator*, quaſi eſſet *vindemjator* I. Sat. VII. 30. ubi v. Lambin. *fiat* monoſyllabum, & plura talia. ita ut *Na, ſidje, ni*, ſecundo in pede ſpondeo, putem *poſſe* legi.

792. *Tenditque cutem pereunte figura*] *Figuram* Rich. male. *tendat* Lutat. ad Stat. Theb. X. 161. mox, *miſcet* Rott. pr. & a m. ſec. Oiſel. *pectore major* Hamb. pr. Heinſ. *noto jam corpore* volebat, ut apud Virg. II. Aen. 772. & *nota major imago.* Sed ibi alia res eſt, & de ipſa ſtatura & figura ampliore agitur, hic de tumore, qui duplo aut triplo majus corpus oculis offerebat (ut illius ranae *intendentis cutem* apud Phaedr. I. 24. ubi vide, & Claud. I. in Eutr. 199. *diſtendiſſe genas*) non creſcente in longitudinem ipſa forma corporis, ſed in latum, membris ita tumore illo commixtis & latentibus, ut non

diſ-

Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus:
Nec lorica tenet diſtenti corporis auctum.
Spumeus accenſo non ſic exundat aheno
Undarum cumulus: nec tantos carbaſa Coro
Curvavere ſinus. tumidos jam non capit artus
Informis globus, & confuſo pondere truncus.
Intactum volucrum roſtris, epulasque daturum
Haud impune feris, non auſi tradere buſto,
Nondum ſtante modo, creſcens fugêre cadaver.
Sed majora parant Libycae ſpectacula peſtes.
Impreſſit dentes Haemorrhois aſpera Tullo
Magnanimo juveni, miratorique Catonis.
Utque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis

Co-

diſcerneres eminentiores alias partes, & ita figura corporis tota periret, quod globi informis & inflati inſtar habebat. & hoc apparet ex *lorica*, quae non ſatis erat laxa, ut auctum hunc corporis poſſet tenere, & ambire.

795. *Efflatur*] Heinſius malebat cum quibusdam, *inflatur*. Barber. *afflatur.* *tollente* omnes noſtri, praeter Voſſianos ab Oudend. adlatos. quod pro, *ſe tollente*, ut centies, capiendum. vid. ad Grat. Cyneg. 311. & Virg. I. Aen. 66. vel poteſt intelligi, *ſaniem tollente veneno.* vel legi, *inflatur*, *ſaniem late tollente veneno.* ſed probo vulgatum.

796. *Merſus*] *Morſus* Oiſel. a m. pr. Cortius ex MS. ſuo volebat, *Marſus.* ſed jam patria ejus antea erat indicata, & periret omne Poëtae acumen, qui ſibi in his placuit admodum.

798. *Exundat*] *Exſultat* quinque codices. *exuldat* Hamb. pr. a m. pr. *Ebullit* MS. Cortii, quod recte interpreti tribuit. obvium verbum *exſultare* in hac re. vid. Oudendorpium, & ſupr. VIII. 539. *exſurgit* Gujet.

799. *Cumulus*] *Cumulos* Sixii. *nec tantum* tres & editiones nonnullae. *tantos* multi, & Cortius.

800. *Jam non*] Duo ex noſtris, & etiam alii, *non jam*, quod Cortius dedit. parum quidem refert. vid. ad Ovid. II. Art. 93. Terent. Heaut. V. IV. 12. *non ſunt haec jam dicta parentis.* ubi *jam* ejiciunt quidam, ſed ſervari poteſt, ſi legas, *non ſunt jam haec.* Andr. II. II. 15. *Uxorem tibi jam non dat Chremes*, ubi non video eſſe numeroſius, *non dat jam.* Suet. Tib. XIII. *non jam metu, ſed diſcrimine coactus.* Ovid. II. Met. 649. *non jam mortalis.* ſed quid moror in re levi?

803. *Feris*] *Feras* Rott. ſec. mox, *liquere cadaver* Thuan. quart.

806. *Dentes*] *Peſtes* Rott. ſec.

807. *Miratorique*] *Miratorem* hic perperam adducere Servium ad VIII. Aen. 517. notavit Oudendorpius. ſed ibi in codice Regio etiam, *imitatorem* legi vidi, quod eſt ex interpretatione, quae in quibusdam Servii Edd. addita legitur. idem notat Markl. ad Stat. V. Silv. II. 76. ſed librarii potius lapſum credo, quam Servii, qui & in caſu potuit, memoriae fidens, erraſſe. de re ipſa, ut admirentur alii ſapientes viros, vide Cort. ad Plin. III. Ep. XI. §. 5.

808. *Utque ſolet*] *Atque* Thuan. tert. *totis effundere* ſeptem. *ſe fundere* quatuor. *ſignis*

non

Corycii preſſura croci: ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus.
Sanguis erant lacrimae: quaecumque foramina novit
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares: ſudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt venis: totum eſt pro vulnere corpus.
At tibi, Leve miſer, fixus praecordia preſſit
Niliaca ſerpente cruor: nulloque dolore
Teſtatus morſus ſubita caligine mortem
Accipis, & ſocias ſomno deſcendis ad umbras.

Non

non placuit viris doctis, unde alii, *finis*, *tignis*, & Cortius, *lignis*. latet ſine dubio aliquid, vel vas, vel machina, vel tubi, vel conchae, qualia ex lacunaribus in triclinia ſolebant crocum, flores & ſimilia effundere. vid. Ovid. v. Faſt. 360. forte ſimile vas, quo hodie etiam olitores ſolent hortos irrigare, quod deſinit in latum caput, plenum foraminibus, ex quibus aqua exit. Si *ſignis* placet, intelligenda ſimulacra quaedam, ut Silani, & aliae ſtatuae, in uſu domeſtico ad aquam effundendam. De Theatris hic non puto cogitandum, in quibus tritum crocum, non ejus ſucus ſolebat ſpargi, ut apud Plin. XXI. 7. *tritum ad Theatra replenda*: & inde *recens* dicitur a Lucretio II. 416. inde odor & *aura* (ut Martial. III. Epig. 65. & Stat. v. Silv. III. 4. & infr. IX. 106. *aura cinnami*) replebat nares ſpectatorum. ſuco vero unguenta, vina & alia condiebantur. *preſſura* utitur quidem Apulejus, ſed de turba premente lib. I. *propter coetus multitudinem, quae preſſurae nimia denſitate periclitaretur*. in Thuan. quart. erat *tinctura croci*. ſi *preſſura* placet, capiendum de ſuco expreſſo, qui fluit in vas aliquod, unde promebant ad varios uſus, ut uvae premuntur, & quarum ſucus defluit in lacum. Plin. XVIII. 37. *preſſura una culeos XX. implere debet*. *preſſura croci* utebantur in tingendis lignis & aliis. vide Bodaeum ad Theophraſt. lib. VI. pag. 666. ſed omnibus perpenſis, malim, *totiſſe effundere rivis*, vel *rimis*, ut mox *foramina* vocat omnes corporis exitus, poros &c. Heinſius volebat, *ſparſa aura croci* (ut & vir doctus apud Cortium) ut & *ſpiſſa*, vel *verſa aura croci*. ſed haec abeunt longius a ſcriptis.

810. *Rutilum pro*] *Rutilatum ſanguine* Thuan. pr. & Hamb. pr. & tres Cortii. *rutilo* unus Cortii. mox, *foramina movit* Thuan. quart.

814. *Totum eſt pro vulnere corpus*] Obſcurius dictum. ſed bene explicant Scholiaſtae, tot vulneribus confectum, ut quaſi unum vulnus ſit toto in corpore. imitatus eſt Statius, de Archemoro a ſerpente occiſo, lib. v. 696

Non ora loco, non pectora reſtant,
Rapta cutis, tenera oſſa patent, nexuſque madentes
Sanguinis imbre novi, totum eſt in vulnere corpus.

815. *Leve*] *Vole* Thuan. pr. & Turr. qui a m. ſec. habebat, *vile*, vel *ſale*. *vale* Hamb. pr. *Lene* Heinſii unus. Salmaſ. ad Solin. p. 341. citat *Laeve*. *Bele* Gujet. corruptum puto nomen. *fluxus praecordia* Turr. a m. ſec. mox, *teſtatur* ſex. *teſtator* Voſſ. a m. pr. *caligine mentem* Oiſel.

818. *Stygias*] Magno numero noſtri, Cortii & Oudendorpii, *ſocias*. & quum tritum & obvium ſit, *Stygias umbras* (vel *undas* ut hic Turrian. vid. lib. VII. 612. & alibi. ubi etiam

Non tam veloci corrumpunt pocula leto,
Stipite quae diro virgas mentita Sabaeas
Toxica ſatilegi carpunt matura Sabaei.
   Ecce procul ſaevus ſterilis ſe robore trunci
Torſit, & immiſit (Jaculum vocat Africa) ſerpens:
Perque caput Paulli tranſactaque tempora fugit.
Nil ibi virus agit: rapuit cum vulnere fatum.
Deprenſum eſt, quae funda rotat, quam lenta volarent,
Quam ſegnis Scythicae ſtrideret arundinis aër.
   Quid prodeſt miſeri Baſiliſcus cuſpide Murri
Tran-

iam pro *ſtygias*, *patrias undas* alii) ideo credibile eſt, id potius librarios adripuiſſe, quam mutaſſe in *ſocias*, quod multo elegantiorem facit ſenſum; ſed non, quem adtingunt, quaſi umbrae ſint *ſociae ſomno*, ut mortis frater ſomnus dicitur. ſed deſcendit ad ſocias umbras, additus numero ſociorum, quorum mortes jam deſcripſit Poëta, & aliorum, quos praeterit. *ſomno* vero eſt veneno ſoporifero, ut ſaepe dicitur, & praecipue *ſopor* vid. Broukh. ad Tibull. IV. IV. 9. recte ergo *ſocias* legendum, ut apud Ovid. XI. Epiſt. 123. *ſocio impone ſepulchro*. & ita, *ſocia puppis* apud Noſtrum III. 600. & 663. *ſocii lares* VIII. 113. & *ſocius torus* & ſimilia, de quibus agit Heinſius ad Ovid. I. Amor. IX. 6. quare omnino *ſocias* recipiendum puto.

820. *Diro*] *Duro* quinque libri. *mentita Sabinas* Scaliger conjecerat, quae de *herba Sabina*, paſſim ab Ovidio & aliis celebrata, & qua loco turis tenuiores utebantur, eſſent capienda. ſic in Culice Virgiliano vſ. 403.

Herbaque turis opes priſcis imitata Sabinis.

vid. ad Ovid. I. Faſt. 343. Plin. XV. 10. & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 953. ſed quia hic herba Sabina non ipſa memoratur, ſed alia quae mentitur *Virgas Sabinas*, ſi ita legendum, certe debet diverſa intelligi, quae turi ſimilis, & pro ea oſtendebatur. & ideo *Sabaeas* eſt retinendum. & turi proprie *virga* tribuitur. vid. Salmaſ. d. l. p. 355. ſed qualis fuerit herba, quae ſtipite diro fuit, ignorare me fateor. verſu ſequenti pro *Sabaei* eſt in codicibus Cortii, *Sataei*, *Setaci*, *Saetae*, *Saitae*, *Sagaei*. in noſtris etiam ſex, *Sataei*. in Oudend. *Sagitae*, *Saitae*, *Subaei*. Heinſius volebat, *Sapaei*, qui in Thracia & etiam Aethiopia ponuntur: ſed de his nihil, quod huic loco convenit, legi. ideoque relinquo locum deſperatum. *fatilogi* Hamb. ſec. ita *ſortilogi* ſupr. 581. in MS. *mortiferi* Rott. ſec. a m. ſec.

822. *Saevus*] *Saevum* Thuan. ſec. *ſaevo* Rott. pr. *ſterili* multi. *ſe corpore* Rottend tert. Heinſius malebat, *cortice*. *emiſit* ſeptem. alibi vidimus haec verba permutari.

824. *Tranſactaque*] *Tranſfictaque* quatuor, & mox, *tranſactus* ſequitur, unde Heinſius, *trajectaque*, vel *transjecta*, ut in quibusdam etiam codicibus eſſe docent variae Oudendorpii lectiones.

826. *Quae funda*] *Quam* Thuan. ſec. *notat* tert. *quam lenta rotat* idem Thuan. ſec. forte tranſpoſitae fuere voces, & legendum,

Deprenſum eſt, quam lenta volant, quae funda rotaret.

Quia hoc venenum eſſe glande, ex funda emiſſa, velocius, experimento deprenſum eſt. *deprenſum* ut ſupr. 531. vid. ad lib. IV. 172. *Scythiae* Rottend. ſec. & Cortius. de ſimilibus, quibus velocitas ſumma comparatur, vid. commentatores ad Gratii Cyneg. 204.

828. *Quid prodeſt*] *Qui* Thuan. tert. *Muri*, *Mauri*, *Mutri* codices noſtri. de conſtructio-

Tranſactus? velox currit per tela venenum,
Invaditque manum: quam protinus ille retecto
Enſe ferit, totoque ſimul demittit ab armo:
Exemplarque ſui ſpectans miſerabile leti
Stat vivus, pereunte manu. quis fata putaret
Scorpion, aut vires maturae mortis habere?
Ille minax nodis, & recto verbere ſaevus,
Teſte tulit coelo victi decus Orionis.
Quis calcare tuas metuit, Salpuga, latebras?
Et tibi dant Stygiae jus in ſua fila ſorores.

Sic

ctione, *prodeſt tranſactus*, vid. & Barth. xxv. Adv. 15.

830. *Retecto enſe ferit*] Id eſt, ſtricto & e vagina educto, & ita nudato: quod *retegere* notat. vid. ſupr. 768. tentabam olim, *reducto enſe*, ut apud Stat. v. Theb. 664. ſequor vero nunc codices: Sed hic iterum, dum mira narrare ſatagit Lucanus, plus ingenio, quam ſenſui communi indulget: fingamus enim Baſiliſcum haſta vel alio telo a Murro transfixum, hoc certe dextra perfecit, quae, currente per telum veneno, infecta fuit: illa enim haſtam tenere ſolent. fingere ergo ſimul debemus ſiniſtra ſtrinxiſſe gladium, & dextram amputaſſe, quod an fieri tam ſubito poſſet, aliis expendendum relinquo: veſte etiam, qua tectum brachium fuiſſe credibile eſt, nihil impediente ictum. *cuſpide* enim, qua transfixus fuit Baſiliſcus, de telo diverſo ab enſe debet capi: aliter ſi illo ipſo, quo transfixerat baſiliſcum, telo etiam manum amputaſſet, jam virus etiam per reliqua membra ab infecto illo enſe, per vulnus ſerpſiſſet. vero propiora finxiſſet, ſi alii amputandam manum praebuiſſe Murrum, nobis dediſſet.

831. *Totoque ſimul demittit*] *Semel* quatuor, quod Cortio & Oudendorpio placuit, ſed *ſimul* eſt eodem ictu ferit & amputat. *dimittit* multi, *diviſit* Rott. tert. totus vero hic verſus corruptus videtur, quid enim *totus* ille *armus* velit non video. ſemper enim, ſi amputatur manus, a toto armo deſcinditur. & Heinſius ad vocem *toto* obelum adſcripſerat. deinde *demittere* vel *dimittere manum*, pro amputare nusquam legi. certe *diviſit* tolerabilius eſſet. *totum* tamen pro integro, nondum infecto, aliquis poſſet ſumere, ut ita *totum corpus* integrum, non ſauciatum, de quo ad Ovid. vi. Met. 142. ſed quia *totum* & *tutum corpus* etiam commutari docui ad Ovid. i. Amor. xiv. 16. hic poſſe legi cogitabam.

Enſe ferit, tutoque ſimul vix demetit armo. vel, *vi demetit.* mox quidem, *tutus redit*, ſed praeterquam quod in Lucano id toties notatum, ibi cum Hamb. ſec. & aliis multo elegantius & acutius legi poteſt, *ſtat vivus pereunte manu.* Quae oppoſitio inter *vivus*, & *pereunte* plane ex genio Lucani eſt. ceterum hic *armum* non pro humero, ſed brachio ſumi docuit Barth. ad Stat. ii. Theb. 475. certe de homine hic utitur, ut quidam capiunt apud Virgil. iv. Aen. 11. vid. ad Ovid. xii. Met. 137.

832. *Sui ſpectans*] *Exſpectans* Rott. tert. *miſerabile* eſt in omnibus noſtris & Cortii. verum tamen eſt ſaepe permutari cum *mirabile*, etiam apud Noſtrum & alios. vid. Heinſ. ad Ovid. ix. Met. 394. & ſaepe utrumque poſſet admitti, & exponi. Sed quod Oudendorpius apud Valer. Flac. i. 281. *mirantibus undis* velit, pro *miſerantibus*, & probet locis fere jam a me ad Val.

Fl.

Sic nec clara dies, nec nox dabat atra quietem,
Suſpectâ miſeris in qua tellure jacebant.
Nam neque congeſtae ſtruxere cubilia frondes,
Nec culmis crevere tori: ſed corpora fatis
Expoſiti volvuntur humo, calidoque vapore
Adliciunt gelidas nocturno frigore peſtes:
Innocuosque diu rictus torpente veneno
Inter membra fovent: nec, quae menſura viarum,
Quisve modus norant, coelo duce: ſaepe querentes,
Reddite, *Dî*, clamant, *miſeris*, *quae fugimus*, *arma*,
Red-

Fl. I. 382. & IV. 712. adductis, & quibus facile plura poſſent addi, credo fruſtra eſſe. ibi enim jam miſerabantur undae, ſive numina maris, fata Phrixi & Helles, quae praevidebant, & ideo miſerorum fratris & ſororis fugam & puellae caſum dolebant & miſerabantur. nec quia miſerabantur undae, debebant Hellen ſervare: hoc enim fato deſtinatum non poterant impedire. Apud Virgil. X. Aen. 759. DI plures in Jovis tectis miſerantur labores utriusque partis pugnantis, nihilominus *victores victique*, *caedebant pariter*, *pariterque ruebant*. & ita ſaepe alibi. in aliis locis juſta poteſt mirandi cauſſa apparere, ſed hic miſerandi, quod manu truncus ſtaret. *miſerabile fati* S. Germ. & a m. ſec. Thuan. pr. *putavit* Richel.

835. *Verbere ſaevus*] *Verbere caudae* Thuan. ſec. quod deſumtum ex lib. I. 208.

836. *Orion*] Diverſas de nece Orionis ſententias vide apud Servium ad Virg. I. Aen. 535. & de modo etiam ſyllabarum in hoc nomine.

837. *Metuat*] *Metuit* Rott. tert. Hamb. pr. *Salpyga*, *Salpiga*, *Salpuga*, *Salpuna*, *Salpugna*, *Sulpina*, *Salpugra*, in ſcriptis. *at tibi* Thuan. ſec. non male, & ita Gujetus.

839. *Sic nec*] *Sed nec* Rottend. pr. *ſic neque* Hamb. ſec. *nox nec* tert. Rottend. *dedit* Barberin.

840. *Suſpecta eſt*] *Quietem ſuſpectam* quinque. *ſuſpecta miſeris* novem. *ſuſpectum eſt* Thuan. quart. *ſuſpectum miſeris* unus Cortii. *ſecuram* ejuſdem alius. mihi placet *ſuſpecta*, & cum Grotio & Gujeto conſtruere *ſuſpecta tellure*, *in qua jacebant*. relativi vero ante nomen, quo refertur, pronominis ſexcenta exempla ſunt, & in ipſo Lucano. vid. ad Gratii Cyneg. 222. & 351. & Phaedr. IV. 3. & alibi. litera *m* hic geminata ex primo *ſ miſeris*. nam *ſuſpectam quietem* non convenit prioribus, & debuiſſet dicere, nec nox dabat quietem ſecuram tellure illa, in qua jacebant. mox, *conjectae* Turr. *ſed pectora ſatis* Rott. ſec. *expoſita* Thuan. quart. ſed, *expoſiti corpora* per Graecismum. *pavore* Rott. tert. a m. ſec. *illiciunt* Oiſel.

847. *Norunt*] *Norant* quatuor. quia in codice ſuo erat, *menſura malorum*, Cortius conjiciebat,

nec quae menſura malorum
Quisve modus norant, *duro duce ſaepe querentes*.

illud, *duro duce* repetiit ex vſ. 50. ſed vulgata non ſollicitanda. *coelo duce* eſt, aſtris monſtrantibus viam. vid. ſupr. 494. *duce coelo* Rottend. ſec.

848. *Reddite, Dî, clamant*] *Declamant* Voſſ. verum tales librariorum aberrationes ſaepe obſervare licet. ut apud Ovid. III. Faſt. 301. *diſponit pocula*, pro *Dis ponit*. ſic apud Liv. V. XIII. 8. *eam opem detuliſſent*, pro *Dis tuliſſent*. *miſeri* Richel. Cortius, *miſeros quae f. armis Reddite Theſſaliae*. Quae ratio cori-

Reddite Theſſaliam. patimur cur ſegnia fata
In gladios jurata manus? pro Caeſare pugnant
Dipſades, & peragunt civilia bella Ceraſtae.
Ire libet qua Zona rubens; atque axis inuſtus
Solis equis: juvat aetheriis adſcribere cauſſis
Quod peream, coeloque mori. nil, Africa, de te,
Nec de te, Natura, queror: tot monſtra ferentem,
Gentibus ablatum dederas ſerpentibus orbem:
Impatiensque ſolum Cereris, cultore negato
Damnaſti, atque homines voluiſti deeſſe venenis.
In loca ſerpentum nos venimus: accipe poenas,
Tu quiſquis Superûm commercia noſtra peroſus,
Hinc torrente plaga, dubiis hinc Syrtibus orbem
Abrumpens, medio poſuiſti limite mortes.
Per ſecreta tui bellum civile receſſus

Va-

rigendi ſine librorum fide, temeraria, licet utriuſque conſtructionis exempla poſſint adduci plurima: nam ideo ſaepe talia produntur, ut eruditionis intempeſtivae oſtentatio fiat. ſic adducere potuit pro ſe lib. II. 636. VII. 266. inf. h. l. 998. ſed pro vulgata non minor numerus locorum, ut ſupr. h. l. 26. *Ignavis manibus projectos reddidit enſes.* Ovid. XIII. Met. 78. *Redde hoſtem.* noſter lib. X. 25. *reddere orbem ſibi.* lib. II. 52. *omnibus hoſtes Reddite nos populis.* ita dubium apud Terent. Andr. IV. I. 57. *reſtitue quem a me accepiſti locum.* an, *reſtitue in quem me ac. locum.* de quo alias. *arva* duo Rottend. Oiſel. & a m. ſec. Turrian. & hoc poſſet quis arripere: ſed rectius *arma*, quibus pugnantes mortem ſubeamus. eadem mox diverſitas vſ. 871. 1017. 1073. & alibi ſaepe. mox, *ſegnia bella* Rottend. pr.

852. *Rubens atque axis inuſtus*] Iterum captans inſolita, *rubet* vult Cortius, beneficio ſcilicet uſus caeſurae, & ſciolis adſcribens obſequium grammaticorum praeceptorum. Heinſius, *quaque*, vel, *ſtatque axis. aduſtus* Thuan. pr. ut volebat Gujet. quia forte dubium poſſet eſſe, an *inuſtus* poſitum ſit pro non uſtus, ut ita Zonae rubenti opponatur ſeptemtrionalis axis frigore infeſtus, & ſole carens. ſed tunc melius fuiſſet, *aut axis inuſtus Solis equis:* ut *inuſtus* pro *non* bene *uſtus* etiam lib. VIII. 787. occurrit.

855. *Nec de te*] *Nil de te* Rott. ſec. *ferentes* Richel. *furentem* Rottend. ſec. *ablatum* dictum ut ſupr. 525. *ſolus nemus abſtulit Hammon.* Scholiaſten hic non ſatis intelligo.

858. *Venenis*] *Veneno* Rott. ſec. Oiſel. & Cortius. *venenos* Hamb. pr.

861. *Dubiis hinc*] *Dubiis in* Thuan. tert. *mediis* in var. lect. Oudend. ſed male. vid. lib. I. 409. & 686. & ſupr. 710. ſic apud Propert. II. VII. 71. *Non ſic incertae mutantur flamine Syrtes.* ubi alii, *incerto.* Stat. I. Theb. 687. *ſi quas incerto litore Syrtes deſtituunt.* *orbem* plurimi, quae vox quum ter quaterve brevi repetatur, alii fecerunt *oram.* Oudendorp. *oras* malebat. eadem varietas mox in Voſſiano vſ. 864. ſed tunc ibi & *arcanae* eſſet ſcribendum. mox,

ſi-

Vadit; & arcani miles ſibi conſcius orbis
Clauſtra petit mundi. forſan majora ſuperſunt
Ingreſſis. coëunt ignes ſtridentibus undis,
Et premitur natura poli. ſed longius iſta
Nulla jacet tellus, quam fama cognita nobis
Triſtia regna Jubae. quaeremus forſitan iſtas
Serpentum terras: habet hoc ſolatia coelum:
Vivit adhuc aliquid. patriae non arva requiro,
Europamque, alios ſoles, Aſiamque videntem.
Qua te parte poli, qua te tellure reliqui,
Africa? Cyrenis etiam nunc bruma rigebat.
Exiguane via legem convertimus anni?
Imus in adverſos axes: evolvimur orbe:
Terga damus ferienda Noto. nunc forſitan ipſa eſt
Sub pedibus jam Roma meis. ſolatia fati

Haec

limite mortis Hamb. pr.

864. *Tibi*] *Sibi conſcius* Heinſ. non male. nam antea Cato naturam hujus regionis edocuerat milites. vid. ſupr. vſ. 379. & ſeqq. ſciebant ergo, ſe in haec loca peſtifera ingreſſuros. ſic Terent. Andr. III. II. 50.

Quando ego conſcia mihi ſum a me culpam
hanc eſſe procul.

vid. ſupr. VII. 34. & ita mox opponuntur regna Jubae tantum famâ cognita. Scholiaſtes *tibi* exponit tecum, quod an ratio Latini ſermonis ferat, dubito. *clauſtra ferit* plurimi, quod Heinſius probabat, quia hoc verbum familiare Noſtro, ut *ferire terram*, *aëra* & ſimilia. vid. II. 182. VII. 501. ubi eadem diverſitas. in Hamb. pr. a m. pr. erat, *fetit*. Heinſius etiam olim, *terit* legebat, ſed damnaverat poſtea. nec tamen tam abſurdum. nam & ita variatur lib. III. 537. de verborum *petit* & *ferit* confuſione vide Markland. ad Statii III. Silv. V. 64. & notas ad Virgil. Ecl. IX. 25. & Claud. Gigantom. 91.

867. *Poli*] *Polis* Barber. Cortius olim probaverat, *polo*. & *longius* Voſſ. *iſtinc* multi & Cortius. *qua fama* Richel. *quae* quatuor Cortii. *quod* & *qui* alii ejusdem, qui & abeſſe poſſe verſum judicabat. *Quaeremus* bene exponit Scholiaſtes: ſi longius progredimur, fortaſſe deſiderabimus illas, ſerpentibus plenas, quas reliquimus, quia majora & pejora ſuperſunt: ego non tam facile ſecare & urere ſoleo, ubi ratio Latinitatis conſtat, & ſenſus nihil damni facit. dein *forſitan iſtim* Rott. ſec.

871. *Arva*] *Arma* Hamb. ſec. & Voſſ. unus. vid. ſupr. vſ. 848.

872. *Videntem*] Cortius majore diſtinctione ſublata, *videntem: qua te parte* legit. imitatus haec Claudian. III. Rapt. 428.

Qua te parte poli, quo te ſub cardine quae-
ram?

quam te Richel. *Cyrinis* Richel. *etiam num*, &, *etiam tunc* quidam.

875. *Legem*] *Leges* Hamb. ſec. *annis* Rott. ſec. mox, & *volvimur* S. Germ. *orbes* Thuan. quart.

877. *Nunc forſitan*] Heinſius malebat, *quin forſitan*, quia ſequitur *jam*. *ipſa* ſine *eſt*

Haec petimus: veniant hoſtes, Caeſarque ſequatur
Qua fugimus. Sic dura ſuos patientia queſtus
Exonerat: cogit tantos tolerare labores
Summa ducis virtus, qui nuda fuſus arena
Excubat, atque omni Fortunam provocat hora.
Omnibus unus adeſt fatis: quocumque vocatus
Advolat, atque ingens meritum, majusque ſalute
Contulit, in letum vires: puduitque gementem
Illo teſte mori. quod jus habuiſſet in ipſum
Ulla lues? caſus alieno in pectore vincit,
Spectatorque docet magnos nil poſſe dolores.
Vix miſeris ſerum tanto laſſata periclo
Auxilium Fortuna dedit. gens unica terras
Incolit a ſaevo ſerpentum innoxia morſu,
Marmaridae Pſylli: par lingua potentibus herbis:
Ipſe

Barber. *ſolatia fatis* quinque *fato* Cortius malebat.

880. *Sic dura*] *Si* Rott. ſec.

884. *Adeſt fatis*] *Adeſt miſeris* tres noſtri, & totidem Cortii; *feſſis* conjiciebat Gujetus, ſed deinde *fatis* praeterebat. *quucumque* Thuan. quart. male. ſic lib. VII. 815.

Quocumque tuam Fortuna vocabit,
Hae quoque eunt animae.

& ita Virgil. III. Ecl. 49. Ovid. XIII. Ep. 263. & alii. *vocatur* tres. *majusque ſaluti* Richel. *in lectum* Hamb. pr. *ullo teſte* Thuan. tert.

888 *Ulla lues*] *Illa* Thuan. tert. & a m. ſec. Oilel. *jus babet* dicit, ut lib. I. 406. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. 422. *alieno pectore* Ed. Gryph. & aliae. *ſpectatorque dolet* Rott. ſec. a m. ſec. *labores* tres. forte,

Docet, magnos non noſſe dolores.

docet milites non ſentire dolores, & ignorare vim mali. ſed vid. ſupr. 761.

890. *Tanto laſſata periclo*] *Lapſata* Hamb. pr. *tantis l. periclis* Rott. pr. & quinque Cortii, & alii. *tantos laſſata per ictus* Rottend. tert. quod & ex duobus codicibus Cortio non diſplicebat.

891 *Terras*] *Terrae* Richel. ut *incolit* abſolute ſit poſitum, ut apud Suet. Caeſ. XXV. & alios. ſed vulgata ſatis placet. *terras incolit has ſaevo* MS. Cortii.

895. *Ceſſante*] *Ceſſare* Thuan. ſec. *potens* S. Germ.

896. *Mixti*] *Mixtis* multi. parum refert, utroque enim modo loquuntur veteres. Virg. X. Ecl. 55.

Interea mixtis luſtrabo Maenala nymphis.

ubi in quatuor codicibus vidi, *mixtus*, & plura ibi dicemus.

897. *Profuit in mediis*] *Ut mediis* Rott. pr. ſenſus aliquantulum haeret, quare malim diſtinctione majore ſublata legere,

Profit ut in mediis ſedem poſuiſſe venenis,
Pax illis &c.

ne noceret illis habitare inter tot venena, data illis immunitas a morte, quaſi foedere & pace cum illis facta. *pax illa* Gronov. Oudend. & Cortius. Sed contra ſcriptos, & ſatis patet, de quo mortis genere agatur. qui ali-

Ipſe cruor tutus, nullumque admittere virus,
Vel cantu ceſſante, poteſt. natura locorum
Juſſit ut immunes mixti ſerpentibus eſſent.
Profuit in mediis ſedem poſuiſſe venenis.
Pax illis cum morte data eſt. fiducia tanta eſt
Sanguinis: in terram parvus quum decidit infans,
Ne qua ſit externae Veneris mixtura timentes,
Letifica dubios explorant aſpide partus.
Utque Jovis volucer, calido quum protulit ovo
Implumes natos, ſolis convertit ad ortus:
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Suſtinuere diem, coeli ſervantur in uſus;
Qui Phoebo ceſſere, jacent: ſic pignora gentis
Pſyllus habet, ſi quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis luſit ſerpentibus infans.

Nec

aliter interpretati ſunt forſan reſpexerunt illa lib. I. 670. *cum domino pax iſta venit.* id eſt, non erit finis civilium bellorum, niſi domino impoſito Romae. *dare pacem cum aliquo* dictum, ut *habere pacem cum aliquo.* ſic, foedus tecum percuſſum infr. 1021. & ita alii centies. *tanta* ſine *eſt* Thuan. ſec. *in terras* multi.

900. *Externae*] *Extraneae* Turr. contra legem carminis. *veneris natura* Thuan. pr. & Hamb. pr. mox, *vitifica* Rottend. ſec. quod non intelligo. an *fatifica? letifera* dedit Cortius ſine auctoritate librorum. ita & lib. III. 305. pro *pacifico*, ſuppoſuit *pacifero*, ubi tamen favebant MSS. ſic *lucifer* & *lucificus* apud Senec. Oedip. 3. *horrifer* & *horrificus* apud Virg. III. Aen. 225.

902. *Calido*] *Valido* tres. ſimilis diverſitas IV. 511. male: reſpicit ad illud, quod vulgo fertur, de nimio calore, quo fovet aquila pullos, quem temperat lapide aetite. vid. Serv. ad Virg. I. Aen. 394. *protulit aevo* Thuan. pr. *implumes nidos* Cortius, adfectatione putida, ut ſcilicet doceret, Poëtas *nidos* ponere pro pullis, ut Claudian. praef. in III. Conſ. Honor. 5 *implumes nidos*, ex Heinſii MS. pro *natos* dixit. ſed an licet ubique ita emendare, contra ſcriptos? *convertit ad ortus* omnes fere.

905. *Diem coeli*] Diſtinguit Heinſius, *ſuſtinuere diem, coeli ſervantur in uſus.* recte. ut & Gujetus & Oudendorpius cenſent: in uſus coeli; id eſt, ut volare diſcant, ut Scholiaſtes, & uti coelo. ita, *uſus enſis*, *aratri* & aliorum. *uſum belli* ſupr. IV. 364. vid. ad Ovid. III. Triſt. XII. 19. & hoc apparet ex contrario, *ſi Phoebo ceſſere jacent.* id eſt, occiduntur. vid. ad Ovid. II. Met. 268. Cort. ad Plin. IV. Ep. 15. explicat *abjiciuntur.* de *lumine recto* vid. Bentl. ad Horat. I. Od. 3. vid. & ſupr. vſ. 638. & de aquila ſimiliter Servius ad Virgil. I. Aen. 394. *Aquilae natura eſt, ut ſolem recto lumine ſpectet.*

907. *Pſyllus*] Quatuor hos verſus non agnoſcit codex Richelianus. quod accidit, quia iterum quintus verſus incipit a *Pſyllus*, quomodo ſaepe lapſos negligentiores librarios norunt, qui codices antiquos verſarunt. vide

Nec ſolum gens illa ſua contenta ſalute,
Excubat hoſpitibus, contraque nocentia monſtra
Pſyllus adeſt populis. qui tunc Romana ſecutus
Signa, ſimul juſſit ſtatui tentoria ductor,
Primum quas valli ſpatium comprendit arenas
Expurgat cantu, verbisque fugantibus angues.
Ultima caſtrorum medicatus circuit ignis.
Hic ebulum ſtridet, peregrinaque galbana ſudant,
Et tamarix non laeta comis, Eoaque coſtos,

Et

de exempla apud Duker. ad Flor. I. VII. 7. & Drak. ad Liv. II. XV. 9. & ad Virg. II. Aen. 483. & álibi.

908. *Donatis*] *Donatus* Thuan. pr. mox, *non ſolum* Hamb. ſec.

910. *Contraque nocentia*] *Contra naſcentia* Thuan. quart.

913. *Quas*] *Qua* plurimi, ut &, *expugnat.* ſed, *expurgant* Richel.

916. *Ebulum ſtridet*] *Ebuleis* Rott. ſec. *ebenum* unus Heinſii. *ſtridit* Thuan. quart. & Rott. tert. & Cortii & Oudendorpii MSS. *ſtringet* Rott. ſec. *fugant* Rott. tert. a m. pr. & a m. ſec. *fumant.* *Thamarax* S. Germ. *Thamaris* tres. *comes* Sixian. *comas* Cortius & Oudend. *Oeaque* Hamb. ſec. *coſtus* quatuor. *& Tanacea* Barber. *centaureas* vel *centaureos* duo Rottend. & ita MSS. Cortii.

919. *Peucedanumque*] *Peucedanonque* multi. *ſonans* ſeptem, *ſonant* quatuor. vid. Heinſ. ad Virgil. Ecl. VI. 30. & ita ſaepe in Lucano. ſonitum vero flammae & incendio adſcribi vidimus ad Virgil. II. Aen. 301. Sulpic. Sever. Epiſt. I. *crepitante & colluctante incendii ſono.* vid. ſupr. VI. 662. *potens flammis* Turrian. *eripinaque* Hamb. ſec. *Taxos* Thuan. quart. *Tapſus* Rich. *& lapices* Hamb. ſec.

921. *Abrotanum*] *Abrotonon* Rott. pr. *Abrotonum* Thuan. pr. *Abrotanon* Hamb. pr. ſed ſcribendum, *Abrotonum.* vid. ad Seren. Samon. cap. XXX.

921. *Longe naſcensis*] Vexatus locus variis interpretum ſententiis. plurimi capiunt, pro qui in Africa non naſcitur, ſed longe aliis in locis ab Africa remotis. vel ſaltem in longe remota parte Africae ab hac, ubi Cato ducebat exercitum. quod an verum ſit vid. ad Virgil. I. Aen. 184. & multis probat, cervos ibi naſci, Cerda ad lib. IV. Aen. 154. qui haec Lucani verba explicat, quod in hac parte Africae non naſcantur, ſed in alia parte plurimi ſint. *longe* vero *naſci* pro in Africa non naſci Latine dici credam, ubi ſimili exemplo firmari viderim. quum deberet dici, *longe hinc naſcentis.* Heinſius emendabat, *longe paſcentis*, & certe *naſci* & *paſci* ſaepe confundi a librariis vidimus ad Ovid. III. Art. 25. Sed hoc rectius conveniret, ſi induceretur aliquis in loco conſiſtens, unde videret cervos longe paſci, ut de Aenea Virgil. I. Aen. 184. qui, *tres litore cervos proſpicit errantes*, & poſtea addit, *longum per valles paſcitur agmen.* huic loco vero minime congruit. in Thuan. quart. Rott. pr. Barber. & in aliis a m. pr. tribus, & quatuor Cortii erat, *longe viventis*, quod certe tolerabilius erat. unde *vivax cervus* dicitur Ovid. III. Met. 194. & aliis: & ita paſſim *longa vita* occurrit, & *longius ducere vitam* Ovid. XI. Met. 702. ſed ſunt Grammatici, qui *longe* pro *diu* Latine dici eſſe negant, ut Lambinus ad Cicer. V. Philip. 6. *non diſputabo de ea re longius*, culpat in Victorio, quum *diutius* ſit dicendum. Sed cum *longus* & *longe*, recte de temporis ſpatio dicatur, nihil abſurdi in hac locutione video, & ſi liceat dice-

re

Et panacea potens, & Theſſala centaurea:
Peucedanonque ſonat flammis, Erycinaque thapſos,
Et laricès, fumoque gravem ſerpentibus urunt
Abrotonum, & longe naſcentis cornua cervi.
Sic nox tuta viris. at ſi quis peſte diurna
Fata trahit, tunc ſunt magicae miracula gentis,
Pſyllorumque ingens & rapti pugna veneni.
Nam primum tacta deſignat membra ſaliva,
Quae cohibet virus, retinetque in vulnere peſtem.
Plu-

re *longe vivere*, cur non *longe dicere*? Cicero ipſe de Nat. Deor. I. 30. dixit, *nolo eſſe longus*, id eſt, diu de hac re diſputare. ſic capio illa apud Virgil. v. 406. *longeque recuſat*, id eſt, *diu*, licet Servius pro valde capiat, ut etiam in aliis locis. pro *longe* dixit Val. Flac. III. 547. *longum reſiſtens*, pro diu. quod etiam pro diu poni notat Serv. ad Virg. III. Aen. 487. & certe ſi hic *longum viventis* legeretur, nihil dubii ſupereſſet; ut in d. l. Valerii: nam & *longe* pro *longum* poni docet Heinſius ad Claud. Bell. Gild. 547. iterum Virg. x. 317. *nec longe, Ciſſea* &c. *dejecit*. ubi Servius *nec multo poſt* explicat, & adverbium loci pro temporis poni antique notat. ſed, plura licet ad manum ſint, deſino. quia tamen *viventis* ex interpretatione quibusdam ortum videri poſſit, nec ullam eſſe inter verba *naſci* & *vivere* ſimilitudinem, quae librarios in errorem potuiſſet ducere, oggeri jure poſſit, illud *naſcentis* eſſe ortum ex illa opinione vulgari, de cervis in Africa non natis. Cogitavi etiam, an, quia in medicina uſus cornuum cervi praecipuus ſit, de cornibus, non humiliorum erumpentibus & brevibus, ſed de annoſorum, non poſſit capi. & legi, *longe creſcentis*, vel *creſcentia* (nam *naſcentia* in Thuan. tert. & aliis) *cornua cervi*, ut ita ramoſa cornua intelligantur. inducor eo magis, quia illa verba *creſcere* & *naſci* alio loco commutari videram. vid. ad Virg. VII. Ecl. 25. & Ovid. Remed. 568. ſic & apud Lucret. I. 716.

Ex igni, terra, atque anima procreſcere & imbri:

legitur vulgo. ſed Servius ad Virg. I. Aen. 123. legit, *naſcuntur & imbri*. vid. ſupr. v. 338. apud Virgil. II. Georg. 336. pro, *creſcentis origine mundi* Bentlejus, ad Manil. II. 428. reponit, *naſcentis*. ſed ſine ullius codicis auctoritate, & contra Epicuri, quem ſequi Virgilium notat Philargyrius, ſententiam, qui non natum mundum ſtatuebat. ſed finiendi tempus, quum nihil certi mihi ſe offerat.

923. *Tunc ſunt*] Heinſius corrigebat, *ſubeunt magicae ſpiracula gentis*, vel *magicae mirabile gentis, Pſyllorumque pugna:* Cortius, *magicae tunc ſunt. cura veneni* MS. Oudend. ſed vid. lib. X. 3.

925. *Tacta*] *Tanta* Turrian. *tactu* in uno Oudendorpii, & Heinſius, *tactu ſalivae* volebat. forte melius foret, *tractu deſignat membra ſalivae*. nam *deſignare* proprium in hac re verbum, ubi quis linea ducta aliquid notat, aut formam operis deſcribit, ut Ovid. IV. Faſt. 825. *deſignat moenia ſulco*. Stat. I. Theb. 311. *ingenti deſignat nubila gyro*. ubi male Barthius *diſſignat*, & explicat, ſecat, ſcindit, ſed hoc de certo volatu & deſcenſu ex coelo: Statius vero vult eam per nubila in circum & gyrum volaſſe, ut ſaepe aves ſolent, & qualem volatum *Mercurio* tribuit Ovid. II. Met. 714.

iter-

Plurima tum volvit ſpumanti carmina lingua,
Murmure continuo, nec dat ſuſpiria curſus
Vulneris, aut minimum patiuntur fata tacere.
Saepe quidem peſtis nigris inſerta medullis
Excantata fugit: ſed ſi quod tardius audit
Virus, & elicitum, juſſumque exire repugnat;
Tunc ſuperincumbens pallentia vulnere lambit,
Ore venena trahens, & ſiccat dentibus artus;
Extractamque tenens gelido de corpore mortem
Exſpuit: & cujus morſus ſuperaverit anguis,

Jam

iterque
Non agit in rectum, ſed in orbem curvat eumdem.

& mox de milvo, cui comparat Mercurium.

Flectitur in gyrum.

& poſtea de Mercurio iterum, *easdem circinat auras.* & ita Feſt. *Circanea avis, quae volans circuitum facit*, & hinc *circare* eſt, quo verbo utitur Serv. ad Virgil. x. Aen. 885. *ſignare* etiam dicitur, ubi ſulcum, limitem aut tramitem quemdam facit: *tractu vero ſignare*, ut Nemeſ. iv. Ecl. 10.

Torto non ſquamea tractu, Signat humum ſerpens,

ubi vide quae diximus, & ad Gratii Cyneg. 362. quae tamen ſi non placeant eruditis, facile patiar vulgatam ſervari.

926. *Peſtem*] *Peſtes* MS. Cort. & alius, *vetat & quae vivere peſtem.* Si dixiſſet *ſerpere* aliqua ſpecies foret; ſed haec gloſſatoribus redonanda.

927. *Volvit*] *Vultum* Rott. tert. *volvunt* Hamb. ſec. & Richel. & ſeptem Cortii: ſimilis variatio numeri ſaepe apud Noſtrum. vid. lib. i. 468. iv. 367. & mox 933. *lambunt* ſecund. Rottend. & ſupra 914. quum praeceſſiſſet *Pſyllus*, ſequitur, *expugnant*, quae tamen non ſemper obtrudenda puto. *ſpumantem* quum in Regio inveniſſet Oudendorpius, ille conſtruit, *carmina volvunt linguam.* Sed recte iterum rejicit: nam quis ita umquam locutus eſt? quum Pſyllus ſua lingua *volvat carmina*, quod praecipue in ſacris magicis locum habet. Val. Fl. iii. 408.

Carmina turbatos volvit placantia manes.

ubi vide adnotata. Proſper. Aquit. Epig. xxiv.

Non ſatis eſt domini praeceptum volvere lingua,
Is meminit legis, qui memor eſt operis.

vid. ad lib. vi. 450. & hinc, *volubilitas linguae & verborum* apud Petron. cxxiv. & apud alios. quare non captanda acumina ex corruptis locis temere arrepta. *ſpumante* eſt in Hamb. pr. unde forte alius *ſpumantem* fecit. offenderunt ſcilicet duo ablativi cumulati, *lingua ſpumanti*, & *murmure continuo.* ſed id ſaepius apud Noſtrum: ut vii. 836. & alibi. vid. ad lib. ii. 509. & *murmure* regitur a *ſpumante.* cum accuſativo nondum reperi hoc verbum conſtrui, ut capiendum eſſet in lectione Regii codicis. nam carmina non volvunt linguam, ſed lingua volvit carmina, murmure continuo. *ſpumare murmure*, ut *ſpumantes caede catervae* vii. 699. & *ſpumare veneno* Val. Fl. viii. 83. & Claud. praef. i. in Rufin. 9. ubi vide. mox, *nec dat* Rott. ſec. & ita Grotius & Cortius, quem vide ad Plin. viii. Ep. iv. §. 4. *aut* fere omnes. *nimium* tres. *patiantur* Voſſ.

931. *Perit*] *Fugit* omnes fere. *fuit* Thuan. ſec. *ſi quid* Thuan. quart. *audit* etiam omnes. ſed in Hamb. ſec. a m. ſec. *exit*: male. *audit* eſt, obſequitur Pſyllo. mox, *& illicitum*

Jam promtum Pſyllis vel guſtu noſſe veneni.
Hoc igitur levior tandem Romana juventus
Auxilio, late ſqualentibus errat in arvis.
Bis poſitis Phoebe flammis, bis luce recepta,
Vidit arenivagum ſurgens fugienſque Catonem.
Jamque illis magis, atque magis dureſcere pulvis
Coepit, & in terram Libye ſpiſſata redire.
Jamque procul nemorum rarae ſe tollere frondes:
Surgere congeſto non culta mapalia culmo.
Quanta dedit miſeris melioris gaudia terrae,

Quum

tum idem Hamb.

933. *Lambit*] *Lambunt* Rott. ſec. *ora* Thuan. quart. *trahens exſiccat* quatuor & Cortius.

935. *Extractamque*] *Extractanſque* Rottend. pr. *exſtructam* quum reperiſſet in Voſſiano & Oiſel. Heinſius, inde faciebat, *Exſuctamque trahens:* non abſurde. vid. ad Virg. III. G. 432. *potens* Rottend. pr. & Richel. *terens* Rott. tert. *petens* Turr. a m. ſec. *Extulit* Hamb. pr. quae ſollemnis variatio. vid. lib. VII. 622. *ſpiraverit* Turr. a m. ſec. *ſuperaverat* tres *promtum eſt* Turr. *veneni* octo.

938. *Melior tandem*] *Tandem levior* fere omnes; *levior tandem* Rott. pr. eadem varietas lib. VIII. 395.

939. *In arvis*] *In agris* Thuan. quart. *bis poſiti* Richel.

942. *Illis*] *Illic* plurimi. *dureſcere vulnus* Ed. Gryph. *piſſata* Rich. adhaeſit forte *s* voci *Libyes*, ut quidam, vel, *Libyae. reverti* Turr. *in terram* eleganter, oppoſitam arenoſo & pulverulento ſolo. ita ſupr. 426.

Et penitus terra eſt.

id eſt, ad infimam uſque partem.

944. *Nemorum rarae*] *Rarae nemorum* plurimi. *ſe tollere* itidem multi.

945. *Congeſto non culta mapalia culmo*] *Conjecto* Turrian. ut fere ſemper variatum, ut ſupr. 841. & infr. 988. *contexto* Heinſius. ſed Virg. Ecl. I. 69.

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

nunc viſa, *non viſa. nunc juſſa* MSS. Cortii. *nunc culta* Richel. *tunc viſa* Oiſel. *non culta* ſive *inculta* ſunt incondita, non arte facta & inſtructa. vid. ad IV. 677. Heinſius varie tentavit, *tumulata*, *non alta:* ſed his inductis deinde legebat, *nunc tuta*, ſcil. adverſus arenam, ut prodidit ipſe ad Ovid. I. Amor. XVI. 46. vel, *nunc fulta.* ut apud Silium XIII. 814. *culmique e ſtramine fultum preſſit laeta torum.* ſed quae omnia incerta. forte minima mutatione, *non multa*, ut modo, *rarae nemorum frondes.* & hoc ex vaſtis illis cultiora loca ingredientibus convenit, ubi prius quam ad vicos & urbes veniant, rarae arbores & pauca mapalia occurrunt. mapalia enim ſparſa erant & rara, ut Virgil. III. Georg. 340 *raris habitata mapalia tectis.* & Sil. XVII. 90.

Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor.

culta vero & *multa* confundi vidimus ſupr. h. l. 190. & I. 400.

946. *Quanta dedit*] Torquent ſe interpretes ut in his ſenſum aliquem reperiant, & hinc variae natae interpretationes. ſed primum docere debuiſſent, de quo dubitavit Gujetus, unde hoc verbum *dedit* pendeat, & quem nominativum illi adſignent. an ſublata diſtinctione poſt *culmo*, praecedentia, *ſe tollere frondes*, *ſurgere mapalia*, hoc omne viſum, dedit illis gaudia? ſed tunc legendum, diſtinctione poſita poſt *terrae*,

Quum pr. ſ. c. videre Leones,
Proxima Leptis erat.

Rrrr quum,

Quum primum ſaevos contra vidêre leones!
Proxima Leptis erat, cuius ſtatione quieta
Exegere hyemem, nimbis flammiſque carentem.
Caeſar ut Emathia ſatiatus clade receſſit,
Cetera curarum projecit pondera, ſoli
Intentus genero: cujus veſtiga fruſtra
Terris ſparſa legens, fama duce tendit in undas,
Threïciaſque legit fauces, & amore notatum
Aequor, & Heroas lacrimoſo litore turres,
Qua pelago nomen Nepheleïas abſtulit Helle.

Non

quum, liberati a ſerpentibus, inciderent in leones, jam prope Leptim erant, ubi quieta ſtatio. aut, quum antea dixiſſet, duos in his arenis erraſſe menſes, *hoc*, quod videre leones, dedit gaudia. ut fere Omnibonus. ſed quum in Oiſeliano ſit, *tum primo*, legerem, *Quanta dedit* &c.

Tum primo ſaevos contra vidiſſe leones.
nam ſi *cum* legas, viderentur gaudia illa iterum turbata, quum viderent ſaevos ſibi leones obvios, unde iterum timerent mala, donec Leptim pervenerim: nam illud *contra* contrarium quid gaudiis debet notare, & diverſum quid. ut lib. x. 134. *ſtat contra fortior aetas.* niſi *contra* capias pro ex adverſum, ſibi obvios quaſi venire, ut Omnibonus. cogitabam aliquando hos duos verſus inſititios, deinde incidebat, quia duobus menſibus vexati erant ſerpentibus, tandem quinta poſt illos exactos die viſis leonibus melioris gaudia terrae concepiſſe, ut legeretur,

Quinta dedit miſeris m. g. terrae
Quum primo ſaevos contra vidêre leones.
Quinta dies lunae tertiae. ut ita *Quintam fuge* Virg. I. Georg. 277. quae aliis dies mali ominis, nunc erat ominatus. vel quinta dies itineris poſtquam ſerpentibus plenam regionem egreſſi eſſent. non multum quidem tribuo huic conjecturae, ſed dent aliquid melius acutiores. *melioris gaudia vitae* Hamb. ſec. a m. ſec. & Edd. quaedam veteres, ut apud Phaedrum IV. 17. *melioris vitae tempus arare.*

948. *Quieta*] *Quietam* magna pars librorum: & hae ſunt illae variationes, ex quibus utrum eligas, ſalva res eſt. Sed ideo *quieta* hic praeferrem, quia hiems ſuum habet epitheton, *carentem nimbis & flammis. quieta* vero ſtatio, ut *tuta ſtatio* lib. I. 408. & Ovid. VII. Ep. 89. & *tutiſſima* Virg. IV. Georg. 422. & ita *ſedes quietas* Virgil. I. Aen. 205. & Noſter ſupr. h. l. 43. *portus quietos*. & ita paſſim; contra *infeſta ſtatio* Calpur. Ecl. IV. 3. poſſet &, *quieti*, ſcilicet milites. deinde *exercere hiemem* Richel. ſed *exigere*, hic, ut *exacti menſes*, & alia. vid. ad lib. II. 577. & Cort. ad Plin. III. Ep. I.

950. *Clade*] *Caede* multi, ut etiam ſaepe alibi. vid. II. 200. & VII. 120. de *projicere* vid. ſupr. VIII 166.

953. *Tendit*] *Tendat* Barber. mox, *Threiciaſque ſubit* Heinſius ex uno codice.

954. *Et amore notatum*] Ex uno codice & editionibus quibusdam, *natatum* praetulit Oudendorpius, & *mare natari* poſſe dici operoſe probat, de quo nemo dubitavit umquam. ſed deberet probari, *amore natari* recte dici: nam hoc vel prae amore, propter amorem notare debet; vel ſi *Amore* legas, a Cupidine natatum intelligemus. quare Latinius Heinſius olim conjecerat, *ab amante natatum aequor*, quod licet tolerari poſſet, ipſe delevit rurſus. & quia nullus codex nec ipſius, nec Cortii *natatum* prae ſe ferunt, nihil mutandum puto. mutaverunt forte, quia

no-

Non Aſiam brevioris aquae diſterminat uſquam
Fluctus ab Europa, quamvis Byzantion arto
Pontus, & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu,
Euxinumque ferens parvo ruat ore Propontis.
Sigeasque petit famae mirator arenas,
Et Simoëntis aquas, & Graio nobile buſto
Rhoetion, & multum debentes vatibus umbras.
Circuit exuſtae nomen memorabile Trojae,
Magnaque Phoebei quaerit veſtigia muri.
Jam ſilvae ſteriles, & putres robore trunci

Aſ-

notare ſemper aliquid maculae aut infamiae inferre putaverant. Sed & ſimpliciter, pro inſignire, diſtinguere aliqua nota ab alia re, ſignificat. ſic inter millia exemplorum, Ovid. II. Faſt. 382.

Quaeque diem tali nomine cauſſa notet.

III. Triſt. XIII. 17.

Libaque dem pro me genitale notantia tempus?

utramque vim conjunxit idem Poëta II. Triſt. 113.

Et neque divitiis, neque paupertate notanda.

quam, *in neutram partem conſpiciendam* dicit. Sed ſignificet jam infamatum, id & hic poteſt ferri, quia ſubmerſo Leandro infame aequor ſit factum. ſed tunc etiam melius dixiſſet, *amantis morte notatum*, ut Ovid. III. Triſt. X. 41.

Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuiſſet,

Non foret anguſtae mors tua crimen aquae.

& ita alii. ſic & aquae, in quibus quis periit, *crimen* habere dicuntur a Poëtis. quae vulgaria. confuderunt haec verba *notare* & *natare* etiam librarii apud Calpurn. VI. Ecl. 44. & apud Sueton. Aug. LXV.

955. *Eroas*] *Aethereas* S. Germ. *Oetheas* Rich. *Heroas* plurimi. formatum, ut *Naupactous*, *Gelous*, *Myrtous* &c. de quibus v. Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 43. & alibi. cur adfectaverint alii & Cortius, *Eroas*, neſcio. *carmine terres* Oiſel. mox, & *pelago* Thuan. quart. *qua pelagi* Richel. & duo Voſſiani. *Hepbelias attulit* quidam apud Cortium. *Nepheloias* S. Germ.. *Helles* plurimi. Sed vulgata recte explicata a Verſellano: nomen ſcilicet antiquum abſtulit, & attulit novum, ut *Helleſpontus* diceretur. vid. IV. 23. & 664.

959. *Oſtriferam*] *Auſtriferam* Hamb. pr. & Oiſel. *boſtiferam* Hamb. ſec. *Euxiniumque* Barber. *furens* Rott. ſec. & a m. ſec. Turr. ſed nihil mma: omnes Euxini ponti aquas per anguſtias Helleſponti fert Propontis in Aegaeum mare. *ferens* tanquam onus, quia aqua Euxini multa & magna luctatur in Propontida intrare per Boſporum Thracium, & inde parvo ore, id eſt, Helleſponto, ruit in Aegaeum magno impetu; ut *ruentes undae*, torrentes Stat. II. Ach. 350.

963. *Rhoetion*] *Rhoeteon* ſex. vid. Serv. ad Virgil. VI. Aen. 505. & *multa* Hamb. pr. & Oiſel.

964. *Exuſtae*] *Excuſſae* Thuan. pr. unde Heinſius, *exciſae nomen*, ut *Exciſa Troja* Virg. II. Aen. 637. & alibi. *numen* Oiſel. *venerabile* dedit Cortius, quod repetitum ex h. l. vſ. 202. infr. 994 *pignus memorabile*. ubi etiam *venerabile* aliquis corrigit. inepte vero hic captat luxuriandi de Trojae excidio occaſionem. quaſi Caeſari feſtinanti vacaret illa omnia circuire & inſpicere, de quo nihil Caeſar ſcribit, ſed ſibi relictis rebus omnibus perſequendum Pompejum exiſtimaſſe, lib. III.

Aſſaraci preſſere domos, & templa Deorum
Jam laſſa radice tenent: ac tota teguntur
Pergama dumetis: etiam periere ruinae.
Adſpicit Heſiones ſcopulos, ſilvasque, latentes
Anchiſae thalamos; quo judex ſederit antro:
Unde puer raptus coelo: quo vertice Nais
Luſerit Oenone: nullum eſt ſine nomine ſaxum.
Inſcius in ſicco ſerpentem pulvere rivum
Tranſierat, qui Xanthus erat: ſecurus in alto
Gramine ponebat greſſus; Phryx incola manes
Hectoreos calcare vetat. diſcuſſa jacebant
Saxa, nec ullius faciem ſervantia ſacri;

Her-

de B. C. 102. & praeternavigaſſe Troada apparet ex cap. 104. ubi quam primum Aſiam venit, Epheſum dicit ſe adpuliſſe. Noſter etiam vſ. 1002. Aſiam praetervexiſſe dicit.

967. *Domos*] *Domus* Cortius. ut fere ſemper nobis dedit.

968. *Laſſa*] *Laxa* & *lapſa*, ut ſolet, nonnulli codices. an *caſſa*, id eſt, puri. ſed *laſſa*, quia aegre per fundamenta templorum repunt, & vix ſuper ruinas exeunt. *ac torta* Rott. tert. forte pro, *toſta*. deiu, *& jam periere* quinque.

970. *Heſiones*]. *Heſionis* Thuan. tert. *Heſionae* quinque. *Silvaque* quatuor. *jacentes* tres, *patentes* ſex. ego facio cum illis, qui *ſilvaque latentes* legunt, & non ipſos thalamos, ſed ſilvas, ſive locum, qui olim praebuit thalamos ſecretos, intelligo per epexegeſin.

971. *Sederit antro*] *Arto* Rott. ſec. *ſedit in antro* multi. ſuſpecta poſſet eſſe vox *antro*, quia, *Luce Deas coeloque Paris ſpectavit aperto*, teſte Ovidio 1. Art. 247. & aliis. an, *arvo*. vid. ad lib. VI. 408. *puer raptos* Oiſel. a m. pr. *raptus* recte, unde locus nomen habuit. v. ad Virg. 1. Aen. 28. *coelo* eſt in coelum, ut centies.

973. *Luſerit*] *Juſſerit* Rich. *luxerit* alii. ſi *luſerit* placet, explicandum, concubuerit cum Paride. nam ipſa Oenone apud Ovid. v. Epiſt. 12.

Servo nubere Nympha tuli.

unde poſſit, *nupſerit*. Sed ego *luxerit* praeferrem, ut intelligat montem, ſeu *molem nativam*. ut Ovidius ibid. vſ. 61. vocat, ex qua vidit Paridem cum Helena advenientem, & in qua vſ. 71. *rupitque ſinus & pectora planxit*; quod *luxerit* noſtro eſt. Heinſius conjiciebat, *luſa ſit*, vel, *uſta ſit*, quod non ſequor. *nullum ſine* Thuan. quart. & Rott. tert. & hic etiam, *numine*.

974. *Serpentem*] Nihil obſtat, quo minus alii magnum & torrentem faciant, quum & certo tempore anne hi torrentes ripas etiam egrediantur, & Poëtis pro re nata fluvios nunc tenues, nunc rapidos fingere liceat. vid. ad Valer. Fl. v. 180. nunc tam tenuis, ut vix ſciret Caeſar Xanthum eſſe, quem tranſierat. *ſerpere* & de Rubicone dixit lib. 1. 215. qui locus revocavit Heinſii manum, *repentem* prius reſcribentis.

977. *Hectoreos*] *Hectoreas* duo Cortii. ſed forte hoc referendum ad vſ. 979. ubi *Hedoreas* Voſſ. & *Hectoreas* multi: alii, *Hirceas*, *Hirtheas*, ſed vitioſe; unice verum, *Herceas*. ut Rottend. tert. & Barberin. Hectorei manes ſunt reliquiae cadaveris. vid. Barth. ad Stat. XII. Theb. 470. *nec reſpicis* Hamb.

ſec.

Herceas, monſtrator ait, *non reſpicis aras?*
O ſacer, & magnus vatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus aevum.
Invidia ſacrae, Caeſar, ne tangere famae:
Nam ſi quid Latiis fas eſt promittere Muſis,
Quantum Smyrnaei durabunt vatis honores,
Venturi me, teque legent: Pharſalia noſtra
Vivet, & a nullo tenebris damnabitur aevo.
Ut ducis implevit viſus veneranda vetuſtas,
Erexit ſubitas congeſtu ceſpitis aras,
Votaque turicremos non irrita fudit in ignes.
Dî cinerum, Phrygias colitis quicumque ruinas,

Ae-

ſec. *reſpicit* Thuan. quart. mox, *omnia leto* Barber. a m. ſec.

982. *Ne tangere*] *Non* ſex libri.

985. *Me teque*] Librarii Rott. ſec. & Turrian. & alii apud Oudendorpium, ordinem mutarunt, & *te meque* dederunt: ſine dubio ex more ſui ſeculi, qui etiam nunc durat, ut nomen alterius noſtro proponamus. & ita etiam Bentlejus apud Terent. Hecyra II. II. 7. repoſuit, *magis rem in voſtram & noſtram id eſſet*, pro *in noſtram & voſtram*: addens, *hoc civilius & moratius eſſe.* ſed quare reliquit in Heaut. v. IV. 7. *ex me atque ex hoc natus es*, & exemplis aliis firmavit, ut eſt in multis aliis iſtius Poëtae locis? ut Adelph. I. II. 23. v. III. 33. Hecyr. II. I. 13. & ita centies etiam Cicero; ut pro Domo II. *Ego & Pompejus.* I. de Orat. 10. *Ego & tu, Craſſe.* 21. *mihi & Cottae cecidit.* II. de Orat. 10. *Ego & tu*; & paſſim. Ovidius Ulixem inducit ſe ante totum concilium Graecorum Ducum prius nominantem, lib. XIII. Met. 128.

Si mea cum veſtris valuiſſent vota, Pelaſgi.
& mox, *mihi vobisque negarunt.* nec hac elegantia morum hodiernorum utitur erga patrem Demetrius apud Livium XL. 15. *ut me mihi tibique ſerves.* nec ipſi Amicae ſuae hunc honorem habuit Propert. II. XVI. 22.

Quum de me, & de te compita nulla tacent.
Stat. VIII. Theb. 183.

Hos quoque bellorum caſus nobisque tibique Praeſcieras.
ſic Noſter *me teque* dicit, ut & ſuam Poëtae, & Caeſaris famam aeternam fore praedicat. vid. Cort. ad Plin. v. Ep. 8. qui in lib. VII. Epiſt. 32. *juvat quod adjicis te meque, & gratiarum actione & laude celebratos*, praetulit τοῖς *me teque*, tamquam modeſtius. Virgilium hunc etiam ordinem ſervaſſe docent loca ex IV. Aen. 360.

Deſine meque tuis incendere teque querelis
& 682.

Exſtinxiſti me teque, ſoror.
Sed deſino cumulare loca; nam innumera ſuperſunt apud veteres, quae inobſervata tranſiri ſolent. & non arrogantiae tribuendum, ſed rationem & conſuetudinem Latini ſermonis id poſtulare, ut Apulejus ſe ante Claudium maximum, Proconſulem, nominet in Apologia, notavit Scipio Gentilis num. 436. *mentemque legent* Richel.

986. *A nullo*] *In nullo* Hamb. ſec. *damnabimur* Richel. quod Gujeto & Cortio placuit, quem vide ad Plin. IX. Epiſt. 14.

987. *Viſus*] *Juſtis* Sixii.

988. *Congeſtu*] *Conjectu* Turr. *congeſti*

 Sixi

Aeneaeque mei, quos nunc Lavinia ſedes
Servat & Alba lares, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius, nullique adſpecta virorum
Pallas, in abſtruſo pignus memorabile templo,
Gentis Iüleae veſtris clariſſimus aris
Dat pia tura nepos, & vos in ſede priori
Rite vocat: date felices in cetera curſus:
Reſtituam populos. grata vice moenia reddent
Auſonidae Phrygibus, Romanaque Pergama ſurgent.
Sic fatus, repetit claſſes, & tota ſecundis
Vela dedit Coris, avidusque urguente procella
Iliacas penſare moras, Aſiamque potentem
Praevehitur, pelagoque Rhodon ſpumante relinquit.
Septima nox, Zephyro numquam laxante rudentes,
Oſtendit Phariis Aegyptia litora flammis.
Sed prius orta dies nocturnam lampada texit,
Quam tutas intraret aquas. ibi plena tumultu

Li-

Sixii. vid. ſupr. vſ. 945. *Turiferos* fere omnes. *turriferos* Hamb. ſec. *turrigeros* unus Cortii. *vota* ſine *que* S. Germ. *fundit* Hamb. pr.

991. *Quos*] *Quas* Hamb. pr. *caedes* S. Germ. mox, *Alba laris* Thuan. pr. & tert. *Alba parens* tres. *& quarum* MSS. Cortii & probat Heinſius, intelligens Veſtales. *Phrygiis* Rott. pr. & duo Cortii. *Phrygias* unus.

994. *In abſtruſo*] *In obſtruſo* Richel. & Turr. ut variatur & lib. IV. 223. Vir doctus, Couture, in diſſertatione, quae legitur in commentariis Academiae Inſcriptionum &c. Pariſienſis tom. VI. p. 337. legit, *venerabile*, qualis diverſitas notata modo ad vſ. 964. ſed hic codices conſtanter ſervant, *memorabile*, id eſt, in omne aevum quod celebretur, poſteritate dignum.

995. *Clariſſimus*] *Cariſſimus* Turr. *nepos* cur Caeſar dicatur vidimus ad Ovid. III. ex Pont. III. 62. *ſede prioris* Rott. ſec. *priore* Cortius & Voſſian. *prior* ſedes, nempe majorum ſuorum Anchiſae & Aeneae.

998. *Populos*] *Populis* Thuan. ſec. non capienda haec, quaſi urbem Caeſar reſtituiſſet, quae jam ante ejus tempora erat condita. ſed quia Ilienſibus multa attribuit, quae memorat Strabo lib. XIII. p. 595. ubi vide Caſauboni notam. Sueton. Caeſ. cap. LXXIX. narrat famam fuiſſe, migraturum Caeſarem Alexandriam vel Ilium, quo reſpicit forte Noſter. *reddant* Voſſ. *reddunt* Rott. tert. *grata vice* dixit ad exemplum Horatii I. Od. IV. I. *Grata vice veris & Favoni.* verſus vero ille ſpurius, *Conſtituam ſparſas acies, replebo ruinas*, ante hunc legebatur in Barber. & a m. ſec. in Thuan. tert. & in iis erat, *ſparſas arces*, et & in Cortii quinque. in uno etiam *reſtituam.* mox, *Phrygiis* Barber. & deinde, *& tuta ſecundis* Thuan. quart.

1000.

Litora, & incerto turbatas murmure voces
Accipit: ac dubiis veritus ſe credere regnis
Abſtinuit tellure rates. ſed dira ſatelles
Regis dona ferens, medium provectus in aequor,
Colla gerit Magni, Phario velamine tecta:
Ac prius infanda commendat crimina voce.
Terrarum domitor, Romanae maxime gentis;
Et quod adhuc neſcis, genero ſecure peremto;
Rex tibi Pellaeus belli pelagique labores
Donat, &, Emathiis quod ſolum defuit armis,
Exhibet: abſenti bellum civile peractum eſt.
Theſſalicas quaerens Magnus reparare ruinas,
Enſe jacet noſtro: tanto te pignore, Caeſar,
Emimus: hoc tecum percuſſum eſt ſanguine foedus.
Accipe regna Phari, nullo quaeſita cruore:
Accipe Niliaci jus gurgitis: accipe quidquid
Pro Magni cervice dares; dignumque clientem

Ca-

1000. *Sic fatus*] Hic Gujetus incipere librum decimum ſuſpicabatur, ut apud Virgilium lib. VI. ubi vide.

1003. *Praevehitur*] *Provehitur* Rott. pr. & Turr. vid. I. 308. *Potentem Aſiam* illuſtravit Marklandus ad Stat. V. Silv. II. 56. ubi etiam Heinſius legebat, *Potentis mille urbes Aſiae. relinquit* quinque. mox, *nunquam laſſante* Edd. aliquot.

1005. *Oſtendit*] Heinſius adſcripſerat.
Oſtendat Pharias, Aegyptia litera, flammas. vel *Caſius*, ut lib. VIII. 463. quod non ſatis capio.

1006. *Nocturnam*] *Nocturna lampade* S. Germ. mox, *plena tumultus* Rott. ſec. & Cortius, cujus MS. *tumulto*.

1009. *Accipit*] *Perſpicit* Berſm. Cod. an, *percipit*? ſed hoc magis menti, quam auribus proprium, ut Ovidius ſaepe in libris Faſtorum. ut I. 102. *voces percipe mente meas.* & ita apud Noſtrum hoc colore poſſet defendi lib. IV. 576. *percipient mentes*, pro *gentes*, quod nos praetulimus. *accipere* pro audire centies occurrit. vid. ad II. 271. *hac dubiis* S. Germ. & *dubiis* tres. *credere muris* multi. *obſtinuit* Thuan. tert.

1011. *Provectus*] Et hic *praevectus* malebat Heinſius, ut modo vſ. 1003. & ſaepe alibi. ſed male. Virgil. III. 506. *provehimur pelago.* & vſ. 72. *provehimur portu*, ubi etiam *praevehimur* alii recto enim curſu hic ſatelles ad Caeſarem provehitur.

1015. *Et quod*] Heinſius corrigebat. *En, quod adhuc neſcis, genero recture peremto. belli pelagique* omnes fere. *terrae* eſt ex communi formula intruſum. *laborem* malebat Gujetus, ut quidam ſcripti. Dein, *deficit armis* Thuan. quart. *armis* omnes fere. vid ſupr. 848. denique imitatio Claudiani Bel. Gild. 5. firmat vulgatam: mox, *peractum* ſine *eſt* Thuan.

Caſtris crede tuis, cui tantum fata licere
In generum voluere tuum. nec vile putaris
Hoc meritum, facili nobis quod caede peractum eſt.
Hoſpes avitus erat: depulſo ſceptra parenti
Reddiderat. quid plura feram? tu nomina tanto
Invenies operi, vel famam conſule mundi.
Si ſcelus eſt, plus te nobis debere fateris,
Quod ſcelus hoc non ipſe facis. Sic fatus, opertum
Detexit, tenuitque caput. jam languida morte
Effigies habitum noti mutaverat oris.
Non primo Caeſar damnavit munera viſu,
Avertitque oculos: vultus, dum crederet, haeſit:
Utque fidem vidit ſceleris, tutumque putavit
Jam bonus eſſe ſocer; lacrimas non ſponte cadentes
Effudit. gemitusque expreſſit pectore laeto,
Non aliter manifeſta potens abſcondere mentis
Gaudia, quam lacrimis. meritumque immane tyranni
De-

Thuan. quart. *Theſſalias* Cortius: *quaerens Magnus* omnes fere ſcripti.

1025. *Licere*] Vide Cortium ad Plinii VII. Ep. I. & IX. 28. ſic & mox vſ. 1053.

1026. *Putaris*] *Putabis* Hamb. pr. a m. ſec. mox, *facili nobis* omnes fere. *paratum eſt* Thuan. quart. Rott. pr. & a m. ſec. tert. recepitque Cortius. vid. ad lib. I. 45.

1028. *Parenti*] *Parente* decem, quod Cortius expreſſit. ſed quia dubiam facit ſententiam, & poſſet capi quaſi, depulſo *patre*, filio reddiderit regnum, *parenti* retineo. *parentis* Rott. pr. & Turr. *numina tanta* MS. Cortii. ſed *nomina* etiam Scholia Stat. V. Theb. 41. *vel famae* Turr.

1033. *Morte*] *Voce* Rottend. ſec.

1035. *Non primo*] *Nec* MS. Cortii. *non primum* Rott. pr. & MS. Cortii *advertitque* Turr. a m. ſec. *avertitque* hic eſt, pro *& non avertit*, vel *avertitve*, de quo ſap e alias. *haeſit* recte Oudendorpius. ſic Ovid. I. Amor. VIII. 24.

Haeſit, & in vultu conſtitit uſque tuo.

1038. *Bonus*] Pro *bonum ſocerum*. vid. lib. IV. 719. eſt vero ſimile illud apud Terent. Hecyr. III. V. 14. *impune optare iſta licet, ille reviviſcet jam numquam. cadentes* Voſſ. *effundit* Hamb. pr. *pectore laetos* quidam apud Cortium, ſed damnatum. *gemitus* ſineque Hamb. ſec.

1040. *Putans*] *Potens* tres. & probavit Heinſius. ſic apud Senec. Hipp. 1118. ex codice Mediceo, in quo erat, *Ha . . . odere, non eſt quisque quod voluit potens*, legebat], *haud ferre* &c. Apulej. I. Met. p. 6. Ed. Pric. *ſaga, & divina, & potens coelum deponere.* Sil. Ital. XI. 597.

Pax cuſtodire ſalutem,
Et cives aequare potens.

poteſt etiam ſex ſeptemve. *gaudia cum lacrimis*

Deſtruit, & generi mavult lugere revulſum,
Quam debere caput. qui duro membra Senatus
Calcarat vultu, qui ſicco lumine campos
Viderat Emathios, uni tibi, Magne, negare
Non audet gemitus. o ſors duriſſima fati!
Hunccine tu, Caeſar, ſcelerato Marte petiſti,
Qui tibi flendus erat? non mixti foedera tangunt
Te generis? nec nata jubet maerere, nepoſque?
Credis apud populos, Pompeji nomen amantes,
Hoc caſtris prodeſſe tuis? fortaſſe tyranni
Tangeris invidia, captique in viſcera Magni
Hoc alii licuiſſe doles, quererisque periſſe
Vindictam belli, raptumque e jure ſuperbi
Victoris generum. quiſquis te flere coëgit
Impetus, a vera longe pietate receſſit.
Scilicet hoc animo terras, atque aequora luſtras,
Necubi ſuppreſſus pereat gener. o bene rapta

Ar-

mis Thuan. ſec.

1042. *Deſtruit*] *Deſtituit* Thuan. ſec. vid. ad lib. VIII. 28. *&* *ſoceri* tres libri.

1044. *Calcarat*] *Calcaret* Thuan. ſec.

1049. *Nepoſque*] Inepte; nullus enim ex Julia ſupererat. vid. ad lib. I. III. niſi velit dicere, ſi filia & nepos ſuperfuiſſent, poſſes cauſſam flendi aliquam praetendere, ſi mortem eorum vidiſſes. Gujetus, *num mixti*, & *num nata*.

1052. *Tangeris*] *Angeris* octo ex noſtris, & olim de hoc loco jam egi ad Ovid. III. Art. 541. adductis ex Noſtro, & Culice Virgiliano locis. vid. & ad Liv. XXIV. 2. *captiſque* Richel. *hoc alii* fere omnes. apud Statium lib. II. Silv. V. 12. vexatiſſimo loco legitur, *hoc licuiſſe nefas pavidi timuere leones*, ubi Marklandus varie tentat verba: Heinſius legebat, *hoc licuiſſe nefas pavido fremuere leones*; recte, ut credo.

1054. *E jure*] *A jure* Thuan. quart. & Rott. pr. *ex jure* Cortius.

1057. *Terras atque aequora luſtras*] Eadem locutio occurrit lib. V. 347. quam illuſtravit Cl. Drakenb. ad Sil. XVII. 518. & quam de iis, quae cernimus, eſſe ſatis obviam, ſed pro circumferendo oculos quaerere an adſint, notandam eſſe cenſet Cl. Dukerus ad Liv. XXIII. 46. Noſter ſaepe hoc verbo utitur, & etiam addito τῷ *quaerere*, lib. II. 171.

1058. *Necubi*] *Nec tibi*, vel *ne tibi*, vel *ne niſi* Cod. Cortii. ego malim, *ne tibi* cum Oudendorpio. eadem diverſitas apud Virgil. III. Georg. 176. *nec tibi foetae*, ubi ex Moretano Heinſius, *necubi*, & hunc Lucani locum illuſtrando Maroni adducit, & alios, unde putat, *necubi* prima longa poni. *ſuppreſſus* poteſt capi pro intercepto, ut apud Sueton. Aug. XXXII. & quo ſenſu naufragi & ejecti in litus ſupprimebantur, & ſaepe in ergaſtula & ſervitutem

ſo-

Arbitrio mors iſta tuo! quam magna remiſit
Crimina Romano triſtis Fortuna pudori,
Quod te non paſſa eſt miſereri, perfide, Magni
Viventis! nec non his fallere vocibus audet,
Adquiritque fidem ſimulati fronte doloris:
Aufer ab adſpectu noſtro funeſta, ſatelles,
Regis dona tui: pejus de Caeſare veſtrum,
Quam de Pompejo meruit ſcelus. unica belli
Praemia civilis, victis donare ſalutem,
Perdidimus. quod ſi Phario germana tyranno
Non inviſa foret, potuiſſem reddere regi,
Quod meruit; fratrique tuum pro munere tali
Miſiſſem, Cleopatra, caput. ſecreta quid arma
Movit, & inſeruit noſtro ſua tela labori?
Ergo in Theſſalicis Pellaeo fecimus arvis
Jus gladio? veſtris quaeſita licentia regnis?
Non tuleram Magnum mecum Romana regentem:
Te, Ptolemaee, feram? fruſtra civilibus armis

Mi-

ſolebant detrudi, ut ita apud JCtos l. III. §. 4. ff. ad L. Corn. de Sicar. ubi videndus Budaeus. l. LI. §. I. ff. pro ſocio. l. III. §. 8. de Incend. ruin. nauf. & ita *ſuppreſſores* pro plagiariis l. VI. de Lege Fabia de Plag. aliter hic etiam, *ne tibi ſubreptus pereat* poſſet legi. *peragat* MS. Cortii. *generi bene* Voſſ.

1060. *Triſtis fortuna*] Markl. ad Stat. v. Silv. v. 40. *mitis fortuna*, ſine ulla auctoritate.

1061. *Perfide*] *Perfida* tres. *non nec his* S. Germ. *audet acquiritque* fere omnes. *ſimilati* Six. *ſimulata fronte* Thuan. quart. *corde* ſec. *ſimulato fronte dolori* Gujetus. non male: ſed Cl. Dorvillius conſtruebat, *adquirit fidem doloris ſimulati fronte*, id eſt, in fronte, ut lib. X. 61. *ſimulatum comta dolorem.*

1069. *Foret*] *Fores* Richel. mox, *voluere* MS. Cortii.

1071. *Secreta*] *Scelerata* tres Cortii; unus, *ſeparata*, quod eſt ab interpretatione ſecreta. ut apud Columell. XII. 2. *dicam ſecretius*, id eſt, ſeparatim, alio loco. illud *ſcelerata* alicui forte non diſpliceret: nam & apud Ovid. VII. Met. 138. pro, *ſecretas advocat artes*, in Lovanienſi erat, *ſceleratas*, qui & lib. V. 132. *ſceleratque devovet arma.* ſed praefero tamen, *ſecreta* a *ſecerno.* quid cogit eum bellum aliud, a civili diverſum, movere, & ita ſe inſerere bello inter me & Pompejanos, a quo ſecretus erat, nec hoc ad illum attinebat?

1073. *Arvis*] *Armis* Hamb. pr. ſupr. 848.

1074. *Veſtris quaeſita*] *Quaeſita* hic eſt ac

Miſcuimus gentes, ſi qua eſt hoc orbe poteſtas
Altera, quam Caeſar: ſi tellus ulla duorum eſt.
Vertiſſem Latias a veſtro litore proras:
Famae cura vetat, ne non damnaſſe cruentam,
Sed videar timuiſſe Pharon. nec fallere vos me
Credite victorem: nobis quoque tale paratum
Litoris hoſpitium: ne ſic mea colla gerantur,
Theſſaliae fortuna facit. majore profecto,
Quam metui poterat, deſcrimine geſſimus arma:
Exſilium, generique minas, Romamque timebam:
Poena fugae Ptolemaeus erat. ſed parcimus annis,
Donamusque nefas. ſciat hac pro caede tyrannus
Nil venia plus poſſe dari. vos condite buſto
Tanti colla ducis: ſed non, ut crimina tantum
Veſtra tegat tellus, juſto date tura ſepulcro,
Et placate caput, cineresque in litore fuſos
Colligite, atque unam ſparſis date manibus urnam.
Sentiat adventum ſoceri, vocesque querentis

An-

acquiſita. an tibi parta eſt licentia iſta perpetrandi, quia nos vicimus Pompejum? ita Noſter ſaepe. ut ſupr. h. l. 140. *ſcelerisque fidem quaeſiſſe Tyrannum.* vid. & IV. 578. VI. 242. VII. 434. & alibi. idem quod initio Poëmatis, *jusque datum ſceleri.* non recte haec interpretati quidam.

1075. *Regentem*] *Gerentem* Hamb. pr.

1079. *Proras*] *Puppes* Thuan. quart. mox, *non donaſſe* Turr. vid. ad Phaedr. III. X. 47. *verti jam* Gujet.

1081. *Vos me*] *Vosmet* plurimi; ſed abeat ad Comicos.

1083. *Hoſpitium*] *Hoſpitium eſt* quinque. *nec ſic* tres. *nec ſi* Sixii & Oiſel. *Theſſalica* Thuan. ſec. mox, *quam timui* Hamb. pr. *geſſimus arma* pro *bella*; vid. Illuſtrem Buher. ad Petron. bel. civ. vſ. 31.

1086. *Generique*] *Generisque* Voſſ. *ſocerique* Rott. tert.

1087. *Poena fugae Ptolemaeus erat*] Dictum, ut *aliquis* dicitur, *portus*, *praemium* &c. notat Cortius ad Plin. VIII. Ep. 12.

1087. *Annis*] *Armis* Turr. *dimittoque nefas* Cod. Cortii. *ſciat hac mercede* Turr. am. ſec.

1090. *Tantum*] *Solum* Rott. ſec. Hamb. pr. & Cortius. *noſtra tegat* Oiſel. *vaſto date* Hamb. ſec. *jura* Oiſel. ſed tus in rogum injectum vidimus ſupr. VI. 526. *ſepulchrum* enim hic rogus eſt. vid. III. II. & ita *juſtum* hic opponitur illi tumultuario Cordi. v. ſupr. 54. *cineres in* Thuan. ſec.

1094. *Querentis*] *Querentes* Turr. tres Cortii, & unus, *verentis.* mox, *dum vobis* Rott. tert. &, *mavult donare clienti* Cortii unus.

Audiat umbra pias. dum nobis omnia praeſert,
Dum vitam Phario mavult debere clienti,
Laeta dies rapta eſt populis: concordia mundo
Noſtra perit: caruere Deis mea vota ſecundis,
Ut te complexus, poſitis felicibus armis,
Adfectus a te veteres, vitamque rogarem,
Magne, tuam: dignaque ſatis mercede laborum
Contentus par eſſe tibi. tunc pace fideli
Feciſſem, ut victus poſſes ignoſcere Divis,
Feciſſes, ut Roma mihi. nec talia fatus
Invênit fletus comitem, nec turba querenti
Credidit: abſcondunt gemitus, & pectora laeta
Fronte tegunt, hilareſque nefas ſpectare cruentum
(O bona libertas) quum Caeſar lugeat, audent.

unus. *debere tyranno* duo: *mavult ſparſo debere clienti* alius Cortii cod.

1097. *Rapta eſt populis*] *Populis rapta eſt* Rott. ſec. & tres Cortii.

1099. *Complexus*] *Complexu* S. Germ. malim, *poſitis feliciter*, vel *felicius armis. adfectus a te* plurimi. *o te* Thuan. pr. *rogaſſem* tres, & quatuor Cortii. debet vero repeti *veterem* vitam, id eſt, ut recte Oudendorpius, vivendi conſuetudinem & uſum, qui olim inter nos interceſſit. male exponunt alii interpretes. *vitam* pro vivendi modo, conſuetudine, illuſtravit Cortius ad Cicer. VII. ad Fam. I. 15.

1102. *Contentus*] Hic verſus in S. Germ. poſtponebatur ſequenti. *nunc pace* duo Cortii. *feciſſesque ut Roma* Turr.

1103. *Ignoſcere divis*] Non recte explicat Scholiaſtes. ſenſus eſt, Deos iratos, qui mihi de te victoriam dederunt, non amplius criminareris & accuſares, ut nec Roma mihi poſſet exprobrare, me impia bella in patriam geſſiſſe.

1105. *Invenit fletus comitem*] *Comitum* multi. *comites* Voſſ. Heinſius malebat, *Fletibus invenit comitem.* ego malim, *invenit fletu comitem.* Bersmanni Cod. *invenit in fletus comitem.* vid. ſupr. h. l. 21.

1106. *Pectora laeta*] Dubia conſtructio, an *laeta pectora*, an *laeta fronte. pectore laeto gemitus expreſſiſſe* dicit ſupr. 1039. ſed deficit hic oppoſitio, nam pectora laeta debuit dicere, triſti fronte tecta, vel pectora triſtia, texiſſe laetâ fronte. quare forte ſcripſit, & *triſtia laetâ fronte tegunt.* & hoc ſequentia firmant, ubi *hilares*, & *lugeat* opponuntur. *Caeſar cum* Hamb. ſec. & Cortius. *langueat* & *liceat* ejus codices.

M. AN-

M. ANNAEI LUCANI
PHARSALIAE
LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Ut primum primo notat, ut perrexit in orbem
Aegypti Caeſar. & ut eſt Cleopatra locuta.
Mox dapibus ſumtis Nili diſquiritur ortus.
Parsque ſecunda refert famulos, qui fata parabant
Prava duci, caeſos; adverſa nefandaque paſſos.

UT primum terras Pompeji colla ſecutus
Attigit, & diras calcavit Caeſar arenas:
Pugnavit fortuna ducis, fatumque nocentis
Aegypti, regnum Lagi Romana ſub arma
Iret; an eriperet mundo Memphiticus enſis
Victoris, victique caput. tua profuit umbra,

Ma-

2. *Diras*] *Duras* Turrian. *diris* S. Germ. *Caeſar calcavit* Thuan. pr.

3. *Pugnavit Fortuna*] Vide quae dixi ad Virg. IX. Aen. 136. non diſſimile illud ſupr. IX. 924. *Pſyllorum & rapti pugna veneni*, id eſt, quaenam vinceret.

4. *Regnum*] *Regnumne Lagi* quatuor Cortii & Thuan. ſec. *regnumque*, *regnumve* alii, & contra metrum. ſed *an* priori loco ſubintelligitur, ut centies. vide Oudend. ad lib. V. 569.

5. *Mundo*] Quia in Turr. erat *victoque caput*, cogitabam, *an eriperet mundi M. e. Victori victoque caput.* ut *victor mundi* ſit Caeſar. ut Noſter paſſim *jus mundi* & *jura*. v. lib. VI. 139. & *mundum dare Caeſari* VII. 352. & centies, ubi *mundus* de orbe Romano. ſed tamen nihil muto, quia infr. vſ. 67. *An mundum ne noſtra quidem matrona teneret.* & 392.

Et mittet ad umbras,
Quod debetur adhuc mundo caput.

ubi

Magne, tui ſocerum rapuere a ſanguine manes.
[Ne populus poſt te Nilum Romanus haberet]
Inde Paraetoniam fertur ſecurus in urbem
Pignore tam ſaevi ſceleris, ſua ſigna ſecutus.
Sed fremitu vulgi faſces, & jura querentis
Inferri Romana ſuis, diſcordia ſenſit
Pectora, & ancipites animos, Magnumque periſſe
Non ſibi. tum vultu ſemper celante pavores,
Intrepidus Superûm ſedes, & templa vetuſti
Numinis, antiquas Macetûm teſtantia vires,
Circuit: & nulla captus dulcedine rerum,
Non auro, cultuque Deûm, non moenibus urbis,
Effoſſum tumulis cupide deſcendit in antrum.
Illic Pellaei proles veſana Philippi

Fe-

ubi nihil moveo, licet ibi Cortius etiam *mundi caput* repoſuerit. in uno Voſſiano verſus ſeptimus praeponebatur ſexto. deinde, *ſoceri* vel *ſocero* Hamb. pr. *a* deeſt duobus Thuaneis. ſed verſus octavus deerat plurimis. & ut adulterinum tollendum cenſebat Heinſius: in quibusdam erat, *nec populus*, & *habebit*, & *amaret*. *nec Populum poſt te Romanum Nilus habebit* MS. Cortii. Cl. Dorvillius *amaret* praeferebat, quia h. l. 389. *Pompeji caede nocentes, ut Populus Romanus amet.* haec inepta & Lucano indigna cenſet Gujetus.

9. *Paraetoniam urbem*] Eodem jure hoc epitheto ornat Alexandriam, quo VIII. 543. *Peluſiacum Canopum* dixit. de correpta antepenultima ſyllaba ſecuros nos eſſe jubent alii Poëtae. ut Ovid. II. Amor. XIII. 7. *ſecurus fertur* ſeptem libri.

14. *Vultu ſemper*] *Semper vultu* Thuan. ſec. *pavorem* tres. *pavores* quatuor, quod Cortius & hic & VII. 732. probavit. *Macetum* fere omnes, de qua ſcriptura jam nemo dubitat. in Ed. Gryphii mox vſ. 28. erat *Macedon. geſtantia* Rottend. ſec. & Cortii Cod. *teſtantia. pares* idem & Rottend. a m. pr.

17. *Captus*] *Capitur* Edd. quaedam. intelligit vero epulas & convivia lauta per *dulcedinem rerum*. ut *bonae res* dicuntur, de quibus ſupr. lib. IX. 696. & ita infr. 108. *lautae res*.

18. *Cultuque Deûm*] Capiet forte aliquis de ſacris Deorum Ægyptiacorum, quorum cupiditate viſendi multi in Aegyptum proficiſcebantur; ſed, meo judicio, rectius hic ſunt ornamenta templorum & ſtatuarum, & theſauri ſacri. alio ſenſu, *cultus Deorum* dixit Valer. Flac. I. 15. ita &, *cultus templorum* lib. VIII. 121. ubi etiam *aurum Deorum* jungitur.

19. *Effoſſum*] *Effuſum* Turr. *tumulis* in tumulorum uſum explicat Gujetus. *tumidus* Rott. pr. *tumpli* MS. Cortii. *in tumulos* olim Heinſius, ſed induxerat.

21. *Vindice fato*] Haec pugnare ſequentibus, *fortuna pepercit*, quia credebat Gujetus, legebat:

Felix Praedo jacet mundi: fortuna pepercit.
Sed Alexander fuit raptus in flore aetatis, vindice fato, ſed manibus ejus pepercit Fortu-

Felix praedo jacet, terrarum vindice fato
Raptus: ſacratis totum ſpargenda per orbem
Membra viri poſuere adytis: Fortuna pepercit
Manibus, & regni duravit ad ultima fatum.
Nam ſibi Libertas umquam ſi redderet orbem,
Ludibrio ſervatus erat, non utile mundo
Editus exemplum, terras tot poſſe ſub uno
Eſſe viro. Macetûm fines, latebraſque ſuorum
Deſeruit, victaſque patri deſpexit Athenas:
Perque Aſiae populos fatis urgentibus actus
Humana cum ſtrage ruit, gladiumque per omnes
Exegit gentes: ignotos miſcuit amnes,
Perſarum Euphraten, Indorum ſanguine Gangen:
Terrarum fatale malum, fulmenque, quod omnes
Per-

tuna, & tumulum dedit in Adytis Alexandriae, quum ejus membra ſpargenda fuiſſent per totum orbem.

25. *Orbem*] *Urbem* Ed. Gryph. & alii; *orbis* Cod. Cortii. intricatior vero conſtructio, quia *ſibi* non ad *Libertas*, ſed ad *orbem* referendum eſt. ſi libertas umquam redderet orbem ſibi, id eſt, in antiquum ſtatum reſtitueret. ſic in alio caſu Ovid. 1. Met. 348. *Redditus orbis erat*, ubi vide adnotata. Mela de Nilo 1. 9. *ac ſe ſibi reddidit*. vid. ad lib. IX. 849. magis apertus eſſet verſus, ſi legeretur cum Thuan. quarto,

Nam ſi Libertas umquam ſibi redderet orbem.

Libertas ut Dea majori litera ſcribenda. *jam ſibi* Thuan. quart.

26. *Mundo*] *Mundi* Hamb. pr.

29. *Patri*] *Patre* Thuan. ſec. *diſpexit* Turr. *metaſque Patri*, vel *patris*, *deſpexit* conjiciebat Cortius, quia *metas patri* in uno ſuo invenerat: ſed an Athenae fuere metae Philippo, qui totam Graeciam, ſi Lacedaemona excipis, ſubegit, & Dux Graeciae electus fuit. vide Juſt. IX. 4. & 5. & qui tunc non credebat ſibi metas poſitas, ſed bellum in Perſas meditabatur, & praemiſſis jam in Aſiam ducibus, inceperat, ſed interfectus interim reliquit gerendum Alexandro; qui antea Athenienſibus, bis bellum parantibus, pacem dedit, antequam in Aſiam trajiceret. quomodo ergo deſpexiſſe dici poteſt? ineptit hic Lucanus, ſi ejus verba bene capio: an legendum, *depreſſit Athenas*? antea victas, ſed iterum iterumque rebellantes depreſſit, & in iis totam Graeciam. videant me acutiores. an *deſpexit*, eſt non ſatis, iis ſubactis, late ſe regnare credidit, ſed ultra voluit proferre fines regni? *Fatis urguentibus* illuſtrat Cl. Dukerus ad Liv. XXII. XLIII. §. 9.

32. *Ignotos*] *Ignoto* Oiſel. & duo Cortii, qui conjungit cum *ſanguine*, & potuiſſe eleganter etiam Lucanum dare, *miſcuit omnes* &c. notat, licet vulgatam non ſollicitet. Heinſius *ignoto* probat & explicat, quem nondum miſcuerat ſuis undis. & ita ter verſibus in quatuor *omnes* legeretur, in indice etiam Oudendorpio *omnes* legitur. ſed *miſcuit* hic capiendum, licet paullum diverſo ſenſu, ut lib.

Percuteret pariter populos, & ſidus iniquum
Gentibus. Oceano claſſes inferre parabat
Exteriore mari. non illi flamma, nec undae,
Nec ſterilis Libye, nec Syrticus obſtitit Hammon.
Iſſet in occaſum, mundi devexa ſecutus,
Ambiſſetque polos, Nilumque a fonte bibiſſet:
Occurrit ſuprema dies, naturaque ſolum
Hunc potuit finem veſano ponere regi:
Qui ſecum invidia, qua totum ceperat orbem,
Abſtulit imperium? nulloque herede relicto
Totius fati, lacerandas praebuit urbes.
Sed cecidit Babylone ſua, Parthoque verendus.
Pro pudor! Eoi propius timuere ſariſſas,

Quam

lib. III. 194. & IX. 1077. & alibi.

35. *Populos pariter*] Ita editio Gryph. & aliae antiquiores, quod miror, caeſurae illud beneficium ubique uſurpantem Cortium, cum reliquis editis & ſcriptis mutaſſe in, *pariter populos*. mox, *interiore* Rottend. tert. a m. ſec. ſuſpectum hoc, quis enim neſcit Oceanum eſſe exterius mare? & deinde, ſi ſit appoſitio, *Oceanus exterior mare*, ſine dubio *Oceano* tunc ablativus caſus eſſe debet, qui non convenit τῷ *inferre*. locus vitioſus, ut puto, eſt.

38. *Libye*] *Libya* Thuan. tert. *nec Syrtibus*, Cortius. quod non intelligo. *Syrticus*, licet abſint longius Syrtes ab Hammoniaca regione, ut *Gaetulae Syrtes* Virgil. V. 51. *obſuit* Thuan. ſec. *in occaſum* omnes fere. vid. VI. 361. IX. 419.

40. *Polos*] *Polum* Thuan. tert. *ab fronte* Rott. pr. & Cortius. *a fronte* Richel. vid. ad Nemeſ. Cyneg. vſ. 68.

42. *Ponere*] *Imponere* Rott. ſec. ut infr. 173. *modum imponere*. & *finem bello*, *labori* &c. *imponere* Ovidius & alii dixerunt. Sed & *ponere modum*, *finem* &c. Noſter & alii paſſim dicunt. vid. lib. I. 82. V. 314. inf. 331. Horat. I. Od, 16. dein, *quae totum* Hamb. ſec. *totum qua* Oudendorpius & Cortius. neſcio an melior, & clarior ſenſus exiret, ſi legeretur,

Qui ſecum invidiam, qua totum ceperat orbem,
Abſtulit imperio.

ita *auferre* ſupr. IX. 525. & alibi. melior etiam diſtinctio, *nulloque herede relicto Totius fati*, *lacerandas* &c. totius ejus imperii neminem ſucceſſorem reliquit, ſed laceratum illud fuit inter duces ejus: & ita Ed. Gryph. & aliorum, & placebat hoc Cl. Dorvillio, qui eo referebat *vetus fatum* vſ. 88.

46. *Parthoque*] *Parthiſque* Thuan. pr. & Hamb. pr. & mox, *videre ſariſſas* Thuan. quart. *ſariſas* Oiſel. & dein, *ſub Arcto* plurimi.

50. *Flagrantis*] *Flagrantes* Thuan. pr. *cedemus* magno numero codices. *ad ortum* Turr. *in ortum* tres. *in ortu* Thuan. quart & duo alii, quod Cortius jure recepit. & praecedentia exigunt: ita enim hic Poëta noſter argumentatur, conferens imperii Romani magnitudinem, in occidentem, meridiem & ſeptemtrionem, late prolatam, cum Parthorum regno, quod totum Orientem occupa-

Quam nunc pila timent populi; licet uſque ſub Arcto
Regnemus, Zephyrique domos, terrasque premamus
Flagrantis poſt terga Noti: cedemus in ortus
Arſacidum domino. non felix Parthia Craſſis,
Exiguae ſecura fuit provincia Pellae.
Jam Peluſiaco veniens a gurgite Nili
Rex puer, imbellis populi ſedaverat iras,
Obſide quo pacis Pellaea tutus in aula
Caeſar erat: quum ſe parva Cleopatra biremi,
Corrupto cuſtode Phari laxare catenas,
Intulit Emathiis, ignaro Caeſare, tectis;
Dedecus Aegypti, Latii feralis Erinnys,
Romano non caſta malo. quantum impulit Argos,
Ilia-

pavit, ut caeſis Craſſis effecerit, ut in oriente Romani cederent Parthis. Hinc vero exclamatio illa, *Pro pudor!* quia pudere deberet Romanos a Parthis vinci, qui olim obſcuriſſimi inter Orientis populos, & velut vulgus ſine nomine, praeda ſemper victorum fuere, ut Juſtin. lib. XL. cap. 1. ſed deinde imperarunt gentibus, ſub quarum imperio olim, velut ſervile vulgus, fuerant. & hinc ab Alexandro ſubactam, fuiſſe dicit ſecuram provinciam, a qua nullus metus erat ne rebellarent. Per *Arſacidum* ergo *dominum* non debet Alexander, ſed Parthorum rex, qui Romanorum victor fuit, intelligi. Alexandri enim tempore nullus Parthorum rex fuit, quippe provincia erat Regni Perſici Parthia, nec Arſacidae tunc noti, qui ab Arſace primo rege, qui a Syriae rege Seleuco Callinico, diu poſt Alexandri mortem, defecit, vid. Juſt. XL. 4 nomen habent. nec magnifice certe extolleret Alexandrum, ſi eum Parthorum Dominum vocaret, populi eo tempore viliſſimi, cujus imperium nullus ſucceſſorum Alexandri dignabatur, teſte eodem Juſt. XL. 4. ſed Romanis pudorem incutere debere ait, quod Macedoniae exiguae provincia ſecura, a qua nullus metus olim erat, Romanis toto oriente repulſis, latiſſime fines protulerit. hanc puto ſententiam Lucani eſſe.

53. *Jam*] *Nam* Rottend. pr.

57. *Laxare*] Debet a *corrupto* pendere; & conſtrui, *cuſtode corrupto laxare*, ut laxaret. vid. ad lib. IX. 170. Oudendorpium & lib. VIII. 675. *laxata*, quod tres Cortii & Lovan. editio habent, non video quomodo ſe tueri poſſet. ſi enim per Graeciſmum capiamus, explicandum foret, quaſi antea Cleopatra in catenas fuiſſet conjecta, quibus nunc laxata fuerit; quod non legi: ſed puto catenas, quibus portus claudebatur, corruptum cuſtodem laxaviſſe. *ignoto Caeſare* cod. Cort. *Aemathiis tectis*, eſt Alexandrinae aulae, quam modo *Pellaeam* dixit, in qua Caeſar hoſpitabatur.

59. *Dedecus*] *O decus* Turrian. *Latii* fere omnes. *feralis Enyo* volebat Heinſius.

61. *Iliacaſque*] *Iliadumque* duo Cortii. *domus* Cortius, ut ubique fere invitis MSS. obtrudit. *manus* Cod. Voſſ. & Cort. *facies S. nocentis* Thuan. ſec. & Richel. & MS. Cortii: eleganter, pro Spartanae nocentis. ut dicunt

Iliacaſque domos facie Spartana nocenti,
Heſperios auxit tantum Cleopatra furores.
Terruit illa ſuo, ſi fas, Capitolia ſiſtro,
Et Romana petît imbelli ſigna Canopo,
Caeſare captivo Pharios ductura triumphos:
Leucadioque fuit dubius ſub gurgite caſus,
An mundum ne noſtra quidem matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit, quae prima cubili
Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaïda noſtris.
Quis tibi veſani veniam non donet amoris,
Antoni? durum quum Caeſaris hauſerit ignes
Pectus, & in media rabie, medioque furore,

Et

cunt *meum abſentis nomen.* Virg. II. Aen. 601.

Non tibi Tyndaridae facies inviſa Lacaenae.

ita mox 105. *facies inceſta.* ita *forma nocens.* infr. vſ. 137. *facies ſpectata* Hamb. pr. *faciet* Richel.

63. *Illa*] *Ipſa* Thuan. quart.

65. *Pharios*] *Feſſos* Thuan. ſec. an pro *feſtos*, ut ſupra *laetos* dixit III. 20. & alibi.

66. *Sub gurgite caſus*] *Ductus* Thuan. pr. & tert. *ſub* vel pro *in*, ut lib. I. 381. vel dictum ut, *ſub judice lis eſt*, & ſimilia.

67. *An mundum*] *Jam m.* Hamb. ſec. *in medium ne* Cortii & alii Codd. *mundum ne noſtra eadem* MS. Cortii & Voſſ. unde ille,

Ne mundum, nec noſtra eadem, matrona teneret.

Oudendorpius, *caſus In medium, ne noſtra orbem matrona teneret.* Sed quantum ego video, tunc diverſus ſenſus exiret, ne Romana matrona orbem teneret, de quo numquam dubitatum. quae enim matrona inhiavit imperio? ſed haec Aegyptia conjux Antonii, ne matrona quidem, id eſt, ne quidem ex lege & jure Romano uxor, ſed meretrix, occupaſſet orbem, ſi viciſſet. ita mox 76 *non conjux.* & invidioſe Virgil. VIII. Aen. 688. *Aegyptia conjux*, non Romana. & addit, *nefas.* & hinc mulieres regnare moris fuiſſe apud Aegyptios jactat infr. vſ. 90. Cleopatra. *ne*, vel, *nec quidem* (ut Rottend. tert.) neceſſario hic requiritur: dubium fuit in proelio Actiaco, an mulier Aegyptia (ne quidem Romana matrona, quod tolerabilius foret) teneret orbem. ſi *eadem matrona* legas, decus additur Cleopatrae, quam hoc nomine indignam cenſuit Lucanus. *mundus* pro imperio Romano, mutari non debet. vid. ſupr. ad vſ. 5. & ſaepius alibi.

68. *Dedit*] *Dabat* edidit Cortius. *hoc animi* dictum, ut, *hoc juris* VI. 496. & ſimilia. ſic infr. 397. *tantum animi delicta dabant.* *inceſto* ejuſdem MS. ſcilicet cubili. ſed male: *inceſta* eſt Cleopatra, ut infr. 105. *inceſta facies*, & VIII. 693. *inceſta ſoror.* *Ptolemaida* noſtri, niſi quod vitioſe quidam, *Ptolomaida*, a qua vitioſa ſcriptura ne docti quidem hodie viri ſibi cavere didicerunt.

71. *Hauſerit*] *Arſerit* Thuan. tert. *hauſerit illa* quart. *ignis* fere omnes. an, *Caeſaris uſſerit ignis pectus.* ſed *hauſerit ignes* poteſt etiam cum Oudendorpio explicari, ut apud Virg. I. Aen. 749. *longumque bibebat amorem.* & tunc *ignes* legendum. Stat. I. Theb. 307.

totisque novum bibit oſſibus ignem,
Nec latet hauſtus amor.

ita Barthius illud Statii I. Theb. 369. *haurit iter* explicat, avide conſumit, feſtinat. vide

Barth.

Et Pompejanis habitata manibus aula,
Sanguine Theſſalicae cladis perfuſus adulter
Admiſit Venerem curis, & miſcuit armis
Illicitoſque toros, & non ex conjuge partus?
Prô pudor! oblitus Magni, tibi Julia fratres
Obſcoena de matre dedit: parteſque fugatas
Paſſus in extremis Libyae coaleſcere regnis,
Tempora Niliaco turpis dependit amori,
Dum donare Pharon, dum non ſibi vincere mavult.
Quem formae confiſa ſuae Cleopatra ſine ullis
Triſtis adit lacrimis, ſimulatum comta dolorem,
Qua decuit, veluti laceros diſperſa capillos,

Et

Barth. ad eumdem librum vſ. 538. ubi de vario uſu hujus verbi agit. *vel media in rabie* Gujet.

73. *Habitata aula*] *Habitatam aulam* Thuan. pr. tert. & Hamb. ſec. ſed haec non capio. nam habitare manes & vagari in ſepulchris & circa tumulos ſaepe legi, ſed Pompejus ad montem Caſium erat tumultuario & furtivo buſto conditus, & caput ejus ad Caeſarem miſſum, dum in navi erat, & juſſum condi, non in aula Ptolemaei, ſed in litore vel loco extra urbem: vel capias, ut infr. 336. *habitant ſub pectore manes*, & ita hic aulam capias, pro ipſo Ptolemaeo in aula, quem agitabant manes Pompejani. ſed hic quoque putarem rectius legi,

agitata manibus aula.

quia manes hic vindictam exigebant, & ideo Ptolemaeum & miniſtros caedis agitabant, ut Furiae quaedam. & hoc rectius rabiei & furori congruit. ita noti, *furiis agitatus Oreſtes*, & alii. & ita infr. vſ. 336. etiam *agitant* legendum puto. apud Silium lib. XV. 337. *moles illa viri, calidoque habitata Gradivo*, forte melius foret, *agitata*, quamquam & vulgata ſatis ſe tueri poſſet, ſi *valido* legas, ſed *calido* melius convenit *agitata*. Noſter ſaepe hoc verbo uti amat, vide indicem. *Theſſaliae* Cort. & alii.

75. *Admiſit Venerem*] *Ac Venerem admiſit*, Thuan. tert. *ad Venerem miſit* Hamb. ſec. *curas & miſcuit* Thuan. ſec. *curas emiſcuit* Sixan. forte,

Admiſit Venerem, duris & miſcuit armis.

nam *admittere Venerem curis*, an eleganter dicatur dubito. & lib. II. 373. *duro admiſit gaudia vultu*, eſt, in mediis gaudiis ſervavit vultum durum, non explicuit frontem. ſed hic *curis* eſt dativus, ibi *vultu* ablativus. quae diverſum faciunt ſenſum. ſed relinquamus ſua Lucano. *Inviſoſque toros* Thuan. quart. Heinſ. *inceſtoſque*, ſed praeceſſit *inceſta*.

77. *Pro pudor*] *Pro dolor* Rott. ſec. eadem variatio in tali exclamatione apud Claudian. I. in Rufin. 55. ſed & ſupr. 47. *pro pudor!* unde forte repetitum.

78. *Dedit*] *Tulit* MS. Cortii. male. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 118.

79. *Libyes*] *Libyae* omnes fere. *Libycae* Rott. pr. mox, *dependet* ſex noſtri. & novem Cortii. *deſpendit* Rottend. pr. ut & variatum lib. VIII. 101. an, *deperdit amore*. vid. ad Ovid. V. Met. 562. *amore* in quibusdam. *cum donare* Oiſel. *Pharum* Rott. tert. Richel. & *non ſibi* Hamb. ſec.

83. *Simulatum comta dolorem*] Dura certe loquendi ratio. etſi conſtruas, *comta* (ſimpliciter pro ornata). *qua decuit ſimulatum dolorem*; & legas, *quam*, quod ex tribus pro-

 bat

Et ſic orſa loqui: *Si qua eſt, o maxime Caeſar,*
Nobilitas, Pharii proles clariſſima Lagi,
Exſul, in aeternum ſceptris depulſa paternis,
Si tua reſtituat veteri me dextera fato,
Complector regina pedes. tu gentibus aequum
Sidus ades noſtris. non urbes prima tenebo
Femina Niliacas: nullo diſcrimine ſexus
Reginam ſcit ferre Pharos. lege ſumma peremti
Verba patris, qui jura mihi communia regni,
Et thalami cum fratre dedit. puer ipſe ſororem,
Sit modo liber, amat: ſed habet ſub jure Pothini

Ad-

bat Heinſius pro quantum, quatenus, quod & Cortio non diſplicebat, in cujus uno, *quem.* ſed *qua* idem praeſtat. an *cauta*, vel *promta dolorem* per Graecismum, pro *dolore*, vel *doloris*. ut ipſa triſtitia ſimulata, quantum decebat, adjuvaret ejus formam. haereo etiam in hoc loco. ſed donec melius inveniatur, primam, quam dedi lectionem, & conſtructionem retineo, ut ſe ornaverit, non ut laetam, ſed quantum dolorem fingentem decebat. De verbo *comere* pro ornare vid. Gronov. Diatrib. Stat. cap. XXVII.

85. *O maxime*] *En maxime* Heinſius, ut ſaepe apud Ovidium *ſi quis is, ſi quid id eſt.* non ſequor.

87. *Aeternum*] *Extremum* Rott. ſec. *externum* tres. *expulſa* quinque & undecim Cortii, qui *excluſa* malebat. ſed *expulſa* vel *depulſa* majorem violentiam indicat, & *pelli regno*, *domo* proprie dici vidimus ad Ovid. XII. Ep. 135. &, *expellere regno* Epiſt. Sabini II. 7. & paſſim. *ni tua* etiam Heinſius, ut in uno Bersmanni. ſed *ſi* recte. tunc enim *Regina*, id eſt, hoc nomine vero, te complector. nunc exſul &c. *reſtituit* quinque. *reſtituet* quatuor. & *complector* fere omnes. *gratia* hic locum non habet, ſed *dextera*: nam arma Caeſaris contra fratrem implorat, & contra *enſes* Pothini. vſ. 96.

89. *Tu gentibus*] Reſpondet vſ. 35. *ſidus iniquum gentibus.* ergo nullus locus *tangentibus.* in Cod. Berſm. ſcriptum fuerat, *tum gentibus*, unde, *tangentibas* fecerunt, quia *complector pedes* praeceſſit.

94. *Et thalami*] *Thalamos* plurimi, & Cortius ita edidit. & Heinſius probabat. ſed, ut *jura regni*, ita *jura thalami* & *tori* centies occurrunt. vid. Ovid. IX. Epiſt. 195. III. Amor. XI. 45. & ita, jura connubialia, jugalia &c.

95. *Sit modo*] *Si modo* Rott. ſec. & probat Heinſ. parum refert. ſic infr. 191. *ſpes ſit mihi certa*, ubi alii *ſi.* ſic apud Stat. II. Achil. 45.

Virginea modo ſi Lycomedis in aula
Fraude latens.

ubi Barth. ex ſuo codice *ſit* planiorem ſententiam facere notat. recte. *ſit latens* enim jungenda. haec varietas orta, quia in his ellipſim eſſe *ſi*, forte gloſſator notaverat. vide Cort. ad Plin. I. Ep. XII. 8. ubi uberius de ea egiſſe in notis ad Lucanum ſcribit. & ad VIII. Ep. 6. vide & quae notavi ad Virg. IV. Aen. 125. *liber amat* omnes fere. *amet* vero volebat Cortius, & ita Gryph. & aliae: male, nam invitum a ſe ſeparari dicit, qui eam amabat. *ſub jura* quatuor.

97. *Juris inire*] *Habere* vulgo, & multi etiam ſcripti. *juris nil repeto* Thuan. ſec. & Cortius ita edidit. *non repeto*, *nunc repeto*,

ni

Adfectus, enſesque ſuos. nil ipſa paterni
Juris habere peto: culpa, tantoque pudore
Solve domum: remove funeſta ſatellitis arma,
Et regem regnare jube. quantosne tumores
Mente gerit famulus, Magni cervice revulſa!
Jam tibi (ſed procul hoc avertant fata) minantur.
Sat fuit indignum, Caeſar, mundoque tibique,
Pompejum facinus meritumque fuiſſe Pothini.
Nequidquam duras tentaſſet Caeſaris aures:
Vultus adeſt precibus, faciesque inceſta perorat.
Exigit infandam, corrupto judice, noctem.

Pax

BIBLIOTHECA BODLEIANA

mi repeto, alii apud Cortium. *inire puto* Rott. ſec. in Thuan. tert. eraſa erat vetus lectio & *inire*. ſi *inire*, quod Heinſius volebat, ſervari debet, capiendum ut, *inire imperium*, *conſulatum* & ſimilia. ſic apud Stat. II. Ach. 84. Suet. Tib. LXVII. & paſſim, propius accederet illud Virgilii lib. V. 846.

Ipſe ego paullisper pro te tua munera inibo.

ſed quia *inire* & *adire* ſaepe confuſa vidimus ad Ovid. III. Amor. IV. 47. & alibi apud eumdem, poſſet *adire* legi, ut *adire hereditatem* &c. dicimus: ſed ignoro adhuc exemplum, quo horum verborum *inire* & *adire* ſignificatus huic loco ſatis conveniens adfirmari poſſit. ſed ponatur inter ſingularia Lucani. Convenit Cleopatrae menti, ſe nihil juris paterni velle habere, ſed petit, ut ex teſtamento aequo jure cum fratre regnet, ut ejus conjux. & de ſimili confuſione τῶν *habere*, & *inire* vidimus ad Sueton. Veſp. cap. V. pro *peto*, vel *puto* poſſet etiam legi, *inire paro*. ut ita apud Noſtrum lib. V. 66. *caeca ſorte pararent*, ubi *puturent* alius codex, & *parare* & *petere* lib. I. 182. & apud alios ſaepe confuſa. forte &, *ini* pro *mi* poſitum, & hoc pro *mihi*: *Nil juris mi repeto.*

99. *Quantosne*] *Tantosne* malebat Heinſius, ut erat in uno Bersmanni. forte, *quantosque*. *timores* Thuan. tert. & S. Germ. Gujetus *ne παξίλλων* credebat. *ante gerit* S. Germ. *famulos* Sixii. mox, *avertent* Heinſius. *minantur* Rott. pr. & tert. & S. Germ. quod admitti poteſt: vid. lib. IX. 927. & alibi, & tunc non ſolus Pothinus, ſed alii, qui cum eo ſunt, intelligendi.

102. *Sat fuit indignum*] Vid. ad Virgil. I. Georg. 491. & infr. vſ. 406. & ſupr. VII. 74.

103. *Pompejum*] *Pompeji* Sixii. *nec quicquam* Rottend. tert. *tentaſſes* ſec.

105. *Faciesque*] *Facies* Hamb. ſec. *inceſta* Rott. ſec. recte vindicat vulgatam Oudendorpius: Florus lib. IV. 2. *aderat puellae forma*, id eſt, ipſi patrocinabatur, ut hic, *adeſt vultus precibus*. ſic Senec. conſ. ad Marc. VII. *adeſt dolori ſuo homo*. & Propert. II. XIII. 32.

An dolor hic vitiis neſcit abeſſe ſuis.

& quod *tentare aures* dixit Noſter, Florus de Auguſto & Cleopatra lib. IV. 11. dixit, *ad pedes Caeſaris devoluta tentavit oculos Ducis*. Alanus etiam de Planctu p. 28. *decor ille perorat*. ita haec Lucani placuere aliis. vide Joh. Sarisber. lib. III. cap. 10. ubi haec adducit & illuſtrat. & ad Quinctil. II. II. pag. 179. *perorans* volebat Gujet. qui nove dictum pro perſuadet putat. ſed & Advocati *adſunt* & *perorant*, quorum vices nunc ipſa facies pulchra, quae muta eſt commendatio, peragit. Phaedr. I. 10. *uterque cauſ-*

Pax ubi parta duci, doniſque ingentibus emta eſt;
Excepere epulae tantarum gaudia rerum:
Explicuitque ſuos magno Cleopatra tumultu
Nondum translatos Romana in ſecula luxus.
Ipſe locus templi, quod vix corruptior aetas
Exſtruat, inſtar erat: laqueataque tecta ferebant
Di-

ſam quum peroraſſent ſuam. mox, *corrupto Caeſare* plurimi, ex gloſſa.

107. *Parta*] Heinſius volebat, *pacta duci.* ſed *emta* oſtendit jam eſſe pactam. mihi non diſpliceret, *Pax ubi parta Ducis*, id eſt, Caeſaris, quae data fuit Ptolemaeo & Cleopatrae; nec novum eſt *Ducem* ſimpliciter dicere, Caeſarem & alios, ſive reges, ſive ſummo imperio ornatos. vid. ad Ovid. XIII. Epiſt. 43. & II. Faſt. 139. vel, ſi de ſola Cleopatra quis vellet capere, *pax ducis* eſſet capiendum, ut annuiſſet ei Caeſar, & rogatam noctem & reliqua conceſſiſſet, ut ita *Pax deorum* vulgo dicitur: & ita Oudendorpius.

108. *Tantarum*] *Poſitarum* Thuan. ſec. & tres Cortii. unus, *poſtarum.* in Oiſel. eraſa erat vetus lectio. *poſitum vinum*, *poſiti cibi*, & ſimilia centies apud Ovid. & alios. *pactarum rerum* nihil elegantiae habet. *res* hic ſunt ut *bonae res*, & ſimilia. vid. ſupr. vſ. 7. *captus dulcedine rerum.* ego, niſi retineret manum varius & creber uſus epitheti *tantus* apud Lucanum, mallem,

Excepere epulas lautarum gaudia rerum.

hilaritas, aut etiam concubitus, qui *gaudia* millies dicuntur, ſecuti ſunt epulas. male *gaudia rerum* jungunt, ut in indice. Haec gaudia verbo tantum indicat, & generatim hoc poſito, in illo concubitu deſcribendo excurrere pudor Lucanum vetabat, ſed hoc ſimpliciter & breviter dicto, in deſcribendo apparatu, & ipſis epulis multos conſumit verſus uſque ad 322. Vel conſtrui poſſet, poſita vulgata lectione, epulae lautarum rerum, excepere gaudia, ut prius concubuerint, & epulum illud tanto apparatu, poſtero die datum: nam vix veroſimile eodem momento Cleopatram, quae modo eruperat cuſtodiam in Pharo, & ſe intulerat in domum Caeſaris, & eum oratione & forma ſua in amorem traxerat, & exegerat noctem (ubi dubium an *exigere* ſit petere, rogare noctem, an tranſigere cum Caeſare, quod verius puto: quia gaudia iſtius noctis epulae excepere: vide infr. 354.) ſtatim epulas ita paratas habuiſſe. Sed ſemper parata ad concubitum, quo pacem ſibi quum peperiſſet & emiſſet, parat epulas ſequenti die magnificentiſſimas. & hoc *magnus* ille *tumultus* in apparando exigit. & verbum *explicuit*, notat omnem ſupellectilem epularem, vaſa aurea & argentea depromta ex armariis, & expoſita fuiſſe in miniſterio & abacis &c. ut ſolent etiam merces explicari, & oculis ementium proponi. ſic Petron. cap. XIV. *explicuimus mercem*, ubi, quum interpretarer, de *mercibus* quae evolvuntur, quum venum exponuntur, nebulo Amſtelaedamenſis mentitur, me in notis explicuiſſe, aptum verbum eſſe de *meretricibus*, quum *evolvuntur*? cujus nec vola nec veſtigium in notis meis apparet: ſed hoc mendacium effudit Catullianus *ille nequam*, iratus mihi, propter libellum, quo ejus inſcitia traducta fuit; cujus nec hodie auctorem me noſſe candide adfirmare poſſum.

110. *In ſecula*] Heinſius volebat, *in fercula.* ſed nihil opus. *ſecula* millies de temporibus, quibus vivitur tunc, & etiam moribus temporum. vid. lib. IV. 816. v. 111. & alibi.

112. *Exſtruat*] *Exſtruit* multi, quod Cortius praetulit. *exſtruat* ſex. quod verum: eſt enim pro exſtrueret poſſit, vel exſtrueret aetas, licet corruptior illa ipſa eſſet.

114. *Nec ſummis*] Ignorare me fateor quaenam ſint, *ſumma marmora:* nec Omnibo

Divitias, craſſumque trabes abſconderat aurum.
Nec ſummis cruſtata domus, ſectiſque nitebat
Marmoribus: ſtabatque ſibi non ſegnis Achates,
Purpureuſque lapis, totaque effuſus in aula
Calcabatur Onyx: hebenus Mareotica vaſtos
Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore vili

Auxi-

boni explicatio probatur de ſuperficie marmoris, licet ea loco Senecae ab Oudendorpio adlato poſſet defendi, ubi *tenues cruſtae* dicuntur: nec hypallage placet, ut eſſet, ſumma domus cruſtata marmoribus; nam de lacunari jam egit. deſcendit vero nunc ad parietes, columnas, & pavimenta. latere puto aliud epitheton, ſed nihil ſuccurrit. Poſſet quidem legi, *nec ſolidis*, ut ſectilibus opponantur. ſed quia hoc non ſatis cruſtatis convenit, malo exſpectare ab aliis medicinam. Moſantus Brioſius explicat *ſummis*, ſubintellecto *tantum*, non ſolum marmoreo opere, aut cruſtris marmoreis fulgebat, ſed vero tota erat marmorea: non male puto, quantum ad ſenſum, ſed *ſumma* ita dici marmora probari vellem. forte duo genera, *teſſellata* & *ſectilia* expreſſit, ut ea Sueton. Caeſar. XLVI. diſtinguit, ubi videndus Caſaubonus. qui teſſellata ex laminis marmoreis fuiſſe docet. quare poſſet audacior me legere, *nec lamnis*; ut & Horatius pro *lamina* dixit *lamnam*. & Val. Fl. I. 123. & Senec. Agamemn. 855. ubi vide Delrium. & eam vocem Livio ex MSS. reddidit Gronovius lib. XXIII. 19. & Plinio multis locis. vid. eum ad lib. XXI. 2. nec Poëtis ſolum moris fuiſſe eam vocem contrahere, docuit Cl. Drakenb. ad d. l. Livii. quare quum veroſimile videatur non intellectam vocem librarios corrupiſſe, fere jam inducor ita ſcripſiſſe Lucanum, & maxime loco etiam Senecae, ubi *laminae graciliores cruſtae* occurrunt: non ergo ex his cruſtis & laminis, ſed ex ſolido omnia & pretioſo lapide fuiſſe narrat Poëta. *ſcrutata* Richel. *criſtata* Oiſel. *conſtructa* MS. Cortii. *ſectiſve* Turrian.

215. *Stabatque ſibi*] Scaligerum legiſſe, *ſed ſtabat ibi* notavit Heinſius; ipſe legebat, *ſtabat praeſignis*. Sed poſtea, *non ſegnis* exponit non vilis, non obtuſi coloris, quod verum. *ſegnis* enim proprie, *ſine igne*, notante Servio ad Virg. I. Aen. 423. hinc *ſegnes ſtellae* Claudian. in Phoenice 37. & *ſegnes radii*, de quibus vide ad Nemeſ. Cyneg. 211. varie vide verſantem haec Gujetum. illud vero *ſibi* incommode ponitur. nam eſſe per ſe, ſolidum, non inſertum aliis, ut Micyllus, vix puto. Si *ſtabatque illic* liceret legere, clarior eſſet ſenſus. per *ſtabat* vero puto indicari, de columnis agi, quae ſtant; ut mox, *onyx calcabatur*, pavimenta notant. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 394. ubi & de Porphyretico marmore, ut & pag. 848. quae *purpura* Statio I. Silv. v. 37. dicitur.

116. *Totaque*] *Tantaque* Turrian. ſed Schol. Horat. ad IV. Od. 12. *totaque* habet. *Meroetica* vel *Meroitica* Salmaſ. Exerc. p. 387. & 1030. v. infr. 303. *Mareotida* Turr.

118. *Robore vili*] *Nili* multi Codd. & editi nonnulli. male. ita *vile acer* Ovid. I. Amor. XI. 28. *ſubſtat pro robore vili* MS. Cortii. vult, poſtes ex ſolida ebeno, loco roboris, factos, quum alii tantum inducerent ligno tam pretioſo, ſecto in tabellas tenues. hic vero non erat ornatus, erat auxilium, id eſt, fulcrum, ut poſtes januarum ſunt. *vile* eſt idem quod vulgare, omnibus propter non magnum pretium parabile. ita *vile Sabinum* apud Horat. I. Od. 20. explicuimus contra Roſallium, qui verterat, *mechant vin*. vid. Hiſtor. Critic. reipub. literar tom. XII. ſect. 6.

120. *Et ſuffixa*] Codices noſtri, Cortii & aliorum admodum variant: *ſufficta*, *ſubfulta*, *ſubnixa*, *effigiata*. Heinſius, ex Gronovii ſen-

Auxilium, non forma domus. ebur atria veſtit;
Et ſuffixa manu foribus teſtudinis Indae
Terga ſedent, crebro maculas diſtincta Zmaragdo.
Fulget gemma toris, & Jaſpide fulva ſupellex:
Strata micant: Tyrio quorum pars maxima fuco
Cocta diu, virus non uno duxit aheno;
Pars auro plumata nitet; pars ignea cocco,
Ut mos eſt Phariis miſcendi licia telis.
Tum famulae numerus turbae, populusque miniſter,
Diſcolor hos ſanguis, alios diſtinxerat aetas:
Haec Libycos, pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullis Caeſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas. pars ſanguinis uſti

Tor-

ſententia in Diatr. Stat. p. 59. *ſuffecta* probabat, ut apud Ciceron. in Hortenſio, *ſufficere lanam medicamentis*, ut & Cortius. neſcio an non *ſubſecta*; id eſt, teſtudinis terga in laminas tenuiſſimas *manu*, ideſt, ab operis & artificibus, ſubſecari ſolita: certe puto, nihil de tingenda teſtudine cogitandum. vide Plin. IX. 11. *Teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectosque inſtituit.* dein, *Indae* eſt in emendatis Servii ad II. Georg. 463. codicibus. *Indi* in corruptis. *crebra* tres. *maculis* duo. *zmaragdos* Voſſ.

122. *Fulget gemma toro*] *Toros* Voſſian. *fulcit gemma toros* Rottend. tert. & quartus pro var. lect. quod Heinſio, Oudendorpio & Cortio placuit. Sed ſequentia, *micant*, *nitet* vulgatam confirmant. mox, *jaſpide fulta* Hamb. pr. a m. ſec. *ſtat jaſpide fulta*, vel *culta*, Heinſius. quem vid. I. Adverſ. 5. & 19. ut per ſupellectilem intelligat abacum vel miniſterium, ubi vaſa & alia expoſita erant. conferre haec debes cum Statio lib. I. Theb. 517. & conſulere Barthii notas.

123. *Strata micant*] Verſus ille ſpurius eſt in decem noſtris: & in hoc variant noſtri codices. fere ut Oudendorpiani, & aliorum. vero proxima videtur lectio mihi haec eſſe,

Strata micant, Tyrio quorum pars maxima
fuco
Cocta diu.

micant eſt nitent, fulgent, ut proprium hoc Tyrio colori, ut in loco Valer. Fl. II. 342. ab Oudendorpio adducto. Heinſius,

Stat Jaſpide culta ſupellex:
Strata micant: Tyrio lentum pars maxima
fuco
Cocta diu virus &c.

quorum ex gloſſemate irrepſiſſe credebat. *cujus* quatuor codices. *cocco* Putean. pro *non uno* erat, *nocuo diduxit aeno* in Thuan. ſec. *non uno traxit* S. Germ. bis coctam purpuram intelligit, dibapham. *ſupellex ſtrata toris*, non placet, quia neſcio ſupellectilis nomine veſtem ſtragulam nominari, niſi admodum improprie & duriter.

126. *Phariis telis*] *Tyriis* Thuan. ſec. cogitabam aliquando, *velis* legendum, ut vela ſive tapetia Alexandrina intelligat, de quibus Heinſ. ad Claudian. I. in Eutrop. 357. ſed & ibi ille, *Niliacis telis*, pro *velis* mavult, & *licia* melius *telis*, quam *velis* reſpondent.

127. *Tunc famulae*] Heinſius, *ſtat famulae*, quod ſubintelligit Gujetus, vel *ſtat* legi vult.

128.

Torta caput, refugóſque gerens a fronte capillos.
Nec non infelix ferro mollita juventus,
Atque exſecta virum. ſtat contra fortior aetas,
Vix ulla fuſcante tamen lanugine malas.
Diſcubuere illic reges, majorque poteſtas
Caeſar: & immodice formam fucata nocentem,
Nec ſceptris contenta ſuis, nec fratre marito,
Plena maris rubri ſpoliis, colloque, comiſque
Divitias Cleopatra gerit, cultuque laborat.
Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Nilotis acus compreſſum pectine Serum
Solvit, & extenſo laxavit ſtamina velo.
Dentibus hic niveis, ſectos Atlantide ſilva

Im-

128. *Hos ſanguis*] Explicant quidam de gente, & populo diverſo, ut paſſim, *ſanguis Romanus* &c. lib. IX. 737. *Juvenis Tyrrheni ſanguinis.* Sed Menagius, in Etymol. Ling. Gallicae in voce *ſang*, capit de colore, ut Aethiopes mox, *ſanguinis uſti.* Ovid. II. Met. 235.

Sanguine tunc credunt in corpora ſumma vocato,
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.

& huc facit locus Senecae ab Oudendorpio laudatus.

130. *Ut nullas*] *Ut nullis* plurimi. *Nili ſe* Rottend. tert. a m. ſec. *in undis* idem & Oiſel. quod etiam defendi poſſet. v. lib. I. 381. Brouckh. ad Tibull. I. VI. 8. *in oris.* male. ſed & Virg. X. 183. *qui ſunt Strimonis in arvis.* unde vulgata ſatis firmari poteſt. apud Suet. Aug. XXI. legitur: *Ubios* &c. *traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* ubi in MSS. Pinelli legi *Rheni* docet Schefferus, & de eo amplius cogitandum ait, tom. IX. Obſerv. Miſc. Crit. pag. 337. *Reniſae ſe*, & *Phaeniſſae dicat*, cum gl. *Didonis* MSS. Cortii. *tam nitidas* Rott. tert. & Richel.

132. *Refugos*] V. Cort. ad Plin. III. Ep. 7.

135. *Vix ulla*] *Vix nulla* Rott. pr. *fuſcata* Turr. vid. Markland. ad Stat. III. Silv. IV. 65. & ita mox, *formam fuſcata* tres, ubi *faciem* marg. Hort. ſed repetitum ex vſ. 61. *diſcubuere illic* plurimi.

139. *Rubri*] *Rubei* Voſſ. mox, *praelucent* Ed. Gryph.

142. *Pectine Serum*] *Pectine ferro* Hamb. pr. pro *compreſſum* Heinſius, *percuſſum*, quod Cortius & Oudendorpius receperunt, nec mihi diſpliceret, ſi plures uno codice addicerent. ſed *compreſſum* poteſt capi de ſtamine per ſubtemen denſato, quod ſolvebant, quae acu pingunt vela, & ita ſtamina laxabant, dum varias figuras inſerunt; quod dum faciunt expandunt & extendunt velum.

143. *Extenſo*] *Expanſo* Turr. Salmaſius ad Tertull. de Pall. p. 204. videtur legiſſe, *expanſa tela*, ut Heinſius notavit. ut contra Stat. II. Silv. I. 130. *anguſta telas artare lacerna. Expenſo* Rott. tert. & Hamb. pr. *extento* Rott. ſec. *ex denſo* Thuan pr. a m. ſec.

144. *Hic niveis*] *Hinc* tres Cortii. *ſic* unus. *ſectos* plurimi. Markland. ad Stat. II. Silv. I. 215. *caeſosque*, ſola libidine corrigendi, reponi vult. Sed an non *ſecta abies*, Virgil. II. Aen. 16. ex ſilvis vel montibus

ni-

Impoſuere orbes; quales ad Caeſaris ora
Nec capto venere Juba. prò caecus, & amens
Ambitione furor, civilia bella gerenti
Divitias aperire ſuas, incendere mentem
Hoſpitis armati. non ſit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quaeſiſſe ruina:
Pone duces priſcos, & nomina pauperis aevi,
Fabricios, Curioſque graves: hîc ille recumbat
Sordidus Hetruſcis abductus Conſul aratris,
Optabit patriae talem duxiſſe triumphum.

In-

nimirum? & ita Ovid. v. Epiſt. 41. ubi utrumque, *caeſa abies*, *ſectaeque trabes*.

146. *Nec capto*] Non legi Jubam veniſſe in manus Caeſaris, qui mutuis cum Petrejo vulneribus occubuit. quare vel *caeſo*, vel *victo*, vel *rapto* praeſtaret.

148. *Mentem*] *Mentes* Rott. ſec. *nam ſcit* Rottend. tert. a m. ſec. *non ſit ille*, *non ſic licet*, *nam ſi licet*, *nam ſit licet* MSS. Cort. qui, *non ſit licet ille* praefert ad Plin. v. Ep. 15. *ipſe nefanda* Turr. *ruinam* Richel. ſed vox illa *ruina* mihi ſuſpecta eſt, & videtur repetita ex lib. I. 150. quare forte ſcripſerit, *rapina*, ſenſu optimo; Caeſar non paratus erat ſibi illas opes rapere, ſed tamen poterat tangi cupiditate illas in triumpho Populo Ro. oſtendendi. ita hae voces in MSS. variantur ſupr. III. 167. & IX. 40. vid. ad Val. Fl. IV. 503. dubium autem eſt *mundi opes*, an *ruina mundi*, quod, ſi vulgata placet, praeferrem; ſi *rapina*, alterum, ut vſ. 169. vid. ad Claudian. I. in Rufin. 194.

151. *Priſcos*] *Primos* Turr. vid. lib. VIII. 834. mox, *hinc ille* Thuan. ſec. *recumbet* Richel. *recumbit* S. Germ. *ſordibus* Berſm. unus. *ex Tuſcis* unus Oudendorp. *Etruncis* Turr. latet aliquid: *adductus* tres.

154. *Optabit*] *Optavit* multi. *optaret*, *optaxit* MSS. Cortii. ultimum probat Heinſius.

155. *Epulas*] Per appoſitionem capiendum *epulas*, *quod*, pro quodcumque.

156. *Nilusque*] Vir doctus apud Cort. *linusque*, male. & piſces marinos; & fluviatiles intelligit.

157. *Toto*] *Tanto* Turr. vid. lib. v. 686. *non mandata* Hamb. ſec. *Aegyptos* Rott. ſec. & mox, *Cryſtallos* Hamb. pr. *gemmaque capaci* MS. Cortii. *accepere* Hamb. pr. & Richel. ſed mox ſequitur idem verbum.

159. *Poſuere*] *Poſuere* pro adpoſuere, vulgatum, & ad Ovidium ſaepe ab Heinſio (vid. ad I. Art. 229.) illuſtratum, de quo ſe hic dixiſſe Cortius ad Plin. II. Epiſt. 6. profitetur.

161. *Sed non Mareotidos uvae*] De Mareotico vino ſat multa viri docti congeſſerunt. Senſus autem hic obſcurior: forte voluit Lucanus Cleopatram non dediſſe vinum in Aegypto natum: hoc enim, licet optimum, tamen quia facile erat paratu & domeſticum, vile habebatur. quare peregrinum Caeſari Romano, & adſueto Italicis vinis, ut Falerno, hoc dedit, ſed quod vetuſtatem ſubito contraxerat calore ſolis Aegyptiaci; ut Romani ſolebant fumo vetuſtatem vino conciliare. & ita poſt multos aeſtus Oudendorpius cepit. Heinſius *nec paucis* volebat. Hortenſius Falernum capit non proprie, ſed in genere de vino generoſo. forte etiam Aegyptii Falernas vites tranſtulerant in Mareoticam regionem, quae ibi vinum generoſius ipſo Italico, & quod paucioribus annis ſenium contrahebat, producebant. nam dicit non fuiſſe, *uvas Mareoticas*, ſed nobile Fa-

ler-

Infudere epulas auro, quod terra, quod aër,
Quod pelagus, Nilusque dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto quaeſivit in orbe,
Non mandante fame. multas volucresque ferasque
Aegypti poſuere Deos: manibusque miniſtrat
Niliacas cryſtallus aquas: gemmaeque capaces
Excepere merum, ſed non Mareotidos uvae,
Nobile ſed paucis ſenium cui contulit annis
Indomitum Meroë cogens ſpumare Falernum.
Accipiunt ſertas nardo florente coronas,

Et

lernum, cui Meroe contulit ſenium. ſic hodie vites e Germania etiam in Franciam transferre conſueverunt, & ex aliis regionibus in alias. *cogens indomitum*, id eſt, diu & vehementer efferveſcens, *ſpumare*, id eſt, deferveſcere, & deſpumare, ut tranquillum & liquidum fiat. Barth. ad Stat. II. Theb. 84. gloſſam ſui codicis *indomitum* referre, ait, ad ſingularem aquae commoderationem, ſed an bene, ſe neſcire addit. quia vero verbum *ſpumare* dicitur & de vino doliis condito & ferveſcenti, ut Propert. III. XV. 17.

Dummodo purpureo ſpument mihi dolia muſto.

& alibi. & praeterea *ſpumare* etiam, quum infuſum calici eſt, ut idem II. XXV. 40.

Largius effuſo madeat tibi menſa Falerno,
Spumet & aurato mollius in calice.

hic etiam ultimo ſenſu poſſet capi; licet mihi prior magis placeat. *Meroes* erat in Hamb. pr. v. infr. 237.

164. *Sertas*] Noſtri nihil variant, ſed in MSS. Cortii *ſeptas*, *feſtas*, *ſectas* legitur. *certas* edd. quaedam dant. ſed *ſertae coronae* recte dicuntur. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Triſt. II. 56. eleganter vero addit, *& numquam fugiente roſa*, quod Scholiaſtes explicat, quia omni anni tempore procreatur, cui videtur conſentire Lutatius ad Stat. III. Theb. 527. rationem dat, quia in Aegypto numquam frigus eſt. quod quidem tolerari poteſt, ſed non exprimit vim verbi *fugientis*, quod proprietate quadam dicitur de frugibus, plantis, pomis, &c. quae amittunt vim, odorem, &, ut mox addit, quibus *aura evaneſcit*. quod Franci noſtri dicere ſolent de coloribus evanidis, de hominibus exſtincti floris, & viribus defectis, &c. *paſſé*: nam ita de cinnamis Stat. VI. Theb. 61. *ab antiquo durantia cinnama Belo.* ubi Lutatius, ut in Ed. Lindenbrogii, notat, non *bene dicit durantia*, *conſtat enim cinnama fugere*; ſed in Antiquis Editt. legitur tantum, *durantia*, *quod Cinnamum odorem ſuum longo tempore non amittit*, & hinc Lucani locus adducitur. Barthius non videtur intellexiſſe vim verbi *fugere*, qui ex Scholiaſte & Lutatio, ut ait, legit, *fugare putredinem*. ſed puto ex ſequentibus legendum, *conſtat cinnama non fugere*, id eſt, odorem diu ſervare. de odore Cinnami vid. Salmaſ. Exer. Plin. p. 922. & ſeq. hinc patet *non fugientem* roſam eſſe explicandam, recentem, fragrantiſſimam, non flaccidam & inodoram. & ita idem dicit, quod Virgilius de Paphio templo, quod *ſertis recentibus halat*, I. Aen. 417. ubi Servius etiam hunc Lucani locum adducit. Seneca vero Epiſt. XII. eodem ſenſu dixit *Gratiſſima poma ſunt*, *quum fugiunt*. id eſt, mollia eſſe incipiunt, & in putredinem inclinant. Cicero etiam III. de Offic. 23. *fugiens vinum* vocat, cujus vis brevi tempore exoleſcit. ubi vide notas doctorum virorum.

Et numquam fugiente roſa: multumque madenti
Infudere comae, quod nondum evanuit aura,
Cinnamon, externa nec perdidit aëra terra:
Advectumque recens vicinae meſſis Amomum.
Diſcit opes Caeſar ſpoliati perdere mundi,
Et geſſiſſe pudet genero cum paupere bellum,
Et cauſſas Martis Phariis cum gentibus optat.
Poſtquam epulis, Bacchoque modum laſſata voluptas
Impoſuit, longis Caeſar producere noctem
Inchoat adloquiis: ſummaque in ſede jacentem

Lini-

165. *Madenti*] *Madentes* Rott. ſec. a m. ſec. mox, *qui nondum* Hamb. ſec. a m ſec. & ita antiq. Edd. Lutatii. Heinſius legebat, *cui*, forte ſcriptum fuit *quoi*, ut ſaepe.

167. *Externae*] *Externa terra* ſeptem. recte. tranſlatum ex ſua, ubi naſcitur, terra, in externam nondum perdiderat aëra, id eſt, odorem, & auram nativam. ſic *aër* pro odore lib. IV. 438.

168. *Advectumque*] *Avectumque* Rott. tert. & Hamb. pr. *adductumque* unus Oud. vid. lib. VI. 85. & 442. ubi ſimiliter variant, ut ſolent etiam alibi librarii. vid. Caeſar. I. B. C. 23. & ad Suet. Grammat. cap. XX. Amomum quidem *advectum* aliunde, ſed tamen intellige non vetus, ſed ex loci proximi meſſe recens. *Amomon* Hamb. ſec. apud Servium ad III. Ecl. 89. MSS. plures habent, *plenae meſſis amomum*.

169. *Diſcit*] *Ducit* Rott. ſec. *ſpernere* MS. Cortii, quod ille non ſpernit. ſed *perdere* eſt inutiliter & inani ambitione & luxu profundere. ſic *perdere talentum* Terent. Heaut. III. I. 65. & *profundat*, *pereat*, *perdat* Adel. I. II. 54. & ita alii. *cauſſam Phariis Martis* multi. *Marti* malebat Oudendorpius, ſed ſic dubium foret, an Mars deus, an bellum eſſet: aliter utrumque dici, & variare fere ſemper codices vidimus ad Ovid. II. Ep. 148 II. Amor. VI. 51. & alibi. vide & Cl. Drak. ad Liv. IV. 17. & Serv. ad Virgil. IV. Aen. 290.

172. *Poſtquam epulis*] Ut oſtentaret Poëta rerum Aegyptiacarum & naturalium ſcientiam, inepte, meo judicio, hic colloquium Caeſaris cum Achoreo interjicit, & in eo tot verſus conſumit, quum magis decuiſſet, Caeſarem amore recenti Cleopatrae *inflammatum* & vino epulisque exhilaratum, (ut vſ. 396.

Plenum epulis madidumque mero, venerique paratum.)

ſermones amatorios mutaſſe cum Cleopatra fingere, & a menſa in thalamos deducere, & Achillam tunc conſilia opprimendi Caeſarem in ipſo lecto Cleopatrae agitaſſe, nobis narraſſe. Sed laſſum & exhauſtum forte prioris noctis voluptate Caeſarem, nunc lentum & frigidum amatorem, & putide curioſum maluit indicare. Sed Noſter ſaepius Scholaſticum, quam Poëtam ſe probare voluit. non ita Virgilius nobis convivantes Aeneam & Didonem deſcribit; ſed cithara ſua Jopam inducit canentem,

errantem lunam ſolisque labores
Unde hominum genus &c.

in fine convivii & libri primi: & vario ſermone in multam noctem Dido trahebat, & bibebat amorem, & quae ibi plura ex decoro. nec Dido, niſi expugnata a Venere, Cupidine, & Junone, & poſt longam cunctationem & certamen inter pudicitiam & Aeneae hoſpitis amorem, tandem ab Anna ſorore perſuaſa, ipſis demum deabus paranymphis quaſi, deducitur in thalamos. hic Cleopatra, impudentiſſima meretrix, & ſimilis

iſtius

Linigerum placidis compellat Achorea dictis:
O ſacris devote ſenex, quodque arguit aetas,
Non neglecte Deis, Phariae primordia gentis,
Terrarumque ſitus, vulgique ediſſere mores,
Et ritus, formasque Deûm: quodcumque vetuſtis
Inſcriptum eſt adytis profer, noſcique volentes
Prode Deos. ſi Cecropium ſua ſacra Platonem
Majores docuere tui: quis dignior umquam
Hoc fuit auditu, mundique capacior hoſpes?
Fama quidem generi Pharias me duxit ad urbes,

Sed

iſtius Cleofidis apud Juſt. XII. 7. quae *ſcortum regium* dicitur, primo conventu, ut vulgaris mulier, rogat noctem & obtinet, & deinde epulis excipit amatorem, ut laſſum reficeret. ſic catulos canibus ſimiles.

172. *Voluptas*] *Juventus* Thuan. ſec. a m. pr. *compoſuit* Hamb. pr. male: ſic Manil. I. 96. *nec prius impoſuit rebus finemque modumque.* ubi alii, *manumque.* quod temere ſecutus Bentlejus. nam notum illud Horatii I. Sat. I. 106. *Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.* Noſter II. 381. *ſervare modum finemque tenere*, & ita paſſim. *imponere* vero, ut ſupr. vſ. 42. *ponere*, verbum in hac re familiare veteribus. Livius IV. 24. *Maximam eſſe libertatis cuſtodiam, ſi magna imperia diuturna non eſſent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non poſſet.* & mox. *depoſito ſuo magiſtratu, modo aliorum magiſtratui impoſito, fine alteri.*

175. *Linigerum*] *Lanigerum* omnes fere. vid. ad Ovid. II. Amor. II. 28. & I. Art. 77. *Longaevum* Rott. pr. a m. pr. mox, *quodque adfuit aetas* MS. Cortii.

179. *Formasque*] Heinſ. volebat, *formaeque Deûm quodcumque. Inſcriptum eſt* Rottend. pr. eadem varietas apud Claudian. II. in Rufin. 342. ubi vide Heinſ. & ita variant ſaepe codices in *ſcribere* & *ſculpere*. vid. ad Ovid. XIV. Epiſt. 128. & videntur facilius librarii *ſcribere* mutaſſe in *ſculpere*. quia credebant *ſcribere* & *inſcribere* tantum in uſu eſſe de chartis vel membranis, non de marmore aut metallis. ideoque hic praeferrem, *inſcriptum eſt*, quod de omni ſcriptura poteſt capi, nec vero ſimile eſt, in adytis tantum inſculpta fuiſſe, ſed & in libris inſcripta arcana religionis.

181. *Sua ſacra*] *Sua rura* Turr. & hoc pro *jura* credebat Heinſius ſcriptum. *docuere Platonem majores ſua ſacra tui* Thuan. quart. *Platona* etiam Cortii cod. ita *Babylona* Noſter VIII. 300 & Claudianus & alii, etiam Propert. III. IX. 21. *Parmenona* Curt. III. XIII. 2. vid. Steph. de abuſu L. Graece pag. 32. ſed major pars librorum *Platonem* habet.

183. *Hoc fuit auditu*] Rarior & inſolentior loquendi modus, pro quis dignior, qui ex te hoc audiat: ut Caeſar de ſe loquatur, quemadmodum interpretes capiunt; vel ſi Platonem intelligat, quis dignior ex veſtris Prophetis & Sapientibus fuit Platone, qui haec acciperet: at de Caeſare ſit, *hoc auditu*, a nominativo, *hic auditus*, pro diſciplina, quam audiendo Achorea addiſceret, ut *auditores* diſcipuli dicuntur. Nam praecedens *ſi* requirit, ut de Caeſare capiamus. qui jactantior fingitur, & ſe ipſi Platoni anteponens, & ſe digniorem Platone, qui haec arcana diſceret, adfirmans. modeſtius de ſe loqui incipit verſu ſequente, quo removet a ſe praejudicatam opinionem, qua ſemper in bellis & armis verſatus, vulgo credebatur alienior ab omni religione, & a rerum naturalium notitia.

Sed tamen & veſtri: media inter proelia ſemper
Stellarum, coelique plagis, Superisque vacavi;
Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.
Sed quum tanta meo vivat ſub pectore virtus,
Tantus amor veri, nihil eſt quod noſcere malim,
Quam fluvii cauſſas per ſecula tanta latentes,
Ignotumque caput: ſpes ſit mihi certa videndi
Niliacos fontes; bellum civile relinquam.
Finierat, contraque ſacer ſic orſus Achoreus.
Fas mihi magnorum Caeſar ſecreta parentum
Prodere, ad hoc aevi populis ignota profanis.
Sit pietas aliis, miracula tanta ſilere:
Aſt ego coelicolis gratum reor, ire per omnes
Hoc opus, & ſacras populis noteſcere leges.
Sideribus, quae ſola fugam moderantur Olympi,
Occuruntque polo, diverſa potentia prima

Mun-

titia. potuiſſet dicere, *quis dignior umquam hoc audire fuit.* Sed forte ſcripſerit, *hoc fuit auditor.* id eſt, diſcipulus, ut *hoc δεικτικῶς*, in ſe digitum intendens, dixerit. Waddelius Animad. Crit. p. 157. videtur de Platone cepiſſe. Sed puto idem dicere Caeſarem ac ſi dixiſſet, quis hoſpes, peregrinus ad vos, mundi arcana diſcendi capacior me, umquam in Aegyptum venit. quod probat ex ſtudio Aſtronomiae a ſe cultae, ut ita non plane imperitum, ſed paratum ad myſteria diſcenda ſe eſſe dicat.

186. *Superiſque*] *Curisque* Turrianus, & duo Cortii & alii. an pro aſtrorum ſtudio? ut ita *cura Babylonia & Aſſyria* lib. VI. 429. ubi vide. vix tamen hic admitterem.

187. *Nec*] *Neu* Hamb. pr. *faſtis vincetur* & Turr. *vincetur faſcibus* S. Germ. ſe in melius correcturum faſtos & anni rationem initurum accuratius ipſo Eudoxo jactat: quaſi jam tum id mente agitaret: & hoc ineptum & captatum a Poëta futili & garrulo. nam Suetonius cap. XL. poſt bella compoſita demum, cum converſum ad reipub. ſtatum ordinandum, faſtos correxiſſe ait.

189. *Amor veri, nihil eſt*] *Amor nihil eſt veri* Voſſian. *amor belli* Rott. ſec. *quod diſcere* Rottend. tert. qualis varietas & lib. IX. 761. *mallem* Thuan. pr. & Rottend. pr. ſi codices juvarent, malim legere,

Sed quum, quanta meo vivat ſub pectore virtus,
Tantus amor veri:

imitatur hic Virgilium, qui de Didone IV. 67. dixit,

tacitum vivit ſub pectore vulnus.

& lib. V. 755.

bello vivida virtus.

vid. Gronov. ad Senec. de Clement. II. 2.

190. *Tanta*] *Cuncta* Rott. tert. & duo Cortii. *latentis* fere omnes, ut cum *fluvii* jungatur, vel pro *latentes.* parum refert.

191. *Spes ſit*] *Spes ſi* S. Germ. ut ſupr. vſ. 95. *videndi* illuſtratum ad Nemeſ. Cyneg. vſ. 68.

194.

Mundi lege data eſt. Sol tempora dividit anni,
Mutat nocte diem, radiisque potentibus aſtra
Ire vetat, curſusque vagos ſtatione moratur.
Luna ſuis vicibus Tethyn, terrenaque miſcet.
Frigida Saturno glacies, & zona nivalis
Ceſſit. habet ventos, incertaque fulmina Mavors;
Sub Jove temperies, & numquam turbidus aër.
At fecunda Venus cunctarum ſemina rerum
Poſſidet. immenſae Cyllenius arbiter undae eſt.
Hunc ubi pars coeli tenuit, qua mixta Leonis
Sidera ſunt Cancro, rapidos qua Sirius ignes
Exſerit, & varii mutator circulus anni
Aegoceron, Cancrumque tenet, cui ſubdita Nili
Ora latent: quae quum dominus percuſſit aquarum
Igne ſuperjecto, tunc Nilus fonte ſoluto
Exit, ut Oceanus lunaribus incrementis

Juſ-

194. *Secreta parentum prodere*] *Secreta Deorum* MS. Cortii. credebat librarius, *Deos magnos* potius vocandos, quam priores Aegyptios, qui ante Achorea ſacris praefuerant. *edere* novem. utrumque habet quo ſe defendat, & ſaepe haec verba commutari videbis ad Ovid. v. Met. 517. & alibi. de vatibus etiam utroque verbo uti veteres notavi ad Lactant. Argum. in Ovidii Met. v. fab. 1. *adhuc* tres.

197. *Caelicolis*] *Caelicolas* omnes fere libri. *opus hoc* explica, mundi & Naturae, cujus notitiam omnes habere, gratum Diis dicit. v. Markl. ad Stat. v. Silv. III. 200. *ire* illuſtravit Barth. ad Stat. VIII. Theb. 172.

199. *Fugam*] Id eſt, celerem curſum, motum, ut centies. *ſideribus, quaecumque fugam* Priſcianus.

201. *Aevi*] *Anni* ſeptem. *orbis* Thuan. tert. a m. ſec. MS. Cort. *equi*, unde ille, *dividit aequa.* &, *mutat nocte dies.*

202. *Potentibus*] Ita *potentia ſolis* Virg. I. Georg. 92. ſed praecedit paullo ante *potentia.* Si Lucanus non eſſet, aliud hic epitheton requirerem. apud eumdem Virg. II. Georg. 373. pro *ſolemque potentem*, in uno codice reperi, *tepentem*, ſed ut ibi non probavi, ita nec hic. Heinſius etiam notat ad Silium VI. 99. in Statio lib. III. Theb. 399. ſimilem diverſitatem. maneat ergo *potentibus.*

206. *Incertaque*] *Intentaque* Richel. *flumina* quatuor. *numina*, *flamina* & *flumina* MSS. Cortii.

207. *Turbidus*] *Fervidus* Hamb. ſec. & *fecunda* Oiſel.

209. *Cyllenius*] Vid. Barth. ad Stat. I. Theb. 305.

211. *Rabidos*] *Cupidos* plurimi. *rapidus* Thuan. pr. & Rott. pr. *tepidos* Thuan. quart. *rapido* Rott. ſec. *ignis* Richel. mox, *mutatus* Oiſel. a m. pr. *mutatur* tres. ubi Heinſius corrigebat, *metator.* dein, *Aegocerum* Thuan. ſec.

215.

Juſſus adeſt: auctusque ſuos non ante coartat,
Quam nox aeſtivas a Sole receperit horas.
Vana fides veterum, Nilo, quod creſcat in arva,
Aethiopum prodeſſe nives. non Arctos in illis
Montibus, aut Boreas. teſtis tibi ſole peruſti
Ipſe color populi, calidique vaporibus Auſtri.
Adde, quod omne caput fluvii, quodcumque ſoluta
Praecipitat glacies, ingreſſo vere tumeſcit
Prima tabe nivis:. Nilus neque ſuſcitat undas
Ante Canis radios, nec ripis adligat amnem
Ante parem nocti, Libra ſub judice, Phoebum.
Inde etiam leges aliarum neſcit aquarum:
Nec tumet hibernus, quum longe ſole remoto

Offi-

215. *Fonte ſoluto*] Id eſt, omnes aquas effundens, ita Stat. IX. Theb. 635. *Fletum ſolutum* dixit.

216. *Exit*] *Creſcit* Voſſian. ſed *exire* etiam proprie dici fluvios, quum abundant extra ripas, docet Serv. ad Virg. I. Georg. 116. & II. Aen. 497. ſed VIII. Aen. 75. de ſcaturigine & fonte debet illud verbum, non de ſuperfuſione, capi. & ita apud Claud. Conſ. Manl. 231.

Lene fuit Nilus, ſed cunctis amnibus exit
Utilior, nullas confeſſus murmure vires.

ita in duobus codicibus invenit Heinſius, pro *exſtat*, quod vulgo circumfertur. quod nihili eſt. infr. vſ. 231. iterum *exit* occurrit. *& Oceanus* Richel. *ut* omittit Sixii. *juſſus* illuſtravit hic Cortius, ut teſtatur ad Plin. VII. Ep. IX. §. 19.

218. *A ſole*] *Ab ſole* Thuan. pr. *receperat* Sixii. *ignes* Thuan. quart. *undas* Turr. & Oiſel. mox, *quod* omnes noſtri; eſt pro *quia*. vid. VIII. 865. Ovid. XVIII. Epiſt. 173.

Quid mihi, quod lato non ſeparor aequore, prodeſt?

& ita paſſim. *in arvo* Rott. pr.

221. *Montibus*] *Finibus* MS Cortii, ſed male: nives enim in montibus haerent. Ovid. III. Amor. VI. 7.

Nunc ruis appoſito nivibus de monte ſolutis.

& VIII. Met. 555. *Torrens nivibus de monte ſolutis.* vid. Caeſ. B. C. I. 48. *motibus* MS. Cortii. *non arctus* Thuan. tert.

221. *Teſtis tibi*] *Teſtis ſibi* magna codicum pars: v. infr. 310. ubi ſimilis diverſitas: *calor populi* Richel. *calor p. calidisque* Heinſius, & ita duo Oudendorpii. mox, *quodcumque ſolutas* MS. Cortii. *prima lube* quatuor. male. vid. Gronov. & Drakenb. ad Liv. XXI. 36. ubi eadem varietas, ut obſervavit & Oudendorpius.

227. *Parem nocti*] *Noctis* Richel. & a m. ſec. Rott. *par* enim genitivo jungi vidimus ad Petron. cap. XCII. alio ſenſu infr. 382. *par hujus erat.* mox, *unde etiam* Cortius. eleganter vero dicit, *nec ripis adligat.* unde vindicari poteſt & corrigi ſimul locus Statii V. Silv. V. 62.

. . . potius fugientia ripis
Flumina devincas.

ubi Boxhorn. in Epiſt. p. 88. legebat, *fugientia ripas Flumina detineas.* vulgo, *fugientia ripas Flumina devincas.* ſine ſenſu commodo:

nam

Officiis caret unda ſuis: dare juſſus iniquo
Temperiem coelo, mediis aeſtatibus exit,
Sub torrente plaga: neu terras diſſipet ignis,
Nilus adeſt mundo, contraque incenſa Leonis
Ora tumet: Cancroque ſuam torrente Syenen,
Imploratus adeſt: nec campos liberat undis,
Donec in autumnum declinet Phoebus, & umbras
Extendat Meroë. quis cauſſas reddere poſſet?
Sic juſſit Natura parens decurrere Nilum:
Sic opus eſt mundo. Zephyros quoque vana vetuſtas
His adſcripſit aquis, quorum ſtata tempora flatus,
Continuique dies, & in aëre longa poteſtas:
Vel quod ab occiduo depellunt nubila coelo

Trans

nam non liquet, qua ratione dicat *flumina devincas fugientia ripas*. exundantia Gujetus explicat. Sed ſunt rapida, celerrime fluentia, ut *fugax lympha* Horat. II. Od. II. & ita *fugere* & *fuga* paſſim.

229. *Hibernus*] *Hiberno* quatuor, quod non potuit a librariis proficiſci, qui ignorarunt pro hieme, vel tempore hiberno, poni. vid. ad Quinctil. XII. de Inſt. Orat. cap. 8. ita *cotidiano* Bentl. ad Terent. Heaut. IV. v. 7. illuſtravit. Serv. ad Virg. IV. Georg. 100. ubi *verno & autumno* MS. & Edd. priſcae. *tempore* addiderunt inepte alii. *Anni verno*. Amm. Marc. XV. 10. & XVIII. 41. *prima verni temperie*, ubi vide Valeſii notas. & Gronov. III. obſerv. 243. MS. Cortii, *hibernis*, quod & defendi poſſet. ſic *matutinis ſumtum butyrum* Plin XXVIII. 12. ſed inſolentius tamen; ſingulari frequentius. *hibernus* etiam poſſet ſervari: ut ita de hominibus, locis & rebus, *matutinus Aeneas*, *nocturnus Cithaeron*, & ſimilia obvia. vid inf. vſ. 373. mox, *dare viſus* Thuan. quart. & S. Germ. *caret officiis* recte Grotius explicat. ita ſaepe munere Nili Aegyptus dicitur ferax, ſine pluviis, quod debet officiis Nili. nihili eſt illud, *cavet*, quod hoc ſignificare, ut vir doctus Waddelius Animad. Critic. pag. 157. contendit, non puto. ita contra *adeſſe mundo* mox dicitur, quum officium praeſtat.

232. *Ne*] *Neu* fere omnes.

234. *Torrente*] *Exurente* malebat Cortius, quia ſcilicet praeceſſit, *ſub torrente plaga*, ubi MS. Cort. *torpente*. *Syenem* plurimi: *adit* Hamb. pr. *nec corpus liberat* Rott. pr. *extendit* S. Germ. *Meroës* quinque. vid. infr. 303. & ſupr. 163. *poſſit* multi codices.

238. *Sic juſſit*] *Si quis ſit* Voſſ. *natura potens* tres. ut ſupr. IX. 629. quidam codices. ubi vide. *decurrere* quatuor & Edd. quaedam, & Cortius, pro *diſcurrere*: utrumque defendi poteſt. vid. lib. VIII. 224.

240. *Adſcripſit*] *Adſcribit* Rot. ſec. & Cortius. *flatu* malebat Heinſius. *continuitque* Rott. ſec. *in aëre* fere omnes noſtri. ſic apud Ovid. XIV. Met. 20. *ſive aliquod regni eſt in carmine*. vid. & ad I. Amor. I. 5. ſed parum refert. vid. ad lib. I. 66. mox, *depellunt nubila* multi.

243. *Fluvio*] *Fluvios* S. Germ. *cogant* Rott. tert. *incurrere* Hamb. pr. & Turr.

vid.

Trans Noton, & fluvio cogunt incumbere nimbos:
Vel quod aquas toties rumpentis litora Nili
Adſiduo feriunt, coguntque reſiſtere, flatu.
Ille mora curſus, adverſique objice ponti
Aeſtuat in campos. ſunt qui ſpiramina terris
Eſſe putent, magnosque cavae compagis hiatus.
Commeat hac penitus tacitis diſcurſibus unda
Frigore ab Arctoo medium revocata ſub axem:
Quum Phoebus preſſit Meroën, tellusque peruſta
Illuc duxit aquas, trahitur Gangesque, Padusque,
Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus
Uno fonte vomens non uno gurgite perfert.
Rumor, ab Occeano, qui terras adligat omnes,
Exundante procul violentum erumpere Nilum,
Aequoreosque ſales longo miteſcere tractu.
Nec non Oceano paſci Phoebumque polumque
Credimus: hunc, calidi tetigit quum brachia Cancri,

Sol

vid. lib. VI. 412. *incumbere nubes* Thuan. ſec.

244. *Toties*] *Quoties* S. Germ. *adſiduo* fere omnes. *flatu* quinque. & hinc *adſiduo flatu* Heinſius & Oudendorpius merito probarunt. *fluctu* quatuor, & Cortius hic, & etiam ad Plinii IV. Ep. 30. & VIII. 17.

246. *Adverſique*] *Averſique* Thuan. ſec. *obice ſaxi* Rottend. ſec. *mora* & *obex* fere idem quod obſtaculum; vid. Barth. ad Stat. X. Theb. 190.

247. *Spiramina*] *Spiracula* Thuan. quart. vid. Heinſ. ad Virgil. V. Aen. 569. & X. 291. ubi explicat illa, *qua vada non ſpirant*, ut legendum cenſuit. *eſſe putant* quatuor & Cortius. vid. ad Sueton. Caeſ. LXXXVI. & Tib LXXIII. & alibi. parum refert. vide Cort. ad Plin. VII. Ep. XIX. §. 7. & XXX. §. 2. *telluris hiatu* Rottend. tert. ex gloſſa.

249. *Hac penitus*] *Ac* quinque. *hanc* Rott. tert. *tactus* Hamb. pr.

251. *Quum*] *Dum* Thuan. pr. & Rott. tert. *illic duxit* Rottend. pr. *Paluſque* S. Germ.

254. *Vomens*] *Movens* Turr. a m. ſec. *uno flumine* S. Germ. mox, *terras qui* Cortius, ut hiatum iterum, nullo codice auctore, inducat. quem conſuetum vocat, ſibi ſcilicet, ubique intrudere: non Lucano, qui ab illis ſibi cavit. *adligare* illuſtratum videbis in notis ad Claudian. II. in Rufin. 113.

257. *Sales*] In uſu eſſe hunc numerum contra Servium ad I. Aen. 35. oſtendit Moſantus Brioſius in Epiſtolis p. 346. *aequoreos ſales* Richel.

258. *Polumque*] *Polosque* Hamb. pr. & Richel. quod recepit Cortius. *hac calidi* Thuan. quart. *ſidera cancri* Thuan. ſec. *digeret* Turr. *disgreget* Serv. ad Virg. I. Aen. 608.

Sol rapit, atque undae plus, quam quod digerat aër,
Tollitur. hoc noctes referunt, Niloque refundunt.
Aſt ego, ſi tantam jus eſt mihi ſolvere litem,
Quaſdam, Caeſar, aquas poſt mundi ſera peracti
Secula, concuſſis terrarum erumpere venis,
Non id agente Deo, quaſdam compage ſub ipſa
Cum toto coepiſſe reor, quas ille creator,
Atque opifex rerum certo ſub jure coërcet.
Quae tibi noſcendi Nilum, Romane, cupido eſt,
Et Phariis, Perſisque fuit, Macetumque tyrannis:
Nullaque non aetas voluit conferre futuris
Notitiam: ſed vincit adhuc natura latendi.
Summus Alexander regum, quos Memphis adorat,
Invidit Nilo, miſitque per ultima terrae
Aethiopum lectos: illos rubicunda peruſti
Zona poli tenuit; Nilum vidêre calentem.
Venit ad occaſum, mundique extrema Seſoſtris,

Et

608. in edit. R. Steph. & al. *digerere* etiam pro dividere poni docet Cortius ad Plin. VIII. Ep. XX. §. 6. ſed hic puto metaphoram eſſe a cibis, qui ſumpti digeruntur in corpore. ſic ubi plus aquae tollitur, quam aër poteſt capere & digerere, debet refundere. vidimus & de hoc verbo ad lib VI. 88.

261. *Hoc noctes*] *Hac* Thuan. pr. *profundunt* Richel. *reſumunt* Hamb. ſec. *fas eſt* Voſſ. & Turrian. vid. lib I. 360.

263. *Sera*] *Longa* Rott tert. *mundi poſt* Cort. *peracti*, id eſt, conditi, perfecti, ut ita ſaepe Suetonius hoc verbo utitur. vid. ad Ovid V. Epiſt 41.

265 *Non id agente*] *Id* deeſt Thuan ſec. *nunc id* Turr. Heinſius malebat, *non agitante*, vel *adigente Deo*. quod firmari poſſet Regio codice, qui, *non ad agente* habet. mihi placeret, *nunc id agente*; quia non ab initio mundi id egit, ſed nunc, quando concutit venas. & ita aliis opponuntur, quae cum toto coeperunt: vel ſi *non* legas, interpretari debemus, illas ſponte erumpere, alias incepiſſe cum toto, ſed certis limitibus illas creatorem coërcere. eligat lector.

267. *Opifex rerum*] Ex Ovid. I. Metam. 79.

269. *Haec*] *Et* fere omnes ſcripti.

271. *Latendi*] *Latentis* Turrian mox, *quos* quinque. *per omnia terrae* Thuan. quart. *Aethiopas* Rott. pr. *Aethiopum populos* Turr. *peruſtos* MS. Cortii. ut ſupr. vſ. 222. *peruſtus populus ſole*, & IV. 679. *peruſtus Garamas*: ſed hic de miſſis in illa loca, non de incolis agitur.

275. *Calentem*] Uſque ad Zonam torridam perveniſſe, non ultra, explicant. Sed Nilus etiam calet in inferiore Aegypto, quae ſemper calida deſcribi ſolet. forte, *cadentem*, ut ad cataractas penetraverint. ſic variant haec verba infr. 435.

 276.

Et Pharios currus regum cervicibus egit:
Ante tamen veſtros amnes Rhodanumque, Padumque,
Quam Nilum de fonte bibit. veſanus in ortus
Cambyſes longi populos peruênit ad aevi,
Defectusque epulis, & paſtus caede ſuorum,
Ignoto te, Nile, redit. non fabula mendax
Auſa loqui de fonte tuo eſt. ubicumque videris,
Quaereris: & nulli contingit gloria genti,
Ut Nilo ſit laeta ſuo. tua flumina prodam,
Qua Deus undarum celator, Nile, tuarum
Te mihi noſſe dedit. medio conſurgis ab axe,
Auſus in ardentem ripas attollere Cancrum:
In Borean is rectus aquis, mediumque Booten:
Curſus in occaſum flexu torquetur, & ortus,
Nunc Arabum populis, Libycis nunc aequus arenis:
Teque vident primi, quaerunt tamen hi quoque, Seres,

Ae-

276. *Occaſum*] *Occaſus* multi. ad *Oceanum* Argolus, quem refutat Scheffer. lib. I. de Re vehic. 10. *Soſeſtris* Turr. *Seſoſtres* Rott. pr. *currus egit* illuſtravimus ad lib. VII. 3.

278. *Veſtros*] *Noſtros* Rott. pr. & Voſſ. *veſtros fontes* Oiſel. Seſoſtrim vero in Europam, & ad fontes Padi & Rhodani perveniſſe nondum apud quemquam reperire potui. ſed ex Herodoto Cl. Perizonius cap. IX. Antiq. Aegypt. docet, illum, ſi pervenerit in Europam, non ultra Thraciam & Scythiam penetraſſe. Sed quum omnia de Seſoſtris victoriis dubia, ſi non fabuloſa, ut Cl. Dukerus ibidem in notis oſtendit, ſint, Lucanus ſibi ad Padi & Rhodani fontes extendere licuiſſe putavit. ſi liceret *bibit*, pro *bibiſſet*, ſumere, ſalva res eſſet. certe ſimili modo Virgilium tempus pro tempore poſuiſſe notat Servius ad IV. Aen. 419. XI. 112. & 912.

281. *Defectusque*] *Deſeſſusque* Richel. *epulos* MS. Cortii, pro *epulas*. quaedam editiones poſt *redit*, minorem diſtinctionem ponunt, ut, *non fabula* &c. *tuo eſt*, referantur ad Cambyſem, qui non auſus fuit loqui de fonte, quaſi inveniſſet. tunc nova periodo, *Ubicumque* &c.

285. *Sit laeta*] *Nota* quinque Cort. & in uno, *lota*. non intelligo ſatis haec. nam certe tota Aegyptus fecundata Nilo ſuo, laeta eſt. an, *ut Nilo ſit laeta novo*, id eſt, ubi naſcitur. ſup. IX. 545. & alibi vidimus *novus* & *ſuus* in ſcriptis commutari.

286. *Quae*] *Qua* omnes fere.

289. *Is rectus*] *Erectus* Thuan. tert. vid. III. 207. *Bootem* multi. *in occaſus flexu* plurimi. *occaſus flexus* ſex. mox, *aequus habenis* Rott. ſec.

292. *Seres*] *Seri* aliquis apud Cortium. mox, *Aethiopumque teris* Heinſ. ſed mutavit ſententiam. ita mox 306. & alibi ſaepe hoc verbo utitur Lucanus. alienum gurgitem ex-

pli-

Aethiopumque feris alieno gurgite campos:
Et te terrarum neſcit cui debeat orbis.
Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre,
Amovitque ſinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quam noſſe tuos. conſurgere in ipſis
Jus tibi ſolſtitiis, aliena creſcere bruma,
Atque hiemes adferre tuas: ſolique vagari
Conceſſum per utroſque polos. hîc quaeritur ortus,
Illic finis aquae. late tibi gurgite rupto
Ambitur nigris Meroë fecunda colonis,
Laeta comis hebeni: quae, quamvis arbore multa
Frondeat, aeſtatem nulla ſibi mitigat umbra:
Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.
Inde plagas Phoebi, damnum non paſſus aquarum,
Praeveheris, ſterileſque diu metiris arenas,

Nunc

plico, in adverſa mundi parte, apud Antipodes in altero hemiſphaerio. ut *aliena ſidera* lib. VIII. 337. & mox 299. *aliena bruma.* nam Mela I. 9. dixit, *Solſtitio adcreſcere, quod tunc hiems ſit, unde oritur*, id eſt, *aliena bruma.*

294. *Neſcit*] *Necſcit* Voſſian. dubium, an, orbis terrarum neſcit, cui te debeat; an, orbis neſcit, cui terrarum te debeat.

296. *Nec licuit*]. Deeſt hic verſus Thuan. pr. & Rottend. tert. & tribus aliis a m. pr. & ſex Cortii & certe eo deleto rotundior exit ſenſus; Natura non *prodidit* caput, & *amovit* ſinus. quibus verbis interjicitur *licuit populis*, pro quo ſi *dedit*, vel ſimile eſſet, nihil offenderet: aut ſi in parentheſi legerentur (*non l. p. p. t. N. videre*). *ammonuitque* Rott. tert. *ſitus* Richel. *ſinus* hic debent notare cavernas, ex quibus oriri creditur, ut ſupr. *tacitum mundi* vſ. 253. *noſſe tuo* idem. mox, *jus eſt ſ. aliena & creſcere* Turr. *perferre* Hamb. pr. & Turr. a m. ſec. qui a prima, *efferre. conceſſum eſt* plurimi.

302. *Rupto*] *Rapto* a m. ſec. Rott. tert. *Meroes* quatuor. vid. ſupr. 237. *rupto*, eſt diviſo in duo brachia, quae complectuntur inſulam.

304 *Arbore multa*] Scaliger Epiſt. III. pag. 75. videtur indicare olim lectum fuiſſe, *arbore nulla*, ſed tunc perit oppoſitio, quae per *quamvis* indicatur. *aeſtate nullas ſibi mitigat umbras* Rott. pr. & Sixii. *aeſtate nullas ſ. vindicat umbras* duo Cortii & Ed. Lovan. ſed vulgata ſana. vid. lib. IX. 529.

truncum vix protegit arbor,
Tam brevis in medium radiis compellitur umbra.

mox, *ferit* omnes ſcripti, &, *inde plagas* etiam in Gryphii majore editione 1542. *praeveheris* etiam fere omnes. vid. ad lib. VII. 342.

Nunc omnes unum vires collectus in amnem,
Nunc vagus, & ſpargens facilem tibi cedere ripam.
Rurſus multifidas revocat piger alveus undas,
Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura
Regni clauſtra Philae. mox te deſerta ſecantem,
[Qua dirimunt noſtrum rubro commercia Pontum,]
Mollis lapſus agit. quis te tam lene fluentem
Moturum tantas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? ſed quum lapſus abrupta viarum
Excepere tuos, & praecipites cataractae,
Ac nuſquam vetitis ullas obſiſtere cautes
Indignaris aquis: ſpuma tunc aſtra laceſſis:
Cuncta fremunt undis: ac multo murmure montis
Spumeus invictis caneſcit fluctibus amnis.

Hinc,

309. *Unum vires*] *Vires unum* ſex. mox, *facilem ſibi* Thuan. ſec. & a m. ſec. Turr.

312. *Qua d. populis*] *Quo* Turr. *populos* multi etiam Cortii, apud quem vir doctus, *populos Aegyptiaque arva*. vid. lib. IX. 130. pro *Regni clauſtra*, citaſſe Peyraredum, *Nili clauſtra*, & ideo jure reprehenſum, docet Ill. Buherius ad Petron. bell. civil. vſ. 114. *dirimere* cum ablativo conſtrui vidimus ad lib. IV. 33. vid. & Cort. ad Plin IX. Ep. VII. §. 4. mox, *deſerta ſecantes* Voſſian.

313. *Philae*] Hinc obſervat Cl. Dorvilius male Scaligerum apud Propert. IV. VIII 39. *crotaliſtria Philis* emendaſſe, pro *Phyllis*, probante etiam Broukhuſio, quum prima ſyllaba ſit brevis.

314. *Qua dirimunt noſtrum rubro commercia Pontum*] Verſus varie tentatus, ut in notis Cortii & Oudendorpii eſt videre: in noſtris nonnullis eſt, *rubri ponti*, & *rubro ponto*, quod certe praeferendum. nam commercia non dirimunt Pontum rubro mari, ſed deberent conjungere; ut recte Oudendorpius qui jure ſpurium eſſe ſuſpicatur. cogitabam aliquando poſſe legi,

Qua dirimunt veſtro Rubri contermina Ponto.

ut Iſthmum inter Rubrum & Mediterraneum mare intelligat. ſed nondum eo pervenit Nilus in hac deſcriptione, qui mox demum ad cataractas venit. deleatur ergo, vel a meliori codice medicina exſpectetur. poſſet &

Quae dirimunt monſtris rubri commercia ponti.

nam Mela lib. III. 8. deſcribens litus rubri maris, & terram inter illud & Nilum, dicit, *flexu modico rubri maris, pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt.* Silvam ibi etiam eſſe addit, & feras beſtias, & ſerpentes &c. & hinc ad ſinum Arabicum Ptolemais ferarum dicta, ob venatum Elephantorum; quam memorat Strabo lib. XVI. p. 770. qui in ſequentibus locis Leonum, Boum ferorum & aliorum ſagittis ab accolis confici ſolitorum meminit. ſic lib. IV. 245. *monſtra* quidam, alii *noſtra* dederunt. & apud Valer. Fl. VII. 532. ſimilem videbis diverſitatem. & Mela I. 9. dicit Nilum ante cataractas partim aſperum, partim navigia patientem, id eſt molli lapſu, deinde atrocem & ferventem decurrere. *tantas* etiam plurimi pro *totas*.

317. *Abrupta*] *Abruta* Rot. ſec. & Hamb. ſec. vide Barth. ad Stat. X. Theb. 516.

319.

Hinc, Abaton quam noſtra vocat veneranda vetuſtas,
Terra potens: primos ſentit percuſſa tumultus,
Et ſcopuli, placuit fluvii quos dicere venas,
Quod manifeſta novi primum dant ſigna tumoris.
Hinc montes Natura vagis circumdedit undis,
Qui Libyae te, Nile, negant: quos inter ut alta
In convalle tacens jam moribus unda receptis.
Prima tibi campos permittit, apertaque Memphis
Rura, modumque vetat creſcendi ponere ripas.
Sic velut in tuta ſecuri pace trahebant
Noctis iter mediae: ſed non veſana Pothini
Mens, imbuta ſemel tam ſacra caede, vacabat
A ſcelerum motu. Magno nihil ille peremto
Jam putat eſſe nefas: habitant ſub pectore manes,
Ul-

319. *Nuſquam*] *Nunquam* tres. mox, *indignaris aquas* Sixii. ordo: atque indignaris ullas cautes obſiſtere tuis aquis, huc uſque libere fluentibus, vel ad hunc uſque locum non vetitis currere.

321. *Tremunt*] *Premunt* Voſſ. a m. pr. ſed *fremunt* plurimi. *montes* Oiſel. imitatur Virg. I. Aen. 55. ubi ex hoc loco, *magno cum murmure montis*, ſunt jungenda. vid. notas. *invitis* quatuor, quod Cortio placuit. Heinſius malebat, *impactis*, vel *illiſis*. an *infeſtis*, quod reſponderet τῷ *indignaris*. ſed Heinſius etiam *invitis* praefert. *albeſcit* multi. *tabeſcit* unus Cortii.

323. *Veneranda*] *Reverenda* Thuan. quart. *ſenſit* tres. *percuſſa* quinque & Cortius. *Petra* pro *terra* legi poſſe facile Salmaſio, & eum ſecutis, concedam. Sed ſi ἄβατος ſit, & nullis niſi Sacerdotibus calcetur, qua ſpecie *patens* dici poſſit non video; melius *latens* dixiſſet. ſed nec hoc placet admodum. quare ego, *Petra potens* praeferrem, id eſt, quae virtute inſigni praedita, quam jactabant Sacerdotes Aegyptii. ut ita paſſim ſacra & mirabilia dici ſolent. ita, *monſtrum potens* lib. VI. 635. eſt vis naturae, portentum. ita *herbae potentes*, &c. paſſim. *panacea potens* ſupr. IX. 918.

325. *Fluvii*] *Fluvio* Oiſel. *quis ducere* Heinſius. mutavit poſtea ſententiam. *qui manifeſta* Thuan. ſec. & Oiſel. *qua* Hamb. pr. *quo* Richel. *timoris* Thuan. pr. a m. pr.

328. *Negent*] *Negant* tres, & Cortius. *inter in altum* noſtri, praeter tres. qui, & *alta inter in alta* Is c. *tacens*, &c. Cortius & Oudend. *in convalle* plurimi. *tacens ſtat motibus* tres. *montibus* duo. *motibus* quatuor. *mollibus* Thuan. tert. *moribus* a m ſec. Rott. pr. *quietis* Thuan. pr. & Hamb. pr. ſed *moribus* verum eſt, quod idem eſt quod ſupr. *mollis lapſus*, & *lene fluens*. & bene illuſtratum viris doctis. vid. & IX. 758.

331. *Creſcendi*] *Creſcenti* Hamb. pr.

332. *Sic velut*] *Ac* Hamb. pr. *ſecurus p. trahebat* Rott. ſec. *noctis iter* explicitum ad Virg. X. Aen. 162.

334. *Tam ſacra*] *Sacra tam* Thuan. quart. & Richel. Heinſius *ſacrata*, vel *ſcelerata* volebat: ſed *ſacra* propter hoſpitii jura violata dicitur. mox, *nihil ipſe* duo codices.

336. *Habitant*] Dixi jam ſupr. vſ. 73. mihi magis arridere hic, *agitant*, & praeterea

prae-

Ultriceſque Deae dant in nova monſtra furorem.
Dignatur viles iſto quoque ſanguine dextras,
Quo Fortuna parat victos perfundere Patres;
Poenaque civilis belli, vindicta Senatus,
Paene data eſt famulo. procul hoc avertite, Fata,
Crimen, ut haec Bruto cervix abſente ſecetur.
In ſcelus it Pharium Romani poena tyranni,
Exemplumque perit. ſtruit audax irrita fatis,
Nec parat occultae caedem committere fraudi:
Invictumque ducem detecto Marte laceſſit.
Tantum animi delicta dabant, ut colla ferire
Caeſaris, & ſocerum jungi tibi, Magne, juberet:

At-

praeſtaret, *agitant ſua*, vel *fera pectora manes*. quamquam ſi quis *habitant* velit tueri, pro pertinaciter inhaerent, manent, non repugnabo. mox, *ultriceſque umbrae* plurimi.

338. *Viles*] *Pharias*, aut *faciles* Codd. Cort. *fortuna parat* plurimi. *vacat*, *parat*, MSS. Cortii. non intelligo haec ſatis. forte legendum, *Dignetur viles &c.* ut ſit quaſi indignatio: digneturne Fortuna quoque (praeter Pompeji) ſanguine Caeſaris perfundere viles dextras, quo parat & meditatur jam perfundere ſenatores victos, quibus Caeſar ignoverat, ſed qui poſtea in eum conjurarunt, & interfecerunt illum. *parat* non mutandum: ita enim & mox vſ. 345. eo ſenſu, quo explicui ad Valer. Fl. III. 586. hoc verbum, & *ſtruere*, quod mox ſequitur. Cortius, *junctos patres*. Heinſ. *victas partes*. ut lib. I. 692. & II. 513.

341. *Hoc*] Quia ſequitur *haec*, Heinſius hic legebat, *procul heu!* mox, *in ſcelus &c* Rott. pr. *& ſcelus in* Rott. ſec. *It ſcelus in* Cortius.

344. *Irrita fatis*] *Fata* tres. vid. Barth. ad Stat. V. Theb. 684. mox, *occulta fraude* Richel. & unus Hortenſii. *fraudis* Turr. a m. ſec. *promittere* MS. Cortii, qui addit, forte pro *permittere*. ſed vulgata ſervanda. ſic Flor. I. 1. *primum ſcelus mandat inſidiis*. Claud. I. in Eutrop. 87. *occulto crimen mandare ſuſurro*. intr. 482. *nec flammis mandatur opus*.

346. *Detecto*] *Dejecto* Rott. pr. eadem varietas apud Claudian. Bell. Gildon. 248. ubi vide Heinſium. *morte* Turr. mox, *dabunt* Thuan. pr.

347. *Ferire*] *Feriret* ſex. *feriri* Thuan. ſec. ſec. major pars, *ferire*. multis hic exemplis pro *ferire* pugnat Oudend. mihi vix videtur facile poſſe diſcerni, an *ferire* an *feriri* praeferendum, quum pro utroque multa adferri poſſent, & ſaepe libri varient, ut jam notavimus ad lib. I. 119. & II. 599. nec *feriri* neceſſario requiritur, quia *jungi* ſequitur, quia ſaepe activum & paſſivum in uno verborum complexu jungi ſoleant. Frontin. II. 1. 18. *Inſtituit infeſtari naves, deinde revocare claſſem.* & III. II. I. *circuiri muros inſtituit, eaſdemque reducere in caſtra*. ubi vide & Oudend. & quae nos ad Virg. I. Georg. 130. & III. Aen. 61. & v. 773. notavimus. & hinc temere Markl. in Stat. V. Silv. III. 3.

Neque enim antra moveri
Delia, nec ſolitam fas eſt impellere Cyrrham.

mutat in *movere*: adde Cortium ad Plin. VI. Ep. XVI. §. 12. *feriret* etiam habet quo ſe tueatur, Suet. Caeſ. 1. *diſcedere e medio & commutare latebras cogeretur, ſeque redimere.*

ubi

Atque haec dicta monet famulos perferre fideles
Ad Pompejanae ſocium ſibi caedis Achillam,
Quem puer imbellis cunctis praefecerat armis,
Et dederat ferrum, nullo ſibi jure retento,
In cunctos, in ſeque ſimul. *Tu mollibus*, inquit,
Nunc incumbe toris, & pingues exige ſomnos:
Invaſit Cleopatra domum. nec prodita tantum eſt,
Sed donata Pharos. ceſſas accurrere ſolus
Ad dominae thalamos? nubet ſoror impia fratri:
Nam Latio jam nupta duci eſt: interque maritos
Diſcurrens Aegypton habet, Romamque meretur.
Expugnare ſenem potuit Cleopatra venenis.

Cre-

ubi *diſcederet* & *redimeret* alii. ubi vid. quae notavi, & ad Domit. XVII. Vitruv. II. 18. *juſſit plauſum darent*, & *polliceri*. & talia obvia plura. hinc difficilis electio diſſentientibus codicibus, & metro utrumque admittente. ſic apud Virg. III. 146. *Tentare* vel *tentari auxilium jubet*. vide & quae diximus ad Ecl. VI. 85.

348. *Et ſocerum*] *Ut ſocerum* Hamb. ſec. Richel. *Magne putares, atque haec dicta jubet famulos perferre tyranno* Oiſel. *movet* Thuan. ſec. ſed *monet perferre* rectum, vid. ad Virg. I. Georg. 457. & X. Aen. 439.

352. *Et dederat*] *Aut dederat* Thuan. quart. pro *retento*, *retentum* Rott. pr. codices reliqui variant, ut & Cortii, *redemto*, *parato*, *recepto*, quod ultimum non diſplicet; eſt enim idem quod *excepto*, & JCtis frequentatum verbum. ut docet Gell. XVI. 6. vid. & Saliner. ad Tacit. XIII. ann. 4. ſed vid. & ſupr. IV. 693. & IX. 197.

354. *Pingues*] *Molles* Oiſel. ex verſu praecedente repetito vocabulo. *pingues* etiam Ovid. I. Amor. XIII. 7. dixit. ita *pinguis vita* apud Plin. VII. Ep. 26. ubi vide Cortium. *intravit Cleopatra* etiam Turrian. a m. ſec. male. vide Cortium ad Plin. VI. Ep. 20. *tantum* ſine *eſt* Hamb. pr.

356. *Adcurrere*] *Occurrere* Hamb. pr. a m. pr. forte melius. & ſemper fere ita variatur. vid. ad Virg. X. Aen. 352. & Sil. Ital. X. 701. & Cort. ad Plin. VI. Ep. ult. qui in MSS. aliis legi, *ſuccurrere* & *concurrere*, ait; hic vero nihil novans vulgatam lectionem ſervavit. Cl. Dorvilius exponebat, quaſi exprobraret ipſi famulatum, ut qui munus cubicularii obire deberet. unde inf. 405. *duce ſub famulo*, dicit.

357. *Nubit ſoror*] Ita plurimi. *nubet* Rott. tert. Heinſius volebat etiam, *jam Latio nuptura duci:* immo vero, ut ſupra vidimus, nupſerat jam, & concubuerant ambo: ſed ſarcaſmus eſt in Cleopatram, quae duos maritos eodem tempore habere volebat, & ex priore legitimam dotem Aegyptum, ex altero, ut meretrix, mereri Romam. quare nec *Romamque licetur* Heinſio placet: nam ad *meretricis* nomen reſpicit *meretur*. vid. Propert. III. IX. 31, ubi, ut procax meretrix, dicitur *popoſciſſe* obſcoeni conjugii pretium Romam: *nubet* etiam praefero, fratri ſcilicet, quae jam nupta eſt Caeſari. nam argumenti vice utitur; unde probet, ſcilicet, illam nupturam fratri ſuo, quia jam nupta eſt Caeſari; huic per ſtuprum, illi per nuptias ſollemnes.

360. *Senem*] *Ducem* Turr. mox, *miſer puerum* Rott. tert. *quam nox* Thuan. tert. & Rott. tert. *crede miſer*, *puerum cui*, vel *puero*

Crede, miſer, puero: quem nox ſi junxerit una,
Et ſemel amplexus inceſto pectore paſſus
Hauſerit obſcoenum titulo pietatis amorem,
Meque, tuumque caput per ſingula forſitan illi
Oſcula donabit. crucibus, flammisque luemus
Si fuerit formoſa ſoror. nil undique reſtat
Auxilii: rex hinc conjux, hinc Caeſar adulter:
En ſumus, ut fatear, tam ſaeva judice ſontes.
Quem non e nobis credet Cleopatra nocentem
A quo caſta fuit? per te, quod fecimus una,
Perdidimusque nefas, perque ictum ſanguine Magni
Foedus, ades: ſubito bellum molire tumultu:
Irrue: nocturnas rumpamus funere taedas,
Crudelemque toris dominam mactemus in ipſis

Cum

no quam Heinſ. *ulla* Oiſel. & Hamb. ſec. vid. Bronkh. ad Propert. III. VII. 8. & inf. vſ. 450. mox, *& ſemel*; ſcilicet, *& qui* ſemel. ſed neſcio an melius, *ſimul*, pro ſimul ac. Sed parum refert. *obſcoeno pectore* Thuan. pr. a m. pr. *corpore* Thuan. quart.

366. *Si fuerit formoſa*] Hoc languidum videtur. nam certe jam eſſe formoſam ſcire poterant. cogitabam, *ſi ſubiit*, vel *ſubeat formoſa ſoror.* ſi ejus animum amore capiat. *ſubire* enim eſſe in hac re proprium docebit locus Propertii I. IX. 26.

Acrius illa ſubit, Pontice, ſi qua tua eſt.

ubi vide. jam vero *ſubit* & *fuit* commutarunt librarii ſaepe, ut vidimus ad lib. IX 192. praeterea *ſi viſa eſt f. ſoror*; *nil denique reſtat* Heinſius volebat. *denique* certe non male; nam licet ſervari poſſit,, *nihil undique auxilii.* melius tamen *denique*, id eſt, poſt omnia circumſpecta, & imitatio eſt Virgilii II. Aen. 70.

Quid jam miſero mihi denique reſtat.

ubi Servius aut vacare, aut *noviſſime* ſignificare docet. ſic & utitur Lucanus noſter IV. 349.

Nos denique bellum
Invenit civile duces.

ſenſus eſt, ut fere jam interpretes: ipſi donabit meum, & tuum caput Ptolemaeus frater. ſi placeat formoſa; quae per crucem & flammas poenas exiget.

368. *Ut fatear*] *Id fateor* Turr. *& fateor* Voſſ. a m. ſec. mox, *ex nobis* Turrian. *credet* ſeptem.

370. *Per te*] Variant admodum codices Cortii, & noſtri. Thuan. pr. & quart. *rogo per quod.* ſed vide Oudendorpii notas, & adde Heinſii & Drakenb. notas ad Sil. I. 658.

373. *Nocturnas*] *Irrue nocturnus* ſex. & id Cortius probat, ut ſit dictum, ſicut apud Virgil. VIII. 465.

Aeneas ſe matutinus agebat.

ſic & apud Noſtrum lib. III. 498. *armisque coruſcas Nocturni texere faces.* ubi Cortius contra *nocturnis* edidit, ſui oblitus: & cur non adduxit etiam locum ex lib. IV. 732.

Curio nocturnum caſtris erumpere cogit Equitem.

vide ad Petron. cap. XV. & Phaedr. I. 23. ſed hic Cortius forte praetulit *nocturnus*, ut

in

Cum quocumque viro. nec nos deterreat auſis
Heſperii Fortuna ducis. quae ſuſtulit illum,
Impoſuitque orbi, communis gloria nobis:
Nos quoque ſublimes Magnus facit. adſpice litus,
Spem noſtri ſceleris: pollutos conſule fluctus,
Quid liceat nobis: tumulumque e pulvere parvo
Adſpice Pompeji, non omnia membra tegentem.
Quem metuis, par hujus erat. non ſanguine clari:
Quid refert? nec opes populorum, ac regna movemus.
Ad ſcelus ingentis fati ſumus. adtrahit illos
In noſtras Fortuna manus. en altera venit
Victima nobilior. placemus caede ſecunda
Heſperias gentes. jugulus mihi Caeſaris hauſtus
Hoc praeſtare poteſt, Pompeji caede nocentes

Ut

in notis oſtenderet vocativi vices tenere nominativum, quod multis exemplis potuiſſet firmare. *ſanguine* Oiſel. *foedere* Rott. pr.

376. *Illum*] *Ipſum* Rott. tert. mox, *adſpice laetus* Thuan. pr. a m. pr.

379. *Pollutos*] *Pollutus* Richel. *quod liceat* Rott. tert. *quam* Thuan. pr. *in pulvere* Hamb. ſec. *parco* Rott. tert. *facto* Turr. *accipe* Thuan. ſec. *Pompejum* Rott. tert. *vix omnia* Cortii MS. Unde noverat vero Pothinus haec, quum furtivo rogo crematum, tumulo etiam furtivo, condiderat Cordus lib. VIII. 713. & IX. 142. ſi reſciverit, cur non ſceleris monumenta abolevit?

382. *Par hujus*] Explicant, quaſi par hic genitivum regeret, ut ſupr. vidimus vſ. 289. aequalis, ſimilis. ſed ego malo ut ſubſtantivum capere, ut ſit, ejus adverſarius, hoſtis, dux diverſae factionis, ut lib. VI. 3. & 291. & VII. 695. & alibi. deſumta locutione a gladiatorum paribus. non ergo major Pompejo eſt Caeſar, ideoque aggredi eum ſtatim oportet.

383. *Quid refert*] *Quod referat* Thuan. pr. male. vid. ad Ovid. VI. Epiſt. 137. *& regna* duo Thuan. *aut* Rottend. pr.

384. *Ingentes facti*] *Ingentis fati* ſex libri, & editi quidam, & recte. ſed non recte vulgo explicari ſolet: non ſumus quidem regia ſtirpe & nobilitate prima & alta nati, quorum fata magna & majora eſſe vidimus ad lib. V. 189. ſed ad ſcelus ſatis magni fati, quod nos aequabit heroibus, ſumus. *Fatum* hic idem eſſe, quod fortuna, quae dat ſucceſſum, docet Heinſ. ad Claud. IV. Conſ. Honor. 221. *ingentes fati* Rottend. ſec. Cortius poſita majori diſtinctione legit, *fati ſumus. ac trahit illos.* deinde Turr. *in noſtras f. domus*, ut ſaepe variatur, & vide ſupr. vſ. 61. VI. 819. & alibi. ſed vulgata ſervanda.

385. *Altera venit*] *Altera nobis* quatuor; quod neſcio an non recipiendum, & illud *venit* adſcriptum ab interprete, quod ſubintelligi debet, deinde in textum migravit. Certe ita ſolere veteres, omiſſo verbo *venire*, loqui, oſtendit Heinſius ad Vellej. Paterc. II. 117. & etiam in aliis ellipſim hanc illuſtravit Gronovius ad Senec. Troad. 844. Virgil. X. Aen. 244. *Craſtina lux.* ſcilicet *venerit.* ubi vide. *caede ſuperba* Rott. tert. *Heſperies*

Ut populus Romanus amet. quid nomina tanta
Horremus, vireſque ducis, quibus ille relictis
Miles erit? nox haec peraget civilia bella,
Inferiasque dabit populis, & mittet ad umbras,
Quod debetur adhuc mundo, caput. ite feroces
Caeſaris in jugulum: praeſtet Lagea juventus
Hoc regi, Romana ſibi. tu parce morari:
Plenum epulis, madidumque mero, Venerique paratum
Invenies: aude: Superos tot vota Catonum,
Brutorumque tibi tribuent. Non lentus Achillas
Suadenti parere nefas. haud clara movendis,

Ut

ries Thuan. ſec. *Heſperiae* Voſſ.

387. *Jugulus*] *Jugulis* Voſſ. *ictus* tres. *banctus* Richel. *auſus* Rott. ſec.

389. *Quid nomina*] *Quod* in Voſſiano & & aliis MSS. quum legeretur, Heinſius inde *quo* faciebat. ut ſupr. 219. etiam viri docti tentarunt. Sed nihil muta. Ovid. xv. Met. 154.

Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis?

390. *Relictis*] *Relictus* multi: quod videtur Cortius in notis ſuis probaſſe, ut ſit, a quibus Caeſar, relictus ſi eſſet, nihil plus erit, quam miles gregarius. & forte quis putet rectius Caeſarem, relictum a militibus, privati & gregarii militis loco futurum dici, quam ſi ille eos relinquat, quod vix veroſimile. *relictus* autem mitiori verbo eſt deſertus. Petron. cap. xci. *amo te quamvis relictus*, ubi vide notas. Sed tamen praefero *relictis*, ſcilicet nominibus & viribus, id eſt, copiis & exercitu extra urbem: ſi ſolum intueamur, miles tantum erit: ita *lux relicta* iv. 297. *mors* iii. 467. & ſimilia. *peragit* Thuan. quart.

393. *Quod debetur*] *Quod mundo debemus adhuc caput* Turrian. multo melius mea ſententia. ut ſe debendi reos faciant. certe irritam facit conjecturam, nullis libris ſubnixam, Cortii, *Quod debetur adhuc, mundi caput.* neque admodum conveniens *mundi caput* nunc vocare, quem modo depreſſit ad militis gregarii humilitatem. vid. ſupr. h. l. vſ. 5. *debetur* vero, ſcilicet fatis ita ferentibus. vid. ad libr. vii. 35. & mox 415. *quod debet ſuperis. ite*, & *praeſtet*, variante modo, notavit Cortius ad Plin. iv. Ep. xi. fin. vid. & ſupr. iv. 357.

395. *Hoc regi*] *Hoc regnum* Hamb. pr.

396. *Venerique paratum*] *Peractum* tres Cortii, qualis diverſitas jam plus ſemel notata in Lucani libris. vid. ix. 1027. *Veneris* alius. male. vid. Ovid. i. Faſt. 437. & v. Met. 603.

397. *Aude*] *Avide* Thuan. pr. *audi* Sixii, *ſuperos* Rott. pr. & id amplexi Cortius & Oudendorpius. *Catonis* Hamb. pr. Heinſius refingebat, *gaude, ſuperi quod vota Catonum. B. t. tribuent.* vel poſt *aude* diſtinctione majore poſita, *Superi* &c. *tribuunt.* ſed *aude*, non movendum, reſpicit enim commune dictum, *audentes fortuna juvat*, quod apud Virgilium, Ovidium & alios obvium. quare accedo legentibus, *Superos tot vota C. &c. tribuent.* niſi quod duriori ſit dictum phraſi, *tribuere Deos*, pro benevolos facere, vel ut Ovid. i. Triſt. 174. *dare deos alicui*, dixerat. Cujus locutionis ut & *habere deos* multa adduxit exempla Oudendorpius, ſed nullum, ubi *tribuere* occurrit. *tribuunt* volebat

Hein-

Ut mos, ſigna dedit caſtris, nec prodidit arma
Ullius clangore tubae: temere omnia ſaevi
Inſtrumenta rapit belli. pars maxima turbae
Plebis erat Latiae: ſed tanta oblivio mentes
Cepit, in externos corrupto milite mores,
Ut duce ſub famulo, juſſuque ſatellitis irent,
Quos erat indignum Phario parere tyranno.
Nulla fides, pietasque viris, qui caſtra ſequuntur,
Venalesque manus: ibi fas, ubi maxima merces:
Aere merent parvo, jugulumque in Caeſaris ire
Non ſibi dant. pró fas! ubi non civilia bella

In-

Heinſius. *non ſegnis* quatuor.

399. *Haud clara*] *Haud clauſtra nefandis* Rott. pr. *ut mox* Rott. ſec. *non prodidit* tres. *clara ſigna* ſunt, quae tuba &c. dabantur, ut claſſicum. ſic apud Virg. III. 519. *Dat clarum e puppi ſignum*, ubi plura dicemus. *prodere arma* hic eſt ſignum dedit arma capiendi, ad quod clamabant milites, *arma*, *arma*. vid. Heinſ. ad Ovid. XI. Met. 377. & hoc mox *rapit* indicat.

402. *Rapit belli*] *Parat* Turrian. *pars m. belli* tres Cortii, qui tentabat, *pars maxima turba Plebis erant Latiae*, vel *turbae plebes* (pro *plebis*) *erat Latia*, ſine ullo metri reſpectu. cui vero bono tot inutiles conjecturae, & quas auctor ipſe non ſequi ſe fatetur. offendebant ſcilicet duo illi genitivi *turbae*, & *plebis*. ſed vid. lib. IX. 8. & quae ex ipſo Cortio adduximus.

403. *Oblivio*] *Oblivia* Rott. pr. *mentis* multi.

406. *Quos erat indignum*] Cortius & Oudendorpius malebant, *quîs erat*. ſed ſequi codices tutius, nec Lucano ſingularia ſua adimere, nec etiam, quae ſatis Latine dicta ſunt, ad canonas ſemper Grammaticorum mutare: ſi enim liceat dicere, *fas eſt me facere*, ut apud Virgil. IV. Aen. 350. & *quos vetitum eſt ponere* apud Cicer. II. de Finib. 13. cur non & haec conſtructio tueri locum poſſit? vide quae dixi ſupr. ad lib. II. 249. & Ovid. XX. Ep. 71. *Liceat flentem conſiſtere*. Terent. Heaut. IV. I. *non licet hominem eſſe ut vult*. & paſſim. Quinct. IV. de Inſt. Orat. 4. in cod. Gothano, *procuratorem tibi eſſe non licuit*. ita ſupr. IX. 584. *ſatis eſt dixiſſe Jovem*, non *Jovi*. & quae id genus plura. vid. & ad lib. VII. 74. & ſupr. 102. vel etiam poſſet *indignum* poni abſolute ut nihil regeret, niſi infinitivum *parere*. hoc ordine, quos parere Tyranno indignum erat.

408. *Maxima merces*] *Proxima* quinque e noſtris, & ſolere has voces commutari patet ex notis ad Ovid. II. Met. 323. Vell. Paterc. II. 36. & 127. & Juſtin. XIV. 4. *maxima merces* occurrit ſupr. lib. II. 227. & V. 286. Gunther. VII. 49. *venalesque manus*, ex noſtro deſumſit, ut notat Rittershuſius. qui & *proxima* probat, ut & Cortius ad Plin. V. Epiſt. 12. *aes pravum*, quod Waddel. Animadv. Critic. p. 158. profert, quid ſignificet, ignoro. Sed *maxima merces*, opponitur *aeri parvo*, & ſenſum puto eſſe, ſcelera pleraque admitti ſpe maximae mercedis & praemiorum. Sed hos milites Romanos, Aegyptiis parentes, ſtipendia accepiſſe parva, ideoque illos non in ſuam utilitatem, ut nimirum ita oſtenderent, ſe mereri majora jure ſtipendia, occidiſſe Caeſarem: ſed furore illo civilium bellorum inſtinctos, hoc de-

Invenit imperii fatum miſerabile noſtri?
Theſſaliae ſubducta acies in litora Nili
More furit patrio. quid plus te, Magne, recepto
Auſa foret Lagea domus? dat ſcilicet omnis
Dextera, quod debet Superis: nullique vacare
Fas eſt Romano. Latium ſic ſcindere corpus
Dîs placitum: non in generi, ſocerique favorem
Diſcedunt populi. civilia bella ſatelles
Movit, & in partem Romanam venit Achillas.
Et niſi fata manus a ſanguine Caeſaris arcent,
Hae vincent partes. aderat maturus uterque:
Et diſtricta epulis ad cunctas aula patebat

In-

diſſe Aegyptiis, non ſibi. & more patrio, id eſt, partium Pompejanarum & Caeſaris, inter ſe furorem exercere, qui cederet in rem Aegyptiorum, ſi utrumque tollant, ut Pothinus ſuaſit vſ. 385. Gujetus, *Aere merent parvo jugulos i. C. b. ire, non ſibi dant. Pro fata!*

411. *Invenit*] *Invenient* Thuan. ſec ſed tunc convertenda eſſet conſtructio, ut civilia bella invenirent fatum; & verba tranſponenda, *Invenient fatum imperii civilia bella.* maneat vulgata.

413. *More furit patrio*] *Fuit* Rott. ſec. & Sixii. Heinſius legebat, *Marte furit patrio.* ſed *Phario* Richel. *quid te plus* tres, & Cortius.

415. *Quod debet*] *Quo* Rottend. ſec. *debet pueris* Hamb. ſec.

416 *Sic ſcindere*] *Praeſcindere* Rott. ſec. & MS, Cortii, qui ipſe, *ſi ſcindere* conjiciebat. in Thuan. ſec. erat, *ſcindere ferrum*: forte librarius ille legerat, *ſic ſtringere*, vel *Latium deſtringere ferrum*. Sed *ſcindere corpus* non movendum: vid. ad lib. VII. 406. *Dis placitum eſt* Turrian. vid. ad lib. II. 5. *ſoceri generique* plerique. mox, *civilia jura* Rott. tert. *deſcendant* Hamb. ſec.

419. *Romanam*] Ita ediderunt quidam, qui quum in multis *Romani* legerent, neſciebant quem Romanorum intellexerit Lucanus. & hinc ſpurius ille verſus formatus, qui eſt in nonnullis noſtris, Cortii & Oudendorpii.

Inſtaurat, primus magno ſuccedit Achillas.

Sed non alienus ſum a conjectura Heinſii, qui volebat,

Movit, & in partem prob! Magni venit Achillas.

vel poſſet legi, *in partem Magni ſuccedit Achillas:* ſed & vulgata ſervari poſſet, quia facile eſt per Romanum intelligere Pompejum, qui partes contrarias Caeſari fovebat, cujus occiſi partes ſuſcepit Achillas: & praeceſſit, *civilia bella movit*, quae Pompejum ſatis deſignant. ſic *venire in partem criminis* Ovid. I. Art 390. *in partem chori* V. Met. 270. *doloris* III. Am. IX 51.

421. *Vincent*] *Vincant* Hamb. pr. pro viciſſent, vel potuiſſent vincere. *vincunt* quatuor, quod Oudendorpio & Cortio placuit. mox, *aderant* Rottend. ſec. quod Cortius recepit, ſi auctoribus libris, recte. vid. ad Ovid. II. Art. 283.

422. *Diſtricta*] *Diſtrincta* Oiſel. *diſtracta* Rott. pr. *conſtricta* Turr. *deſtricta* Richel. Heinſ. *diſtracta* malebat. ego cum Grotio & Oudendorpio probo, *diſtricta.* mox, *ſed* me-

Inſidias: poteratque cruor per regia fundi
Pocula Caeſareus, menſaeque incumbere cervix;
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus,
Ne caedes confuſa manu, permiſſaque fatis
Te, Ptolemaee, trahat. tanta eſt fiducia ferri,
Non rapuere nefas: ſummi contemta facultas
Eſt operis: viſum famulis reparabile damnum,
Illam mactandi dimitere Caeſaris horam;
Servatur poenas in aperta luce daturus.
Donata eſt nox una duci, vixitque Pothini
Munere Phoebeos Caeſar dilatus in ortus.
Lucifer a Caſia proſpexit rupe, diemque

Mi-

metuunt populi duo Henſiani.

426. *Ne caedes*] *Nec caedis* Richr. *permixtaque* Hamb. pr. *ne caedes confuſa, manus permiſſaque fatis* legebat Cortius, nec Oudendorpius valde improbat. certe *manus* eſt in nonnullis eorum MSS. & tunc *caedis confuſa manus* legendum, & *manus* capienda pro ictu, telo, quo petitur aliquis, vid. ad Quinctil. v. de Inſt. Orat. 14. p. 476. & IX. I. p. 760. & ad I. Declam. 10. hinc *manus Jovis* toties pro fulmine, quo petit homines vel alia. Sed & *manu* eodem ſenſu poteſt intelligi, ne ictus incerti & confuſi eſſent, non ut quiſque ſibi certum legeret, quem feriret, ſed ut caſui & fato permitteretur caedes. Saepe apud Noſtrum, Virgilium & alios, *manu*, pro pugna, ferro &c. occurit. vid. ſupr. ad lib. IV. 535. mox, *fiducia belli* Turr. & a m. ſec. Oiſel. ſed diſtinctio poſt *ferri* major debet in minorem mutari, tanta fiducia erat in ferro ſive caede, ut non raperent, id eſt, ſtatim exſequerentur nefas. vid. ad lib. I. 228.

428. *Contemta*] *Contenta* multi.

429. *Reparabile*] *Revocabile* Rott. tert. quod non deterius vulgato, forte ab interprete nato. Ovid. III. Art. Am. 63.

Nec quae praeteriit, iterum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit hora redire poteſt.

vid. Heinſ. ad VII. Met. 177.

430. *Illam*] *Ullam* multi. *aptam* tres. *unam* Oiſel. vid. ſupr. 361. *permittere* Thuan. quart. unde Cortius conjicit lectum fuiſſe *praemittere*, pro *praetermittere*. quod exemplis idonei ſcriptoris probare oporteret. non enim, quia *praevehere*, *praelabi*, & alia quaedam verba ita poni ſoleant, conſequitur & *praemittere* ita uſurpari: immo ipſe Cortius ad Plin. VI. Ep. V. §. 3. *dimittere* hic, ut *omittere* & *amittere occaſionem*, dictum docet. mox, *in apertas* Rott. tert.

433. *Dilatus*] *Perlatus* Hamb. pr. *delatus* Thuan. pr.

434. *Proſpexit*] Vide de hoc verbo Markl. ad Stat. II. Silv. II. 45. ubi ille pro *ortus aſpicit*, ſine librorum auctoritate, *Proſpicit* intruſit. quum Poëtae & alii utroque verbo uti ſoleant, ut & *deſpicit*. vid. ad Phaedr. II. fab 5. ideoque in omnibus locis his emendationibus arbitrariis indulgere licet, & innumeris exemplis chartam implere. audacior etiam in loco Tibulli lib. III. IV. 2. conjectura, pro *ſummo ortu*, reponentis *ſummo Oeta*. quum recte *ortus ſummus* dicatur, ut apud Ovid. III. Triſt. 361.

Ortus erat ſummo tantummodo margine Phoebus.

Sum-

Miſit in Aegyptum, primo quoque ſole calentem:
Quum procul a muris acies non ſparſa maniplis,
Nec vaga conſpicitur, ſed juſtos qualis ad hoſtes
Recta fronte venit. paſſuri comminus arma,
Laturique ruunt. at Caeſar moenibus urbis
Diffiſus, foribus clauſae ſe protegit aulae,
Degeneres paſſus latebras. nec tota vacabat
Regia compreſſo: minima collegerat arma
Parte domus: tangunt animos iraeque, metuſque:
Et timet incurſus, indignaturque timere.
Sic fremit in parvis fera nobilis abdita clauſtris,
Et frangit rapidos praemorſo carcere dentes.
Nec ſecus in Siculis fureret tua flamma cavernis,
Obſtrueret ſummam ſi quis tibi, Mulciber, Aetnam.
Audax Theſſalici qui nuper rupe ſub Haemi,
Heſperiae cunctos proceres, aciemque Senatus,
Pompejumque ducem, cauſſa ſperare vetante,

Non

Summus ergo *ortus* eſt primus. ita ut *ultimus* ſaepe pro primo, quod omnibus notum.

435. *Calentem*] *Cadentem* Richel. *calente* Rottend. ſec. de Caſio monte vid. Voſſ. ad Pomp. Mel. I. 10.

436. *A muris*] *E muris* tres. & recepit Cortius. vid. ad lib. v. 16. IX. 121. & alibi.

437. *Juſtos*] *Victos* Rott. tert. a m. ſec. ſed *juſtos*, eſt acie inſtructa proelium exſpectantes, aut offerentes. ut *juſtum proelium* II. 540. vid. III. 228. & alibi ſaepe. *ad hoſtes* noſtri fere omnes, quod non mutandum, propter unum & alterum codicem, qui *in* habet, ſollemni variatione: nam non ſolum hoſtili animo & impetu invadere, eſt venire *in hoſtem*, ſed & *ad hoſtem* idem notat. Caeſ. VII. de Bell. Gall. 70. *veniri ad ſe confeſtim exiſtimantes, ad arma conclamant.* & ipſi verbo *venire* vim illam ineſſe docuerunt Cerda ad Virgil. X. Aen. 545. Barth. ad Claudian. I. de Laud. Stil. 109. & nos etiam ad Phaedr. I. 21. ſic & mox vſ. 528.

Veniant in viſcera Caeſaris enſes.

ubi nihil variant, ideoque retinendum: hic vero *ad* praefero, propter notata ad lib. III. 359. Terent. Andr. I. v. 18. *itur ad me.*

438. *Recta*] *Recte* Rott. ſec. *tecta* Thuan. pr. quod contrarium eſt menti auctoris, ſed repetitum ex lib. III. 488. ubi bene *tecta*. *mixturi comminus* Heinſius volebat. ſed *paſſuri* & *laturi* debent opponi, ut hoſtium arma in ſe miſſa excipiant, & ipſi etiam ferant vel inferant tela. mox, *moenibus armis* Rott. ſec. an pro *arcis*?

441. *Compreſſo*] In uno Oudendorp. *compreſſus*, quod mutata diſtinctione, *Regia: compreſſus minimo* &c. probarem. vid. lib. IV. 787.

545. *Clauſtris*] Heinſius, *clatbris* volebat, non male: ſed tamen recte Oudendorpius tuetur hic vulgatam. vid. ad lib. IV. 237. *addita*

Non timuit, fatumque ſibi promiſit iniquum,
Expavit ſervile nefas, intraque penates
Obruitur telis; quem non violaſſet Alanus,
Non Scytha, non fixo qui ludit in hoſpite Maurus.
Hic, cui Romani ſpatium non ſufficit orbis,
Parvaque regna putat Tyriis cum Gadibus Indos,
Ceu puer imbellis, ceu captis femina muris,
Quaerit tuta domus: ſpem vitae in limine clauſo
Ponit, & incerto luſtrat vagus atria curſu:
Non ſine rege tamen; quem duxit in omnia ſecum,
Sumturus poenas & grata piacula morti;
Miſſurusque tuum, ſi non ſint tela, neque ignes,
In famulos, Ptolemaee, caput. ſic barbara Colchis
Creditur ultorem metuens regnique, fugaeque,
Enſe ſuo, fratrisque ſimul cervice parata
Expectaſſe patrem. cogunt tamen ultima rerum
Spem pacis tentare ducem: miſſusque ſatelles

Re-

dita Rott. ſec. mox, *rapidos* multi. Cortius, *avidos*, caeſurae iterum beneficio confiſus. mox, *nec ſecus* plurimi.

448. *Aetnam*] *Aetnen* Voſſian. & Cortius. *mulcifer* multi. & mox, *nuper qui* tres. Cortius ad Plin. I. Ep. 12. dicit ſe ſatisfeciſſe bono illi viro, qui in Plinio pro *dediſſes*, malebat *fletiſſet* vel *adfuiſſet*, quod ut intelligam, notae exſpectandae ſunt.

451. *Cauſa*] *Cauſas ſperare vetantem* tres. male. idem fere quod lib. VII. 349.

Cauſſa jubet melior Superos ſperare ſecundos. vid. Barth. ad Stat. XI. Theb. 366.

454. *Obruitur*] Heinſius, *obſtruitur*, prius conjecerat, ſed forte quia 448. praeceſſit, eo repudiato, *obſuitur* ſcribebat, admodum dure & improprie. ſed amabat illud verbum. vid. ad Ovid. X. Met. 496. & II. Faſt. 578. *obruitur* unice verum. Virg. II. Aen. 424. *Ilicet obruimur numero*, & ita paſſim alii, & Noſter IV. 775. *interque penates* Rott. ſec.

458. *Puer imbellis*] Ineptus hic iterum Lucanus, qui debuiſſet Caeſarem ita deprenſum & pone oppreſſum laudare, quod ſe in anguſtias redactus tam fortiter defenderet: non metum ipſi & imbellem & degenerem animum adſcribere, quum ſe egregie expedierit. Sed iniquum in eum animum oſtendendi nulla erat occaſio omittenda. & tamen mox 490 huic timido dat, *conſtantiam mentis*. deinde, *vel captis* ſeptem libri. Gujetus volebat, *& captis*.

460. *Atria*] *Omnia* Oiſel. repetito verbo ex ſeq. verſu, ubi Virgilii iſta II. Aen. 675. *& nos rape in omnia tecum*, imitatur. vid. & ſupr. lib. III. 390. mox, *piacula mortis* Hamb. pr. & MS. Cortii. *miſſurumque* Rott. tert. *nec ignis* Heinſ. & Cortius.

466. *Enſe ſuo*] *Suum* Thuan. ſec. & a m. ſec. Oiſel. *ſua* Turrian. a m. ſec. *enſe duo* Hamb. pr. mox, *cervice parato, peracta, reſecta* MSS. Cortii.

Regius, ut ſaevos abſentis voce tyranni
Corriperet famulos, quo bellum auctore moverent.
Sed neque jus mundi valuit, neque foedera ſancta
Gentibus: orator regis, pacisque ſequeſter,
Aeſtimat in numero ſcelerum ponenda tuorum,
Tot monſtris Aegypte nocens. non Theſſala tellus,
Vaſtaque regna Jubae, non Pontus, & impia ſigna
Pharnacis, & gelido circumfluus orbis Ibero
Tantum auſus ſcelerum, non Syrtis barbara, quantum
Deliciae fecere tuae. premit undique bellum,
Inque domum jam tela cadunt, quaſſantque penates.
Non aries uno moturus limina pulſu,

Fra-

470. *Quo bellum*] *Bella* Oiſel. *bellum a. moveret* Hamb pr. mox, *valuit mundi* text.

473. *Aeſtimat*] *Aeſtuat* Rott. pr. forte:

Enſe cadis, numero ſcelerum a. ponende tuorum.

vel, *occidis in numero ſc. ponende t.* vel *ſterneris*, vel ſimile quid. ſed me non expedio. *ſuorum* Richel.

475. *Vaſtaque*] *Caſtaque* Oiſel.

475. *Non Pontus*] Suſpectus mihi locus, nam quum hic recenſeat omnia fere bella, quae Caeſar geſſerit, & in quibus tantum nemo auſus ſcelus, primo ineptum eſſet, inter ea proelium Pharnacis numerare, quem facili pugna, & ut jactabat, *veniens, videns, vincens*, ſuperavit, & in quo nullus locus, aut tempus fuit ſcelus tale admittendi. & ſi impius Pharnaces fuerit, hoc ſpectat in patrem Mithridatem ſcelus. Sed tranſeat hoc & ignoſcatur Lucano, omnia cumulare amanti. Sed quis non requiret hic bella illa, quae per novem annos in Gallia geſſit cum barbaris populis? & aequo animo feret, hic de Pharnace bis memorari, & *Pontum & impia* ejus *ſigna* cumulari, quum ipſe facile omitti potuiſſet. Hinc vero viam ad veram lectionem mihi dedit codex Richelianus, in quo erat, *non Poeni & impia ſigna*: ſine dubio *Poenus* voluit ſcriba, ſed manu aberrante dedit *Poeni*, quod vitiat metrum. lege ergo, *non Rhenus & impia &c.* qui modo Lucanum legerit, & toties Rheni & bellorum non tantum cis, ſed trans Rhenum, cum trucibus Batavis & ferocibus barbaris geſtorum meminiſſe eum viderit, probaturum hanc conjecturam confido. mox, *tantum auſi ſcelerum* Oiſel. & MS. Cortii.

478. *Fecere*] Eraſa erat vetus lectio in Oiſel. *deliciae* vero ſunt Eunuchi & comiti.

480. *Uno*] *Ullo* Hamb. ſec. & ſeq. verſu repetita voce. Heinſius malebat, *unco*, ut propter cornua arietis dici poteſt. mox, *non illa eſt* Rott. ſec. *non nulla, nulla eſt ibi* MSS. Cortii. *non flammis* Rott. pr. mox odioſe repetitur, *fracturus domum.* forte, *fracturusque fores.* ſic apud Ovidium II. Amor. XIX. 38. *claudere forem*, pro *domum* in vulgatis, & III. XI. 12. eadem varietas.

483. *Conſilii*] Male, *conſiliis* alii. vid. Sil. Ital. II. 206. & ſupr. VII. 95. *vaſtos habuit* Hamb pr. *diviſa* noſtri omnes. quod explicari poſſet ex illis Claudiani II. in Ruſin. 360. *diviſo ſtat quisque loco. & nunquam* idem & Thuan. pr.

487. *Protulit*] *Praetulit* Hamb. pr. *Ambitioſam* domum dici poſſe non dubito, ſed tamen non facile ob unam & alteram oeci-

cem

Fracturusque domum; non ulla eſt machina belli:
Nec flammis mandatur opus: ſed caeca juventus
Conſilii, vaſtos ambit diviſa penates,
Et nuſquam totis incurſat viribus agmen.
Fata vetant, murique vicem fortuna tuetur.
Nec non & ratibus tentatur regia, qua ſe
Protulit in medios audaci margine fluctus
Luxurioſa domus. ſed adeſt defenſor ubique
Caeſar, & hos aditu gladiis, hos ignibus arcet:
Obſeſſusque gerit (tanta eſt conſtantia mentis)
Expugnantis opus. piceo jubet unguine tactas
Lampadas immitti junctis in bella carinis.

Nec

cem repudiem, *luxurioſa*, quum multo rectius *luxurioſa* dicatur, quam *ambitioſa*, quae ſolius Cleopatrae reſpectu ita dici poteſt; ſed omnium Ptolemaeorum luxuria nota eſt, quae & in aedificanda hac regia apparuit, & in qua quotidie luxuriari ſolebant. ſic *luxuriae domus* Phaedr. IV. 4. ubi vide. & Noſter IX. 201. *caſta domus luxuque carens.*

489. *Aditus*] *Aditu* Heinſ. & ita Oudend. & Cortius. ſic lib. II. 495. *fluviis arcere paratis.* ubi vide quae diximus, & *fluvios* etiam in ſcriptis eſſe vidimus, nec rejecimus plane. mox, *regit* Rott. pr.

490. *Conſtantia mentis*] Voſſ. & Thuan. quart. *fiducia*, quod eſt gloſſatoris. ſuſpectum Gujeto, quia raro Caeſarem laudat Lucanus: *conſtantia* vero, ut recte Gronovius ad Tacit. vitam Agricol. cap. XXVII. non eſt ſemper perſeverantia & propoſiti pertinacia, ſed oppoſita timori & levitati ex timore ortae, eſt imperterritus & immobilis animus. & ideo recte Quinctil. in prooem. lib. I. inter ingenita adjumenta oratoris numerat *conſtantiam*, ſive animum nullo metu judicum, adverſariorum, & coronae circumſtantis ſtrepitu, & tumultu ſaepe excitato, perturbatum. unde Cicero in initio Milonianae orationis dicit, *turpe eſſe, dicere incipientem timere, minimeque decere.* & timori huic opponit *magnitudinem animi.* nihil ergo opus in Quinctiliano dubitare, vel ſupponere *valetudo conſtans*, quae ſatis intelligitur: nam ſi non ſit conſtans, *valetudo* eſſe deſinit, ſed inſita illa mentis conſtantia requiritur, cum voce & latere &c. & ita alio loco Taciti a Gronovio laudati, dicitur Vitellio *inſita ignavia*, quae ingenitae conſtantiae opponitur. ſic in Caeſare erat illa conſtantia, quia ut Fabius lib. X. I. dicit, *Eodem animo dicebat, quo bellabat.* & hoc loco *conſtantiam* tribuit Lucanus Caeſari in ancipiti deprehenſo. *menti* etiam hic quatuor. perinde eſt, quid eligat lector.

491. *Tinctas*] *Tactas* Hamb. pr. & Oiſel. vid. Heinſii & meas notas ad Ovid. III. Art. 269. & IV. Faſt. 740. & Oudendorpius, poſtquam multis exemplis *tactas* firmaſſet, tandem tamen *tinctas* praefert. MS. Cortii *fictas*, qui tamen *tactas* edidit, quod unice verum puto, nec tam facile *tactas* in *tinctas*, quam hoc mutaturos librarios. ſic & Marklandus pro, *Loquentis Hyblaeis vox mixta favis*, apud Stat. II. Silv. I. 47. emendat *tincta.* ſed ſimul producit exempla verbi *contingere*, quod a *tango* eſt compoſitum, non *tinguo.* ideoque alius eodem jure *tacta* reponeret, quod non facile a librariorum manu fluxerit.

Nec piger ignis erat per ſtuppea vincula, perque
Manantes cera tabulas: & tempore eodem
Tranſtraque nautarum ſummique arſere ceruchi.
Jam prope ſemiuſtae merguntur in aequore claſſes,
Jamque hoſtes, & tela natant. nec puppibus ignis
Incubuit ſolis: ſed quae vicina fuere
Tecta mari longis rapuere vaporibus ignem:
Et cladem fovêre Noti, percuſſaque flamma
Turbine, non alio motu per tecta cucurrit,
Quam ſolet aetherio lampas decurrere ſulco,
Materiaque carens, atque ardens aëre ſolo.
Illa lues clauſa paullum revocavit ab aula
Urbis in auxilium populos. nec tempora cladis
Perdidit in ſomnos, ſed caeca nocte carinis

In-

493. *Junctis*] *Victis* Hamb. pr. *vinctis* ſec. MSS. Cort. *junctis*, vel *cunctis in vela carinis*, quod videtur non improbare. *junctis in vincla* alius ejuſdem. *cunctis* tres noſtri, ego non intelligo quid ſint *junctae* vel *cunctae carinae in vela*, vel *bella*. ſi *ſtructis in bella carinis*, id eſt, bellicis navibus, vel *ductis in bella*, quas ad oppugnandum Caeſarem adduxerant, liceret legere, clarior eſſet ſenſus. veram adhuc latere credo lectionem, niſi *junctis in bella* capiamus, non ad portus propugnationem, & bella quaecumque, ſed quae ad oppugnationem hanc regiae junctae & denſae erant poſitae. Sed tamen & hoc durum.

494. *Manantes cera*] *Manantis cerae* Richel. mox, *ſummaeque* Rott. ſec. *cheruchi* Rich. & Turr. *in aequore* plerique.

497. *Jamque*] Codd. Cortii, *inque*, *namque*, *hincque*, quorum nihil in noſtris.

499. *Longis*] *Crebris* tres. *ignes* Rott. pr. *vaporibus auſtri* Turr. *ut cladem* quinque.

501. *Per tecta*] Heinſius volebat, *texta*. Sed hoc navibus conveniret: agit nunc vero de domibus ipſius urbis. mox, *aërio* tres. *diſcurrere* Cortius. mox, *aëre toto* multi. Sed Serv. ad Virg. VII. Aen. 142. *ſolo* habet.

505. *Cladis*] *Clauſus* Hamb. ſec. *tempore clauſus* MS. Cortii. *in ſomnos* omnes fere. *carinas inſiluit* Cort. vid. lib. III. 626. neſcio, an non ſui oblitus fuerit hic Lucanus, qui cum vſ. 434. orto die hanc pugnam incepiſſe dixerit, nunc *caeca nocte* Caeſarem inſiluiſſe carinis, dicit: ergo per totum diem hanc expugnationem extractam finxit. longe aliter Caeſar haec narrat in fine libri III. de B. C. Sueton. c. LXIV. in ſcapham inſiluiſſe, & ab hoſtibus multis telis petitum, addunt alii; quod caeca nocte fieri non potuit. praeterea ſi tantum fuerit incendium, nox non fuit caeca, ſed dederunt clara incendia lucem. nec incendium hoc ulterius quam naves, & forte in vicinas quasdam in navalibus aedes tranſiiſſe eſt veroſimile: nam ipſam Alexandriam tutam incendio dicit Hirtius Bel. Alex. c. I.

509. *Tunc*] *Nunc* Richel. recte. vid. ad ib. I. 217.

510

Inſiluit Caeſár, ſemper feliciter uſus
Praecipiti curſu bellorum, & tempore rapto.
Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon. inſula quondam
In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis
Proteos: at nunc eſt Pellaeis proxima muris.
Illa duci geminos bellorum praeſtitit uſus:
Abſtulit excurſus & fauces aequoris hoſti;
Caeſaris auxiliis aditus & libera ponti
Oſtia permiſit. nec poenas inde Pothini
Diſtulit ulterius: ſed non qua debuit ira,
Non cruce. non flammis, rapido non dente ferarum:
(Heu facinus! cervix gladio male caeſa pependit)
Magni morte perit. nec non ſubrepta paratis
A famulo Ganymede dolis pervenit ad hoſtes

Cae-

510. *Sub tempore*] *Sed* Heinſius, in notis ad Prudent. II. contra Symm. 101. eadem varietas lib. IX. 307.

512. *Duci*] *Ducis* Rott. pr. mox, *abſtulit excurſus* plurimi. *excuſſus*, *incurſus* Codd. Cortii. & *curſus* alii.

514. *Caeſar & auxiliis*] Variant admodum Codd. Cortii, Oudendorpii & noſtri eumdem fere in modum. Heinſius, *Caeſar at auxiliis ut vidit.* ego malim,

Abſtulit excurſus & fauces aequoris hoſti
Caeſar, & auxiliis ubi vidit libera Ponti
Oſtia, non fatum meriti poenaſque Pothini
Diſtulit ulterius.

& quia in noſtris & aliis eſt, *aditus ac libera Ponti Oſtia permiſit*, *nec poenas* (vel *poenaſque*, vel & *poenas*,) *inde Pothini.* legi poſſet &,

Caeſar & auxiliis aditus, ac libera ponti
Oſtia pervidit: non poenas inde Pothini
Diſtulit ulterius.

vel,

Caeſar, ut auxiliis aditus, ac libera ponti
Oſtia, non fatum meriti poenaſque Pothini; &c.

Sed nondum plene ſanatum locum credo.

516. *Sed qua non debuit ira*] *Sed non deferbuit ira* Hamb. pr. ſub quibus aliquid latet. *ſed non qua* Heinſ. mox, *non rapido* plurimi. *avido* duo. Cl. Dorvillius etiam praeferebat, *rabido non dente ferarum*, & omnia pendere a *diſtulit* credebat; non diſtulit poenas ſed ſtatim ſumſit, at non cruce &c. vid. ſupr. vſ. 446. & VI. 487. verſum ſequentem ejicit Heinſius, Cortius retinet, & puto poſſe retineri, ſi in parentheſi ponatur. & Pothinum variis vulneribus confectum, & inter ictus alios, caput ipſi male caeſum, id eſt, non penitus abſciſſum, pependiſſe a cervice, ut Senec. Agam. 901. *pendet exigua male caput amputatum parte.* lego itaque.

Non cruce, non flammis, rapido non dente ferarum
(Heu facinus! gladio cervix male caeſa pependit)
Magni morte perit.

id eſt, enſibus confoſſus eſt.

519. *Nec non*] *Sed non* Rott. pr. a m. ſec. *ſubrecta* S. Germ.

Caeſaris Arſinoë: quae caſtra carentia rege,
Ut proles Lagea tenet, famulumque Tyranni
Terribilem juſto tranſegit Achillea ferro.
Altera, Magne, tuis jam victima mittitur umbris.
Nec ſatis hoc Fortuna putat, procul abſit, ut iſta
Vindictae ſit ſumma tuae. non ipſe tyrannus
Sufficit in poenas, non omnis regia Lagi.
Dum patrii veniant in viſcera Caeſaris enſes,
Magnus inultus erit. ſed non auctore furoris
Sublato cecidit rabies: nam rurſus in arma
Auſpiciis Ganymedis eunt: ac multa ſecundo
Proelia Marte gerunt. potuit diſcrimine ſummo
Caeſaris una dies in famam, & ſecula mitti.
Molis in exiguae ſpatio ſtipantibus armis,
Dum parat in vacuas Martem transferre carinas
Dux Latius, tota ſubiti formidine belli
Cingitur: hinc denſae praetexunt litora claſſes,
Hinc tergo inſultant pedites: via nulla ſalutis:
Non fuga, non virtus, vix ſpes quoque mortis honeſtae.

Non

521. *Arſinoe*] *Arſenoe* Rott. pr.

523. *Juſto*] *Juſſo* Richel. *juſſu* Rott. pr. & a m. ſec. Oiſel. *viſu* Turr. vid. lib. III. 228. *en victima* Cortius.

526. *Vindictae*] *Vindicta* Oiſel. *ut iſte vindictae ſit ſ. ſuae* Heinſius.

528. *Patrii*] *Patriae* Turrian; ſed *patrii* hic ſunt Romani enſes, popularium, non peregrinorum. vid. ad Virg. XII. Aen. 736. mox, *multus erat* Rott. tert. Heinſ. *eat*, unus Oudendorpii, *eris*, quod non diſplicet.

530. *Cecidit*] *Cedit* Turr. probatum Heinſio. Sed iſta verba ex ſollemni lapſu librariorum mutari videbis ad Tibull. III. VI. 4. & Gratii Cyneg. 13. jam nihil vulgatius, quam *iram*, *rabiem*, *minas cadere* dici, ubi incipiunt ceſſare, quod aliquot millia exemplorum firmare poſſent. *non rurſus* Voſſ. a m. ſec. forte, *nunc. Ganymedes* Richel.

532. *Diſcrimine ſummo*] *Nullo* ſex. *magno* Rott. pr. *diſcrimen in illo* Sixii. deinde, *illa dies* duae editiones priſcae. *ima* MS. Cortii. Heinſius volebat,

Diſcrimine parvo Caeſaris una dies.

534. *Molis*] *Solus* Rott. tert. *exiguo* quatuor, *ſtipantibus undis* Oiſel.

536. *Subito*] *Subitus* Oudendorpius ex uno codice, & Heinſius. ſed duo Cortii idem habent; ipſe tamen *ſubiti* praefert. Parum referre puto. Heinſius reſpici ad formidinem venatorum putabat, de qua ſupr. IV. 437.

538.

Non acie fuſa, nec magnae ſtragis acervo
Vincendus tunc Caeſar erat, ſed ſanguine nullo
Captus ſorte loci pendet, dubiusne timeret,
Optaretne mori, reſpexit in agmine denſo
Scaevam perpetuae meritum jam nomina famae
Ad campos, Epidamne, tuos; ubi ſolus apertis
Obſedit muris calcantem moenia Magnum.

538. *Salutis*] *Saluti* tres & Cortius. 540. *Acervo*] *Acervis* multi. vid. ad Virg. XI. 207. *magnae nec* Cortius. *tunc Caeſar vincendus erat* Thuan. quart. *captus ſorte* tres. *dubiusque* Cortius, & diſtinguit poſt *loci: optaretne* multi. 544. *Nomina*] *Nomine* Voſſ. & Richel. *Epidamne* quatuor. *Epidaure* duo.

PHARSALIAE LUCANI

FINIS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

INDEX VERBORUM ET LOCUTIONUM IN LUCANUM.

A.

A Caeſare nullae nubes obſtent. I. 59. gurgite gelidi artus. IV. 153. morte animis nil ſenſus relictum. III. 39. gurgite Phario clades. VII. 692. conſule nomen habentes anni. VII. 441. tergo pelagus. VI. 104. litore ſolvunt puppes. II. 649. patriae ſedibus exul. III. 339. patria ſede revulſi. I. 438. fronte refugi capilli. X. 132. culmine raptae caſae. IX. 459. morſu ſerpentum innoxia gens. IX. 892. rabie diſcedere. V. 262. nulla ſagitta mors eſt incerta. VIII. 297. prima mundi origine deſcendit. VI. 611. votis abeſſe. VII. 299. ferro vacare. VII. 389. litore longe eſt. VIII. 742. litore adſpexit comites. IX. 120. Caſia rupe proſpexit Lucifer. X. 433. litore occurrit. VIII. 204. ripis aquas accipit alveus. IV. 87. magno mari veniunt fluctus. V. 619. luce ſacra refertur. V. 219.

AB omni numine tibi cedetur. I. 50. acie vulnus habere. VII. 637. enſe mori. II. 264. annis multis intactus. III. 157. aevo longo non violatus lucus. III. 399. igne Phoebi ſurgentis propior. VIII. 228. arundine dulces ſuccos bibunt. III. 237. ubere ſorbetur ſanguis. IV. 315. omni ſtatione movit ratem. III. 520. aequore ſe defendit tellus. IX. 306. auro templum defendit. IX. 521. ara raptus ignis. I. 549. ab omni taeda. III. 505. axe extremo ventus. I. 412. alto aethere ſpectare. VII. 447. alto ſedit ſpectator. II. 207. alta puppe pugnat. III. 585. aethere defluxit tabes. VII. 839. aequore ſeductus. V. 77. aequore videt flammam. VII. 808. aſtris diſceſſit humor. IV. 126. hoſte verſus furor. IV. 540. uno caſu pendere. V. 769. ore dimovit caeſariem. II. 372. undis Rheni fugit. II. 570. ara fugit taurus. VII. 165. incurſu belli cautu. IV. 408. extremo buſti munere abeſt. VII. 741. Oceano erumpit Nilus. X. 255. extremo Aquilone. II. 51.

Abatos. X. 323.

Abcido. abcidit multum ſors laudi noſtrae. IV. 503. comam morienti Ephebo. VI. 563. abciſa manus. III. 617. cervix VIII. 674. abciſum caput. VII. 628.

Abdo. abdidit caput ulva. II. 70.

Abducit ſuperos aris. VI. 451. abducta cavernis haeſit. V. 163. Metello. III. 153. abductus aratris conſul. X. 153.

Abeo. abit plenus viſu urbis. I. 509. abiere cineres in cavernas. V. 135. in nubes Ceraunia. II. 626. abit ſpes victis. III. 509. ſpes naufragii. V. 455. in feras diſcerptus. VII. 842. peſtis in vultus. VI. 96. nomen in terras. VIII. 321. mors in medium. IV. 491. orbis in Aſiam. IX. 417.

Abigit quo vos pavor. VI. 150.

Abluit medullas tabo. VI. 669.

Abnegat tellus flumen undis pelagi III. 263.

Abraſit cruces. VI. 545. abraſae fauces. VI. 115.

Abripimur deſuper Alpis nubiferae colles. I. 685.

Abrotonus fumo ſerpentibus gravis. IX. 921.

Abrumpit ſonipes gyros. VI. 87. fatum actus ingentes. V. 659. Ephyren regnis Pelopis. VI. 57. momentum lucis extremae. IV. 484. orbem Syrtibus. IX. 862. annos medios herbis. VI. 610. abrupto limite cautes. IV. 740. abrupta terra profundo. IX. 309. palus. VI. 360. viarum. X. 317. rupes. VIII. 46. abruptae convalles. VII. 176. abrupta ſaxa aſperat. VI. 801. catenae. VI. 793.

Abſcido. vide in Abcido.

Abſcindis ferro pignora. III. 33.
Abſcondo. abſcondit ferrum claſſes. III. 47. aurum trabes. X. 113. fortuna nefas. II. 735. gemitus. IX. 1105. gaudia mentis. IX. 1040.
Abſolvo. abſolvere orbem. VII. 870. bellum. II. 250.
Abſorbet hiatu Tigrim tellus. III. 261.
Abſque cruore. VI. 152.
Abſterret ducem ardore. V. 129.
Abſtinuit rates tellure. II. 1010. prodere. VII. 151.
Abſtrahit cura duces armis. VI. 80.
Abſtruſa fluminis. IV. 293. templum. IX. 994. arenae. V. 664.
Abſum. abeſt menti favor. IV. 399. a votis abeſſe. VII. 299. ab extremo buſti munere. VIII. 741. titulis poteſtas. V. 665.
Abſyrtos. ſpumans in undas. III. 190.
Abuti ſanguine. IX. 263.
Abydo admovit Seſton. II. 674. Abydo Seſton adjungere. VI. 55.
Accedo. accedit fama ad timores. I. 469. curruus metae. VIII. 201. terra regno ſecundo. V. 623. pelago Ganges. VIII. 228. morti Libye. IX. 753. accedunt fatis labores. I. 42. rura colonis. VI. 278.
Acceſſus faciles puppibus obtulit tellus. III. 43.
Accendo. accendit ducem. I. 293. marito rogum. IX. 56.
Accipio. accipiam te vates pectore. I. 63. poenas. VIII. 97. mortem. V. 658. fluctus ore. IX. 756. enſem in populos. V. 61. accepit habenas ſonipes. II. 500. exemplum. IX. 179. frenos. V. 176. diem. VII. 92. ictus crebros latere accipit ratis. III. 628. accipient aures cives veniſſe. II. 273. bella alios nocentes. II. 259. acceptum prono milite bellum I. 292.
Acciri placuit vates Thuſcos. I. 580.
Acclivis torus. II. 356.
Acer. acrior ira. III. 142. acres irarum ſtimuli. II. 323.
Acervi ſidentes in tabem. VII. 791.
Achates ſibi non ſegnis ſtabat. X. 115.
Achaemeniae Suſae. II. 49. campi. VIII. 224.
Acherontis aduſti portitor. III. 16.
Achillas. praefectus militiae Aegyptiae a Ptolemaeo. X. 351. ſceleri delectus. VIII. 538. funeſtus perfodit latus Pompeji. ibid. 18. ejus caput ad Ptolemaeum defert. 675. Caeſari idem offert. IX. 1011. ſollicitatur a Pothino in caedem Caeſaris & paret. X. 349. 399. copias raptim contra Caeſarem ducit. 400. caedem Caeſaris differt in diem ſequentem & cur. 426. miſſos a Ptolemaeo legatos occidit. 471. ab Arſinoe interfici juſſus. 523.
Achilles aequoreus. VI. 350.
Achoreus. ſenio placidus. VIII. 475. liniger. X. 173. Achorea compellat Caeſar. ibid. Achoreus ſacer. 193. ediſſerit Caeſari Phariae gentis primordia & fontes Nili. &c. ibid. 193.
Acies. effuſa. IV. 743. recta fronte venit. X. 458. cognata. I. 4. dubiae. IV. 389. ardentes. II. 482. aciem inferre. III. 498. campis tollere. VI. 633. effundere in hoſtem. VI. 292. impellere. V. 757. promovere. VII. 577. aciem projecit in agros. IV. 745.
Aconita ſaxis naſcentia. IV. 323.
Acuo. acuêre quos tubae ſtridentes. I. 432.
Acus Nilotis X. 142.
Ad. hoc aevi ignota. X. 195. proelia trepidus. V. 728. bella fugaces. II. 558. letum impiger. IV. 798. verum patent aditus. VI. 617. ducis eventum anxia claſſis. VIII. 593. litora veniunt trunci. II. 189. ſumma vocantes Superi. I. 310. ſumma paratae mentes. IV. 536. vulnera promtum pectus. V. 320. aethera it clamor. I. 388. manes te ſequar. V. 774. pericula exſurgit clamor. IX. 114 ad raptus ſegetum movere ſigna. VII. 236. ſummos foros repleta ratis. III. 629. ictus vaſtos diſceſſit pectus. III. 655.
Adamas durus. VI. 801.
Adcurrere ad thalamos. X. 357.
Addere animis ignes. VII. 559. ſtimulos. X. 263. addidit facundia robur cauſſae. VII. 67. curam mortalibus. II. 5. faſces Aquilis. V. 389. addita fides fati pejoris. I. 523. adde, quod. V. 776.
Adduco. adduxere oſſa cutem. IV. 287. adductus fatis amor. VI. 453. funis adductus. III. 700. IV. 454.
Adedo. adeſt mare latus montis. VI. 267.
Adeo. ex aequo me Parthus adit. VIII. 232. urbes ſocias. VIII. 162. adit Marſya Maeandron. III. 208.
Aditus. faciles ad verum. VI. 616. pelago dant Tempe. VI. 346. famae habes. VIII. 74. arcet gladiis. X. 489.
Adeo. uſque adeo miſerum eſt? X. 366.

Ad-

Adfari. quam prior adfatur, vi. 588. Magnum vulgus. viii. 110. natum. ii. 632.
Adfero. adferre nefas in caſtra. ii. 98. adferat turmas in certamina ruere. i. 475.
Adficio. tantum me adfecere vulnera ſenis. ix. 137.
Adfectus habet ſub jure Pothini. x. 96.
Adfigo. adfixit Lycidam manus ferrea. iii. 636. quos campis adfixerat haſta. vii. 624. ſepelit arenis. ix. 765. viſcera puppi. iii. 707. adfixa Penatibus arma. i. 240. taedis ignis. iii. 682. rati Gyareus. iii. 601.
Adfinis Sarmata Moſchis. iii. 270.
Adfligo. adflixere pectora ſolo. ii. 31. adflictis rebus. iv. 796.
Adflata veneno ſerpens. vi. 491.
Adfluit ſumma dies. viii. 30.
Adfuſi reges. vii. 71.
Adhaeret gladius dextrae. iv. 248.
Adjacet Gadibus. vii. 187.
Adigo. adigere enſem. iv. 288. adactus gladius. iv. 560.
Adimo. ademto rebus Pompejo. ix. 205.
Adjuvo. adjuvit ferrum pondere. iii. 725. adjuvat locus furorem. vi. 43. aquas ſanguis. ii. 217.
Adligo. adligat artus torpor. iv. 290. terras Oceanus. x. 255. Iſter Maſſagetas. ii. 50. quos tori concordia. vi. 459.
Adloquitur cohortes. ii. 530.
Adloquiis longis noctem producere. x. 174.
Adluit Peucen caput Iſtri. iii. 802.
Admixtus Dacis Getes. iii. 95. ſanguis. ix. 614.
Admitto. admittere Venerem curis. x. 75. gaudia. ii. 373. admittit ſylva diem. iii. 445. virus. ix. 892. admiſſum aequor. x. 421. admiſſo ſole incoctae medullae. vi. 546. admittunt Oceanum Gades. iii. 279.
Admonet hunc aetas. iv. 178. admonitae guſtato ſanguine fauces. iv. 241.
Admovet horas mortis. vii. 50. ſibi Philippos. vii. 591. aris marem. i. 603. admotus ſuperis taurus. vii. 165. admovent cadavera murum ſolo vi. 181. admoto fato. iv. 480.
Adoperta vinea. iii. 482.
Adorat reges Memphis. x. 272. adoret mundus mala Pompeji. vii. 708.
Adparuit extis nefas. i. 62.
Adpello. adpulit quos aequor. iv. 606.
Adquirere vires. ii. 647.
Adſcendite pontem ruiturum. ii. 499.
Adſcribat fabula Diis muros Iliacos. vi. 49. mortem cauſſis aetheriis. ix. 854.
Adſentio. adſenſere his cohortes. i. 386.
Adſequitur generum. ii. 652.
Adſerit urbes ſola fames. iii. 56.
Adſertor. iv. 214.
Adſiccata cutis. viii. 690.
Adſperſo ſanguine. i. 620.
Adſpicio. adſpicit Alpes Appenninus. ii. 429. adſpexit comites a litore. ix. 120.
Adſpectu a noſtro aufer dona. ix. 1068.
Adſtare nudis lacertis. i. 189.
Adſtringit bruma Pontum frigore. i. 18. adſtringit amictus balteus. ii. 362. adſtrinxit vulnera rigens ſanguis. iv. 291. adſtringens undas Scythicas Boſporus. v. 436. adſtrictus cruor. vi. 750. adſtrictae palmae. ii. 516.
Adſueſco. adſueſcis fatis. v. 776. adſuerunt praebere. iv. 694. adſuetae votis vocari aures. ii. 33. adſuetae ſceleri mentes. v. 371.
Adſum victor. i. 201. adeſt totus in proelia Caeſar. v. 742. finis armis. vii. 343. Pſyllus populis. ix. 911. adeſt vultus precibus. x. 105. adſunt caſus praecipites. v. 746. adeſt unus fatis omnibus. ix. 844.
Adtonſo dentibus arvo. iv. 413. adtonſa arva. vi. 84.
Advecti culmi. vi. 85.
Advenit dies. vii. 131.
Advena rectus quod non legat. viii. 821.
Adventu hoſpitis compleverat aulam. viii. 473. ad adventum hoſtis. v. 766.
Adventat hora diſcriminis. vi. 416.
Advertere claſſes terrae. viii. 567. advertet quem non cinis. viii. 857.
Adverſus mons. iv. 38. adverſos Zephyros excipit Pindus. vi. 339. adverſus Eurus. iii. 233. adverſi Phoebi ictus. vii. 214. adverſis frontibus. vii. 465. adverſos vultus ferro confundere. vii. 575. adverſo ore. vii. 622. adverſi ictus. iii. 571. adverſus Mars. i. 308. adverſo numine poſſeſſa ſedes. vi. 314. adverſis crevit virtus. iii. 614. adverſis deeſſe. viii. 534.
Aduncae naris ſpiramina. ii. 183.
Advolat quocumque vocatus. ix. 888.
Aduſtus Acheron. iii. 16.
Adyto incubuit Apollo. v. 85. adyti remoti penetrale. v. 146. adytis dignae voces. ix. 565. adytis retectum corpus Alexandri. ix. 154.

Aeas parvus ſed parvi gurgitis. VI. 361.
Aegae extremae reſonant. III. 227.
Aegaeum mare. II. 665. Aegaeas tranſit in undas Tyrrhenum. V. 613. Aegaeo Jonium franget mare. I. 103.
Aeger morae. VII. 240. omnibus venturis. VI. 424.
Aegis Palladia. VII. 569. in aegida diffudit crines. VII. 140.
Aegoceros humidus. IX. 537. X. 213.
Aegyptus. Africae, ſeu, ut alii, Aſiae regio nota. II. 587. VII. 710. VIII. 501. 546. 802. IX. 164. X. 4. 59. 359. 474. ejus ſitus, munimenta & commoda. VIII. 444. regio plana. II. 417. ob Nili inundationem nullis pluviis indiget. VIII. 829. ejus infima ad oſtium Peluſiacum. VIII. 464. tuta Syrtibus. VIII. 444. nocens monſtris. X. 474. calida. II. 587. jacens per plana. II. 416.
Aegyptia vada. VIII. 540. litora. IX. 1005. rura. I. 312. Memphis. I. 635. fides. VIII. 624.
Aegyptii. aſtrologiae periti. I. 640. magiae. VI. 449. eorum dii ferae & aves quaedam. X. 159. imo & obſcoena nonnulla. VIII. 478. eorum ſtructurae, & luxus. X. 111.
Aemula virtus. I. 120. fata fatis. VIII. 307.
Aeneae mei Dii. IX. 991.
Aeolius tridens. II. 457. Aeolia rabies. IX. 454. Aeolii ſaxi carcer. V. 609.
Aeolidae. VI. 384.
Aequare quem viſu ſtellarum. I. 641. aequat facinus, quos inquinat. V. 790. aequantes moenia turres. III. 456. aequans ſagittas Medorum Mazax. IV. 681. aequata membris vulnera. II. 177. aequata ad Librae pondera tempora. IV. 58.
Aequus Mars. III. 585. aequum ſidus. X. 88. ex aequo. V. 495. VIII. 232. aequis viribus. IV. 665. aequae vices. IV. 5. aequae mentes. V. 727. aequa cauſſa. IV. 230. in aequum campum deſcendit moles. IV. 703.
Aequor amore notatum. IX. 955. tutum patet. V. 411. laſſatum fluctibus. V. 703. aequor latum. V. 707. pendet dubium. V. 602. immenſum. I. 499. ſpumoſum. II. 627. denſum. II. 640. intumuit. VI. 470. coelo defuſum. IV. 82. aequor repellit terras. II. 436. aequora longinqua. III. 164. procellis rapta. V. 613. concurrunt ventis V. 607. laborant. III. 63. aequora turbida. V. 567. lenta jacent. V. 434. ſequuntur claſſem. V. 458. aequor periturum deficit. IX. 317. aequora velis non pervia frangit eques. V. 439. deſerta ceſſant. V. 444. admiſſum aequor claudit Tarbellicus. I. 421.
Aequoreus tridens. IV. 111. Achilles. VI. 350. aequorei metus. IX. 447. triumphi. VI. 422. aequoreus limes. VI. 15. aequorea cuſpis. VI. 396.
Aër piger. VI. 107. non ſanius, cadavere motus. VII. 830. iners. VI. 649. niger. II. 5. humidus. IV. 71. pulſus aquilonibus. VI. 104. denſus. I. 531. ater. IV. 74. altus. IX. 730. rore madens. VI. 370. peſtifer. VII. 412. infectus manibus. VII. 769. fervidus. I. 646. rarior. IV. 123. Stygius. VI. 90. aër imminet campis. VII. 516. violentior incumbit puppibus. V. 717. nimboſus diſſilit. V. 631. obſitus pallore latet. V. 627. aëra tabificum reſolvit. V. 110. aëre vacuo libratus orbis. V. 94. levabit terram. I. 90. aëra ſagittis petere. VII. 516. nimbis intendere. IV. 112. pennis ducere. IX. 730. aëra non perdidit Cinnamon. X. 167. aër diſcurrit venis. IV. 369. aëris alternos meatus. IV. 327. aër ſtridulus eliſus lituis. VII. 475. arundinis ſtridet. IX. 830.
Aëria Pyrene. I. 684.
Aes. aere recurvo ſtridentes tubae. I. 432. aeris Phrygii ſonus. IX. 288. aera coxit fornacibus. VI. 405.
Aeſtas fervida canduit. I. 214. altior. VI. 335. aeſtatem umbra mitigare. X. 305.
Aeſtimat. X. 473.
Aeſtuat. dies medius flagrantibus horis. I. 16. unda horis lunaribus. I. 414. rabies civilis arena anguſta. VI. 63.
Aeſtus maris tranſverſus. VIII. 462. ſe agit undis declivibus. IV. 427. bimaris. VIII. 566. aeſtu commeat Pontus. V. 445. emittere aeſtus. IV. 113. movet corus. V. 598.
Aeſtifera Libye. I. 206.
Aetas edax. VII. 397. firmior. II. 631. innocua. VIII. 450. labori impenſa. II. 569. fortior. X. 134. corruptior. X. 110. conſors ſtudiis puerilibus. IV. 179. illos diſtinguit. X. 128. comprenſa annalibus. III. 309. omnis venit in unam congeriem. V. 177.
Aeterni Martis Alani. VIII. 225. aeternum decus. III. 389. regna. I. 34. aeterni orbes.

bes. II. 9. aeternae lacrymae. III. 607. aeterni curſus ſecreta. V. 89. aeterna mole conditus Typhoeus. V. 102.

Aether in Auſtrum devexus. III. 250. impulſus. I. 152. peruſtus. IX. 433. ſerenus. I. 58. conſtrictus. IV. 51. imus. IX. 8. nubibus liber. III. 522. curreret tibi. VII. 424. aetheris Eoi color. II. 720. aethera tangentes ſylvae. III. 246. tundit fragor. VII. 477.

Athereus calor. IX. 306. flamma. IX. 494. aethereo connexa Tonanti. V. 96.

Aethiopia regio Africae ſupra Aegyptum. VIII. 830. IX. 651. X. 293. ſub nullo Zodiaci ſigno poſita, niſi quod Taurus protenſo pede eam ſpectet. III. 253.

Aethiopes. capillos habent ſurſum inflexos & contortos. X. 131. cultores Jovis Hammonis. IX. 517. nigri ob continuos calores. X. 221. Aethiopum ſolum. III. 253.

Aetna Siciliae mons perpetuo igne flagrans. I. 44. V. 99. VI. 295. X. 448. ignes non recta ſurſum ſed in latus verſus Italiam ejaculata in malum omen. I. 545. ardens. I. 43. torrens defluit in campos. VI. 295. Aetnae Siculae ora laxavit Mulciber. I. 545. Aetnae apex undat. V. 100.

Aevum. annoſum. IX. 359. breve. I. 117. longum, longius. VIII. 27. III. 399. VII. 410. aevi longi fama. IX. 548. totum mundi. VII. 740. perpetuum. VII. 131. corruptum moribus. II. 257. aevo languidus. I. 501. aevo maximus. I. 580. aevi veteris cuſtos vetuſtas. IV. 654. aevi ſenium. IV. 812. dedecus. II. 117. leges. II. 82. ad hoc aevi. X. 195. aevo victum robur. III. 729. aevum ſecurius agit pauper. VIII. 242. donas mortalibus. IX. 984. in totum mundi aevum proſterni. VII. 640.

Afranius & Petrejus pari jure duces Pompejani in Hiſpania. IV. 4. eorum caſtra ſuper montem vicinum Ilerdae. IV. 17. ejus ſe dedentis pro exercitu ad Caeſarem oratio. IV. 338. vide etiam Petrejus. Afranius rector. IV. 5. ſupplex. ibid. 338.

Afer venator. IV. 684. vagus. ibid. 765.

Africa. tertia pars orbis: ejus ſitus & deſcriptio. IX. 411. 854. 874. vide etiam Libya: Africa plena incommodis & malis. IX. 405. ſitiens, id eſt, ſicca & calidiſſima. I. 368. irrigatur & fecundatur Borea nubes in meridiem cogente. III. 67. Elephantum ferax. VI. 808. cur ferax animalium venenatorum. IX. 619. & ſeq. in ea maximae Eclipſes Lunae. IX. 693. Africa provincia ſub regimine Attii Vari. IV. 666. flebilis damnis. VII. 691. omnis ceſſerat ſignis Romanis. IV. 666.

Africanum bellum Caeſaris cum Scipione. VII. 691.

Agamemnon. fraterni ultor amoris. V. 286. ejus claſſis mille navium. 287.

Agave Pentheum filium, aprum putans, dilaceravit, poſtea ad mentem rediens caput rogis impoſuit, dolens, quod non plus poſſet filii ſepelire. I. 574. VI. 359. VII. 780. Agave Thebana. I. 569. queſta eſt. VI. 359.

Ager. agri latuere paludibus. VI. 344. ager vallo ſeptus. VI. 73. agri moenibus juncti. I. 571. vacui. II. 441. & 602.

Agricolae annum flevêre. III. 452.

Agger. ſubitus. I. 512. gemit ad ictus. VI. 273. preſſus turribus cedat. III. 398. aggere ceſpitis fultus. V. 316. agger altus pelagi. V. 673. aggerem valli ducere. VI. 31. aggere vaſto ſeptae turres. VI. 69. aggere buſti conſtructo. II. 300. agger vaſtus. III. 382. aggere multo ſurgit opus. II. 679.

Aggreditur agmen. IX. 463.

Agmen. veſanum. VII. 496. adgreditur. IX. 463. agmine rapto. III. 299. agmina haerentia longa ſerie. I. 488. ſervilia. II. 94. rapit. IV. 717. inmittere. VII. 523. terreſtre coit. V. 708. agmina vulgi. II. 201. devolvit moenibus. II. 491. agmine trepido diſcedens. II. 392. agmina ſumma carpit eques. IV. 155. agmina armata. III. 72.

Agnoſcis ſuperos. IV. 255. unum agnorunt parentes. III. 606. vultus. VII. 462. hoſtem. IV. 179.

Agit cornipedem ſtimulis. VIII. 4. animam flagellis. VI. 731. nubem in flexum. IX. 456. aevum. VIII. 242. otia. II. 267. & 295. Martem. IV. 2. gemitus. VII. 482. agit rimas carmine terra. VI. 728. intentus paci. III. 53. agit omnia praeceps fatum. VI. 98. unda ſinus. V. 620. ſe lentus Bagrada. IV. 588. natura diem. VII. 202. mecum ſecundis rebus fortuna. I. 310. agebat ſe hoſtis. VII. 524. agis nil hac ira. VII. 809. agit te huc fiducia regni noſtri. VIII. 525. actum remis mare. IX. 319. ibi virus nihil. IX. 825. Nilum lapſus mollis. X.

915. currum cervicibus Regum. X. 277. tempora legum. VII. 441. agi terra marique. I. 307. ſtimulis mortis. IV. 517. ſtudiis partis. IV. 348. in denſos cuneos. VII. 497. non mihi res agitur. VII. 264. acta tibi res eſt. I. 45. actum fuerat de rebus. IX. 203. agit plurima enſis bello navali. III. 570. actae ſub Alpibus hyemes. I. 30. actae tenſis rudentibus naves. II. 683.
Age. duc age. I. 367.
Acta nova. I. 120.
Actus ingentes. V. 659. in nullos ſubrepſit voluptas. II. 391. actu rapido. IX. 31. violento. IX. 472. belli. IX. 294.
Agito. agitare urbes. II. 643. fata per orbem totum. VIII. 138. bigas. I. 78. pharetras. III. 185. mens cunctos. VI. 415. diſcordia manes. VI. 781. graviora metus. II. 225. mentes. IX. 295. hos veſana quies. V. 767. quos mundi labor. I. 417. arma tota mente. V. 767. agitant hunc ſomnis fraterna cadavera. VII. 775.
Ah potius. VI. 328. Ah miſer. VI. 724.
Aheno accenſo. IX. 801.
Ait. I. 195.
Alae barbaricae. I. 471. alae admotae pulſarunt Auximon. II. 466. alas tenſas percuſſit Notus. V. 713. alas miſcent nexibus examina. IX. 285.
Aliger. IX. 687.
Alanos duros aeterni Martis. VIII. 229.
Alba ſervat lares. IX. 992. celſa. I. 198. Iliaca. V. 400. ſumma. III. 87.
Albani Lares. VII. 394.
Albis fundat Suevos. II. 52.
Albus. alba lux. II. 720.
Alcides. IX. 366. horruit Megaeram viſo Dite. I. 572. magnanimus. IV. 611. Magnus VI. 391.
Alea fati. VI. 7.
Ales. cruenta VII. 837. foeta. VI. 676. Ales laſſis unguibus dejecit membra. VII. 840.
Alexander. Magnus felix praedo. X. 21. ſummus Regum, quos Memphis adorat. X. 272. in Babylone mortuus. X. 46. Alexandriae ſepultus. VIII. 694. IX. 154. X. 19. miſit in Aethiopiam, qui indagarent fontes Nili, fruſtra. X. 272. ad Gangem magno ſe vinci paſſus ab orbe eſt. III. 234. ejus exemplum periculoſum mundo. invehitur porro in eum Lucanus per digreſſionem X. 25. & ſeqq. Alexandri corpus adytis receptum. IX. 154.
Alexandriae ſepulcra Regum erant magnarum molium. VIII. 695.
Alexandrinae Regiae deſcriptio. X. 111.
Alga torum dabat. V. 521.
Alienatoris tempora. II. 351. alieni timoris poena. VII. 649. alienae arae. VI. 451. alieno vulnere labens. II. 265. alienum litus. III. 341.
Alius orbis. V. 238. 618. I. 456. alia via. I. 33. alios ſoles videns Aſia. IX. 872.
Alio hos vocas. II. 230.
Aliter non placitura. II. 337.
Allia faſtis Romanis damnata. VII. 409.
Alliciunt peſtes. IX. 844.
Almone parvo. I. 595.
Alnus aptior fluctibus. III. 441. alnos nullas moratus. II. 427. obliquas. IV. 422. emeritas repetunt navalibus. III. 520.
Alunt vulgus potentes. III. 58. alentes undas haurit Titan. I. 415.
Altrix Dodone. VI. 426.
Aloeus impius. VI. 410.
Alpheos. Elides fluvius per ſubterraneos meatus creditus in Siciliam venire, & Arethuſae miſceri. III. 177.
Alpis nubiferae colles. I. 689. III. 299. Alpes diſcuſſere nives. I. 584. gelidae. I. 183. II. 535. devexae. II. 429. reſolutae flatibus. I. 219. jacentes finibus Arctois. I. 481. mediae. II. 630.
Alpina bella. VIII. 808.
Altaribus feris horrens. I. 440.
Alter. I. 129.
Alterna bellorum vulnera. V. I. vices. I. 410. alterno ſigno paret cuſtodia. IV. 7. alternos aëris meatus. IV. 327.
Alterutrum caput merſura alea. VI. 8.
Altus cruor. I. 329. III. 573. alta vulnera. I. 32. alta mente. VI. 228. altus ſanguis. II. 214. turres. II. 452. alta convallis. X. 328. par. I. 429. nox. VI. 570. nobilitas. II. 509. Capitolia. IX. 74. deorum culmina. VIII. 818. altior aeſtas. VI. 335. altior Notus. V. 719. altus occaſus. I. 661. alta ſeges. VI. 109. nemora. I. 453. altis ſylvis diſperſas. III. 188. in altum ſurgens tellus. III. 376. aether. VII. 839. ab alto humor defluxit. VIII. 690. rupes. IV. 602. altiſſima lux. IV. 527. altus caedis cumulus. VII. 727. alto

to delabitur auris placitis. IX. 41.
Altius inſeret. IX. 572. intumuit tellus. II. 397.
Alveus piger. X. 311. accipit aquas a ripis. IV. 86.
Alvus variata notis. IX. 716.
Amani duri cultor populus. III. 244.
Amarum thymum. IX. 287.
Amaſis Aegypti rex, quo regnante XX. millia urbium in Aegypto fuiſſe perhibentur. IX. 155. evulſus tumulis. ibid.
Ambage multa tegens. I. 633.
Ambiguae ſortes. V. 225. ambigua loci lex. IX. 307.
Ambit heram pectore. VIII. 67. polos. X. 40. ambitur Nilo Meroë. X. 303. ambiri juſſit a civibus urbem. I. 593. quos ambit Cephiſos. III. 175.
Ambitione amens furor. X. 147. inani furens luxus. X. 156.
Ambitioſa fames. IV. 376.
Ambitus letalis urbi. I. 179. ambitus & luxus feriunt mentem transverſo turbine. IV. 818.
Ambraciae orae portus. V. 652.
Amens impetus. IV. 279. furor. X. 147. exſiluit ſtratis. V. 791.
Amentavit habena jaculum. VI. 221.
Amicos miſeros nemo facile eligit. VIII. 535.
Amictus fluxos adſtringit balteus. II. 362. amictu plebejo tectus. II. 18. V. 538.
Amitto. amiſere notas. II. 167. amittit ventus vires. III. 362. amiſſae leges. III. 120.
Ammodites. ſerpentis genus. IX. 716.
Amnis. amnem violenti vorticis nando frangit. VIII. 374. tumidus. V. 203. IV. 133. pelago non cognitus. VI. 371. cucurrit pronus. VI. 473. ſtrage interruptus. II. 212. ſolutus. II. 492. amnes immenſos. II. 403. amnes turbati incurſu ſanguinis. VII. 700. amne citato. VI. 367. amnibus emiſſis patuere arva. VI. 381. vicini. IV. 336. incuſtoditi. IV. 366.
Amat ſiccum mergus. V. 553. amet gens omnis in vicem. I. 61. amari ſe non mallet Caeſar. III. 83. amatae urbis viſu plenus. I. 508.
Amator Martis populus. VIII. 364.
Amor. nimius belli civilis. II. 325. ſcelerum. IV. 235. dirus ferri. I. 355. auri. III. 119. ſacer orbis. IV. 191. amore Mortis ferox. IV. 147. fatis adductus. VI. 453. juſtus. II. 379. ardens ſtimulis majoribus. IV. 175. fluxit in praecordia. VI. 460. amoris longi fructus. V. 799. pignora dare. IV. 50. amore vacuum tempus. III. 26. amorem mellis repetunt apes. IX. 290.
Amoliri onus humeris. V. 355.
Amomum recens advectum. I. 168.
Amoto hoſte. I. 422.
Amphisbaena gravis ſurgens in geminum caput. IX. 719.
Amphiſſa. Phocidis urbs. III. 172.
Amphitryoniades. IX. 644.
Amphryſos fluvius Theſſaliae, ad cujus ripas Admeti regis armenta pavit Apollo. VI. 368.
Amplectitur Sicorim pons arcu ingenti. IV. 15. amplexa maritum. II. 366. amplexi robora dracones. III. 421.
Amplexus. in amplexus effuſas tendere palmas. IV. 176. amplexibus junctos artus. IV. 209. amplexu fovet. V. 735. tenere pectora. V. 792. per amplexus umbra dilapſa. III. 35.
Ampliat orbem Tanais. III. 267.
Amplus. non ampla Catonis atria. II. 238.
Amputat aures. II. 184. aduncae naris ſpiramina. ibid. manus enſe. VI. 176. manum amputat ictus gravis. III. 610.
Amyclas conſurgit molli toro. V. 520. pauper. V. 539.
An. exſpecta, an poſſent. III. 113.
Anne. V. 328.
Anauros ſuſpirat tenues ventos. VI. 370.
Anceps ſucceſſibus fortuna. IV. 390. ancipites favore urbes. II. 448. caſus. III. 753. IV. 771. ancipiti cervice rotat crines. V. 172. anceps Mauri ſollertia. VIII. 284. caſibus venturis. IX. 582. ancipites Martis eventus. V. 67. ancipites tenuere animos. IX. 46.
Anchiſae thalami. IX. 971.
Ancilia collo portans Salius. I. 598. coelo lapſa. IX. 480. a ſuperis demiſſa. IX. 478. ancilia patricia cervice movet lecta juventus. ibid. 479.
Ancon. Piceni urbs & portus. obnoxia fluctibus Dalmaticis. II. 402.
Ancora non movit voces. II. 693. ſenſit funem adductum. III. 700.
Andi. Galliae ad Ligerim populus. I. 439.
Anfractus opacus. IV. 160. maris. V. 416.

an-

anfractibus longis. I. 600.
Angit animum curis. II. 681. cura parentes. II. 64. angi undis inertibus. VI. 107.
Anguibus reparatis Hydra. IV. 635. angues fundunt ſibila. IX. 631.
Anguſtus limes. II. 709. tempus. IV. 477. I. 98. anguſti lares. V. 528. litora. V. 675. anguſti Penates. V. 537. anguſta terrarum ſedes. II. 579. ſuppara velorum. II. 364.
Anguſtat fauces maris Caryſtos. V. 232. pulmo meatus aëris. IV. 327.
Anhelant antra rabiem. VI. 91.
Anhelus pulmo. I. 617. miles. IX. 588. anhelo meatu murmura. V. 191.
Anhelitus creber. IV. 623.
Anima cum morte luctans. III. 578. infelix. VI. 733. potens. VIII. 762. animam producere. IV. 796. diviſit cruor. III. 591. artare. IV. 370. anima fugiente. V. 289. animam collegit in artus. III. 623. collegit in orbes aeternos. IX. 9. clauſit ſubitos aquarum tractus. IV. 370. clauſit dolor. VIII. 59. expellere. VII. 622. continere. VIII. 616. non uni morti credidit. III. 751. ſervare ſub undis. III. 697. humanam ferit numen. V. 98. animae ſingultus. VIII. 683. dulcedine capti. IX. 393. meantis in membra diſcurſus. III. 640. animae mortis capaces. I. 456. fragiles. V. 120. viles. V. 263. animas fortes in longum demittitis aevum. I. 443.
Animus fert expromere. I. 67. eſt mihi fallere. IX. 399. animi tumultus. VII. 779. animum adligat torpor. IV. 290. confirmare. IV. 249. angere curis. II. 681. animi degeneres trepidant. VI. 417. imbelles. V. 322. truces. VII. 127. flagrantibus ignes addere. VII. 559. animos ingentes in fata ferens. VII. 679. majores geſtant pectora ſaucia. IV. 285. expertes pelagi robore complet. V. 412. calentes virtute incendit. II. 407. ancipites tenuere. IX. 46. animos dare. II. 570. ingentes praeſtate. VIII. 266. memores habete. IX 96. animos labantes ictu confirmant. IV. 249. morti faciles. IV. 506. animos indomitos habete. IX. 96. hos mollis turba. VIII. 545. animis tuis hoc dignum. VIII. 347. animis a morte nil ſenſus relictum. III. 39.
Animal leti potens, genitumque nocere. VI. 485. animalia ſculpta ſervabant magicas linguas. III. 224.
Anio. Anienis undae gelidae. I. 577.
Annonâ momenta favoris trahi. III. 56.
Annus. magnus. III. 70. annum flevere agricolae. III. 452. non ſentit arenis. IX. 436. anno exhauſto. V. 44. anni legem convertere. IX. 875. Pharſalicus. V. 391. anni vergentes in ſenium. I. 129 turpes extremi cardinis. VII. 381. fracti. VIII. 476. nondum patientes. I. 316. robuſti. VIII. 282. perdere. IV. 482. medios herbis abrumpere. VI. 610. anni cuncta moventes. VI. 21. a Conſule nomen habentes. VII. 441. annos debentibus fatis. VI. 530. ab annis multis intactus cenſus. III. 156. annis omnibus. VII. 388.
Annalibus Latiis compreſſa aetas. III. 309.
Annoſa robora. IX. 452. annoſum aevum. IX. 359.
Annua certamina. I. 180.
Antaeus. Terrae filius Tyrannus in Africa hoſpitum capita poſtibus adfigens. II. 164. gigas magnae proceritatis. IV. 593. viribus defectus contactu terrae reficiebatur. IV. 598. ejus domicilium, cibus, exercitium. IV. 601. & ſeqq. *ejus cum Hercule* lucta. IV. 612. Antaei poſtes. II. 164. regna. IV. 590.
Ante. oculos. VII. 180. aciem victus miles. VI. 297. pedes conſtitit. II. 508. IV. 339. fores aedis conſtitit. III. 117. ante quam. II. 301.
Antehac. VI. 116.
Antennae ſuffixit lintea. IX. 348.
Antenoreus Timavus. VII. 194.
Antiquus imagine miles. VII. 357. Tarn. V. 376. antiqui nominis cauſſas noſcere. IV. 591. carceris clauſtra. VI. 722. chaos. I. 73.
Antiſtes. V. 124.
Antonius (orator) praeſagus malorum. II. 121. ejus caput in menſam Marii epulantis illatum. ibid. 122. C. Antonius M. frater obſeſſus claſſe Pompeji in ora Illyrici fame premitur. IV. 408. M. Antonius (qui poſt Triumvir) Urbe cum Q. Caſſio pulſus ad Caeſarem ſe confert. I. 266. cum parte copiarum Brunduſii relictus, a Caeſare ſaepe evocatus. V. 478. Brunduſio ſolvit. V. 703. Nymphaeum adpellit. V. 720. Cleopatrae amore incenſus. X. 70.
Antrum capax. V. 153. Corycium. III. 226.

antris ſacris ſe condidit Apollo. v. 84. antris mergi. v. 159. antra Typhonis anhelant rabiem. vi. 92. Pythia. vi. 425. vaſta. v. 192. rore ſudantia. iv. 301.

Anubis Aegyptiorum Deus canino capite. viii. 832.

Anxia ad ducis eventum claſſis. viii. 592. venturis. vii. 20.

Anxuris arces praecipites. iii. 84.

Aperio. divitias gerenti bella. x. 148. ferro venas. ix. 762. ingens aperitur opus. i. 68. futura. v. 293. apertus gentibus orbis. i. 460. aperta umbris Taenaros. ix. 36. aperto jugulo erumpit ſanguis. vi. 555. apertum mare. ii. 618. 660. apertum pelagus. iii. 532. apertis campis acies inſtruxit. iv. 706.

Apex Siculus. v. 100. apicem attollens Flamen. i. 599. 604.

Apidanus. Theſſaliae fluvius. vi. 373.

Apis. Aegyptiorum Deus (qui & Oſiris) maritus Iſidis (quae & luna) repraeſentabatur bove, qui, certos quum vixiſſet annos, in puteum demergebatur, aliusque in ejus locum ſubſtituebatur. ix. 160. viii. 479.

Apluſtre Grajum retentat. iii. 586. tortum lacertis. iii. 672.

Apollo. condidit ſe ſacris antris. v. 85. adyto incubuit vates factus. ibid. obſtruxit fauces. v. 197. ſagittis confecit Pythona. v. 79. armenta Admeti pavit. vi. 368.

Aponus fumifer. vii. 193.

Appenninus. erigit Italiam collibus. ii. 396. ejus ſitus &c. 399. olim ad Pelorum uſque Siciliae ſe protendens. ii. 436. iii. 63.

Appia via dividit paludes Pomptinas. iii. 85.

Appius. eventum belli civilis exploraturus conſulit oraculum Delphicum. v. 68. ambiguum reſponſum male interpretatur. v. 226. ſolus metuit deſcendere in ancipites Martis eventus. v. 67. conſultor operti Dei. 188. ambiguis ſortibus fruſtratus. 225. Appius furens. 158.

Apſus mollior. v. 462.

Aptior terris, puppibus juventus. viii. 122. fluctibus alnus. iii. 441. aptiſſima caſtris rupes. iii. 378.

Aptat habenas. vii. 143.

Apud Tanaim. viii. 319. ſuperos me vincis votis iniquis. vii. 113.

Apulus. piger. v. 403. ix. 183. Auſtro obnoxius. v. 380. Apula rura. ii. 608.

Aquarum leges. x. 228. dominus. x. 214. aquas trahere. vii. 822. duxit tellus. x. 252. totas intraret. ix. 1007. aquae jejunis. iv. 332. haerentes adjuvit ſanguis. ii. 217. Maliacas ferit Spercheos. vi. 367. ſubitae ruina. vi. 349. ablatis non decreſcet aequor. v. 338.

Aquarius. fudiſſet imbres. i. 653.

Aquilae pullos ſuos noviter excluſos, ſi viſu radios ſolis pati poſſint, retinent; ſin minus, nido exturbant. ix. 902. in aquilarum nido lapis repertus (Aëtites) in uſus magicos. vi. 676.

Aquila ſignum primarium legionis Romanae i. 7. aquilae notae fulſere. i. 244. terribiles. iii. 330. victrices. i. 339. v. 238. pares. i. 7. Pompejanae. vi. 139.

Aquilo extremus. ii. 51. Aquilone fractae rates. iv. 457. ſolo ſecandi fluctus. v. 417. forti velis recepto. iv. 584. Aquilonis Scythici rabies. v. 603. Aquilonibus raris imbres accipit. ix. 422. ſiccis. iv. 50. Aquilonibus nudae undae. v. 720.

Ara Scythica. vii. 778. Veſtalis. i. 549. arae ſacris feralibus ſtructae. iii. 404. aras ſubitas erexit congeſtu ceſpitis. ix. 988. aras Hectoreas. ix. 983. triſtes. vi. 432. ſacrae. ii. 608. calidae. vi. 559. aris digniſſimus. ix. 601. aris nullis defuit. ii. 35.

Arabs domitus. ii. 590. Arabum volucer ſerpens. vi. 677. populi. x. 291. portus. viii. 854. felices, quos ſub perpetuis Tyrannis fata tenuerunt. vii. 442. Arabes mirati umbras non ire ſiniſtras. iii. 248.

Arar praecipitavit Rhodanum. vi. 476. Ararim raptum velocibus undis. i. 433.

Araxes barbarus iſſet ſub juga. i. 19. Armenius. vii. 188. gelidus. viii. 431.

Arbiter mundi peſſime. vi. 743.

Arbitrio tuo bene rapta mors. ix. 1062.

Arboris medulla. iv. 318. arboribus caeſis. ix. 432.

Arbuſto palmarum dives Idume. iii. 216.

Arca vilis plebeji funeris. viii. 736.

Arcana futuri. v. 137. arcano pectore. ii. 285. arcanum ferale. vi. 440. arcana mundi. v. 198. Magorum. vi. 431. Ditis operti. vi. 514. arcana curarum expromam.

mam. VIII. 279. daturos cui ſuperos. II. 554.

Arcas. liquit Maenala. III. 178. Citharae & palaeſtrae auctor. IX. 661.

Arcere templis nocentes. X. v. 139. bellis Caycos. I. 458. furorem. II. 295. quem fluviis. II. 495.

Arceſſere fata manu. IV. 484. arceſſitur toto orbe. I. 166.

Arctos. quos deſpicit. I. 453. vacat imbribus. IV. 70. gelida. I. 252. tota non mergitur. III. 251. VIII. 174. Arcto gemina clariſſimus axis. VIII. 175. ſubacta. III. 74. lucens totis noctibus. VI. 342.

Arctous. Arctoa arva. I. 301. terra. V. 268. fines. I. 477. gentes. V. 661. Arctoo vortice ſpumans Rhenus. I. 371. belli tempore. III. 89. Arctoum imperii latus. VIII. 424. orbis. V. 344. frigus. X. 250. Arctois pruinis. VIII. 363. imbribus. IX. 422. partibus. I. 529.

Arctophylax. VIII. 180.

Arcus. arcu ſoluto. VII. 515. Haemonius. VI. 394. letifer. III. 500. arcus Armenios Geticis intendite nervis. VIII. 221. arcus exſtructos ſpoliis. VIII. 819. ingens pontis ſaxei. IV. 15. arcus complectitur aëra gyro. IV. 79. 80.

Ardea ſublimis auſa volare. V. 554. pennae confiſa natanti. ibid.

Ardeo. arſit rabies. V. 359. Pytho barbarica lampade. V. 135. polus flammis. I. 527. ardent agri populatibus. II. 534. rogus ſine honore funeris. IX. 63. terrenis ignibus Phoebe. VI. 502. arſere flammis illicitis. VI. 455. ardens Aetna. I. 43. ardentes oculi. VI. 179. ardentis ſylvae incendia. III. 420. ardentia oſſa. VI. 533. ardens ſtimulis majoribus amor. IV. 175.

Ardor ſuſtulit mentes. IV. 520. ardor noſcendi futuri. V. 129.

Arduus. aether. II. 290. axis intonuit. V. 632. ardua fides. VIII. 282. pinus. II. 695. virtus. IV. 576. ratis ſurgit omni vento. V. 649. ſaxa. IV. 740. rupes. I. 397. tellus. IV. 158. turris. IV. 431. caſtra. I. 379. moles ſurgit pondere marmoreo. VIII. 868.

Area belli coit. VI. 60. ſtabilis bellis confertur. III. 513.

Arena anguſta. VI. 63. arenae fatalis munera. IV. 708. fluminea. I. 685. Niliaca. V. 475. Palaeſtinae. V. 460. Phariae. II. 738. Libycae. II. 417. ſpiſſae. II. 694. arenae deeſt numerus. V. 182. arenas membris infudit. IV. 616.

Arenivagus Cato. IX. 941.

Areo. aruerat tellus. IV. 55. arent ora ſiti. IX. 563. arens Libye. I. 682. arens Meroë. IV. 333. arentia ora. IV. 755.

Arida Libye. III. 294. tellus. IV. 629.

Argentum fudit flammis. VI. 404.

Argo rudis. III. 193. rapta puppe minor. II. 717.

Argos damnavit ſubitis noctibus. VII. 452. nobile. VI. 356. impulit. X. 60.

Argolico Tyranno. IX. 367.

Arguit quod aetas. X. 176.

Argumenta amoris peribunt. VIII. 869.

Argus. juvenis generoſi ſanguinis. III. 723.

Aricia nemoralis. VI. 75. III. 86.

Aries (ſignum coeleſte) donat ſua tempora Librae. IX. 534. IV. 57.

Aries (machina bellica) actus lacertis diſpergit moenia. I. 384. ſaevus. VI. 36. ſuſpenſo ictu incuſſus. III. 491. ſubmoveat hunc ferro. VI. 201.

Arimaſpus ſubſtringens comas. III. 281. dives arenis. VII. 756.

Ariminum vicinum invadit. I. 231.

Ariſbe nimium glebis exilis. III. 204.

Arius fortis. III. 281.

Arma invenit furor. III. 671. ferialia. I. 200. tenere. I. 348. adfixa penatibus. I. 240. dediſſet furor coelicolis. III. 315. feralia. II. 260. 374. non privata. II. 533. ſequi. VII. 372. miſcere. VIII. 421. retentare arma. II. 514. petere. V. 65. parare. IV. 687. ferre. II. 281. ſua tradit partibus. V. 350. coelo delapſa. IX. 476. relinquens victori. IV. 382. in arma furens. II. 439. in arma docere. II. 227. armorum curas pectore expulit. III. 53. V. 504. accedere armis. VIII. 531. prodeſſe. III. 317. armis ſaevis uritur libertas. IV. 578. arma jugulo luitis. IV. 806. arma ſcelerata. VI. 406. arma capere. IV. 148. armorum ſeries. III. 482. civilia. I. 44. raptim ſumta. VII. 331. paſſuri & laturi. X. 438. armis quietis. II. 651. in nullum egit furor. II. 254. capeſſere. IV. 702.

Armavit ſenes. III. 518. armatae manus. I. 117. manipli. I. 296. urbs. II. 574. agmi-

na

ma. III. 72. armato omnia dat, qui juſta negat. I. 348.
Armamentis nudis avertitur. IX. 329.
Armatura levis per maniplos ſparſa. VII. 508.
Armenia utraque. II. 639.
Armenius tenens Niphatem. III. 245. arcus. VIII. 223. jugum. IX. 237. Armenios movet. VII. 281. 542.
Armentorum caeſorum cruor. I. 329.
Armus. ab armo manum demittit. IX. 834. armi fumant ſudoribus. IV. 754.
Arant ſuper Argos. VI. 356. rura. I. 345.
Arator movit terram. VII. 861.
Aratrum curvum. III. 451. Sarmaticum premat conſul. VII. 430. preſſum. VI. 383. aratro ceſſans ſolum. III. 451.
Ars. artis opem vicere metus. V. 645. artis nondum erat caput enſe rotare. VIII. 673. arte antiqua. IV. 449. artibus pelagi certas. III 560. ſimulatae neſcius. IV. 744. artis conditor Tages. I. 636. arte carent ſimulacra. III. 413. polluta. VI. 509.
Arſacides. I. 108. ſaevi. VIII. 307. ſuperbus. VIII. 218. Parthorum dominus. VIII. 409. Arſacidum dominus. X. 51. VIII. 233.
Arſinoë Ptolemaei ſoror junior praeficitur rebus Aegyptiis. X. 521. Achillea tranſegit ferro. X. 523.
